# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA.

---

SCRIPTORVM

TOMVS XXXII.

# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

---

## SCRIPTORVM

TOMVS XXXII.

---

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCCV — MDCCCCXIII.

# CRONICA
# FRATRIS
# SALIMBENE DE ADAM
## ORDINIS MINORUM

EDIDIT

OSWALDUS HOLDER-EGGER.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCV — MDCCCCXIII.
[1905 – 1913]

# HOC TOMO CONTINENTUR:



HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

*Ad edendam Cronicam fratris Salimbene de Adam Oswaldus Holder-Egger, quem societati nostrae et litteris immatura morte ereptum esse lugemus semperque lugebimus, inde ab anno* 1884, *quo primum Romae codicem autographum bibliothecae Vaticanae evolvit, animum attendit et anno* 1908. *magnum opus, diligentiae indefessae, doctrinae amplissimae, summi acuminis monumentum aere perennius, fere absolvit. Solam praefationem, quam ultimo vitae tempore assidue praeparabat, quominus perficeret, mors impedivit; scripsit eam, quam operi nunc praemittimus, socius noster B. Schmeidler, magna ex parte etiam ipse eis usus, quae v. cl. b. m. Holder-Egger ad vitam auctoris enarrandam atque ad Cronicam recte interpretandam et critice diiudicandam in dissertationibus quibusdam singularibus, quae infra p. VII, n.* 1 *enumerantur, et in annotationibus Cronicae additis congesserat et explicaverat.*

*Dabam Argentorati kal. decembr.* 1912.

*H. BRESSLAU.*

# *PRAEFATIO.*

*Oswaldus Holder-Egger V. Cl. b. m. huius tomi editor cum nimis immaturam mortem obiisset, viri clarissimi, qui Monumentis Germaniae edendis praesunt, mihi imposuerunt, ut Cronicae fratris Salimbene de Adam ordinis Minorum infra editae praefationem, qua carebat, scriberem. Quod ita facere institui, ut ex scriptis editoris*[1] *et notis editioni adiectis, ex aliis libris*[2] *vel etiam investigationibus propriis fultus ea praesertim colligerem atque componerem, quae ad vitam scriptoris, ad tempora et loca, quibus Cronicam scripserit, ad alia eiusdem scripta deperdita, ad speciem codicis servati pertinerent.*

## § 1. De vita fratris Salimbene.

*Domino*[3] *Guidoni de Adam*[4] *civi Parmensi et uxori eius alteri Inmeldae gentis illorum de Cassio civium Parmensium natus est tertius*[5] *filius legitimus die*[6] *nono mensis Octobris anni* 1221, *qui dictus est Omne-bonum.* Domnus Balianus de Sydone, magnus baro ex Francia, *eum e sacro fonte levavit, ipso mense Octobri a.* 1221, *ut coniciendum est, unde puer a quibusdam* Balianus de Sagitta, id est de Sydone, *dicebatur*[7]. *Puerulus*[8] *octo annorum a.* 1229. *multas machinas bellicas, quae manganellae dicebantur, in platea Veteri civitatis Parmae prope domum*[9] *patris vidit*[10], *quas Parmenses in proelio Caesariensi Mutinensibus et Cremonensibus sociati Bononiensibus eripuerant. Puer grammaticam*[11] *ex more temporis didicit, primam septem artium quas dicunt liberales. A.* 1233.

1) *O. Holder-Egger, 'Über die verlorene grössere Chronik Sicards von Cremona', 'N. Archiv' XXIX, p.* 177—245; *'Zur Doppelchronik von Reggio', 'Nachrichten von der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philolog.-histor. Kl.'* 1901, *p.* 272—305; *'Salimbene und Albert Milioli', 'Historische Aufsätze Karl Zeumer zum sechzigsten Geburtstag als Festgabe dargebracht von Freunden und Schülern, Weimar'* 1910, *p.* 451—482; *'Zur Lebensgeschichte des Bruders Salimbene de Adam' I, 'N. Archiv' XXXVII, p.* 163—218; *II, ibidem in tomo proxime edendo XXXVIII.* 2) *E quibus hic laudo A. Dove, 'Die Doppelchronik von Reggio und die Quellen Salimbenes, Leipzig'* 1873; *L. Clédat, De fratre Salimbene et de eius Chronicae auctoritate, Parisiis* 1878; *E. Michael S. I., 'Salimbene und seine Chronik, Innsbruck'* 1889. *De reliquis libris et dissertationibus vide infra §* 5. 3) *Quae sequuntur fere omnia ex dissertatione Oswaldi Holder-Egger laudata, 'N. Archiv' XXXVII, p.* 163—218. *hausta sunt.* 4) *Stemmata gentis vide apud E. Michael l. l. sub finem libri et Holder-Egger l. l. ad p.* 218. 5) *Primus filius domini Guidonis dictus Guido ex priore eius coniuge natus erat.* 6) *F.* 221[b], *p.* 34; *f.* 223[b], *p.* 38; *f.* 223[c], *p.* 39. 7) *F.* 223[b], *p.* 38. 8) *Quae mater ei de terrae motu anni* 1222. *narravit, habes f.* 221[d], *p.* 34. 9) *Quam domum filius postea, nescimus quando, domino Iacobo de Enzola vendidit, f.* 463[d], *p.* 609. 10) *F.* 232[d], *p.* 60; *cf. de proelio f.* 222[c.d], *p.* 36 *sq.* 11) *F.* 326[a], *p.* 277; *cf. f.* 223[b], *p.* 38.

*tempore magni motus, qui Alleluia dicebatur, fratres Benedictum*[1] *de Cornetta vel Cornetum, Bartholomeum de Vincentia*[2] *ordinis fratrum Praedicatorum, Gerardum de Mutina*[3] *ordinis Minorum, in saeculo dictum Maletta, cui Parmenses hoc tempore dominium civitatis suae concesserunt, vidit et audivit. Hac occasione dominum Guidonem de Adam, fratrem maiorem natu pueri Omne-bonum, ordinem Minorum intravisse veri simile est*[4]*; eum et fratrem eius minorem natu cum Gerardo de Mutina familiaritatem quandam iam tunc habuisse conici potest*[5]*. Annis* 1233—1238. *adolescens pauca vidit, quorum senex recordatus est; scilicet a.* 1235. *elefantem et alia animalia rara Friderici imperatoris in Lombardiam missa, Parmam transeuntia*[6]*; et a.* 1236. *advocatum communis Parmae Mutina oriundum, qui per burgum Sanctae Christinae equitabat et Parmenses rogabat, ut Mutinensibus bello oppressis succurrerent*[7].

*Non mirum est, quod Sal. pauca de his annis narravit, qui ad vitam eius nihil fere contulerunt. Maximus enim ei dies fuit dies* 4. *mensis Februarii a.* 1238, *quippe qui omnem futuram eius vitam mutaverit, quo domo patris clam relicta cum Alberto Cremonella*[8] *amico in conventum fratrum Minorum Parmensem se contulit petens, ut ambo novitii reciperentur; quorum precibus minister generalis frater Elias tunc in itinere, quod Roma a papa ad imperatorem missus faciebat, Parmae moratus rogante fratre Gerardo de Mutina, de quo iam supra diximus, libenter annuit. Fortasse ipse frater Gerardus, fortasse ipsius Omne-bonum frater maior natu Guido de Adam*[9] *iuveni persuaserant, ut in ordinem intraret et parentes unico filio legitimo, qui eis relictus erat, privaret. Quod ut irritum faceret, pater diu frustra nisus est. Quare cum imperatorem Parmae moratum*[10] *supplex adiisset, litteras*[11] *ab eo impetravit*[12]*, quibus minister generalis Elias admonitus est, ut, 'si caram haberet gratiam suam', iuvenem patri redderet. Novitius interea*[13]*, ne facti sui suadente patre vel aliis familiaribus hortantibus eum paeniteret, in conventum Fanensem*[14] *missus erat, ubi frater eius Guido aut iam antea degebat aut tunc fratrem comitatus degere coepit. Quo pater litteris ministri generalis ad fratres Fanenses datis, quas Assisii impetraverat, fretus se contulit, sed filius, ne in domum patris rediret, omnino recusavit*[15]*; quod optime et laudabiliter egisse sibi visus est. Qua de re certior factus minister generalis Elias novitio concessit*[16]*, ut quam provinciam ordinis inhabitare vellet ipse eligeret; qui suadentibus fratre Vitali de Vulterris et fratre Mansueto de Castilione Aretino Tuscis provinciam Tusciae elegit, attamen non statim eo missus est. Nam ut insidias a patre Fani ei paratas evaderet, cum per quadragesimam anni* 1239[17], *mensibus Februario et Martio, in conventu Iesino habitasset,*

1) *F.* $237^{a-c}$, *p.* 70 *sqq.* 2) *F.* $238^{b}$, *p.* 73 *sq.* 3) *F.* $238^{d}$, *p.* 75; *cf. de eo f.* $250^{d}$. $251^{a}$, *p.* 105 *sq.*; *f.* $278^{a,b}$, *p.* 162. 4) *O. Holder-Egger l. l. p.* 179—181. 5) *Sane frater Gerardus a.* 1238. *fratrem Eliam de Cortona, ministrum generalem ordinis Minorum, rogavit, ut Omne-bonum iuvenem in ordinem reciperet.* 6) *F.* $245^{a}$, *p.* 92 *sq.* 7) *F.* $246^{a,b}$, *p.* 95. 8) *F.* $400^{b,c}$, *p.* 457. 9) *Dominus Guido de Adam pater horum dixit filio Omne-bonum:* Comendo te mille demonibus, maledicte fili, et fratrem tuum . . . qui etiam te decepit, *f.* $224^{b}$, *p.* 40. 10) *Ubi a.* 1238. *a mense Novembri ad mensem Ianuarium a.* 1239. *fuit.* 11) *Reg. Imp. V,* 1, *nr.* 2409. 12) *F.* $223^{c}$, *p.* 39; *f.* $355^{a}$, *p.* 349. 13) *Non dicit quando neque cur; sed omnia ita evenisse, ut supra relata sunt, probabilis Oswaldi Holder-Egger (l. l. p.* 186 *sq.) coniectura est.* 14) *F.* $223^{d}$—$224^{c}$, *p.* 39—41; *cf. f.* $251^{c}$, *p.* 107. 15) *Mira sunt verba fratris Sal. de militibus, qui cum patre Fanum venerant: (facti sunt)* . . . ipsi michi causa salutis, *f.* $233^{d}$, *p.* 39, *l.* 32. *Haud scio an dicere voluerit se spectantem laudem vel etiam contemptum illorum militum patri contradixisse.* 16) *F.* $224^{d}$. $225^{a}$, *p.* 42. 17) *Anno* 1239. *tempus quadragesimae a die* 9. *m. Februarii initium cepit.*

*post pascha demum (Mart. 27) iussu ministri generalis*[1] *Lucam in civitatem Tusciae missus est, iam antea mense Februario anni* 1239. *post novitiatus annum impletum professione facta in ordinem receptus*[2], *quod quo die*[3] *et loco factum sit non dicit.*

*Cum a civitate Iesina Lucam, quo Guidonem fratrem cum comitatum esse probabiliter conici potest*[4], *iter faceret, per civitatem Castellanam*[5] *transiit, ubi in conventu fratrum Minorum quidam nobilis senex*[6], *quem ipse sanctus Franciscus ultimum in ordinem receperat, ei pro nomine Omne-bonum aptius nomen Salimbene invenit, quo postea semper usus est. Lucae duobus fere annis permansit, ab anno scilicet* 1239. *mense Aprili usque ad annum* 1241; *sed quo mense ab illa urbe recesserit, nescimus. Ibi die* 3. *mensis Iunii a.* 1239. *eclipsi solis*[7] *cum omni populo Lucae maxime perterritus est, et (fortasse mense Decembri a.* 1239*) Fridericum*[8] *imperatorem vidit*[9]. *Anno* 1241. *Senas missus usque ad a.* 1243. *ibi moratus*[10] *fratre Rainaldo de Aretio, postea (a.* 1249—1252*) episcopo Reatino, curante subdiaconus consecratus est*[11], *a Bonfilio episcopo Senensi, ut conicere licet. Fratrem Hugonem de Digna tunc primum vidit et audivit*[12], *atque se ipsum tunc temporis (annis*[13] 1241—1243*) pluries captum fuisse et excogitasse* 'scribere litteras diversis modis sub cautela' *narrat, quod cur et quomodo factum sit nescimus. Non magni momenti sunt alia, quae Sal. Senis vidit et hic illic narrat*[14]. *Anno* 1243. *ante mensem Septembrem Pisas venit*[15], *ubi tunc naves*[16] *ab imperatore Pisanis contra Ianuenses auxilio missas vidit. Custos eius Pisanus frater Lotharius fuit, quem iterum a.* 1265/66. *Verniae vidit*[17], *minister provincialis Petrus de Cora, quem acriter reprehendit*[18]. *Frater eius Guido ibi cum eo vixit*[19], *atque de aliis etiam fratribus*[20] *conventus Pisani*[21] *Sal. quaedam narrat*[22]. *Neque tunc pater*

1) *F.* 225$^{c}$, *p.* 44; *f.* 225$^{a}$, *p.* 42. 2) *Holder-Egger l. l. p.* 192 *sq.* 3) *Forsitan die* 2. *m. Februarii. Nam cum Sal. de anno* 1239. *loquens tempus ita computet, ac si die* 2. *m. Febr. a.* 1238. *in ordinem intravisset, quod re vera die* 4. *m. Febr. eius anni factum est, hic error forsitan inde ortus est, quod Sal. se die* 2. *m. Febr. a.* 1239. *professionem fecisse tunc recordatus est; f.* 279$^{a}$, *p.* 164, *l.* 8—10. 4) *Holder-Egger l. l. p.* 194. 5) *Hodie Città di Castello.* 6) *F.* 223$^{b.\,c}$, *p.* 38 *sq.* 7) *F.* 225$^{c}$, *p.* 44; *f.* 276$^{d}$, *p.* 159; *f.* 279$^{a}$, *p.* 164, *ubi plurima dicta sunt; f.* 286$^{d}$, *p.* 183; *f.* 452$^{d}$, *p.* 583. 8) *Holder-Egger l. l. p.* 197 *sq.* 9) *De aliis, quae ibi viderit, de hominibus, quibuscum vixerit, lege f.* 286$^{c.\,d}$, *p.* 183; *f.* 369$^{b}$, *p.* 384 *(de fratre Vita cantore); f.* 235$^{d}$. 236$^{a}$, *p.* 67 *(de domino Nazaro Ghirardino Lucensi et uxore eius domina Flos-olivae).* 10) *F.* 225$^{c}$, *p.* 44; *f.* 248$^{b}$, *p.* 99. 11) *F.* 346$^{c}$, *p.* 329; *cf. f.* 344$^{d}$, *p.* 325. 12) *F.* 307$^{b}$, *p.* 234. 13) *F.* 282$^{d}$, *p.* 174. *Fortasse de tempore paululum erravit; Holder-Egger l. l. p.* 203, *n.* 1. 14) *Fratrem Bernardum Quintavalle vidit, quem primum b. Franciscus in ordinem recepit, f.* 223$^{c}$, *p.* 39. *De fratre Heinrico Pisano, custode Senensi, lege f.* 286$^{a-d}$, *p.* 181—184; *f.* 287$^{a.\,b}$, *p.* 184 *sq.; f.* 369$^{b}$, *p.* 384. *De Iohannetto guardiano f.* 251$^{c.\,d}$, *p.* 107 *sq. De fratribus laicis, quibuscum disputaverit, f.* 249$^{-d}$, *p.* 102 *sq. Frater Illuminatus tunc litteras imperatoris pro ipso fratre Sal. ad ministrum generalem Eliam datas ei monstravit, supra p. VIII, n.* 11. 12. 15) *F.* 225$^{c}$, *p.* 44; *f.* 248$^{b}$, *p.* 100; *f.* 329$^{c}$, *p.* 286; *f.* 432$^{c}$, *p.* 535; *f.* 438$^{c}$, *p.* 549. 16) *F.* 432$^{c}$, *p.* 535. 17) *F.* 441$^{b}$, *p.* 556. 18) *F.* 450$^{a-c}$, *p.* 577. 19) *F.* 439$^{d}$, *p.* 552. 20) *De fratre Rodulfo in Saxonia nato f.* 308$^{b}$, *p.* 236; *de fratribus Benedicto de Colle et Gerardo de Prato f.* 297$^{c}$, *p.* 210; *f.* 339$^{c}$, *p.* 311; *de fratre Boncompagno de Prato f.* 329$^{c.\,d}$, *p.* 286. *De fratre Claro Florentino, qui a.* 1243. *mense Decembri ex. Pisis fuit, vide f.* 438$^{c}$, *p.* 549. *Frater Ricardus Anglicus ei de diabolo quaedam narravit, f.* 447$^{a-c}$, *p.* 569. *Etiam fratrem Benedictum de Cornetta Pisis vidit, f.* 237$^{b}$, *p.* 71. 21) *Triginta fratres laici in conventu vivebant, vide f.* 248$^{b}$, *p.* 100; *cf. f.* 250$^{a}$, *p.* 103 *sq.* 22) *Fridericum imperatorem saepius Pisis (et Cremonae?) vidit, p.* 349, *n.* 2. *Miram historiunculam de pueris et puellis cantantibus et raris animalibus a se et quodam fratre laico visis narrat f.* 225$^{d}$, *p.* 44 *sq.*

*eius destitit, quin filium ordini eripere conaretur: saepe enim homines Parmenses*[1], *histriones et milites, 'qui dicebantur de curia', a domino Guidone et uxore eius missi*[2] *serio sed frustra iuvenem adhortabantur et rogitabant, ut vel tunc ordine relicto domum reverteretur. Dominus enim Guido sperabat fore, ut papa Innocentius quartus*[3] *quadam sibi affinitate*[4] *coniunctus, apud quem nepotes multum valebant, sibi concederet, ut filius ordinem relinqueret*[5]*: sed inter annos 1243. et 1247. morte praeventus*[6] *pater infelix hoc aggredi vel efficere non potuit. Filius vero tunc Pisis primum doctrinam abbatis Ioachim edoctus est a quodam abbate vetulo monasterii cuiusdam, quod inter Pisas et Lucam situm erat, qui omnes libros abbatis Ioachim in conventu Pisano deposuerat*[7] *timens, ne Fridericus imperator monasterium suum destrueret. Cui doctrinae Sal. postea diu adhaesit neque, quando Cronicam suam scripsit, prorsus eam reiecit*[8]. *Pisis in ecclesia maiore S. Mariae frater Salimbene a Vitali archiepiscopo diaconus ordinatus est*[9] *post diem nonum mensis Octobris anni 1246, diebus 19—22. m. Decembris a. 1246. vel 20—23. m. Februarii a. 1247, ut conicere licet*[10].

*Anno 1247. ante mensem Iunium frater Sal. Pisis Cremonam*[11] *missus est*[12], *ubi die 16. m. Iunii a. 1247. erat*[13], *quo patria eius civitas Parma superatis fautoribus imperatoris a parte adversa capta est, et die insequenti, quo rex Encius consilio cum Cremonensibus habito cum exercitu Parmam profectus est*[14]. *Mense Iunio vel Iulio quinque milites de Marchia, qui Cremonae captivi vel obsides custodiebantur, iussu imperatoris, qui eos proditionis arguebat, suspendi vidit*[15]. *Cum vero omnes fratres Minores, qui cum ecclesia sentiebant, hoc tempore ex conventu Cremonensi expellerentur*[16], *ipse eiectus esse non videtur: dicit enim*[17]*:* Et tunc veni *(sua sponte venisse videtur)* et habitavi[18] in civi-

1) *De quodam sua sponte loquente, et quae tunc Sal. responderit et in somnio viderit, lege f. $225^{d}$—$226^{d}$, p. 45—47 (l. 15?).* 2) *Quid missus quidam sibi dixerit et ipse responderit, narrat Sal. f. $229^{c}$, p. 53.* 3) *Electus a. 1243, die m. Iunii 25; qui antea canonicus Parmensis fuit, f. $233^{a}$, p. 61; f. $283^{a}$, p. 175.* 4) *Maria filia domini Guidonis uxor fuit domini Azonis de Sancto Vitale, cuius frater (?* consanguineus germanus *Sal. p. 61, l. 19 sq.) Guarinus dominam Margaretam de Flisco, sororem papae, uxorem duxerat; f. $233^{a}$, p. 61; f. $283^{c}$, p. 176. Cf. Holder-Egger l. l. p. 209.* 5) *Hoc Albertus electus episcopus Parmensis fratri Sal. narravit, f. $233^{a}$, p. 61.* 6) *Holder-Egger l. l. p. 210.* 7) *F. $308^{b}$, p. 236.* 8) *Quamquam Sal. f. $336^{c}$, p. 302 sq. se inducat dicentem:* Sed postquam mortuus est Fridericus, qui imperator iam fuit, et annus millesimus ducentesimus sexagesimus est elapsus, dimisi totaliter istam doctrinam et dispono non credere nisi que videro, *cum etiam tunc, cum Cronicam scribebat, abbatem Ioachim permagni fecisse nemo non videt. Prae aliis locis lege, quod de Apostolis Gerardi Segalelli dicit, qui ei ex eo suspecti sunt, quod abbas Ioachim nihil de eis praedixit,* quia, si ex Deo fuissent, abbas Ioachym nequaquam eos sub silentio preterisset, *f. $332^{c.d}$, p. 293. Alios locos maiores lege p. 174, l. 6—14; p. 238—252; p. 288, l. 39 sq.; p. 446, l. 23—26; p. 495, l. 23 sq.; p. 512, l. 18—22 et sequentia; p. 532, l. 13—15. Cf. etiam p. 638, l. 9—11.* 9) *F. $286^{b}$, p. 182.* 10) *Holder-Egger l. l. p. 211.* 11) *In quo itinere Pistoriam venisse videtur, de qua urbe narrat f. $249^{b.c}$, p. 102. Quae frater Gabriel de Cremona Cremonae ei dixerit, lege f. $300^{d}$, p. 217 sq.* 12) *Non dicit a quo.* 13) *F. $290^{d}$, p. 193. De Parma capta loquitur f. $288^{b}$—$290^{a}$, p. 188—191; f. $342^{d}$, p. 319; f. $352^{c}$, p. 342. De duce partis ecclesiae vide Holder-Egger l. l. p. 212, n. 2. Sed Sal. f. $342^{d}$, p. 319, l. 20 sq. dicit de Bernardo Rolandi de Rubeis de Parma:* Ipse enim fuit, qui abstulit sibi Parmam; *cf. p. 201, l. 34.* 14) *F. $290^{d}$, p. 193; cf. f. $229^{c.d}$, p. 53.* 15) *F. $292^{c.d}$, p. 197 sq.* 16) *F. $347^{b.c}$, p. 331.* 17) *F. $229^{d}$, p. 53.* 18) *Similiter dicit p. 256, l. 11 sqq.:* Cum enim in ordine fratrum Minorum habitarem in Parmensi conventu *(de anno 1260?). Quae quodammodo contradicunt verbis f. $458^{d}$, p. 597, l. 3—5 scriptis:* Et ideo ego frater Salinbene de Parma XLVIII°

tate Parmensi. *Fortasse cum Cremona Parmam iter faceret, Casalmaggiore villam ad Padum fluvium sitam a Mantuanis comburi oculis suis vidit*[1], *circa dies*[2] *m. Iulii* 20—31. *Parmae cotidie pugnas inter exercitum imperatoris et Parmenses vidit*[3]; *mensae Gregorii de Monte-longo legati papae assedit*[4], *cum ille dolo quodam callide excogitato mentes Parmensium iam murmurantium nec labores belli diutius ferre volentium sedavit. Tunc etiam matri reconciliatus est*[5], *quae ut in ordinem beatae Clarae reciperetur, paucis mensibus post a papa impetravit*[6], *cum frater Guido iam antea*[7] *idem rogavisset. Ex paterna hereditate domum*[8] *in civitate Parmensi et multa bona in villa Gainago*[9] *sita accepit.*

*Postea*[10] *frater Salimbene per plures annos magna itinera fecit, de quibus multa narravit. Mense Septembri vel Octobri in. cum socio fratre Iohannino de Ollis iussu fratris Rufini Gurgonis, ministri provincialis provinciae Bononiae, Parma in Franciam profectus est*[11], *ubi litterarum studiis se daret: fortasse etiam litteras legati ad papam afferre fratres iussi sunt. Qui cum per villam Fontanam-latam transirent, cum domino Gerardo de Canale Parmensi collocuti sunt*[12], *quem apud imperatorem non sine iusta causa in proditionis suspicione fuisse ex verbis a Sal. relatis apparet. Die* 1. *Novembris cum fratres Lugdunum*[13] *venissent, eodem die frater Sal. ad papam Innocentium quartum*[14] *vocatus est*[15], *qui, quomodo res Parmenses se haberent, certior ab eo factus gratum se praebuit, matri eius quae iam supra memoravimus*[16], *filio remissionem peccatorum et ius in ecclesiis concionandi*[17] *concedens. Etiam cum cardinali Guilielmo de Flisco Lugduni colloquium habuit*[18], *cui cum iterum res Parmenses exposuisset, de aliis rebus sententiam rogatus libere et audacter respondit. Paucis diebus post cum fratres Salimbene idemque socius Iohanninus de Ollis in Franciam proficiscerentur, Villae-Francae in primo fratrum Minorum conventu, ad quem Lugduno relicto pervenerunt, fratrem Iohannem de Plano-Carpi a Tataris, ad quos a papa missus erat, reversum obviam habuerunt*[19]. *Huius ex libro de Tataris scripto frater Sal. etiam tempore posteriore*[20] *complura legi audivit et aliquando epistolam*[21] *domini Tatarorum ad papam Innocentium IV. datam descripsit. Die postero iter inceptum persecuti duo fratres mense Novembri exeunte Trecas venerunt*[22]. *Ubi cum quindecim dies (fere usque ad diem* 11. *m. Decembris) et postea Pruvini a festo sanctae Luciae (Dec.* 13) *usque ad purificationem b. Mariae* (1248, *Febr.* 2) *morati essent, hoc(?) die Parisinam urbem advenerunt, in qua quod*

annis fui in ordine fratrum Minorum et nunquam volui cum Parmensibus habitare propter indevotionem eorum, quam *etc.* 1) *F.* $292^{b}$, *p.* 197. 2) *Cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 495, *l.* 30 *sq., et Holder-Egger l. l. p.* 215 *(n.* 3*) sq. (P.* 216, *l.* 4. *lege: '25. Iuni').* 3) *F.* $292^{b}$, *p.* 196. 4) *F.* $371^{d}$. $372^{a}$, *p.* 389 *sq.* 5) *Holder-Egger l. l. p.* 217. 6) *F.* $230^{c}$, *p.* 55. 7) alia vice *Sal. l. l.: cf. Holder-Egger 'N. Archiv' XXXVIII.* 8) *Cf. supra p. VII, n.* 9. 9) *F.* $421^{c}$, *p.* 508; *f.* $425^{d}$, *p.* 519. 10) *Haec omnia ex Oswaldi Holder-Egger dissertationis parte altera, 'Wanderjahre', hausta sunt, 'N. Archiv' XXXVIII.* 11) *F.* $343^{d}$, *p.* 322; *cf. f.* $341^{a}$, *p.* 315; *f.* $348^{c}$, *p.* 333. 12) *F.* $292^{d}$. $293^{a}$, *p.* 198 *sq.* 13) *F.* $229^{d}$, *p.* 53; *f.* $284^{c}$, *p.* 178; *f.* $293^{a}$, *p.* 198; *f.* $295^{d}$, *p.* 206; *f.* $342^{c}$, *p.* 318. *Quid aliquando tempore incerto — ter enim ibi fuit — ibi viderit, lege f.* $235^{c}$, *p.* 67; *cf. ibi n.* 1. 14) *Praeter locos modo (n.* 13*) allatos cf. f.* $233^{b}$, *p.* 61; *f.* $334^{b}$, *p.* 297. 15) *Frater Simon de Montesarculo,* qui erat ordinis procurator in curia domni pape *(p.* 315, *l.* 14*), eum ad papam introduxit, sed colloquio eorum non interfuit; f.* $342^{c}$, *p.* 318, *l.* 29. *et p.* 178, *l.* 27. 16) *Supra l.* 6. 17) *Quo iure tamen non usus est, antequam examine probatus, ut moris erat, a generali ministro iterum accepisset; cf. infra p. XIII, l.* 7. 18) *F.* $369^{c.d}$, *p.* 384 *sq.* 19) *F.* $295^{d}$. $296^{a.b}$, *p.* 206 *sq.* 20) *Vide infra p. XII, l.* 12 *sq.* 21) *F.* $296^{b-d}$, *p.* 208. 22) *Haec et sequentia lege f.* $298^{b}$, *p.* 212. *Tunc Cluniaci fuisse potest (f.* $298^{c}$, *p.* 213, *l.* 19*), cum Lugduno Trecas iret, vel etiam a.* 1248. *mense Iunio exeunte. Vide infra p.* 213, *n.* 3.

octo dierum moram fecerunt (Feb. 2—9), urbis visendae causa factum esse videtur. Pruvini cum essent, duo alii fratres Minores Italici [1] fratri Sal. doctrinam abbatis Ioachim persuadere conati sunt, multa mala in instanti itinere Aegyptiaco regis Franciae futura esse praedicentes [2]: quae cum postea evenissent, fratrem Sal. moverunt, ut diligentius in hanc doctrinam inquireret. Parisiis frater Salimbene sociusque eius die 9. m. Februarii Senones profecti sunt [3], quo in itinere Corbolium [4] transiisse videntur. Senonibus [5] frater Sal. morbo quodam affectus [6] de Victoria civitate, quam Fridericus imperator in obsidione Parmae construxerat, a Parmensibus capta et exercitu eius turpiter fugato certior factus est, cum fratres conventus Senonensis litteras Parmensium ad papam de hac magna victoria scriptas ei monstrarent, quod circa mensem Martium in. factum esse potest [7]. Cum Sal. convaluisset, frater Iohannes de Plano-Carpi, legatus papae ad Ludovicum regem missus [8], iam a rege reversus Senones venit, ubi iterum [9] liber, quem de Tataris scripserat, lectus et explicatus est. Senonibus demum frater Sal. cum socio Altisiodorum profectus est, quo minister Franciae eos studii causa se conferre iusserat [10]; sed mox hac urbe relicta cum quodam fratre, qui populum concionando hortabatur, ut cruce assumpta Ludovicum regem in itinere Aegyptiaco sequerentur, episcopatum Altisiodorensem circumivit [11]. Ubi cum vagaretur, frater Sal. magnam vini copiam [12], qua regio illa abundabat, valde miratus est, de cuius qualitate et commercio in Cronica verba facit. Postea iterum conventum egressus cum alio fratre in Coena Domini (Apr. 16) in quodam Cisterciensium coenobio [13] hospitatus est, ubi frater ille coram monachis orationem in ecclesia dixit: die paschali (Apr. 19) a quadam comitissa (Matildam Nivernensem fuisse veri simile est) ad prandium invitati sunt. Tertio cum fratre Stephano ex conventu Altisiodorensi egressus multa vidit et didicit, quae non narrat [14]. Post pentecosten (1248, Iun. 7) frater Sal. cum socio Iohannino de Ollis [15] Senones ad capitulum provinciale profectus est, quo etiam rex Franciae iter ad liberandam Terram Sanctam ingressurus advenit, quare de eo et fratribus eius Cronica multa narrat [16]. Minister generalis frater Iohannes de Parma capitulo praefuit, quo dimisso fratrem Sal. et socium in Provinciam misit [17]. Regem semper secuti cum Altisiodorum, Vergeliacum [18] (die 20. m. Iun.), Lugdunum transissent, per Rhodanum fluvium ad civitatem Arelatensem derecti sunt, ubi die 29. m. Iunii advenerunt. Inde mari Massiliam [19], inde Areas profecti sunt, ubi frater Sal. pluries fratrem Hugonem de Digna de doctrina abbatis Ioachim [20]

1) De altero, fratre Bartholomeo Guisculo Parmensi, cf. etiam f. 301$^{c}$, p. 220. 2) F. 308$^{b-d}$, p. 236 sq. 3) Vide p. XI, n. 22. 4) O. Holder-Egger, 'Salimbene und Albert Milioli', 'Histor. Aufsätze Karl Zeumer dargebracht' p. 456. 5) Ubi etiam frater Bartholomeus Guisculus et frater Girardinus de Burgo Sancti Domnini iterum cum eo fuerunt vel fuisse videntur, f. 308$^{d}$, p. 237; f. 399$^{d}$, p. 456. 6) F. 298$^{b.c}$, p. 212 sq. 7) Quia res a Parmensibus gestae sunt die 18. m. Februarii. 8) F. 298$^{c}$, p. 213; cf. f. 297$^{d}$, p. 211. 9) Cf. supra p. XI, l. 25 sq. 10) F. 298$^{d}$, p. 213 sq. 11) F. 300$^{d}$, p. 218. 12) F. 300$^{d}$. 301$^{a-d}$, p. 217—221. 13) Rigniaco (Rigny) fortasse; Holder-Egger, 'N. Archiv' XXXVIII. Nam Bonum-radium (Bouras) infra p. 218, n. 2. minus recte se dixisse ibi putabat. 14) Altisiodori saepe in domo magistri Guilielmi fuit, qui libros famosos scripsit, mortui a. 1230; de quo ei sacerdotes episcopatus narraverunt, f. 299$^{a}$, p. 214. — Huc usque omnia ex dissertationibus Oswaldi Holder-Egger saepius laudatis selegi et transtuli; sequentia cum ipse ex Cronica fratris Salimbene iam paene omnia collegissem, inveni in schedis ab O. Holder-Egger relictis notas de vita scriptoris posteriore compositas; postea etiam alias schedas inter libros eius inventas accepi. Quibus perlectis pauca addidi. 15) Cf. f. 333$^{a}$, p. 294; f. 334$^{b}$, p. 297; f. 339$^{c}$, p. 311; f. 340$^{b}$—341$^{a}$, p. 313 sqq. 16) F. 301$^{d}$—303$^{d}$, p. 221—225; cf. f. 337$^{b}$, p. 305. 17) F. 303$^{b}$, p. 225. 18) De hac urbe loquitur etiam f. 426$^{b}$, p. 520. 19) F. 303$^{d}$, p. 226; cf. f. 342$^{c}$, p. 319. 20) F. 308$^{b}$, p. 236; f. 309$^{a-c}$, p. 238 sqq.; f. 315$^{c.d}$, p. 253.

*collocutum audivit. Circa diem* 20. *m. Iulii*[1] *ad civitatem Aquensem iter fecerunt*[2], *ubi usque ad mensem Septembrem morati expositionem abbatis Ioachim super quatuor evangelistas pro generali ministro Iohanne de Parma scripserunt. Die fere* 14. *mensis Septembris*[3] *frater Raimundus minister Provinciae fratrem Sal. cum socio et fratrem Hugonem de Digna*[4] *ministro generali obviam misit, quocum Tarasconi fuerunt, deinde Belicadri, postea in civitate Arelatensi*[5] *diebus* 28. *et* 29. *m. Septembris, ubi fratri Sal., postquam iubente generali ministro examine probatus est, tunc re vera*[6] *in ecclesiis concionandi ius et officium concessa sunt. Inde a generali ministro, ut Ianuam*[7] *proficiscerentur, iussi frater Sal. et Iohanninus de Ollis cum mari Massiliam, Areas*[8], *ubi a die* 5. *m. Octobris usque ad diem* 5. *m. Novembris*[9] *manserunt, Niciam, ubi die* 6. *m. Novembris advenerunt*[10], *transissent, die* 8. *m. Novembris in conventum Ianuensem fratrum Minorum recepti sunt, ubi inter alios Stephanum Anglicum lectorem invenerunt. Frater Sal. fratri Guilielmo de Pedemontis, qui eum missam cantare doceret, traditus*[11] *ab episcopo quodam Corsicae, cuius nomen ignoramus, anno* 1248. *inter dies* 16. *et* 19. *m. Decembris*[12] *sacerdos consecratus est. Archiepiscopum Ianuensem, Iohannem de Cucurno, quem fratribus Minoribus non satis benignum fuisse veri simile est, propter avaritiam vituperat*[13]. *Die* 24. *m. Februarii anni* 1249. *Sal., quem in hoc itinere Guilielmus Blancardus Ianuensis*[14] *comitatus est, Ianuam reliquit, a ministro suo fratre Nantelmo ob negotia provinciae Ianuensis ad generalem ministrum Iohannem de Parma missus, quem, cum die* 27. *m. Februarii Areas iterum transisset, ubi cum fratre Hugone de Digna collocutus est, Avinione*[15] *invenit. Hic enim minister generalis per hiemem in Hispania moratus iussu papae Innocentii quarti tunc revertebatur profecturus in Gracciam, ubi de uniendis cum ecclesia Romana Graecis ageret. Quem frater Sal. et socius mense Martio ad curiam papae Lugdunum*[16] *secuti sunt*[17], *ubi fratrem Rufinum Gurgonem, ministrum provinciae Bononiensis*[18], *invenerunt; qui cum satis aegre ferret, quod frater Sal. a se in Franciam studendi causa missus Ianuae habitaret, cur ille de mandato generalis ministri*[19] *tacuerit, mirum est. Quo inscio minister Rufinus eum et socium Iohanninum de Ollis ad provinciam Bononiae revocavit. Navem igitur ingressi frater Sal. et socius huius itineris Guilielmus Blancardus fere mense Aprili*[20] *iterum*

1) *Procul dubio in hoc itinere* una nocte inmediate post festum ipsius *Mariae Magdalenae (Iul.* 22*) frater Sal. in huius sanctae spelunca, quae* per XV miliaria a Massilia distat, *dormivit, f.* $426^{c}$, *p.* 521. 2) *F.* $333^{a}$, *p.* 294, *vide n.* 4; *f.* $340^{c}$, *p.* 313, *l.* 31/32; *f.* $426^{b}$, *p.* 520. *Tunc fortasse civitatem Massiliae transierunt, f.* $333^{a.b}$, *p.* 294. 3) *F.* $333^{b-d}$, *p.* 295 *sq.* 4) *Ibi et f.* $307^{c}$, *p.* 234; *cf. f.* $339^{c}$, *p.* 311; *f.* $340^{b}$, *p.* 313. 5) *F.* $334^{a.b}$, *p.* 297. 6) *Cf. supra p. XI, l.* 19. 7) *Inde vel tunc vel postero anno frater Sal.* pluribus vicibus *Clavaram venisse potest, f.* $448^{c}$, *p.* 572. 8) *F.* $340^{a.b}$, *p.* 312 *sq.* 9) *F.* $340^{c}$, *p.* 313, *l.* 16: usque ad festum omnium sanctorum *(scil.* remansimus cum fratre Hugone*). Sed die demum* 6. *m. Novembris navem ingressi sunt, f.* $341^{a}$, *p.* 315, *l.* 12; *cf. ibi n.* 2. *Hi duo loci quodammodo sibi contradicunt.* 10) *Cum fratribus Poncio guardiano conventus in civitate Niciae siti et Simone Apulo de Monte-sarculo, f.* $340^{c}$, *p.* 313; *f.* $341^{a.b}$, *p.* 315; *f.* $342^{b.c}$, *p.* 318. 11) *F.* $341^{c}$, *p.* 316, *l.* 6 *sq.* 12) *P.* 316, *n.* 4. 13) *F.* $341^{d}$. $342^{a}$, *p.* 316 *sq.* 14) *F.* $344^{b}$, *p.* 323. *Sed 'socius' eius in ordine Minorum tunc et postea — usque quo Bononiam venerunt — Iohanninus de Ollis erat.* 15) *In qua civitate Sal.* diversis temporibus pluries *fuit, f.* $343^{c}$, *p.* 321, *n.* 6. 16) *F.* $343^{c}$, *p.* 321; *cf. f.* $307^{a}$, *p.* 233; *cf. etiam f.* $428^{c}$, *p.* 525 *sq.* 17) *Transeuntes Viennam, p.* 321, *l.* 21; *cf. f.* $307^{a}$, *p.* 233, *unde patet eum ca. diem* 25. *m. Martii ibi fuisse.* 18) *F.* $343^{d}$, *p.* 322. *Et frater Bonaventura de Foro-Livii aderat, qui fortasse tunc fratri Sal. de se et ministro generali Elia narravit, f.* $278^{a}$, *p.* 161. 19) *Vide supra p. XII, l.* 27 *sq.* 20) *Die* 2. *mensis Aprilis (in Parasceve)*

Viennam[1] advenerunt, tum per civitatem Gratianopolim et vallem Sabaudiae[2] ad civitatem Ebredunensem, inde Segusiam profecti sunt. Qui cum Alexandriam[3] in civitatem Lombardiae venissent, Guilielmus Blancardus Novariam reversus est, unde minister Ianuensis eum assumpserat; frater Sal. autem cum duobus fratribus Ianuensibus Alexandriae inventis iter coeptum pergens transita Terdona ante diem 13. mensis Maii[4] Ianuam venit. Hoc enim die ibi fratrem Rainaldum ordinis b. Francisci nuper Lugduni a papa episcopum Reatinum consecratum publice concionantem audivit[5]; quem, cum ad episcopatum suum reverteretur, die insequenti fratres conventus Ianuensis usque ad monasterium quoddam Cisterciensis ordinis prope urbem situm prosecuti sunt, ubi frater Sal. in colloquio cum Ugutione quondam episcopo Taurinensi, qui sponte episcopatu se abdicaverat, habito magnam se partem egisse[6] narrat. De Encio filio Friderici imperatoris die 26. mensis Maii capto Sal. Ianuae certior factus est, die dominica post pentecosten fortasse, non ipso die pentecostes, ut dicit[7]. Post diem 13. mensis Iunii Sal. et socius eius Iohanninus de Ollis mandato ministri Rufini obtemperantes in provinciam Bononiensem profecti sunt[8], quo in itinere post Bobium Parmam[9] transierunt, ubi minister generalis Iohannes eos vidit, cum interea Ianuae mandatum ministri Rufini comperisset. Postea ambo fratres socii aliquot menses Bononiae morati sunt, ubi cardinalis Octavianus[10] legatus curiae Romanae saepius fratrem Sal. ad prandium invitavit; quod mensibus Iulio vel Augusto vel etiam mense Octobri anni 1249. factum esse videtur[11]. Cum deinde minister generalis Bononiam venisset, minister provincialis Rufinus fratrem Salimbene Ferrariam misit[12], ubi septem annis continuis[13] habitavit, ab anno scilicet 1249. (nescitur a quo mense) ad annum 1256. Paucissima sunt pro numero annorum, quae ibi evenisse narrat. De sermone ab Innocentio papa die fere 4. mensis Octobris a. 1251. ad populum Ferrariae habito quater[14] loquitur, quo papa inter cetera, cum Fridericum imperatorem mortuum pronuntiaret, fratrem Sal. non mediocriter movit, qui adhuc seductus libris Pseudo-Ioachim et similium prophetarum verbis hoc credere noluerat[15]. A. 1254. mense Septembri[16] minister generalis Iohannes de Parma[17] Ferrariae fuit, cuius benevolentia frater Sal. utebatur. Die 29. mensis Decembris eiusdem anni fratres in conventu Ferrariensi congregati Alexandrum IV. papam electum esse comperuerunt[18], qui die 12. eius mensis creatus erat. A. 1256. mense Maio frater Sal. Philippum archiepiscopum Ravennatem, cum ad crucem contra Ezzelinum de Romano assumendam populum exhortaretur, audivit[19]. Amicus eius in conventu Ferrariensi erat frater Thomas de Papia[20], qui praeter alia opera magnam Cronicam[21] composuit. Ipso tempore, quo Ferrariae versabatur[22], Azzoni marchioni Estensi librum Pseudo-Ioachim: De oneribus prophetarum[23]

Sal. Lugduni Guilielmum cardinalem episcopum Sabinensem publice concionantem audivit, f. $237^d$, p. 72; f. $338^d$, p. 309. 1) F. $307^a$, p. 233, l. 23 sq.: f. $344^a$, p. 323. 2) F. $344^a$, p. 323; f. $343^a$, p. 320. 3) F. $344^{b.c}$, p. 323 sq. 4) Circa diem 8, infra p. 314, n. 2; cf.: Post paucos dies, p. 324, l. 21. 5) F. $344^{c.d}$. $345^a$, p. 324 sq.; de monasterio supra l. 8 sq. dicto vide p. 325, n. 2. 6) F. $345^{b.c}$, p. 326. 7) F. $346^d$, p. 329; vide ibi n. 4. 8) F. $348^{a-c}$, p. 332 sq. 9) Fortasse frater Sal. tunc, cum Parma Mutinam iret tempore magni belli inter Fridericum imperatorem et ecclesiam gesti, fratrem Iacobinum de Regio socium itineris habuit, f. $237^d$, p. 73. 10) F. $369^d$, p. 385. 11) P. 385, n. 2. 12) F. $348^c$, p. 333; cf. f. $442^b$, p. 559. 13) F. $279^c$, p. 165; f. $337^d$, p. 306; f. $348^c$, p. 333; f. $366^d$, p. 377. 14) F. $279^c$, p. 165; f. $282^c$, p. 174; f. $360^a$, p. 363; f. $395^d$. $396^a$, p. 446. 15) De Opizone Estensi Ferrariam adducto v. p. 167, n. 16; p. 363, n. 8. 16) Vide litteras a Sal. descriptas, f. $334^d$. $335^a$, p. 298. 17) F. $337^d$. $338^a$, p. 306 sq. 18) F. $398^d$, p. 453 (cum n. 7); f. $403^a$, p. 463. 19) F. $375^a$, p. 394. 20) F. $389^d$, p. 429 sq. 21) Ex parte editam in SS. XXII. 22) De Trevisanis res suas Ferrariae vendentibus lege f. $360^b$, p. 364. 23) Ed. O. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXXIII, p. 129—187.

eum legisse[1] veri simile est. Quo modo fieri potuerit, ut frater Sal. a. 1255. vel 1256. arbitri discordiae, quae inter Bononienses et Reginos erat, eligendi auctoritatem haberet[2], non bene apparet; etiam tunc vagatus esse videtur[3]. Anno etiam 1253. Ferraria relicta Parmae fuisse videtur, ubi (die m. Maii 20) partem imperatoris in urbem redeuntem se vidisse tradit[4]. Fortasse fratri nostro vita in conventu Ferrariensi non adeo grata[5] fuit; ministrum provinciae Bononiensis, fratrem Aldevrandum ex oppido Flaniani ortum, sub quo tunc Ferrariae et in conventibus Mutinae, Burgi S. Domnini, aliis erat[6], nec reveritus esse neque amasse videtur.

Abhinc ex Cronica fratris Salimbene de eius vita nihil fere nisi fragmenta colligi possunt, quae in verum ordinem redigere difficile est. A. 1258. mense Augusto ex. vel Septembri in. Mutinae habitabat[7], ubi cum fratre Ghirardino de Burgo Sancti Domnini de abbate Ioachim et doctrina eius disputavit. Fortasse a. 1258. vel etiam a. 1257. die 14. mensis Augusti Parmae[8] quingentos armatos dominum Ghibertum de Gente assequentes vidit: fortasse tunc[9] dominus ille a fratre nostro petivit, ut pro civitate Mutinae sibi subicienda laboraret, quod hic facere denegavit. Quando vero frater hominem illum, cum potentia, qua claruerat, privatus esset, hortatus sit[10], ut ordinem fratrum Minorum intraret, definiri non potest: in villa Campiginis factum est, fortasse[11] inter annos 1259. et 1261, vel potius a. 1266. Utrum eodem an alio tempore Sal. a domino Ghiberto parvas gratias retulerit, cum 'pro magno servitio suo' eum in villa Campiginis convenisset[12], dubium esse potest. A. 1259. frater Sal. in urbe Burgi Sancti Domnini habitavit[13], 'uno anno'; ibi 'alium librum Tediorum ad similitudinem Pateccli', qui deperditus est, scripsit. Sed postea Mutinam reversus est. Nam a. 1260. mense Octobri ex. cum magnus ille motus hominum se ipsos verberantium coepisset, hominibus, qui Saxolum[14] inhabitabant, a guardiano fratrum Minorum Mutinensium permissum est, ut fratrem nostrum Mutina Saxolum, deinde Regium, tum Parmam ducerent. Ibi tunc vidisse videtur, quae de fratre Ghirardino Segalello ordinis Apostolorum fundatore narrat[15]. Iterum Mutinam reversus[16] a. 1261. mense Martio ex. fratrem Aldevrandum quondam in provincia Bononiensi ministrum suum, tunc lectorem Mutinensem, et duos alios fratres Mutina Ferrariam comitatus est[17], qui iussu Bonagratiae ministri provinciae Bononiensis Ravennam ad synodum proficiscebantur, quae, quomodo ab occidente Tatari cohiberentur, consuluit. Quae cum dimissa esset, frater Sal. Mutina Bononiam iter fecit[18], in quo tres archipresbyteros sibi familiares a synodo reversos obvios habuit: quod Alexandro IV. papa superstite ante diem 25. m. Maii a. 1261. factum est[19]. Sed quid Sal. Bononiae[20] gesserit et quanto tempore ibi remanserit, nescimus. Quinque annos Ravennae se habitasse Sal. sae-

1) F. $366^{c}$, p. 377. 2) F. $224^{c.d}$, p. 41 sq. 3) P. 41, n. 3. 4) F. $364^{b}$, p. 371 sq. Sed narratio non satis dilucida est, qua res multis annis interiectis divisae uno eodemque tenore describuntur. Cf. f. $455^{d}$, p. 590. 5) F. $300^{b}$, p. 217. narrat se in conventu Ferrariensi a quadam Cronica incepta scribenda destitisse, quia ita eram pauper, quod defectum cartarum sive pergameni habebam. Aliquando frater Sal. in hoc conventu infirmus fuit, f. $239^{b}$, p. 76. 6) F. $266^{b}$, p. 137, n. 1. 7) F. $399^{d}$. $400^{a-d}$, p. 456 sq., ubi videas, quae de Alberto Cremonella monacho Cisterciensi in monasterio Fontana-viva morante narrat, quondam amico suo, quocum ordinem fratrum Minorum intraverat. 8) F. $397^{d}$, p. 450 sq. Vix tunc Parmae fratres Cartusienses in festo assumptionis beate virginis (Aug. 15) vidit, f. $458^{c}$, p. 596, l. 26—30. Hoc enim alio anno multo posteriore tempore factum esse putabis. 9) P. 451, n. 3. 10) F. $397^{d}$. $398^{a}$, p. 451. 11) P. 451, n. 6. 12) F. $396^{d}$, p. 448, et ibi n. 4. 13) F. $364^{d}$, p. 373; f. $403^{d}$, p. 464; cf. f. $367^{b}$, p. 379. 14) F. $404^{a-c}$, p. 465 sq. 15) F. $316^{c}$ — $318^{b}$, p. 256, l. 11 — p. 260, l. 11. 16) F. $378^{d}$, p. 404, l. 13: In diebus illis habitabam in Mutina. 17) F. $378^{b}$, p. 402 sq. 18) F. $378^{d}$. $379^{a}$, p. 404, et sequentia ad f. $386^{c}$, p. 420 sq. 19) F. $382^{c}$, p. 412. 20) Fortasse tunc fratrem

*pius*[1] *dicit, neque vero per quinque annos continuos ibi fuit, sed complurium annorum partibus coniunctis hunc numerum effectum esse credamus oportet. Qui vero anni fuerint, ignoramus, et hoc tantum constat fratrem nostrum annis* 1264.[2] 1268.[3] *et* 1269.[4], *fortasse etiam a.* 1265. *vel potius a.* 1266.[5] *Ravennae moratum esse*[6]. *A.* 1264. *Salimbene in villa Argentae, quo* 'noviter venerat de Ravenna', *Philippo archiepiscopo Ravennati nuntium de Urbano IV. papa (die* 2. *m. Octobris) mortuo attulit; tunc Ferrariam ivit*[7]. *A.* 1265. *Faventiae habitavit*[8], *ubi die* 24. *m. Ianuarii cum eodem archiepiscopo Philippo fuit*[9]. *Postea a.* 1265. *Sal. Perusii*[10] *fuit, ut videtur, cum Assisio*[11], *quo 'devotionis causa' iverat, Alvernam*[12] *iter faceret*[13]. *Paulo ante diem* 25. *m. Decembris eius anni legatum quendam papae Faventiae in camera Faventini episcopi loquentem audivit*[14], *et eo die milites Francogallicos Karoli comitis Provinciae contra Manfredum in Apuliam profectos ad pontem S. Proculi prope Faventiam vidit*[15]. *A.* 1266. *Sal. Parmae habitavit*[16], *eodem anno, ut videtur, et annis* 1268. *et* 1269, *ut supra*[17] *dictum est, Ravennae.*

*Inter annos* 1270. *et* 1282, *quo anno eum Regii habitasse primum certe probari potest, Sal. diversis locis moratus est, de quibus paucissima tradit. Generaliter dicit f.* $268^{a}$, *p.* 141: ut vidi oculis meis apud Ravennam et apud Faventiam et apud Furlivium, quando guerra erat ibi validior, *et f.* $289^{d}$, *p.* 191: Et habitavi V annis in Faventia et V in Imola et V in Ravenna et in aliis locis Romagnole pluribus annis et in Bagnacavallo uno anno et in loco Montis-regii uno anno. *Quid de singulis his locis et annis statuendum sit, iam videamus. A.* 1270, *mense Septembri in Imolae habitabat, ubi Philippum archiepiscopum, de quo saepius commemoravimus, in Tusciam proficiscentem mox moriturum vidit*[18]. *A.* 1273. *mense Maio cum Bononiensibus in obsidione Fori Livii fuit*[19]. *Circa mensem Augustum eius anni Ravennae*[20] *habitabat, unde Faventiam*[21] *iam saepius inhabitatam ivit: ibi a.* 1273. *mense Decembri*[22] *Bonaventuram ministrum generalem (*1257—1274*) Bononiae de daemonibus sermonem facientem audivit, f.* $449^{d}$, *p.* 576.

1) *F.* $279^{d}$, *p.* 166; *f.* $289^{d}$, *p.* 191; *f.* $389^{b}$, *p.* 428. 2) *F.* $390^{c}$, *p.* 433; *f.* $391^{b.c}$, *p.* 434 *sq. (quod ibi narratur, a.* 1263. *vel* 1264. *factum esse potest).* 3) *F.* $410^{c}$, *p.* 480 *sq.* 4) *F.* $343^{a}$, *p.* 320, *n.* 4. 5) *F.* $281^{c.d}$, *p.* 172, *et ibi n.* 4. 6) *Singula quae Ravennae viderit, quae ad certos annos referre non possumus, lege f.* $268^{a}$, *p.* 141; *f.* $279^{d}$, *p.* 166; *f.* $280^{d}$, *p.* 169 *cum n.* 6; *f.* $321^{c}$, *p.* 267; *f.* $336^{b.c}$, *p.* 302 *sq.; f.* $376^{d}$, *p.* 399; *f.* $410^{d}$, *p.* 481, *l.* 26; *f.* $447^{c}$, *p.* 570; *f.* $481^{a}$, *p.* 625. *'Pontificale Ravennae', quendam scilicet codicem, qui Agnelli et aliorum opera continebat, frequenter evolvit, f.* $272^{c}$, *p.* 150; *f.* $279^{d}$, *p.* 166; *f.* $364^{a}$, *p.* 371; *f.* $426^{b}$, *p.* 521. 7) *F.* $391^{a}$, *p.* 433. 8) *Quia initio et versus finem anni ibi fuit, per totum annum ibi habitasse videtur, excepto eo tempore, quo Alvernam iter fecit, cf. p.* 260, *n.* 1. *et p.* 556, *n.* 4. *Omnino quinque annos frater Sal. Faventiae habitavit, f.* $289^{d}$, *p.* 191, *non continuos, sed diversis temporibus. Singula quae ibi viderit, quae ad certa tempora referre non possumus, lege f.* $289^{d}$, *p.* 191; *f.* $318^{b}$ — $320^{b}$, *p.* 260 — 264; *f.* $335^{d}$, *p.* 300; *f.* $386^{c.d}$, *p.* 421. 9) *F.* $377^{b}$ — $378^{b}$, *p.* 400 — 402. 10) *F.* $464^{c}$, *p.* 610. 11) *De Mutino castro, Urbino, Callio urbibus, per quas Sal. ivisse potest, cum Faventia Assisium proficisceretur, narrat f.* $338^{c}$, *p.* 308; *vide ibi n.* 2. 12) *F.* $441^{b}$, *p.* 556; *cf. f.* $251^{c}$, *p.* 107, *l.* 15. 13) *Cf. p.* 556, *l.* 20. 21: Postea venimus Meldulam, postea Furlivium, postea Faventiam, ubi habitabamus. 14) *F.* $392^{a}$, *p.* 436. 15) *Ibidem et f.* $406^{b.c}$, *p.* 470; *die* 27. *m. Dec. ad pontem S. Proculi publice concionaturus erat.* 16) *F.* $364^{b}$, *p.* 372; *f.* $366^{d}$. $367^{a}$, *p.* 378, *et ibi n.* 2. 17) *Supra n.* 3. 4. 18) *F.* $389^{c}$, *p.* 429; *cf. f.* $400^{d}$, *p.* 457 *sq.* 19) *F.* $289^{d}$. $290^{a}$, *p.* 191. 20) *F.* $410^{b.c}$, *p.* 480, *n.* 5; *f.* $389^{c}$, *p.* 428 *sq.; p.* 428, *n.* 5; *cf. p.* 172, *n.* 9. 21) *De Faventia annis* 1273. *et* 1274. *a fratre Sal. inhabitata vide f.* $318^{c}$, *p.* 260, *n.* 1; *f.* $319^{a.b}$, *p.* 261 *sq. (de colloquio cum Guidone Putagio a.* 1274. *habito); f.* $362^{c}$, *p.* 369 *sq.; f.* $386^{c.d}$, *p.* 421; *f.* $420^{c}$, *p.* 506; *cf. etiam f.* $335^{d}$, *p.* 300. 22) *F.* $389^{a}$, *p.* 427.

*fuit et a.* 1274. *usque ad mensem Septembrem*[1] *quod scimus. vel potius ad mensem Octobrem*[2], *ut videtur, et fortasse diutius. A.* 1276/77. *fratrem nostrum in provincia Bononiensi habitasse certum est; ibi procul dubio fratres Minores a Tataris reversos vidit*[3], *sed quo loco huius provinciae tunc fuerit, minime apparet. Quando vero in Bagnacavallo*[4] uno anno *et in loco Montis-regii* uno anno *moratus sit, omnino dici non potest.*

*Iam paululum diligentius in ultimos annos fratris Salimbene inquirendum est, quibus Cronicam suam conscripsit*[5]. *Quae f.* $418^{b.c}$, *p.* 500, *l.* 27 — *p.* 501, *l.* 4 *(vel 5) ad annum* 1279, *de terrae motu et rebus in marchia Anconitana vel in Romaniola gestis narrat, ipse tunc in his regionibus versatus vidisse videtur*[6]. *Postea medio vel exeunte anno* 1279. *eum Regium ivisse*[7] *putari potest. In hac urbe se fuisse a.* 1283. *die* 29. *mensis Augusti*[8] *et* 1. *m. Novembris*[9], *a.* 1284. *post diem* 7. *m. Augusti*[10] *et eiusdem anni tempore, quod non certo definiri potest*[11], *quinque locis ipse dicit. Certe ibi vidit, quae f.* $422^{d}$, *p.* 512. *ad diem* 21. *m. Octobris a.* 1282, *f.* $423^{a}$, *p.* 512, *l.* 12—15. *ad diem* 25. *eius mensis, f.* $423^{b.c}$, *p.* 513. *ad dies* 12. *et* 13. *m. Februarii a.* 1283, *f.* $423^{d}$. $424^{a}$, *p.* 514 *sq. ad dies* 25. *et* 26. *m. Aprilis huius anni et ad diem* 25. *m. Aprilis a.* 1284 *(p.* 515, *l.* 13—15*) narrat; et veri simile est ibi eum vidisse, quae f.* $421^{b}$, *p.* 507, *l.* 25. *ad mensem Maium a.* 1282. *tradit. Ergo ab hoc mense ad mensem Augustum a.* 1284. *eum in civitate Regii vixisse haud dubie constat. Et cum credere liceat eum ab anno medio vel exeunte* 1279. *ad mensem Augustum a.* 1284. *et postea a mense Decembri exeunte*[12] *a.* 1284. *ad mensem Augustum ineuntem anni* 1285. *ibi fuisse, hoc modo fere efficiuntur hi sex anni*[13], *de quibus ipse f.* $483^{d}$, *p.* 631. *dicit:* Siquidem sex annis habitaveram in civitate Regina. *Sed anno* 1284. *inter menses Augustum et Decembrem fratrem Regii*[14] *non fuisse apud me constat. Nam hominem, qui scripserit f.* $413^{a}$, *p.* 486, *l.* 14: in civitate Regina, ubi habitabam, quando . .; *f.* $424^{b}$, *p.* 515, *l.* 22. 23: Audivi ab ore ipsius hec eadem apud Regium; *f.* $428^{c}$, *p.* 526, *l.* 10. 11: cum habitarem in conventu Regino; *f.* $429^{d}$, *p.* 528, *l.* 39: quia in conventu Regino habitabam tunc temporis, *ipso tempore, quo haec scripsit, Regii habitasse mihi persuadere nullo modo possum*[15]. *F.* $382^{c}$, *p.* 412. *die* 23. *m. Iunii a.* 1284. *scriptum est: f.* $429^{a}$,

1) *F.* $319^{a.b}$, *p.* 261 *sq.* 2) *Vide f.* $414^{d}$. $415^{a}$, *p.* 489 *sq. de obsidione Faventiae, et f.* $415^{c}$, *p.* 491. *de hac obsidione die m. Octobris* 3. *soluta.* 3) *F.* $297^{b}$, *p.* 210; *vide l.* 27 *sqq., l.* 34: ut ab eis audivi auribus meis. 4) *Lege, quae de colloquio cum comite Rogerio urbis Bagnacavallo habito narrat, f.* $411^{a.b}$, *p.* 482. 5) *In sequentibus a. V. Cl. O. Holder-Egger, qui de his rebus 'Salimbene und Albert Milioli', 'Festgabe für K. Zeumer' p.* 475—482. *disseruit, paululum discedo.* 6) *Quae f.* $419^{d}$, *p.* 504, *l.* 28—31. *narrat, non talia sunt, quin ex auditione tantum scribere potuerit.* 7) *Hoc mihi etsi non certo certius, tamen satis probabile esse videtur.* 8) *F.* $425^{b.c}$, *p.* 517 *sq.* 9) *F.* $428^{c}$, *p.* 526, *l.* 10 *sq.* 10) *F.* $429^{d}$, *p.* 528, *l.* 39. 11) *F.* $413^{a}$, *p.* 486, *l.* 14; *f.* $458^{a}$, *p.* 595, *l.* 32. 12) *Vide infra p. XVIII, l.* 4, *n.* 2. 13) *Iam a.* 1260. *Sal. Regii fuit, supra p. XV, l.* 22—25. *A.* 1255. *vel* 1256. *arbitrum quendam de lite inter Regienses et Bononienses contracta elegit, supra p. XV, l.* 1 *sqq.* 14) *Nota fratrem Sal. in Cronica sua nihil referre, quod Regii inter mensem Augustum* 1284. *et Februarium* 1285. *factum sit et ad res urbis interiores pertineat. Nota eum p.* 487, *l.* 6. *verbis Alberti Milioli:* fratres Minores *addidisse:* de Regio, *et similia huiusmodi.* 15) *Magnus quidem scrupulus residet, eo quod, cum p.* 486, *l.* 14 (in civitate Regina, ubi habitabam, quando) *Regii scripta esse non possit, tamen ab auctore ibi et usque ad p.* 506, *l.* 25. *Liber de Temporibus Alberti Milioli magnam partem exscriptus est. Quod tribus modis explicare poteris. Aut frater Sal. Regii ultimam partem Libri de Tempo-*

*p.* 527. *die* 14. *m. Septembris eiusdem anni. Inter hos igitur dies et post diem* 7 *m. Augusti (vide p.* 528, *l.* 39*) fratrem Salimbene Regio recessisse persuasum mihi est. Difficile dictu est, quo tunc ierit; conicio Parmae*[1] *per plures menses eum moratum esse. A.* 1284. in vigilia nativitatis Domini[2] *(Dec.* 24*), a.* 1285. *mense Februario*[3] *et mense Maio*[4] *denuo eum Regii habitasse certum esse videtur. Ipse narrat f.* $454^{d}$, *p. (*587*).* 588. *se fratrem Petrum de Culiculo Parmensem lectorem Mutinensem, qui Mutina Parmam ibat et Parma Saxolum et Mutinam redibat, comitatum*[5] *esse* eundo Saxolum ad domnum Manfredinum et rogando tam ipsum quam alios maiores exterioris partis, ut — — pacem non recusarent. *Tunc illis diebus Carpum ivit,* ut faceret ibi festum beati Francisci *(Oct.* 4*). Mensibus sequentibus (Novembri vel Decembri) fortasse aliquando Regii*[6] *fuit, fortasse aliquando Mutinae*[7]. *Tunc eum iam in loco Montis-falconis habitasse credamus oportet*[8]. *Quaeri potest, a quo loco frater Sal. mense Septembri exeunte fratrem Petrum de Culiculo comitatus sit* eundo Saxolum *etc. Hic frater Parma veniens fratrem Sal. Regii comitem accepisse potest. Sed equidem potius crediderim fratrem Sal. tunc Parmae moratum et ab hac urbe fratrem Petrum secutum esse. Quod ut credam ea, quae in foliis* $448^{b}$ — $454^{a}$ *leguntur, me movent. Quae Sal. f.* $453^{a-c}$.

*ribus in schedis notavit, alibi (Parmae) in formam Cronicae nostrae redegit; aut ultimam partem illius libri Regio (Parmam) secum tulit, paulo post remisit; aut f.* 413 *(cum* 416, *cui cohaeret) prius Regii scripsit, post alibi rescripsit et tunc demum verba illa p.* 486, *l.* 14. *addidit. De folio* $445^{a.b}$, *p.* 564. *eodem modo rescripto cf. quae exposuit O. Holder-Egger infra p.* 581, *n.* 1. *Quo modo rectius scrupulus tollatur, nescio. Sed equidem non abnuerim, si quis credat, iam fol.* $409^{c}$ *(inde a p.* 478, *l.* 4*) et sequentia Parmae scripta esse.* 1) *In prioribus Cronicae partibus Sal. plurima narrat, quae iuvenis, quae a.* 1247, *quae alio tempore ipse Parmae vidit, sed paucissima, quae ipso absente ibi gesta sunt; talia, quae aliis referentibus accepit, non invenio nisi f.* $236^{d}$, *p.* 69. *de ponte dominae Egidiae de Palude; f.* $365^{d}$, *p.* 375, *ubi de societatibus Parmensium se absente factis non recte narravit; f.* $367^{c}$, *p.* 379, *l.* 27 *sq.; f.* $409^{c}$ — $410^{b}$, *p.* 478 *sq. de diversis rebus Parmae vel a Parmensibus gestis quaedam, quae partim a fratribus Minoribus accepit, sed fortasse iam Parmae in urbe ipsa. Certe inde a f.* $413^{a}$, *p.* 486, *l.* 8 — 10. *ad f.* $433^{b}$, *p.* 537, *l.* 11. *permulta Parmae annis* 1272 — 1284. *facta narrat, quae vix alibi audivit. Lege f.* $413^{c}$, *p.* 487, *l.* 21 — 31; *f.* $418^{c.d}$. $419^{a-c}$, *p.* 501 *sqq.; f.* $420^{d}$, *p.* 506, *l.* 28 — 30; *f.* $421^{a.b}$, *p.* 507, *l.* 18 — 25; *f.* $421^{b.c}$, *p.* 508, *l.* 9 — 20, *cf. etiam sequentia; f.* $422^{d}$, *p.* 511, *l.* 31 — 34; *f.* $423^{a}$, *p.* 512, *l.* 16 — 31; *f.* $423^{c}$, *p.* 513, *l.* 28. 29; *f.* $425^{c}$ — $426^{a}$, *p.* 518 *sq., ubi (p.* 519, *l.* 15 — 17; *vide n.* 5*) Annales breves Parmenses deperditos adhibuit; f.* $428^{c.d}$, *p.* 526, *l.* 18 — 27; *f.* $429^{a}$, *p.* 527, *l.* 14 — 16, *quae notatu dignissima sunt; f.* $429^{b}$ — $430^{b}$ *(p.* 530, *l.* 19*), quae partim Regii vidit et audivit (p.* 528, *l.* 39*), partim vero Parmae, ut videtur (cf. p.* 530, *l.* 6 — 15*); f.* $431^{a.b}$, *p.* 532, *l.* 6 — 20. 2) *F.* $438^{b}$, *p.* 548, *l.* 35: quando dicebamus matutinum. *Frater Sal. haec Regii fere mense Iulio ex. a.* 1285. *scripsit (cf. infra p. XXI, l.* 13 — 18*). Ergo conicies fratres Minores conventus Regini esse hos, quibuscum cantasse se dicit.* 3) *Lege quae narrat f.* $454^{a.b}$, *p.* 586 *sq.* 4) *F.* $452^{c}$, *p.* 582 *sq.* 5) *Quod mense Septembri ex. factum est. Cf. l.* 9 *sq.* 6) *Nam dominum Burigardum, quando Regii fuit (mensibus Octobri vel Novembri) fratribus Minoribus* 'unum magnum duplerium ad illuminandum' *etc. misisse scit; p.* 588, *l.* 36 — 39, *p.* 589, *l.* 17 — 19. *Quod dicit:* ut vidi oculis meis *(p.* 589, *l.* 16*), loco et tempore aliis, non tunc Regii eum vidisse putaverim.* 7) *F.* $455^{c.d}$, *p.* 589. *narrat dominum Matheum de Corigia a Mutinensibus* terribiliter iratum *recessisse, et fratrem eius dominum Guidonem similiter, et addit:* Et recordatus sum Moysi et Áäron, de quibus dicitur, quod a Pharaone recesserunt irati. 8) *Hoc demonstravit O. Holder-Egger, 'Salimbene und Albert Milioli', 'Festgabe . . Karl Zeumer . . dargebracht' p.* 477.

p. 583. l. 35 — p. 585, l. 11. describit, vix ita comperta habuisset[1], nisi aliquo tempore anni 1285. Parmae vixisset. Annales Parmenses f. $453^{c}$ — $454^{a}$, p. 585, l. 12 — p. 586, l. 15 (vel l. 17) descriptos nisi Parmae non expilare potuisse[2] et ea, quae f. $448^{b.c}$, p. 572. narrat, in ipsa urbe Parmensi accepisse videtur. Cum f. $451^{d}$, p. 581, l. 12 sq. die 6. m. Augusti a. 1285. scriptum sit, concludes fratrem Sal. fere a mense (Iulio exeunte vel) Augusto ineunte usque ad finem mensis Septembris Parmae moratum esse.

En habes fratrem Salimbene inde ab aestate anni 1285. saepe vagantem, quem Regio relicto Parmae duos fere menses egisse veri simile est, ultimis diebus mensis Septembris Saxolum, deinde Carpum ivisse constat. Postea in loco Montis-falconis habitavit, unde Regium et Mutinam venisse videtur. Minime dicit, cur ita vagatus sit, quae fecerit; pacem inter cives Mutinenses, qui inter se discordabant, ut conciliaret, studuisse videtur, sed nimis parce de se ipso in his rebus narrandis locutus est.

In loco Montis-falconis ultimis mensibus anni 1285, toto anno[3] 1286. et anno[4] 1287. saltem ad diem 8. m. Septembris[5] habitavit. Sed eum postea ibi diu et usque ad mortem remansisse vix crediderim; nam tempore, quo scripsit folio $462^{d}$, p. 606, l. 35: Et habitabam tunc temporis ibi, scilicet in loco Montis-falconis, et f. $483^{b}$, p. 630, l. 36 sq.: Et ego habitabam in loco fratrum Minorum de Monte-falconis, ibi habitasse vix potest. Cum eum ultra diem 8. m. Septembris anni 1287. ibi fuisse certo demonstrari nequeat, inde fortasse anno 1287. exeunte vel 1288. ineunte recessit. Sed nescimus quo ierit[6], et quando vel ubi mortuus sit, penitus ignoramus.

Non pauca a fratre Sal. de vita sua relata ad certos annos vel etiam ad certa loca referre non possumus, quae ex serie narrationis hic colligimus. Dominum Martinum de Fano Arimini visitasse[7] putandus est post[8] annum 1265. et tempore quodam, quo Ravennae vel in aliquo loco Romaniolae habitabat. Quando locum 'magne predicationis' a. 1233. 'inter Calernum et Sanctum Hylarium in episcopatu Parmensi' factae transierit et de hac re audierit[9], quando et ubi socius fratris Gerardi de Mutina in itinere fuerit[10], quo tempore Castrum Leonis transierit[11] vel Medesanae fuerit[12] (a. 1247, vel 1259?), omnino incertum est. Neque quando et ubi quaedam 'a fratribus

1) Cf. p. XVIII, n. 1, l. 22—24. 2) Quos etiam a. 1284. Parmae moratus p. 519, l. 15—17 (cf. supra p. XVIII, l. 33 sq.) adhibuit. Sed f. $222^{d}$, p. 37, l. 22 sq., quod Regii scripsit, ubi eadem narrat atque fol. $453^{c}$, p. 585, l. 13 sq., his Annalibus non usus est. 3) Procul dubio ibi diebus Aprilis 5. et 6. vidit, quod f. $466^{b-d}$, p. 614 sq. narrat. Anno 1286. vel 1287. aliquando ante castrum de Gypso fuit, f. $486^{a}$, p. 637, l. 31 sq. 4) De die 9. m. Aprilis vide f. $483^{b}$, p. 630, l. 36 sqq., supra l. 17. Sal. tum pergit: et illa die ivi Regium. Cf. f. $483^{b}$ — $484^{b}$, p. 630—633. Mense Maio vidit, quod f. $488^{b}$, p. 643. narrat. De die m. Iunii 17. lege f. $486^{d}$, p. 639, l. 30—35; de die m. Iunii 24. f. $489^{d}$, p. 647: cum cantarem missam in Bibianello. 5) F. $490^{d}$, p. 650: octavo die Septembris . ., ut vidi oculis meis. 6) Fortasse Parmam? Sane de multis loquitur, quae ibi annis 1286. et 1287, sed etiam priore tempore gesta sunt. Lege inprimis f. $484^{c.d}$, p. 634, l. 9—26 (l. 11. 12: Et debet facere aliam), f. $491^{a.b}$, p. 650, l. 27—35, p. 651, l. 6—9. Tum f. $461^{b}$ — $462^{b}$, p. 603, l. 21 — p. 605, l. 31; f. $462^{c}$ — $463^{b}$, p. 606, l. 21 — p. 608, l. 8, passim; f. $463^{c.d}$, p. 608, l. 23 — p. 609, l. 11. et sequentia; f. $465^{a-d}$, p. 611—613; f. $473^{d}$, p. 620, l. 17—22; f. $481^{a}$, p. 625, l. 27—31; f. $485^{c}$, p. 636, l. 14—23; f. $486^{c}$, p. 639, l. 10—12; f. $488^{a}$, p. 642, l. 32 — p. 643, l. 5; f. $491^{b}$, p. 651, l. 10—16. et sequentia ad l. 20; f. $491^{d}$, p. 652, l. 14—20. 7) F. $224^{d}$, p. 42, l. 7 sqq. 8) Cf. p. 42, l. 3. et l. 7. 8, cum n. 4. 9) F. $238^{a.b}$ p. 73. 10) F. $239^{a}$, p. 75. 11) F. $246^{a}$, p. 95. 12) F. $279^{b}$, p. 164, n. 5.

Messane civitatis, qui' *eius* 'amici valde fuerunt, cencies' *audiverit et didicerit*[1], *ullo modo divinare possumus. Quando in campo Sancti Georgii de Verona fuerit*[2], *quando (ante a.* 1270*) reliquias beati Helisei a Philippo archiepiscopo Ravennae acceperit*[3] *vel cum domino Ugolino archipresbytero Trebli fuerit (f.* $379^{a}$, *p.* 404, *l.* 17 *sq.), penitus ignoratur. De tempore, quo Clararae et Gypsi fuisse potest, vide supra p. XIII, n.* 7 *et p. XIX, n.* 3[4].

## § 2. De Cronica fratris Salimbene.

*Frater Salimbene saepius dicit, quae folia Cronicae suae quo tempore scripserit, quod etiam ad vitam eius cognoscendam non nihil facit. Partem libri, quae in initio periit, folia* 1—207, *fortasse a.* 1282. *et a.* 1283. *currente scripsisse putandus est. Nam f.* $220^{b}$, *p.* 31. *die* 21. *mensis Iulii et f.* $236^{a}$, *p.* 67. *die* 10. *m. Augusti a.* 1283. *scripsit; f.* $250^{a}$, *p.* 104. *die* 9. *m. Septembris illius anni; f.* $287^{b}$, *p.* 185. *et f.* $288^{a}$, *p.* 187. *iam currente anno* 1284. *Die* 4. *m. Februarii a.* 1284. *scripsit f.* $326^{a}$, *p.* 277, inmediate post *diem* 9. *m. Maii f.* $339^{b}$, *p.* 311, *die* 23. *m. Iunii f.* $382^{c}$, *p.* 412. *Eo usque omnia Regii, vix per longius spatium temporis interrupto labore, scripta sunt, quae sequuntur, diversis locis diversis temporibus. In his Cronicae partibus posterioribus, qui singulas narrationes inspiciens, quando folium quodque scriptum sit, investigare studet, diligenter et caute ad quaedam, quae iam explicaturi sumus, animum intendat, ne seriem rerum et foliorum et modum dicendi inter se discrepare putet. Aliquando enim frater Sal. tempora futura quasi prospiciens et lectorem futurum respiciens*[5] *ita scripsit, ac si quaedam nondum gesta, quae quandoque necessario futura esse prospicere poterat, re vera iam gesta essent. Ita nonnumquam de hominibus suo tempore vivis*[6] *quasi iam mortuis locutus est, stilum historiographi usurpans. Fieri potuisse, ut saepius ita loqueretur*[7], *ne umquam lector obliviscatur, moneo. Sed et hoc negligendum non est, quod iam supra*[8] *attigimus, quaedam folia prius suo loco et tempore scripta post deleta et rescripta esse*[9]. *Hoc de folio* 445 *(p.* 564*) coniciendum esse O. Holder-Egger p.* 581, *n.* 1. *exposuit: ideo de folio* 454, *quod folio* 445. *cohaeret, idem statuendum est. Vix aliter cogitare poteris de folio* 459 *(cum f.* 464, *cui cohaeret), ubi hoc, quod hodie ibi legitur, demum post fol.* 484. *scriptum esse potest. Nam f.* $484^{c}$ *(p.* 634, *l.* 11—13*) Sal. de quadam campana* 'pro matrice ecclesia' *(Parmensi),*

1) *F.* $356^{a}$, *p.* 351. 2) *F.* $361^{d}$, *p.* 367; *cf. f.* $291^{c}$, *p.* 195. 3) *F.* $377^{b}$, *p.* 400. 4) *Quaedam minora et minima, quae viderit vel legerit vel quae aliquo modo ad ipsum pertineant, lege f.* $216^{a}$, *p.* 22, *l.* 4/5; *f.* $236^{d}$, *p.* 69, *l.* 31 — *p.* 70, *l.* 6; *f.* $243^{b}$, *p.* 88, *l.* 29 *sq.*; *f.* $283^{d}$, *p.* 176, *l.* 24 *sq.*; *f.* $284^{d}$, *p.* 178, *l.* 34 — 36, *ubi certe visa describit; f.* $316^{b}$, *p.* 254, *l.* 37 — *p.* 255, *l.* 4; *f.* $336^{d}$, *p.* 303, *l.* 32 *sqq.*; *f.* $344^{c}$, *p.* 324, *l.* 22 *sq.*; *f.* $349^{a.b}$, *p.* 335, *l.* 13 *sq.*; *f.* $353^{c}$, *p.* 345, *l.* 11—15; *f.* $395^{d}$, *p.* 446, *l.* 9. 5) *Cf. ex. gr. f.* $298^{d}$, *p.* 213, *l.* 24: Et cognosce tu, qui legis. 6) *De domina Adelasia de Adam et filia eius Agnete, f.* $223^{a}$, *p.* 38, *l.* 10 *sq. De domino Opizone episcopo Parmensi dicit Sal. f.* $223^{b.c}$, *p.* 62, *l.* 11 — 24: fuit homo quasi militaris . . . Fuit cum clericis clericus *etc., quamquam ipse dicit:* modo est Parmensis episcopus. *Suspicaberis fieri potuisse, ut Sal. de vivo loquens dixerit:* Fuit, *neque addiderit, eum adhuc vivere.* 7) *Sed attendas rogo quemvis locum secundum diversitatem rerum et verborum diligenter pensandum esse neque ex omnibus eadem concludi posse. Ex. gr., quin homines, qui auctoris tempore superstites erant, aliquando morerentur, dubium esse non poterat; fratres Praedicatores, qui Parma secesserant, mox reversuros esse veri simile vel certum erat; ideo de his scribere potuit, ac si iam gesta essent. Sed se Regio vel Monte-falconis recessurum esse, quando ibi habitabat, praescire non potuit. Ideo ex verbis:* quando habitabam in civitate Regina *et similibus necessario concludas oportet, fratrem re vera tunc, quando haec scripsit, Regii etc. non habitasse.* 8) *P. XVIII, l.* 18—21. 9) *O. Holder-Egger, 'N. Archiv'*

'cuius expensas assignavit domnus cardinalis' *(Gerardus Albus)*, 'qui est de Gainaco' *dicit:* 'Et debet facere aliam'. *Sed f.* 459$^{a}$, *p.* 597, *l.* 22—24. *de eodem cardinali:* Item centum libras imperialium dedit matrici ecclesiae de Parma . . pro una bona campana ad honorem eius fienda, que facta fuit bona et optima et sonora. *Nisi putabis cardinalem ad duas campanas diversas eidem ecclesiae donandas, quas Sal. non distinxerit, sumptus dedisse, necessario concludes f.* 459$^{a}$ *post* 484$^{c}$ *rescriptum esse.*

*Harum difficultatum omniumque indiciorum, quae ex genere dicendi edi videntur, ratione diligenter habita non de omni folio inde a f.* 383. *certissime statuere poteris, quando et ubi scriptum sit. Haec mihi vera vel veri similia esse videntur, quae iam exponam. Cum frater Sal. post diem* 7. *m. Augusti ante diem* 14. *m. Septembris anni* 1284. *Regio discederet*[1], *omnia folia usque ad (*409$^{c}$*? vel)* 412$^{d}$ *vel fortasse*[2] *ad f.* 420$^{d}$, *p.* 506, *l.* 25. *scripserat. Alio loco (Parmae) f.* 413. *et f.* 420$^{d}$—433$^{b}$, *p.* 506. *l.* 26 — *p.* 537, *l.* 11. *scripsit, f.* 429$^{a}$, *p.* 527. *die* 14. *m. Septembris. Regium a.* 1284. *exeunte reversus ibique usque ad mensem Iulium exeuntem vel Augustum ineuntem anni* 1285. *moratus sequentia certe ad f.* 438$^{b}$. *scripsit*[3], *fortasse*[4] *ad f.* 448$^{b}$, *quod statui non potest. Sane f.* 433$^{b}$, *p.* 537, *l.* 10 *sq.* 'in fine . . millesimi ducentesimi octogesimi quarti anni' *scripsit, sed p.* 537, *l.* 12 *sqq. demum post medium mensem Iulium*[5] *(mense fere exeunte), f.* 451$^{d}$, *p.* 581. *die* 6. *m. Augusti a.* 1285. *Quod f.* 453$^{b}$, *p.* 584, *l.* 22 *sqq.*[6], *quod secundum seriem foliorum inter diem* 6. *m. Augusti et* 'parum ante nativitatem Christi' *(f.* 455$^{d}$, *p.* 590, *l.* 8/9*) anni* 1285. *scriptum esse credamus oportet, de fratribus Praedicatoribus Parmam reversuris quasi iam reversis agit, duobus modis explicari potest; aut folium rescriptum est, postquam fratres re vera a.* 1287, *die* 22. *m. Februarii reversi sunt, aut Sal. ante hoc tempus (anno* 1285*) ita scripsit, quia non dubitabat nec dubium esse poterat, quin mox reverterentur. F.* 453$^{c \cdot d}$. 454$^{a}$. *Annales Parmenses continentia Parmae scripta esse videntur, mensibus Augusto vel Septembri a.* 1285. *F.* 455$^{d}$, *p.* 590, *l.* 8/9. *Sal. ipse dicit:* Talia sunt hodie parum ante nativitatem Christi *(anni* 1285*)*, finis ignoratur istorum. *F.* 457$^{c}$, *p.* 594, *l.* 26 *sq.*[7] *post mortem domini Guidonis de Canossa, qui die* 5. *m. Aprilis a.* 1286. *interfectus est, scriptum esse non potest. Quod Sal. f.* 458$^{d}$, *p.* 597, *l.* 3 *sq. dicit:* Et ideo ego frater Salimbene de Parma XLVIII$^{o}$ annis fui in ordine fratrum Minorum, *post diem* 4. *m. Februarii a.* 1286. *scriptum esse conici possit*[8], *quamquam hoc valde dubium est. F.* 459$^{a}$, *p.* 597, *l.* 25—28. *de fratribus Praedicatoribus Parmam reversis agens, quod ecclesiam* 'post reditum Babilonice captivitatis edificant, id est postquam cum Parmensibus reconciliati sunt', *demum post diem* 22. *m. Februarii a.* 1287. *et fere vere vel aestate*[9] *a.* 1287. *scriptum esse potest. Sed cum hoc folium rescriptum esse iam supra*[10] *alia ratione demonstraverimus, omnino incertum est, quando id Sal. primum scripserit. F.* 462$^{d}$ *(p.* 606. *l.* 35*) post diem* 8. *mensis Septembris a.* 1287. *scriptum esse videtur, post quem diem*

*X, p.* 222 *sq., utrum codex prima forma an exemplar nitidius descriptum operis esset, in medio reliquit. In hoc inquirens multa conicere, sed vix alia probare poteris, ac quae supra exposita sunt.* 1) *Cf. supra p. XVIII, l.* 1 *sq.* 2) *Sed hoc minus veri simile est. Cf. supra p. XVIII, n.* 1, *l.* 28—30. 3) *Hoc folium ultimum est, quod Albertus Milioli exscripsit, SS. XXXI, p.* 570 *sq.* 4) *Narrationem de daemone f.* 448$^{b \cdot c}$, *p.* 572, *l.* 7—26. *relatam iam Parmae scriptam esse credere possis.* 5) *P.* 537, *n.* 6. 6) In loco autem fratrum Predicatorum apud Parmam non habitabant tunc temporis nisi IIII$^{or}$ fratres . . . Recesserant enim de Parma fratres Predicatores . . nec reversi erant adhuc. 7) *P.* 594, *n.* 9. 8) *P.* 597, *n.* 1. 9) *Cf. Ann. Parmenses maiores ad a.* 1287, *SS. XVIII, p.* 702, *l.* 24—26: Et incontinenti *(post diem reversionis, Febr.* 22*)* fratres inceperunt facere fornacem, et alia preparaverunt fortiter laborare pro dicta sua ecclesia facienda et construenda. 10) *P. XX, l.* 27 *sqq.*

*Sal. a loco Montis-falconis recessit*[1]. *F.* $481^{a}$, *p.* 625, *l.* 23—26. *demum post diem* 14. *m. Maii a.* 1288. *scripta sunt*[2]. *f.* $486^{c}$, *p.* 638, *l.* 32/33. *post mensem Iunium eius anni*[3].

*Paucis locis auctor ipse dicit, quae in foliis hodie deperditis scripta fuerint. De interpretibus translatoribus* 'sub Adriano imperatore' *egit*[4]; *folio centesimo dixerat*[5], ad quid valeat cronica; *alio loco scripserat*[6] *de Gregorio septimo papa et Hugone episcopo Ebredunensi. Iacobi de Varagine Legendam auream vel Librum de Temporibus c.* 64. *secutus. alicubi de Barattis gente Parmensi dixerat. f.* $231^{a}$, *p.* 56, *n.* (7) 8. *Alia, quae in partibus Cronicae nobis servatis non commemorantur. invenis in Alberti Milioli Libro de Temporibus. marginibus post adscripta*[7]. *quae omnia O. Holder-Egger ex Cronica fratris Minoris exscripta esse coniecit vel demonstravit*[8]. *De ultima parte Cronicae aeque hodie deperdita hoc tantum scimus usque ad f.* 526. *fratrem Sal. opus perduxisse*[9].

*Non multis fontibus frater Salimbene in amplo opere conscribendo usus est; nam permulta ex suo ingenio scripsit. quae vel de rebus suo tempore gestis viderat et audierat vel quae ad historiam omnino non pertinebant, velut sermones, carmina, similia alia. Fundamento operis conficiendi primum, quod scimus, Cronicis Sicardi episcopi Cremonensis usus est, et servata et deperdita cum continuatione deperdita, quas in unum codicem compactas*[10] *fortasse habuit. Tum simili modo Alberti Milioli notarii Regini Librum de Temporibus excerpsit. cuius opus rude et minus Latine scriptum correxit et valde ampliavit. Ipse librum Alberti usque ad annum* 1280, *infra p.* 506, *l.* 25. *exscripsit; inde ab a.* 1281. *Albertus fratris Salimbene Cronicam expilavit, non multa ipse addens*[11]. *Quibusdam locis Sal. verba Alberti et Martini Oppaviensis iunxit*[12], *cuius Cronica aliis locis etiam sola*[13] *usus est. Praeter hos libros saepius Iacobi de Varagine*

1) *Cf. supra p. XIX. Quod Sal. f.* $461^{b}$ — $463^{a}$, *p.* 603—607. *de Pinotto de Gente et infortuniis eius loquens maximum infortunium eius non commemoravit, quod die* 17. *m. Maii a.* 1287. *interfectus est, diversis modis coniciendo explicare neque tamen certe statuere poteris, quo modo re vera factum sit, ut auctor ita scriberet.* 2) *P.* 625, *n.* 4. 3) *P.* 638, *n.* 9. 4) *F.* $300^{b}$, *p.* 216, *l.* 41 *sq.* 5) *F.* $287^{c}$, *p.* 185, *l.* 4 *sq.* 6) *F.* $344^{b}$, *p.* 323, *l.* 22—24. 7) *Sunt fere haec: SS. XXXI, p.* 384, *l.* 11 *sqq., vide n.* 1; *p.* 386, *l.* 2 *sqq., n.* 1; *p.* 390, *l.* 7 *sqq., n.* 2; *p.* 391, *l.* 29 *sqq., n.* 5; *p.* 392, *l.* 13 *sqq., n.* 1. 2; *p.* 393, *l.* 21 *sq. et p.* 394, *l.* 34 *sqq., n.* 1; *p.* 401, *l.* 27 *sqq., n.* 2; *p.* 429, *l.* 15 *sqq., n.* 7; *p.* 434, *l.* 7—15, *n.* 2. *Cf. p.* 416, *l.* 46 *sqq., n.* 2; *p.* 418, *l.* 27 *sqq., n.* 2; *p.* 420, *l.* 13 *sq., n.* 3; *p.* 424, *l.* 8 *sqq., n.* 1. 8) *Qui etiam (hac in re cum A. Dove, 'Doppelchronik von Reggio' p.* 97—100. *conveniens) Cronicam imperatorum ab Alberto Milioli scriptam esse censuit. A. Cerlini, 'Fra Salimbene e le cronache attribuite ad Alberto Milioli', 'Archivio Muratoriano' I, p.* 383—409. *diligenti investigatione in litterarum formas habita Cronicam imperatorum et plerasque notas Libri de Temporibus non ab Alberto Milioli scriptas esse iudicavit. Quicumque Cronicam imperatorum scripsit, eum Cronica fratris Salimbene usum esse certo certius constat; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 189—193. *Unde etiam ex Cronica imperatorum partes deperditae Cronicae fratris Sal. cognosci possunt. Cf. SS. XXXI, p.* 581, *l.* 48, *n.* 1; *p.* 582, *l.* 19 *sq., n.* 2; *p.* 583, *l.* 14 *sqq., n.* 1; *p.* 584, *l.* 41, *n.* 1; *p.* 586, *l.* 32 *sq., n.* 2; *p.* 587, *l.* 18 *sq., n.* 1; *p.* 588, *l.* 15, *n.* 1; *p.* 591—596, *cap. X—XIII, p.* 591, *n.* 1; *p.* 597, *l.* 35, *n.* 3; *p.* 600, *l.* 32 *sq., n.* 9; *p.* 606, *l.* 4 *sq., n.* 1; *p.* 614, *l.* 21, *n.* 6; *l.* 26, *n.* 9; *p.* 621, *l.* 43 *sqq., n.* 4; *p.* 622, *l.* 22 *sq., n.* 2; *p.* 625, *l.* 9/10, *n.* 2; *p.* 627, *l.* 1, *n.* 1; *l.* 30, *n.* 8; *p.* 632, *l.* 1 *sq., n.* 2; *p.* 640, *l.* 36, *n.* 9; *p.* 641, *l.* 34, *n.* 4; *l.* 35 *sq., n.* 5. 9) *Hoc ipse dixit f.* $486^{b}$, *p.* 638. *in inscriptione columnae. Alio loco, f.* $456^{a}$, *p.* 590, *in inscriptione columnae folii* 506. *mentionem facit.* 10) *SS. XXXI, p.* 349, *l.* 36 *sq.* 11) *Scilicet in textu annorum* 1281—1284, *SS. XXXI, p.* 557—571. *De notis marginibus foliorum priorum post adscriptis vide supra n.* 7. 8. 12) *Cf. ex. gr. p.* 469. 474 *(vide n.* a. b*).* 476. 483. 488: 489. 13) *P.* 53. 174. 300. 455 *etc.*

*Legendam auream et Cronicam huic insertam*[1], *Petri Comestoris Historiam scholasticam adhibuit: tum Pauli diaconi Historiam Langobardorum*[2], *Donizonis librum de Vita comitissae Mathildis*[3], *Annales quosdam Parmenses nunc deperditos*[4]. *Quidam liber, in quo de Friderico I. imperatore, Heinrico VI. et uxore eius Constantia agebatur, p.* 243, *l.* 19 *sqq. exscriptus est; idem fortasse p.* 359, *l.* 15 *sq. (vide n.* 5*). Documenta sui temporis litteras*[5] *domini Tatarorum ad papam Innocentium IV, fratris Iohannis ministri generalis ordinis Minorum*[6], *Philippi archiepiscopi Ravennatis*[7], *David Iohannis regis Tatarorum*[8], *Rudolfi regis Germaniae*[9], *Gesta Karuli*[10], *regis Ierusalem et Siciliae, bullam*[11] *Innocentii IV. papae inseruit*[12]. *Vitis sanctorum vel aliis scriptis ad historiam ecclesiasticam pertinentibus usus est fere his: Actis Chrysanthi et Dariae*[13], *Vita b. Francisci auctore Thoma de Celano secunda*[14], *Vita Francisci auctore Bonaventura*[15], *fortasse etiam Miraculis*[16] *S. Francisci*[17], *tum Gregorii Dialogorum libris quatuor*[18], *Passione Iohannis et Pauli*[19], *Vita Nicolai Myrensis*[20], *Vita Pauli auctore Hieronymo*[21], *Gestis Secundi*[22] *servatis in Vincentii Bellovac. Speculo hist. X,* 70. 71, *Gestis Silvestri*[23], *Thomae Cantuariensis*[24] *Passione II, libro qui inscribitur Vitae patrum*[25]. *Praeter haec omnia Decretum Gratiani*[26], *Decretales Gregorii IX. papae*[27], *Codex Iustiniani*[28] *a fratre Salimbene adhibita sunt*[29]. *Poetarum antiquorum et scriptorum pedestrium paucissimos aut nullos novit; versus Iuvenalis*[30], *Horatii*[31], *Martialis vel potius Godefridi Wintoniensis*[32], *quos affert, in florilegiis vel apud medii aevi poetas legit, non in ipsis operibus antiquorum*[33]. *Nullius antiqui poetae nisi Ovidii nomen*

1) *Est capitulum CLXXXI. totius libri.* 2) *P.* 49. 210. 221, *n.* 2. *Verba ex Eutropio vel Pauli historia Romana assumpta vide p.* 390, *l.* 33 *sq. Quaedam Cronica, in qua Pauli historia Romana exscripta erat, p.* 209, *l.* 9 *sq., n.* 3. *adhibita est.* 3) *P.* 355 *sq.* 4) *P.* 519, *vide n.* 5; *p.* 585 *sq. Iidem Ann. breves in Ann. Parmensibus maioribus, SS. XVIII, p.* 665 *sq. exscripti sunt. Pauca verba ex aliis Ann. brevibus deperditis assumpta lege p.* 88, *l.* 26 *sq., n.* 4. 5) *P.* 208. 6) *P.* 298. 7) *P.* 393. 8) *P.* 580. 9) *P.* 622 *sq.* 10) *P.* 523 *sqq.* 11) *P.* 191, *n.* 5; *p.* 336, *n.* 2; *p.* 344, *n.* 4. 12) *Litterae Urbani IV. papae p.* 318, *l.* 6 *sqq. allatae ab ipso Sal. confectae sunt, vide ibi n.* 1. 13) *P.* 270, *l.* 33 *sqq., n.* 7. 14) *P.* 82, *n.* 3; *p.* 122, *n.* 4; *p.* 150, *n.* 2; *p.* 301, *n.* 1; *p.* 571, *n.* 3; *p.* 576, *n.* 1. 15) *P.* 21, *n.* 3; *p.* 35, *n.* 2. 3; *p.* 68, *n.* 3; *p.* 100, *n.* 4; *p.* 197, *n.* 5; *p.* 289, *n.* 2. 3; *p.* 556, *n.* 1; *p.* 573, *n.* 5; *p.* 576, *n.* 1; *cf. p.* 157, *n.* 5. 16) *P.* 68, *n.* 4. 17) *Legendam trium sociorum et Speculum perfectionis legisse non videtur, p.* 176, *n.* 8. 18) *P.* 48, *n.* 2. 3. 9; *p.* 114, *n.* 1. 2; *p.* 115, *n.* 1; *p.* 145, *n.* 2; *p.* 147, *n.* 2; *p.* 215, *n.* 5; *p.* 216, *n.* 2; *p.* 263, *n.* 1; *p.* 339, *n.* 4; *p.* 382, *n.* 1; *p.* 493, *n.* 10. 19) *P.* 592, *n.* 3. 20) *P.* 115, *n.* 3. 21) *P.* 48, *n.* 1. 22) *P.* 80, *n.* 4. 23) *P.* 228, *n.* 2; *p.* 592, *n.* 2. 24) *P.* 91, *n.* 3. 25) *P.* 48, *n.* 10; *p.* 142, *n.* 2; *p.* 148, *n.* 2. 3; *p.* 386, *n.* 1; *p.* 567, *n.* 3; *p.* 574, *n.* 2; *p.* 575, *n.* 1. 3; *p.* 627, *n.* 1; *p.* 633, *n.* 1. *Sal. fortasse non libro nobis servato (edito a I. Migne, P. L. t. LXXIII) usus est, ut V. Cl. H. Bresslau censet, quia res pleraeque ab ipso ex hoc opere allatae aut non eo modo, quo ipse eas narrat, aut omnino non in illo libro inveniuntur.* 26) *P.* 138, *n.* 3; *p.* 139, *n.* 5; *p.* 220, *n.* 1; *p.* 621, *n.* 1. 27) *P.* 22, *n.* 2; *p.* 101, *n.* 4; *p.* 238, *n.* 4. 5; *p.* 326, *n.* 1—3; *p.* 407, *n.* 1. 28) *P.* 192, *n.* 2. 29) *De aliis libris ignotis, quos Sal. adhibuisse videtur, lege p.* 20, *n.* 3; *p.* 93, *n.* 2; *p.* 120, *n.* 1; *p.* 217, *n.* 3. 30) *P.* 144, *n.* 2. 31) *P.* 183, *n.* 4; *p.* 276, *n.* 2; *p.* 418, *n.* 3; *p.* 542, *n.* 1; *p.* 567, *n.* 2; *p.* 605, *n.* 1; *p.* 628, *n.* 2; *p.* 651, *n.* 6. 32) *P.* 317, *n.* 3; *p.* 621, *n.* 3. — *De Vergilio cf. p.* 516, *n.* 9. *Versus, qui a Vergilio dicuntur compositi in Vita eius ampliata, lege p.* 122. 248. 33) *Versus ex opere, quod inscribitur Disticha Catonis, lege p.* 31. 147. 149. 173. 198. 202. 397. 437. 574. 590; *Claudiani in Eutropium p.* 66. 106. 646; *Prosperi Aquitani p.* 107. 455.

*et librum Metamorphoseon*[1] *nominatim commemorat. Tristium*[2] *et Ex Ponto*[3] *quosdam versus sine nomine poetae recitat.* Vegegium (*lege* Vegetium) de re militari . . in libris suis, quos omnes vidi et legi *p.* 389. *dicit: Ciceronis Laelii de amicitia quandam sententiam affert p.* 469. *De* Tyto Livio et Horosio *p.* 186. *iudicium fert, quos auctores in dictamine valde obscuros esse dicit. De Iosepho civitatem Iotapatam defendente in libro ignoto legisse videtur, non in ipsius libro de bello Iudaico: vide p.* 389, *l.* 20—25. *cum n.* 1. *Nam alibi de eo semper Petri Comestoris Historiam scholasticam secutus loquitur. vide locos in Indice sub voce* Iosephus *collectos. Historia Alexandri filii Philippi p.* 94. *l.* 29 *sq. dicta quae sit, nescio. Sed innumeros locos parvos et maiores ex sermonibus et scriptis patrum, Augustini, Hieronymi, Gregorii, Bernardi Claraevallensis, aliorum allatos, proverbia, versus et poemata poetarum medii aevi hic colligere supersedi.*

*Opus amplum et vastum, quod neque Cronica universalis nec regionis cuiusdam vel episcopatus neque historia est nec tractatus moralis, sed mixtum quodammodo et compositum ex horum omnium characteribus esse videtur. quid contineat, paucis absolvi non potest: sed quaedam magnae partes diversi generis distingui possunt, quarum seriem hic notare non inutile fore speramus. F.* $208^a$—$219^b$, *p.* 1—29. *fere solis libris Sicardi innituntur. paucis aliis intermixtis. F.* $219^b$—$288^a$. *p.* 29—187. *de annis* 1212—1247. *agunt: historiae universali, quam ex Libro de Temporibus describit, auctor praeter alia narrationes de iuventute sua et Librum de Praelato (f.* $246^c$—$278^d$*) intermiscet. F.* $288^a$—$315^d$. *p.* 187—254. *ea praecipue continent, quae Sal. annis* 1247. *et* 1248. *in magnis itineribus per Franciam et Italiam factis vidit et audivit. Inde a f.* $316^a$. *sequitur tractatus de Gerardo Segalello Parmensi et congregatione illorum, qui se dicunt apostolos esse et non sunt, usque ad f.* $333^a$, *p.* 254—294. *continuatus. Tum de itineribus suis annorum* 1248. *et* 1249, *variis aliis intermixtis, Sal. prosequitur. Magnam partem Cronicae occupat annus* 1250, *quo Fridericus imperator mortuus est, scilicet f.* $348^c$—$395^a$, *p.* 333—444. *Primum Sal. de variis infortuniis et superstitionibus Friderici agit. f.* $352^a$—$357^b$. *p.* 341—354, *scripta prophetarum sui temporis de futuris eventibus addens, f.* $359^{a-d}$, *p.* 359—362*; deinde de tyrannis urbes Italiae opprimentibus, f.* $359^d$—$368^a$. *p.* 362—381; *tum paucis interiectis de legatis Romanae curiae, qui diebus auctoris fuerunt, f.* $369^a$—$392^d$. *p.* 383—438. *Praesertim de Philippo archiepiscopo Ravennate narrat f.* $373^c$—$378^b$, *p.* 393—402. *et f.* $389^c$—$391^a$. *p.* 429—433. *cum f.* $378^b$—$389^c$. *p.* 402—429. *longas disputationes de clericis saecularibus et fratribus Minoribus praebeant. Demum haec concludit de principibus Friderici (p.* 438 *sq.), de abbate Ioachim et de quibusdam aliis agens. p.* 439—444. *Post hunc annum. cuius historiae plurimas res inseruit, quae quomodo se haberent exponere multum ipsius intererat, annos* 1251—1280. *breviter absolvit foliis* $395^a$—$420^d$, *p.* 444—506. *plerumque Librum de Temporibus secutus, non multa sibi ipsi visa vel comperta interserens. Alius denique generis est narratio annorum* 1281—1287. *usque ad finem operis, plerumque res in Lombardia, praecipue Regii, Parmae, Mutinae gestas optime illustrans: cuius ultimam partem deperditam esse valde dolendum est.*

*Fratrem Salimbene facile perspicis scriptorem*[4] *verbosum et loquacem. incompositum, cui tamen raro fidem denegabis. Hominem vanum et nimis sibi placentem semper libere et fideliter de se ipso narravisse non putabis*[5], *etsi eum scientem non vera dixisse pro-*

1) *P.* 547. 2) *P.* 63. 202. 3) *P.* 305. 4) *Hic quaedam ad fidem et diligentiam scriptoris spectantia ex notis Oswaldi Holder-Egger collegi, fusius de omnibus rebus huc pertinentibus tractare in animo non habui. Confer dissertationes editoris saepius dictas 'N. Archiv' XXIX (praesertim p.* 216 *sq.). XXXVII. XXXVIII. passim; 'Zeumerfestschrift' p.* 468, *cum nota* 1; *p.* 471 *sq. Cf. etiam E. Michael, 'Salimbene und seine Chronik' p.* 66—84.
5) *Cf. ex. gr. p.* 40, *n.* 3; *p.* 45, *n.* 1.

*bare non poteris. Quod se ipsum et alios magnas orationes habentes inducit, quae ita habitae esse non possunt* [1], *non magno crimini ei dabis; forma narrandi haec est, qua veritas rerum vix depravatur. Sed, quod numquam negligendum est, cum frater ordinis Minorum* [2] *tum Ioachita* [3] *fuit. Unde de Friderico imperatore* [4] *et gente eius quaedam falsissima* [5] *tradit, quae vera esse vix ipse putavit* [6]. *Tamen studuit, ut iustus iudex esset.* Debet enim historiarum scriptor communis esse persona, ita quod nec tantum omnia mala describat unius et omnia bona subticeat [7]. *Unde etiam de Friderico imperatore aliquando benevolenter locutus est* [8]. *Aliquando etiam de arte secernendi vera et falsa cogitavit* [9], *etsi parum vel nihil in ea profecit. Quod saepius negligenter scripserit vel erraverit, facile ignosces scriptori, qui tot et tantas res scitu dignissimas solus nobis servaverit. Sane quae de cotidiana et familiari vita, de mente et moribus hominum sui temporis narrat, nobis gratissimo animo acceptanda sunt, cum vix sit alius scriptor saeculi XIII, qui de his rebus tam plene et perspicue egerit.*

## § 3. De reliquis operibus fratris Salimbene.

*Praeter Cronicam nobis servatam alia opera se iam prius scripsisse frater Salimbene saepius dicit, de paucis accuratiora narrans. Saepe commemorat Cronicam, in qua duodecim scelera Friderici imperatoris descripsit* [10]. *Hanc etiam appellat f.* 456$^{d}$, *p.* 592, *l.* 16 *sq.* aliam cronicam breviorem; *itaque haec eadem potest fuisse illa* cronica brevior [11], *in qua de magistro Petro Lombardo et abbate Ioachim Decretales Gregorii IX. secutus scripsit, quam hoc loco appellat* [12] *cronicam* de similitudine et exemplis, de signis et figuris et de misteriis veteris et novi Testamenti. *Alia fuit* [13] 'cronica, que sic inchoat: *Octavianus Cesar Augustus* et cet., quam' *a.* 1250. 'feci in conventu Ferrariensi . . et usque ad Longobardorum perduxi hystoriam'. *Alio loco* [14] *commemorat praeter hanc Cronicam, quae nobis servata est, aliam et tertiam et quartam et tractatum de Heliseo, quem fortasse separatim scripsit, reliquiis huius sancti a Philippo archiepiscopo Ravennate acceptis. Sed* tractatus pape Gregorii decimi [15] *pars Cronicae cuiusdam fuisse potest, sicut Liber de Praelato et Tractatus de Apostolis partes Cronicae servatae sunt. A.* 1259. *in Burgo Sancti Domnini habitans* librum Tediorum ad similitudinem Pateccli *scripsit* [16]. *Ubi vero de beato Francisco, cur*

1) *P.* 53, *n.* 1; *p.* 230, *n.* 7; *p.* 231, *n.* 2; *p.* 232, *n.* 2; *p.* 301, *n.* 5; *p.* 385, *n.* 7; *p.* 404, *n.* 1. 2) *Huius rei paene in unaquaque pagina exempla invenies, quae non colligo.* 3) *Saepius contendit se a 'prophetis' sui temporis quaedam audivisse, antequam evenirent; quod raro credi potest. Cf. ex. gr. p.* 492, *n.* 3; *p.* 512, *l.* 22—24; *lege etiam p.* 532, *l.* 7—13. *Cf. supra p. X, n.* 8. 4) *Cf. infra p.* 175, *n.* 5. 5) *P.* 346, *vide n.* 4; *p.* 444, *n.* 6; *p.* 486, *n.* 5. *Fortasse etiam ea, quae de Uberto Pellaricino f.* 409$^{c.d}$. *narrat, huc pertinent; cf. p.* 478, *n.* 6. 6) *Gravius feres, quod Sal. epistolam Urbani IV. papae ipse confecit, quod dubium esse vix potest; cf. infra p.* 318, *n.* 1. 7) *F.* 407$^{a}$, *p.* 472. 8) *Ex. gr. p.* 348 *sq.* 9) *P.* 332, *l.* 30 *sqq. de una* de ydriis Domini, in qua Dominus ex aqua vinum fecit in nuptiis. Dicitur enim esse una ex illis. Si est, Deus novit, cui nota sunt omnia, aperta et nuda. *P.* 521, *l.* 4/5. *de corpore Mariae Magdalenae:* Manifestum est autem, quod in tribus locis idem mulieris corpus esse non potest. 10) *F.* 295$^{b}$, *p.* 204; *f.* 353$^{b}$, *p.* 344; *f.* 456$^{d}$, *p.* 592. *Ad hanc etiam referenda esse videntur, quae dicit de* alia cronica *f.* 295$^{c}$, *p.* 205; *f.* 297$^{d}$, *p.* 211; *f.* 356$^{d}$, *p.* 353. 11) *F.* 309$^{b}$, *p.* 238 *sq.* 12) 'De similitudine' *etc. videtur titulus operis esse, ut etiam O. Holder-Egger in Indice (s. v.* Salimbene*) cogitavit.* 13) *F.* 300$^{b}$, *p.* 217. 14) *F.* 322$^{c}$, *p.* 293. 15) *F.* 407$^{a}$, *p.* 472, *l.* 12. 16) *F.* 403$^{d}$, *p.* 464. *Librum Pateccli, quem Sal. imitatus est, edidit F. Novati, 'Girardo Pateg e le sue 'Noie', testo inedito del primo dugento'. 'Rendiconti del R. istituto Lombardo' XXIX (1896), p.* 279—288. *et p.* 500—516.

*similis fuerit Christo, scripserit*[1], *nescimus. Cronica theologi Parmensis ordinis Minorum, quam Flavius Blondus in libro suo: Historiarum Decades, exscripsit, fratris Salimbene Cronicam de duodecim sceleribus Friderici fuisse*[2] *iure conici potest.*

## *§ 4. De codice autographo. Descriptio tabularum.*

*Codex Vaticanus nr.* 7260. *constat hodie* 272 *foliis*[3], *quae in sexternionibus*[4] *plerumque composita sunt. Praefixa sunt 7 folia, primum cartaceum, alia membranacea, in quibus inter alia, quae nullius momenti sunt, haec scripta sunt: fol.* $2^{r}$ *(membr.):* Cum Amplissimus Card. Iacobus Sabellius[5] $s^{mi}$ Dn. Papae Vicarius ac summus Inquisitor librum hunc Chronicorum F. Salimbeni de Adam Parmensis Ordinis Fratrum Minorum apud se haberet, illum Paulo Sanuitali utriusque Signaturae Referendario, sibique in muneribus publicis tam sanctissimae Inquisitionis, quam Vicariatus officiis, et intima familiaritate coniunctissimo Dono dedit III. Idus Februarii Anni MDLXXXVII. *Folio 5 recto et verso homo quidam saec. XIV. in. indicem Cronicae binis columnis scriptum composuit, res foliorum*[6] 331—426. *continentem*[7]. *Posteriore tempore (saec. XIV. vel XV.) alius quidam novum indicem f.* $6^{r}$. *scribere coepit, sed paucissima tantum de foliis* 216—243. *scripsit. Deinde incipit codex vetus, cuius omnes paginae binis columnis scriptae, omnia folia manu ipsius, qui textum conscripsit, numerata sunt. Post fol.* 416. *sequitur perperam iterum fol.* 416. *folia* 1—207. 363. 374.[8] 436. 468—472. 475—479. *perierunt, item ultima pars codicis. Exstant igitur folia* 208—362. 364—373. 375—435 *(cum f.* 416. *et* $416^{bis}$*).* 437—467. 473—474. 480—491.

1) *F.* $291^{d}$, *p.* 195, *l.* 28. 2) *P. Scheffer-Boichorst, 'Salimbene und Biondo'. 'Zur Geschichte des XII. und XIII. Jahrhunderts. Berlin'* 1897, *p.* 284—289. *quandam Cronicam fratris Sal. deperditam a Flavio Blondo exscriptam esse recte exposuit; cf. infra p.* 194, *n.* 9. *De Cronica 'de duodecim sceleribus Friderici' cogitat p.* 287, *et vere hanc illi scriptori ad manus fuisse facile conicies lectis locis a me supra p. XXV. l.* 17 *sqq. et n.* 10. *collectis. De Cronica quadam fratris Sal. deperdita a Sigonio, Historia de regno Italiae, adhibita (Scheffer-Boichorst l. l. p.* 289, *n.* 5*) nihil invenis apud A. Hessel, 'De regno Italiae libri viginti von Carlo Sigonio . . . Historische Studien von Ebering, Heft* 13, *Berlin'* 1900. 3) *Non* 273, *ut F. Novati, 'Giornale' etc. I, p.* 383. *et L. Clédat, 'Annuaire' etc. Fasc.* 1, *nr.* 3, *p.* 203. *et E. Michael l. l. p.* 86. *contendunt. Recenti tempore, cum iam omnia folia, quae nunc desiderantur, amissa essent, praemissa sex folia membranacea et omnia folia codicis numeris arabicis plumbo scriptis numerata sunt.* 4) *F.* 208—217. 232—241. 364—373 *(vide infra n.* 8*).* 399—408. *quiniones sunt. Folia* 219—230. *sexternio sunt, cui folia* 218. *et* 231, *quae inter se cohaerere vel cohaesisse videntur, circumposita sunt, quae neque ad quinionem praecedentem (*208—217*) neque ad sequentem (*232—241*) pertinent. Fol.* 242. *singulum folium est. Folia* 468—479. *sexternio fuerunt, item folia* 480—491, *ut conici potest. Sed prioris sexternionis tantum folia* 473. *et* 474. *servata sunt; alterius primum et ultimum folium,* 480. *et* 491, *quae olim inter se cohaerebant, divisa et post f.* 490. *codici affixa sunt.* 5) *Cf. de eo G. Moroni, 'Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica' vol. LXI, p.* 306 *sq.* 6) *Quae in indice de foliis hodie deperditis* 363. 374. *dicuntur, lege p.* 371, *n.* *, *p.* 394, *n.* *. 7) *L. Clédat, 'Annuaire' etc. fasc.* 1, *nr.* 3, *p.* 204. *recte exposuit et fratrem Salimbene et eos, qui indices composuerunt, folia non eodem modo numeravisse quo nos, qui paginam rectam et versam eiusdem folii eodem numero insignimus; illi paginam versam folii praecedentis et paginam rectam folii sequentis eodem numero notaverunt. Hoc modo loci infra p.* 619, *l.* 32. *et p.* 620, *l.* 27. *et p.* 634, *l.* 26. *explicandi sunt. Cf. etiam B. Bretholz, 'Lateinische Paläographie' ('Grundriss d. Geschichtswissenschaft hg. von A. Meister'* $I^{2}$*) p.* 23. 8) *Haec duo folia inter se cohaeserunt, primum et ultimum folium unius sexternionis fuerunt.*

*Codex totus quin manu ipsius auctoris fratris Sal. scriptus sit, dubitari non potest*[1]. *Multa eadem manu, quae textum scripsit, marginibus adscripta sunt, non prius omissa, quae librarius in originali non vidisset, sed post adiecta, ad res in textu narratas pertinentia, quae auctor postero tempore comperta habuit. Saepius in his notis adspersis frater Sal. de se ipso loquitur*[2], *prima persona loquens*[3] *eodemque scripturae genere, quod in textu apparet, usus; ergo nemo nisi auctor totum codicem perfecit. Quem qui diligenter inspexerit, in omnibus paene foliis quaedam inveniet, quae docent auctorem ea postea revidisse et relegisse, multa addidisse, pauca correxisse*[4], *nonnulla*[5] *delevisse*[6]. *Praesertim ultimae partes codicis non per omnia perfectae sunt, numeros versuum Bibliorum et similia auctor hic illic omisit nec postea supplevit*[7]. *Frater Sal. prius textum scripsit, deinde, fortasse eodem tempore, folia numeravit, tum*[8] *inscriptiones columnarum adiecit: unde hae inscriptiones ubique ita scriptae sunt, ut loca numeris iam occupata evitarent*[9]; *unde etiam aliquando Sal. errores in textu commissos in inscriptionibus correxit vel ibi quaedam nova addidit*[10].

*Quo modo frater Sal. codicem hunc scripserit, multis indiciis minoribus cognosci potest. Quando*[11] *pennam mutaverit, infra saepe adnotatum est; sed saepius dubitare potes, utrum pennam mutaverit*[12] *scriptor necne; hic illic etiam paginae adeo detritae sunt, ut nihil de hac re statui possit. Spatium rubricis* ℂ *minio pingendis ubique relictum erat, quas Sal. ab initio pingere voluit; rubricas et litteras initiales nigras minio illuminatas postea inseruit, quae, ubi in initio linearum inveniuntur, semper in loco raso pictae sunt: litteras initiales in mediis lineis prius scriptas postea non mutavit, sed in margine tunc maiores litteras initiales minio pinxit. Haec omnia postea fecit, ut partes narrationis melius distingueret. Notae et narrationes marginibus adscriptae diversis atramentis diversis temporibus a fratre Sal. scriptae sunt, sed quae quibus temporibus, non ita certo definiri potuit et, ut accuratius statueretur, longa disquisitione egeret. Hoc unum dici potest omnia, quae atramento subfusco scripta sunt, ultimum addita esse: hoc atramento nulla pagina codicis scripta est.*

*Librum fratris Sal. paulo post mortem eius saepius lectum esse indices memorati, notae textui adscriptae*[13] *et ipse textus quibusdam locis mutatus*[14] *monstrant. Idem*

1) *Nullo iure contradixit F. Novati, 'Giornale' etc. I, p.* 381 *sqq.* 2) *F.* $281^{d}$, *p.* 172, *n.* d; *f.* $309^{a.b}$, *p.* 238, *n.* i; *f.* $341^{b}$, *p.* 315, *n.* c; *f.* $344^{a}$, *p.* 323, *n.* c; *f.* $353^{a.b}$, *p.* 344, *n.* c; *cf. ad haec p.* 346, *l.* 7; *f.* $377^{a.b}$, *p.* 400, *n.* c. 3) *Primam personam in inscriptionibus columnarum habes f.* $236^{c}$, *p.* 68; *f.* $246^{c}$, *p.* 96; *f.* $307^{b}$, *p.* 233; *f.* $316^{b}$, *p.* 254; *f.* $323^{c}$, *p.* 271; *f.* $340^{c}$, *p.* 313; *f.* $341^{a}$, *p.* 314; *f.* $341^{d}$, *p.* 316; *f.* $377^{b}$, *p.* 400; *f.* $387^{a}$, *p.* 421; *f.* $387^{b}$, *p.* 422; *f.* $398^{a}$, *p.* 451; *f.* $400^{a}$, *p.* 456; *f.* $400^{d}$, *p.* 457; *f.* $403^{d}$, *p.* 464. 4) *Cf. ex. gr. p.* 37, *n.* a. b. 5) *F.* $338^{a-d}$, *p.* 307, *l.* 13 — *p.* 308, *l.* 31; *f.* $375^{c}$, *p.* 396, *l.* 9 — 17 *sq., ibi n.* b; *f.* $430^{a}$, *p.* 529, *n.* d. e. *. 6) *Medicina superlita quidam loci deleti sunt; ex. gr. p.* 114, *n.* a; *p.* 168, *n.* e. h; *p.* 170, *n.* f; *p.* 199, *n.* c. 7) *Ex. gr. p.* 613, *n.* l — n; *n.* 2. 8) *Iterum alio, posteriore tempore ab ipso fratre inscriptiones quaedam auctae et additae sunt; f.* $239^{b}$, *p.* 76, *n.* a; *f.* $240^{c}$, *p.* 79, *n.* a; *f.* $285^{b}$, *p.* 180, *n.* b; *f.* $323^{c}$, *p.* 271, *n.* a; *f.* $331^{b}$, *p.* 289, *n.* a; *f.* $344^{a}$, *p.* 322, *n.* a; *f.* $346^{d}$, *p.* 329, *n.* a; *f.* $370^{b}$, *p.* 386, *n.* a; *f.* $449^{c}$, *p.* 575, *n.* a; *f.* $485^{c}$, *p.* 636, *n.* a. *Cf. f.* $253^{a}$, *p.* 110, *n.* e. 9) *Sed inde a f.* 404. *numeri plerique, non omnes, fere prope lineam primam columnae secundae (b) folii cuiusque positi sunt, ut locus inscriptionibus scribendis relinqueretur.* 10) *Cf. p.* 480, *n.* 1. 5; *p.* 526, *n.* 7. *Cf. etiam p.* 638, *n.* 2. 11) *Haec (l.* 16 — 27*) ex notis ab editore in schedis scriptis collegi et transtuli.* 12) *Hoc plerumque etiam clariore colore atramenti cognosci potest.* 13) *F.* $215^{d}$, *p.* 21, *n.* * *et* **; *f.* $232^{a}$, *p.* 58, *n.* a; *f.* $403^{c}$, *p.* 464, *n.* *. *Reliquas vide p. XXVIII, n.* 1. 14) *F.* $280^{b}$, *p.* 167, *n.* d; *p.* 168, *n.* a. d;

*fortasse vir, qui indicem priorem, maiorem composuit, magnam partem harum notarum*[1] *adiecit. idem fortasse textum p.* 167 *sq. et p.* 363. *mutavit, ad marchiones Estenses spectantem*[2]. *Alia*[3]. *quae homo quidam saec. XV. adnotavit, nullius momenti et infra raro*[4] *expressa sunt.*

**Tabulae** *huic tomo additae*[5] *eo consilio selectae et compositae sunt, ut eis, quae modo de specie codicis dixi, illustrandis aptae sint.*

**Tabula prima** *f.* $326^{a.b}$. $429^{a.b}$ *(p.* 277 *sq.* 527 *sq.) exhibens duo folia certo tempore scripta praebet, f.* 326. *die* 4. *m. Februarii a.* 1284, *f.* 429. *die* 14. *m. Septembris eiusdem anni. Cum scriptura folii* 326. *paulo minor, acutior, folii* 429. *paulo maior, grossior, sed forma litterarum ubique eadem sit, quomodo scriptura in universum sibi constans tantum in magnitudine variet, vides. Col.* $326^{a}$. *magnam litteram* I *monstrat, quam scriptor postea in margine atramento nigro et minio pinxit, ut initium novae narrationis, quam maioris momenti esse putabat (de fratre Sal. agitur), melius insigniret. Col.* $326^{b}$. *nota verba margini superiori sub signo* ⁄· *et col.* $326^{a.b}$. *verba margini inferiori sub signo* ⁚ *adscripta, quae novas res ad ea, quae auctor in textu dixerat, illustranda utiles afferunt. Cum verba supra columnam* $326^{b}$. *suppleta et praesertim vox* expulsi *cum signo* ⁏. *ita scripta sint, ut linea ultima huius inscriptionis* (scorpionis — expulsi) *lineis praecedentibus brevior sit, iam hic cognoscis, quod melius etiam col.* $487^{b}$. *(tabula* 4 *a) inspecta perspicis, prius numeros foliorum, tum inscriptiones columnarum scripta esse. Iam ex hoc folio suspicari possis auctorem operis eundem esse ac scriptorem codicis.*

**Tabula secunda** *foliis* $368^{c.d}$. $369^{a.b}$ *(p.* 381 *sqq.). monstrat opus Cronicae tum demum compositum esse, cum codex noster scriberetur. Nam scriptor f.* $368^{v}$. *in scribenda columna* $368^{c}$. *coepit, tum carmen inseruit, cuius lineae columnis solitis latiores erant. Ideo cum carmine finito f.* $369^{a.b}$. *reliquum solito modo duabus columnis descripsisset, postea spatium columnarum* $368^{d}$. $369^{b}$. *vacuum relictum quodam loco ex Gregorii libris Dialogorum assumpto explevit et signis* ⸭ *et* ⁄· *monstravit, quo modo verba sibi succederent. Cum haec omnia scripsisset, supra verba:* Ideo de ista materia *etc. inscriptionem columnae* $368^{c}$. *posuit. Etsi non omnino negari possit fieri potuisse, ut librarius quidam ex codice quodam archetypo haec omnia eodem modo descripsisset, quo ibi invenisset, multo veri similius est ipsum auctorem, cum opus componeret, ita egisse.*

**Tabula tertia** *f.* $246^{c.d}$ *et* $309^{a.b}$ *(p.* 95 *sqq.* 237 *sqq.). exhibens luce clarius monstrat auctorem operis eundem esse ac scriptorem codicis. Nam ea, quae f.* $309^{a.b}$. *in margine inferiore eadem manu, quae textum conscripsit, addita sunt, et uberiora de rebus iam in textu narratis tradunt et continent verba:* Sed hanc materiam plenius descripsi *etc. et:* In qua similiter posui *etc. Ergo is, qui hic de se loquitur, et auctor operis et scriptor codicis est, ipse scilicet frater Salimbene. Ad hoc*

*f.* $288^{c}$, *p.* 188, *n.* a. d. f; *f.* $360^{a}$, *p.* 363, *n.* a; *f.* $394^{b}$, *p.* 441, *n.* p; *f.* $464^{d}$, *p.* 611, *n.* d; *f.* $481^{a}$, *p.* 625, *n.* d.

1) *Hoc O. Holder-Egger ipse de loco f.* $330^{c}$, *p.* 287, *n.* * *expresso dixit. Equidem coniecerim illum virum etiam scripsisse f.* $210^{d}$, *p.* 8, *n.* a; *f.* $216^{a}$, *p.* 21, *n.* **; *f.* $280^{b}$, *p.* 167, *n.* d; *p.* 168. *n.* a. d; *f.* $281^{c}$, *p.* 171, *n.* *; *f.* $351^{d}$, *p.* 340, *n.* *; *f.* $360^{b}$, *p.* 363, *n.* *. a.

2) *Vide tabulam quintam.*

3) *De eo, qui verba p.* 255, *n.* d *notata scripsit, vide p. XXIX, l.* 26—35.

4) *Ex. gr. f.* $236^{d}$, *p.* 69, *n.* a; *f.* $245^{a}$, *p.* 92, *n.* *; *f.* $247^{d}$, *p.* 98, *n.* *; *f.* $430^{a}$, *p.* 529, *n.* k.

5) *Cum ipse columnas et paginas codicis, quae in tabulis huic volumini addendis exprimerentur, elegissem, specimine quodam phototypico codicis usus, V. Cl. H. Bresslau Romae moratus adiuvante socio nostro E. Perels tabulas exprimendas curavit.*

*demonstrandum facit etiam f.* $246^{c.d}$. *Nam in margine col.* $246^{c}$. *scriptor maximam litteram* I *pinxit, ubi de se ipso ordinem fratrum Minorum intrante loquitur. Et cum primum haec et sequentia omnia uno tenore et sine stili mutatione scripsisset, postea demum ei in mentem venit, ut proprium tractatum componeret, quem* 'Liber de Prelato' *appellavit, qui a verbis:* Item in supra dicto millesimo *inciperet. Hoc in inscriptione columnae dixit, quam demum post f.* $278^{d}$. *scripsisse potest.*

***Tabula quarta.*** *a) Col.* $487^{b}$ *(p. 640 sq.); inscriptio columnae demum addita est, postquam numerus folii iam scriptus erat: nota numeros* XV. 24. *in lineis prima et nona columnae postea alio atramento a fratre Sal. suppleta esse. b—d) Reliqua pars huius tabulae et tabulae sequentes manus alienas exhibent, quae ad Cronicam fratris Sal. quaedam addiderunt vel etiam in textu mutaverunt. b) Foliorum praemissorum quinti columnam tertiam* (c) *vides, partem indicis ab homine quodam saec. XIV. in. compositi exhibentem. c). d) Eundem virum inscriptionem col.* $210^{d}$ *(p. 8 sq.). et notam ad col.* $281^{c}$ *(p. 171 sq.):* falsum est quod ibi ponit autor *scripsisse puto. Nota praesertim litteram* r, *litteram* Q (Quod) *in indice et col.* $210^{d}$, *formam signorum compendii* ē, $\overset{i}{\imath}$ *et totum ductum litterarum.*

***Tabulae quintae*** *partes a). b) (f.* $280^{b}$, *p. 167 sq.: f.* $360^{a.b}$, *p. 362 sqq.) quaedam ab eodem viro, ut censeo, mutata vel addita exhibent. In numero columnae* $280^{b}$ *(p. 167 sq.) nota signum* O, *quo Sal. pro numero arabico* 0 *tantum hoc loco et f.* CCC80. *et f.* CCCC80. *usus est*[1]. *In lineis loco raso alia manu scriptis confer litteram* M *in verbo* Marchionis *cum litteris* M *in indice (tab. 4b) in verbis* Magno terremotu *(f. 418),* Magna multitudine *(f. 421); tum litteras* R *in verbis* Rainaldo, Rainaldum *cum multis litteris* R *in indice, ex. gr. in duobus verbis* Regē *(f. 405). litteras* A. *f.* $280^{b}$. *in verbis* Apulia, Azonis *cum litteris* A *in indice, scilicet in margine sinistra prope f. 416, in verbis* Antonium, Armanum *(f. 419),* Azo *(f. 423). Tabulae quintae pars c) (col.* $342^{a}$.[2], *p. 317) et*

***Tabula sexta*** *(col.* $428^{a}$. $308^{a}$. $316^{c.d}$, *p. 524 sq. 235 sq. 255 sq.) quandam manum antiquam monstrant, de qua, cuius sit, dubitare possis. Quae col.* $342^{a}$. $428^{a}$. *marginibus sub signo* ɵ *adscripta sunt, procul dubio a fratre Sal. scripta sunt. Quod col.* $308^{a}$. *sub signo* /. *adscriptum est, a fratre Sal. additum esse O. Holder-Egger p. 235, n.* c *censuit. Quae f.* $316^{c.d}$. *eodem, ut videtur, atramento, quod col.* $308^{a}$. *adhibitum est, manu simillima addita sunt, eis, quae in textu referuntur et quae frater Sal. se ipsum audivisse dicit, adeo repugnant, ut difficile sit credere, fratrem Sal. haec scripsisse. Hunc locum, cum solus sit in toto codice, de quo dubitare possis, propterea omittere nolui. Nota inde a f. 316. tractatum de eis, qui se dicunt apostolos esse et non sunt, initium capere, quem auctor eodem modo quo Librum de Praelato postea demum distinxit et composuit, cum iam magnam partem foliorum sequentium scripsisset. Cognoscis hoc ex magna littera* I *postea in margine picta et ex inscriptione col.* $316^{d}$. *demum post f.* $333^{a}$. *scripta.*

*Quae fata*[3] *codex post mortem auctoris usque ad saeculum XV. habuerit, nescimus. Illo saeculo Carolus Sigonius*[4] *eum describendum curavit, saec. XVI. Iacobus Sabellius cardinalis eum possedit, ut Franciscus Pegna*[5] *his verbis tradit:* Cum nuper in biblio-

1) *P. 166, n.* a. 2) *Hanc cum ipse elegissem, quae phototypice exprimeretur, postea in schedis Oswaldi Holder-Egger inveni etiam eum de hac exhibenda cogitasse.* 3) *Haec fere omnia E. Michael l. l. p. 87 sqq. collegit.* 4) *Cf. infra p. XXX, l. 15 sq. Flavius Blondus, quem Cronicam fratris Sal. servatam P. Buchholz, 'Die Quellen der Historiarum Decades des Flavius Blondus' p. 93 sq. exscripsisse putarit, non hac Cronica, sed deperdita quadam usus est; cf. supra p. XXVI, l. 1—3.* 5) *Apud Eymericum, Directorium inquisitorum p. 2, q. 12,*

theca Illustrissimi et Reverendissimi Iacobi Sabelli Cardinalis, inquisitoris supremi in universa christiana republica, repertus esset liber manu scriptus, qui res gestas in multis Italiae urbibus superioribus continebat, inter cetera eius libri auctor fr. Salimbenus de Adam Parmensis ordinis Minorum s. Francisci initia, progressus et incrementa huius Segarelli describit. *Die* 11. *m. Februarii a.* 1587. *idem cardinalis Romae existens codicem Paulo Sanvitali dono dedit, ut supra p. XXVI, l.* 8—13. *relatum est. Sed unde cardinalis ille eum acceperit, non constat. Tunc librum Romae mansisse veri simile est. Nam saeculo XVIII. in. P. Torribia inter libros ducis Politani e gente nobilium Comitum ('Conti') Romanorum eum invenit*[1]. *Inter*[2] *annos* 1785. *et* 1787. *Caietanus Marinius, custos bibliothecae Vaticanae et L. V. Savioli et Girolamo Tiraboschi viri docti de Cronica edenda cogitaverunt, qua de re cum abbate Reggi, cuius curae libri nobilium illorum tunc commissi erant, egerunt: sed antequam id perficere potuissent, codex* 'per pochi scudi' *ad bibliothecam Vaticanam venditus et delatus demum liberalitate Leonis XIII. P. M. usui virorum doctorum redditus est.*

*Praeter codicem autographum infra uno loco*[3] *apographum Sigonianum adhibitum est, codex F 4 archivi 'Piombino-Buoncampagni' Romani, quem F. Güterbock inspexit*[4].

*Nullius pretii est codex Parisiensis Bibliothecae nationalis, 'Collection du Theil' R 4. saeculi XVIII., ex codice Romano negligenter, multis mutatis, descriptus.*

*Codex Vaticanus Latinus nr.* 9532. *miscellaneus quondam Angeli Mai cardinalis f.* 159—186. *excerpta ex Cronica fratris Salimbene manu ipsius cardinalis scripta res annorum* 1221—1235. *continentia praebet.*

*Saeculo XVIII. exeunte Caietanus Marinius, quem iam supra memoravimus, codicem Romanum petente duce Sermonetae per abbatem Amati describendum curavit, sed apographum hoc multis locis mutilum et mendosum est. Quod ubi nunc sit, nescio*[5]. *Ante a.* 1857. *V. Cl. Iohannes Franciscus de Rubeis hoc apographum viro docto A. Pezzana Parmensi concessit, quo usi anno illo viri docti Antonio Bertani, Amadio Ronchini, Luigi Barbieri, codice autographo non inspecto. Cronicam fratris Salimbene prelo dederunt*[6]. *Unde factum est, ut editio haec fere tertiam partem Cronicae originalis omitteret et multas falsas lectiones praeberet*[7]*: sed et omnibus notis carens ad res*

*ed. Venet.* 1607, *p.* 271. *Hunc librum ipse non vidi, verba supra allata ex libro Aemilii Michael l. t. p.* 88. *excerpsi.* 1) *P. F. Ehrle, 'Zeitschr. f. kathol. Theologie' t. VII (*1883*), p.* 768. 2) *Quae sequuntur de fatis codicis, vide apud Affò-Pezzana, 'Memorie degli scrittori e letterati Parmigiani. Tomo sesto, parte seconda' (Parmae* 1827*), p.* 56—58, *p.* 57, *n.* 1, *ubi verba ex epistolis virorum doctorum allata sunt.* 3) *F.* 293[b], *p.* 197, *n.* c—g. *Codex Ashburnham. saec. XV, nr.* 1111, *de quo G. Waitz, 'N. Archiv' IV, p.* 611. *dixit, non Cronicam fratris Salimbene continet, sed librum quendam:* 'Novella di Salimbeni'. *Cf. 'Eight Report of the Royal Commission on Historical Manuscripts. Appendix (Part III). London'* 1881, *p.* 58. *Opus cuiusdam poetae, vel Benucii Salimbeni, vel Nicolai Salimbeni, hanc* 'Novellam' *esse conicio; vide Chevalier, 'Bio-Bibliographie' col.* 2027. 4) *Cf. F. Güterbock, 'N. Archiv' XXV, p.* 39 *sq. O. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXXI, p.* 5. 5) *E. Michael l. l. p.* 90: *'Die Abschrift des Salimbene, welche A. Archiv Bd.* 12, 415 *verzeichnet ist und sich gegenwärtig in Privatbesitz befindet', cum n.* 4: *'Durch einen glücklichen Zufall kam sie mir in Wien zu Gesicht'.* 6) Monumenta Historica ad Provincias Parmensem et Placentinam pertinentia. Parmae. Ex officina Fiaccadori. MDCCCLVII. (vol. III). Chronica Fr. Salimbene Parmensis ordinis Minorum ex codice Bibliothecae Vaticanae nunc primum edita. *XV,* 424 *paginae.* 7) *Multa eo consilio omissa vel ad arbitrium editorum (an Caietani Marinii?) mutata sunt, ne curia Romana vel cardinales offenderentur. Cf. quae de editione Parmensi O. Holder-Egger dixit, 'N. Archiv' X, p.* 233.

in Cronica narratas diiudicandas vel ad fontes, quibus frater Sal. usus est, cognoscendos nihil attulit.

Primam partem codicis, folia 208—219$^b$, ab editoribus Parmensibus omissam L. Clédat, De fratre Salimbene et de eius Chronicae auctoritate, p. 67—116. publici iuris fecit, alias partes Cronicae alii[1] alibi prelo dederunt.

Versionem Italicam a. 1882. C. Cantarelli[2] edidit, cui opus non bene cessit. G. G. Coulton, 'From St. Francis to Dante'. ('London' 1906[3]) magnam partem Cronicae in linguam Britannicam transtulit et commentario intermixto illustravit. Versio Germanica ab A. Doren parata inter tomos operis 'Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit' mox proditura est.

## § 5. *Qui de fratre Salimbene egerint.*

Praeter dissertationes editoris supra p. VII. dictas vide quae exposuerunt[4]

Affò-Pezzana, 'Memorie degli scrittori e letterati Parmigiani. Tomo sesto, parte seconda. Parma' 1827, p. 56—58, qui de fatis codicis quaedam[5] exposuit.

Höfler, 'Über den Wert und den Inhalt der grossen handschriftlichen Chronik[6] Salimbene d'Adami's von Parma'. 'Gelehrte Anzeigen hg. von Mitgliedern der K. bayr. Akad. der Wissenschaften. München' 1842. col. 673—696.

L. Barbieri in praefatione ad Chronica Parmensia a sec. XI. ad exitum sec. XIV. Monumenta historica ad provincias Parmensem et Placentinam pertinentia. Tomus IV, p. VI—XIX. de fontibus fratris Sal. egit, sed rem minime absolvit.

M. Tabarrini, 'Della Cronaca di fra Salimbene'. 'Archivio storico Italiano. Nuova serie'. Vol. XVI, 1 (1862), p. 25—69; vol. XVIII. 2 (1863), p. 42—89. de vita auctoris et rebus ab eo narratis retulit[7].

A. Dove, 'Die Doppelchronik von Reggio und die Quellen Salimbenes. Leipzig' 1873. primum docte et acute, qua ratione opera Alberti Milioli et fratris Salimbene inter se cohaererent, explicavit.

L. Clédat, De fratre Salimbene et de eius Chronicae auctoritate. Parisiis 1878. inter alia[8] codicem Vaticanum ab ipso fratre Sal. scriptum esse exposuit[9]. Cui contradixit

F. Novati, 'La Cronaca di Salimbene'. 'Giornale storico della letteratura Italiana' I (1883), p. 381—423. Contra hunc

L. Clédat, 'La Chronique de Salimbene'. 'Annuaire de la Faculté des Lettres de Lyon. Fasc.' 1 (Paris 1883), nr. 3, p. 201—214; 'Fasc.' 3 (1885), p. 161—192. et

1) M. Sarti-Fattorini, De claris archigymnasii Bononiensis professoribus. Tom. I, pars 2 (Bononiae 1772). Appendix nr. XIII, p. 208—214. Alios enumeravit E. Michael l. l. p. 93. 2) 'Cronaca di Fra Salimbene Parmigiano dell' ordine dei Minori. Volgarizzata da Carlo Cantarelli. Parma' vol. I. II, 1882. 3) Iterum liber prodiit 'London' 1907 ('Dahlmann-Waitz' ed. 8, nr. 5129). 4) Quae sequuntur fere omnia E. Michael l. l, p. 2 sqq. collegit, qui etiam alios libros commemoravit, quorum auctores opus fratris Sal. hic illic adhibuerunt, quos omitto. 5) Cf. supra p. XXX, l. 9 sqq. 6) P. 676. dicit: 'Das Manuscript, offenbar Autograph des Verfassers'. 7) Idem fecit Mussafia, 'Aus der Chronik von Fra Salimbene'. 'Jahrbuch f. Romanische und Englische Literatur. Bd.' 6, 'Leipzig' 1865, p. 222—226. 8) Cf. supra l. 3—5. 9) Clerici, 'Von der Chronik des Bruders Salimbene von Parma'. 'Philolog. Wochenschrift hg. von W. Hirschfelder' I ('Berlin' 1881), col. 143—145; 175—182. dissertationem eo consilio scripsit, ut virorum doctorum animos ad translationem Italicam, de qua supra l. 6. diximus, adverteret.

sententiam suam defendit[1] et quasdam partes Cronicae edidit vel editionem Parmensem cum codice Vaticano contulit.

De codice autographo O. Holder-Egger, 'Reise nach Rom 1884'. 'N. Archiv' X. p. 222—224.[2] egit.

E. Michael S. I., 'Salimbene und seine Chronik. Eine Studie zur Geschichtschreibung des dreizehnten Jahrhunderts. Innsbruck' 1889. de vita et Cronica fratris Sal. magna cum diligentia multa collegit.

De fatis, animo et indole fratris Salimbene plures egerunt: Émile Gebhart[3]. 'Fra Salimbene. Franciscain du treizième siècle': A. Dove, 'Erinnerungen eines Bettelmönchs'. 'Ausgewählte Schriftchen' ('Leipzig' 1898), p. 36—53; G. G. Coulton in translatione Cronicae, quam iam supra[4] memoravimus: U. Balzani, 'Le cronache Italiane nel medio evo'. ed. 3, p. 262—268; ego ipse in libro: 'Italienische Geschichtschreiber des XII. und XIII. Jahrhunderts'. ('Leipzig' 1909), p. 52—55.

Qui de hac editione et de editore bene meruerint, ipse editor, si superstes fuisset, grato animo dixisset. Mihi hic commemorare liceat prae ceteris V. Cl. P. F. Ehrle S. I., praefectum bibliothecae apostolicae Vaticanae, de hac editione optime meritum[5], tum viros clarissimos P. M. Bihl, Al. Cartellieri, G. G. Coulton, A. Dove, qui litteris ad editorem datis quaedam cum eo communicaverunt[6]. P. M. Bihl, 'Études[7] Franciscaines' XVI, p. 520—532. et 'Literarische Rundschau für das kathol. Deutschland. 33. Jahrgang' 1907, col. 461—463. de priore parte huius tomi[8] etiam publice disseruit.

Restat, ut gratias agam quam maximas V. Cl. H. Bresslau, qui me in hac praefatione scribenda non paulum adiuvit et plagulas mecum correxit, et Adolfo Hofmeister, qui etiam plagulas mecum perlegit.

Dabam Lipsiae a. d. III. Kal. Decembres a. 1912.

B. SCHMEIDLER.

1) Cf. etiam L. Clédat, 'Revue historique' t. XXIV ('Paris' 1884), p. 224—227. 2) Cf. ibidem XI, p. 255. 3) In libro: 'La renaissance Italienne et la philosophie de l'histoire. ('Études meridionales'). Paris' 1887; vide p. 107—132. 4) P. XXXI, l. 7 sq. 5) Cf. O. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXXI, p. 5. 6) Vide Addenda et Corrigenda, infra p. 692—696. 7) Hunc librum ipse non vidi. Cf. 'N. Archiv' XXXII, p. 532, n. 63. 8) P. 1—360.

# CORRIGENDA.

P. VIII, ad lineas 7—11. adde fratrem Sal. procul dubio ipsum vidisse, quae f. 366c, p. 377. de domina Mabilia Markesopoli filia domino Azoni marchioni in matrimonium data narrat; factum est, 'cum adhuc essem in seculo, id est antequam intrarem ordinem fratrum Minorum anno Domini M⁰CC⁰XXX⁰VIII⁰'.

P. 253, l. 27. lege dicenda festino (pro dicendo).

P. 597, l. 8. lege dicuntur (pro dicunter).

P. 645, l. 31. cognoscatur — l. 32. iustum est, ut delenda sunt, quae in codice non exstant.

*F.* CCVIII[a]. Quod Manuel imperator Constantinopolitanus[a] maximam[b] Venetorum multitudinem[b] cepit.
Quod Lombardi contra imperatorem novam civitatem edificaverunt, quam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt.
De obsidione[c] Anchone.

---

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[Eodem[d] anno[1] imperator Manuel Con]*stantinopolitanus maximam[e] Venetorum multitudinem per totam Greciam dispersorum in unius diei spatia[f] cepit, sicut aves ab absconso[g] venatorio laqueo capiuntur[2], eó quod inter ceteros Latinos in imperatoris gratiam[h] constitutos[3] insultum zelo invidie fecerunt et plagis affectos reliquerat[i] semivivos. Quocirca Véneti cum multitudine magna vivorum[k] et centum galeis Romanie insulas intrantes quasdam ceperunt. Sed apud Chio yemantes peste fere omnes mortui sunt. Qui autem superstites redierunt, ducem proprium[4] occiderunt. *f. CCVIII[a]. 1171. *Sic. dep.* 1172.

Anno Domini M⁰CLXVIII⁰, ut adimpleretur[l] quod in proverbiis dicitur: 'Non erit illa[m], cui casibus accidit una[5]', Lombardi contra imperatorem coloniam, id est novam colonorum habitationem, facientes eam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt. Alii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam usque in hodiernum diem appellant. Eodem quoque anno Romani vires resumentes Albanum expugnaverunt et expoliantes bonis omnibus incenderunt. 1168. *Sic. dep.*

Anno Domini M⁰CLXXI⁰. Beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus sub Artaldo[6] rege Anglorum subiit passionem in provincia Anglie ante altare in festivitate Innocentum a militibus regis. *L. temp. c.* 180.

a) constan̄ *c.* b) imam *et* mul *medicina olim superlita deleta sunt in c.* c) sidione an *medicina deleta.* d) *uncis inclusa ex Cronica imperatorum Alberti Milioli, in qua ad a.* 1212. *sequentia omnia fere descripta sunt SS. XXXI, p.* 642 *sqq., suppleri, cuius codicem autographum littera C infra signavi; cf. inscriptionem columnae* 208[a]. e) *litterae* im *evanuere in c.* f) *sic c.; lege* spatio; spacia *C.* g) asconso *Sal. post corr.* absconso *c.;* asconso *C.* h) *sic* (grāʒ) *c. et C; lege* gratia. i) *sic c. et C; lege* reliquerant. k) *sic c. et C; lege* virorum. l) adimpleatur *Sic.* m) sola, *quod Sic. habet, omisit Sal., deest et C, quod si addis, habes hoc loco fere hexametrum leoninum vitiosum.*

1) *Non a.* 1167, *cuius anni locus e Cronica Sicardi, SS. XXXI, p.* 166 *sqq., descriptus in Cronica imp. Alberti Milioli c.* 153. *praecedit, qui pro eo annum* 1164. *falso scripsit, sed a.* 1171. 1172. *sequentia gesta sunt. Cf. Ann. Venet. breves et Hist. ducum Venet. c.* 6. 7, *SS. XIV, p.* 72. 78—80. 2) *Cf. Eccle.* 9, 12: sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines. 3) *Ianuenses scilicet.* 4) *Vitalem Michael II.* 5) *Male Sal. haec* (ut — una) *hoc loco inseruit, quae apud Sicardum p.* 167. *ad praecedentia, a Sal. omissa, pertinent.* 6) *Artaldum Sal. etiam infra f.* 264[c], *ubi Iacobi Legendae Aureae c.* 11. *exscripsit, Heinricum II. regem vocavit. Quod nomen nescio an inde exortum sit, quod in dicto capite Legendae Aureae, ed. Grässe p.* 67, *ubi verba* a rege artatus *leguntur, nec nomen regis invenitur, hoc verbum codicis a Sal. lecti corruptum fuerit.*

*F.* 208[b]. Quod M⁰C⁰LXXI⁰ beatus Thomas Cantuariensis sub Artaldo rege Anglie subiit passionem.
Quod marchio Montis-ferrati accepit filiam regis Ierusalem in uxorem.
Quod exercitus imperatoris vincitur a Lombardis.
*F.* 208[c]. Quod imperator reconciliatus est ecclesie et cum papa Alexandro pacem fecit.
Quod Christiani Saracenos debellaverunt et ceperunt.
Quod Manuel imperator filio marchionis Montis-ferrati filiam dedit uxorem et regem Thessalonie fecit.

---

1173. *Sic. dep.* Anno Domini M⁰CLXXII⁰ Christianus archicancellarius, qui erat archiepi-
scopus Magontinus, Anchonam cum Vénetis obsedit et in tantum obsessos artavit,
ut[a] inmundas carnes et coria condita ceteraque illicita vel inmunda comederent
et caput asini centum quadraginta denarios[b] venderent. Et tamen invicti viriliter
**f.* 208[b]. restiterunt, et refocilatos a Manuele Constanti*nopolitano pecunie thesauris de
*(Oct.)* manibus persecutoris liberavit eos Dominus.
1174. *Sic.* Anno Domini M⁰CLXXIIII⁰ rediens imperator in Ytaliam Segusiam[c] destruxit,
Paleam obsedit, nec messuit nec quicquam utile in horrea reportavit.
1175. Anno Domini M⁰CLXXV⁰, cum Lombardi contra imperatorem apud Casteçium con-
gregati fuissent, eos redditis gladiis subiugavit et in dedictione[d] imperio digna recepit.
1176. *Sic. dep.* Circa hec tempora victoriis gloriosis magnificus, quamvis leprosus, Balduinus rex
Ierosolimitanus Guillielmo primogenito[e] marchionis Guilielmi de Monte-ferrato filio
sororem suam Sybillam tradidit in uxorem [1]. Erat enim spetie decorus, vir mili-
taris, miles strenuus virtutibusque armatus, viribus approbatus. Cui cum rex in-
firmus et elefantiosus coronam vellet imponere, Guilielmus renuit, Iopensem tenens
iure successorio comitatum. Sed in custodia regnum tenuit universum, et filium
genuit elegantem nomine Balduinum. Qui avunculo rege patréque defunctis [2] in
1183. regem postmodum coronatus est, licet etate minor. Qui quamdiu in tutela fuit
Templariorum, ad regni tutelam Raymundus comes Tripolitánus a baronibus
vocatus est.
1176. *Sic.* Anno Domini M⁰CLXXVI⁰ apud Lagnianum dimicans exercitus imperatoris a Lom-
bardis vincitur. O rota fortune, que nunc humiliat, nunc exaltat! Immo non fortuna,
*1. Reg.* 2, 6. 7. sed Dominus est, qui *mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit. Dominus pauperem
facit et ditat, humiliat et sublimat*[f].
1177. **f.* 208[c]. Anno Domini M⁰CLXXVII⁰ videns imperator, *quia non in fortitudine sua *roborabitur
*ib. v.* 9. *Luc.* 1, 52. *vir,* videns, quia Deus exaltat humiles et deponit potentes, considerans, quod ecclesiam
*Matth.* 16, 18. suam fundavit supra firmam *petram, et porte inferi non prevalebunt adversus eam,* humiliavit
se sub potenti manu Dei et pacem composuit apud Venecias cum Alexandro pontifice;
et cum segregatus fuisset a gremio matris ecclesie, reconciliatus est ecclesie universali;
ubi et cum Lombardis ad sex annos et cum rege Siculo ad XV annos treuguam[g] fecit.
Et tunc fames in Ytalia fuit [3]. Quo anno Christiani cum Saracenis ultra mare

a) *penna mutata.* b) *sic c. et C; lege* denariis. c) Segugiam *Sic.;* Secusiam *C.* d) *sic c. et C.* e) *non* progenito, *ut Clédat dixit, sed* ꝓgenito *recte habet c.* f) *sic c. et codd.* 2[b—c] *Sicardi et C; vide SS. XXXI, p.* 167, *n.* f; sublevat *Sic.* g) treugam *Sic.*

1) *Vide quae Sicardus de filiis Wilhelmi III. marchionis Montis-ferrati et de Balduino IV. rege in Cronica maiore deperdita scripserat et Sal. ex ea descripserat in Cron. imp. Alberti Milioli c.* 139. 143, *p.* 639 *sq.* 2) *Balduinus IV. rex obiit a.* 1184, *Wilhelmus pater a.* 1177. *Balduinus V. iam a.* 1183. *Nov.* 20. *rex coronatus est.* 3) *Cf. Alb. Mil. Lib. de temp. c.* 182. 183. *ad a.* 1177. 1178, *SS. XXXI, p.* 449, *et ibid. n.* 5. 6.

*F.* 208[d]. Quod papa Alexander universale concilium celebravit.
De Andronico et de malitiis eius.
Quod imperator pacem cum Lombardis fecit apud Constantiam civitatem.
De nuptiis[a] regis Henrici, que Mediolani celebrate fuerunt.

---

pugnaverunt et obtinuerunt, quia septem milia Christianorum XXX duo milia Sara- 1177. *Sic.*
cenorum fugaverunt et superaverunt[1] iuxta promissionem, quam Dominus
facit Levit. XXVI*: *Si in preceptis meis ambulaveritis*[b] *et mandata mea custodieritis* *v. 3. 7. 8.
*et feceritis ea, persequemini inimicos vestros, et corruent coram vobis. Persequentur X
de vestris centum alienos, et centum ex vobis decem milia. Cadent inimici vestri in
conspectu vestro gladio*[2]. Imperator igitur in Alamania[c] rediit, et apostolicus Romam *Sic.*
adiit[d]. Circa tempora ista Constantinopolitanus imperator marchioni Guilielmo 1178. *Sic. dep.*
de Monte-ferrato mandavit, ut unum de filiis suis Constantinopolim mitteret, cui
filiam in matrimonio copularet. Tunc temporis Conradus et Bonifacius uxores
habebant, Fridericus clericali cingulo militabat, qui postmodum fuit Albensis[e, 3]
episcopus; quem[f] magnanimiorem effecit prosapia generis, quam ordo exigeret
episcopalis. Misit ergo Constantinopolim etate minorem[4], adolescentem[g] specie
decorum et aspectu venustum. Cui Manuel filiam Kyramariam in uxorem tradidit, 1179.
eumque in regem Thessalonie[h] diademate coronavit[5].

Anno Domini M⁰CLXXIX⁰ Alexander papa *universale[i] concilium celebravit, in *f. 208[d]. *Sic.*
quo canones statuit et promulgavit.

Anno Domini M⁰CLXXXI⁰ Lucius papa creatur; pro[k] Tusculano Romanos acriter 1181.
impugnavit. Successit Manueli Constantinopolitano puer Alexius, filius eius, 1180.
qui[l] post Almaton[6] de principis filia genuit Antiocheni[7]. Hunc, cum duobus[8]
regnaverit annis, occidit Andrónicus et regnavit tribus[9] annis. Qui quoque ini- 1183.
ciata iniquitate et imperatricem, matrem pueri, et Raynerium imperatoris generum
cum uxore occidit. Denique multos Grecos nobiles interfecit, sed et plurimos excecavit.

Anno Domini M⁰CLXXXIII⁰ imperator Fridericus cum Lombardis pacem com- *Sic.*
posuit et fecit apud Constantiam in curia sollemni VII⁰ Kal. Iulii. *L. temp. c.* 186.

Anno Domini M⁰CLXXXIIII⁰ Lucius papa Veronam venit, imperante Friderico. Et 1184. *Sic.*
obiit predictus papa Verone. *L. temp. c.* 185.

Anno Domini M⁰CLXXXIII⁰[m] imperator in Ytaliam veniens[n] Cremam in odium 1185. *Sic.*
Cremonensium reedificavit. Eodem anno Urbanus papa creatur. Eodem anno

a) nuptiis regis Hen *deleta legi nequeunt in c.* b) ambul. *a Sal. in marg. suppl. c.* c) Alamaniam *Sic. et C.* d) rediit *Sic.* e) Galbensis *Sic. et C.* f) quem *a Sal. in marg. suppl., quod C deest.* g) adoloscentem *c.* h) Thesalonice *C; Tesalonica Sicardus aliis locis scripsit p.* 178 *sq.; cf. infra p.* 4, *l.* 6. i) rsale conc *legi nequit in c.; cf. supra l.* 1. k) qui pro *Sic. et C;* creatur pro tusculano ⁓ romanos *c.* l) *sic* (q̇) *c.; lege* quem, *ut C habet.* m) MCLXXXV. *Sic. et C.* n) rediens *Sic.*

1) *Nota Albertum Milioli in Cron. imp. c.* 160. *hoc loco habere lectionem Sicardi p.* 168, *quam Salimbene mutavit.* 2) *Versus Levitici a Salimbene additi sunt; 'N. Archiv' XXIX, p.* 193 *sq.* 3) *Sal. hoc falso mutavit. Fridericus non fuit episcopus de Alba; cf. F. Savio, 'Gli antichi vescovi d'Italia' I, p.* 60. 4) *Rainerium.* 5) *Mutata et ampliata sunt hoc loco a Sicardo ea, quae ipse in Cronica p.* 173. *scripserat. Priorem partem loci de marchionibus Montis-ferrati ibi scripti vide a Sicardo mutatam in Cron. imp. Alberti Milioli c.* 139, *p.* 639. 6) *Si Sicardus dicere voluit Almaton fuisse filium Manuelis ex priore uxore Irena, falsum dixit, nam ex hac Manuel tantum filiam genuerat. Manuel habuit filium illegitimum Alexium.* 7) *Maria filia Raimundi principis.* 8) *Potius tribus annis,* 1180—1183. 9) *Duobus annis potius,* 1183—1185.

*F.* CCIX[a]. Quod M$^{0}$C$^{0}$LXXXVII$^{0}$ Ierusalem a Saladino in mense Iulio capta est et terra Domini ab infidelibus occupata.
Quod Conradus marchio Montis-ferrati factus est princeps in Tyro et viriliter contra Saladinum defensavit Christicolas.

---

1185. *Sic. dep.* terremotus non modicus fuit in Ytalia. Et exercitus Guilielmi regis Siculi contra
nequitiam Andronici se armavit et Duratium et Thessalonicam cepit. Sed recepti[a]
1186. capti sunt vel redierunt confusi. Eodem anno nuptie regis Henrici et Con-
stantie Rogerii condam Siculi regis filie Mediolani celebrate fuere[b, 1].
*L. temp. c.* 187. Eodem anno domnus Prendiparte potestas Bononie misit milites ad imperatorem Fridericum
apud Cremam. Eodem anno obsesa[c] fuit Faventia a Bertoldo cancellario imperatoris Friderici.
*Sic.* Anno Domini M$^{0}$CLXXXVI$^{0}$ imperator Fridericus quoddam castrum Cremonensium,
**f.* CCIX[a]. 1185. quod[d] Man*fredi nomine vocabatur, omnino destruxit. Eodem anno Andrónicum
*Sic. dep.* ignominiosa morte Ysachius interfecit. Qui regni obtinuit principatum, et sororem
1187. suam Hermem[e, 2] Conrado sepe dicti marchionis[3] filio in matrimonio copulavit.
Qui imperatoris et imperialis urbis Vrana[f] impugnatori caput monomachus[4] ampu-
tavit et ab hoste illo Greciam liberavit. Sed tamen invidiam et odium multorum
incurrit. Quocirca, ut Grecorum versutias evitaret, navem ascendens[g] sepulcrum
Domini visitare proposuit[5].
1187. *Sic.* Anno Domini M$^{0}$CLXXXVII$^{0}$ Ierusalem a Saladino[h] in mense Iulio[6] capta est,
*Hist. peregr. (Sic. dep.)* et terra Domini ab infidelibus occupata. Causa[7] huius invasionis fuit iniquitas Christia-
norum. Cum enim inter Saladinum et Ierosolimitanum regem pax firmata fuisset, eam
Christiani iussu Rainaldi principis Montis-regalis et domini vallis Hebron camuannas[i, 8]
Saracenorum capientes nequiter violarunt[k]. Alia causa fuit discordia regis Guidonis et
Raimundi comitis Tripolitani[k]. Causa vero discordie fuit invidia vel indignatio, quia
Sibilla regina defuncto marito[9] Guidoni Pictaviensi nupserat et defuncto filio[10]
coronam dederat peregrino preter ipsius comitis assensum et aliorum baronum. Modus
occupationis hic fuit: Saladinus terram ingrediens primo Tabariam vel Tyberiadem
obsedit. Rex Guido in Marscalia[l] castrametatur. Audi presagium vicine cladis indica-

a) *sic c. et C, corruptum a Sal.; non dubito, quin* decepti *legendum sit, ut habent Ann. Ceccan., SS. XIX, p.* 287. b) *hoc loco tantum* C *minio scriptum, non novus versus inceptus.* c) *sic c.* d) quod *omissum est in codd. Sicardi.* e) *sic c.; procul dubio* Herinem (*i. e.* Irenem) *legendum est, ut C habere videtur.* f) urana *c. et C.* g) *sic C;* ascedens *c.* h) Salatino *Sic.* i) *sic c.; lege* caravannas; camuanus *C.* k) *sequitur* C *minio scriptum.* l) Marscalcia *Hist. peregr.*

1) *Sicardus has nuptias a.* 1186. *Ian.* 27. *celebratas ad a.* 1185. *adscripsit, quia anni initium a die Mart.* 25. *coepit.* 2) *Theodoram dictam a Niceta. Reliqui, qui de ea a Conrado in matrimonium ducta referunt (Robert. Autiss., SS. XXVI, p.* 250; *Gesta Henr. II, SS. XXVII, p.* 101; *Roger. de Hoveden, ib. p.* 145; *Regni Hierosol. Hist., SS. XVIII, p.* 55*) nomen eius non habent.* 3) *Wilhelmi III. de Monte-ferrato.* 4) *I. e. ipse solus pugnans cum Alexio Brana.* 5) *Cf. de hoc loco Ilgen, 'Markgraf Conrad von Montferrat' (Marburg* 1880*) p.* 69—74. 6) in mense Iulio *non ex Cronica Sicardi deperdita exscripta esse videntur, sed haec Sal. procul dubio scripsit pro* quinto Kal. Iulii, *quo die sepulcrum Domini captum esse Alb. Mil., Lib. de temp. c.* 189, *p.* 451. *falso dicit.* 7) *Sequentia minoribus litteris expressa ex Historia peregrinorum a Sicardo excerpta sunt.* 8) *Hist. peregr. c.* 1: congregationes negociatorum Saladini, quas vulgariter caravennas (rarauennas *codex*) vocant. 9) *Wilhelmo de Monte-ferrato (†* 1177*). Vide supra a.* 1175. 10) *Balduino V. rege, qui a.* 1186. *obiit.*

*F.* 209[b]. Quod Saladinus multas Christianorum terras occupavit et cepit.
*F.* 209[c]. Quod Christiani ultramarini vindicaverunt se de inimicis suis.
Quod Saladinus multa mala intulit Christianis.
Quod sub Heraclio crux fuit recuperata, et sub alio[1] Eraclio fuit postea Ierusalem a Machometinis invasa.

---

tivum[a]: Cum ea nocte Heraclio patriarche sub tentorio in matutinis[b] lectio legeretur, 1187. *Hist. per.*
locus occurrit de archa federis, que olim capta fuit a Philisteis. Mane facto pugnant. *(Sic. dep.) (Iul. 4).*
Comes Tripolitánus aufúgit. Rex *et sancta crux et sepe dictus marchio Guilielmus **f.* 209[b].
senior de Monte-ferrato, qui causa peregrinationis et pro nepotis supradicti
custodia Terram Sanctam adierat, ceterique barones unanimiter et populus
capiuntur; Christianorum acies superantur. Deinde Tabaria capitur. Rainaldus pre-
dictus, actor[c] sceleris, Saladini gladio decollatur. Sed et multi alii capite
detruncantur. Ad hec et Achon, Sydon et Beritus et Biblium capiuntur. In-
terea nutu Dei marchio de Monte-ferrato Conradus a Constantinopolim[d] sepulcrum
Domini visitaturus advenit. Et cognoscens Achon ab infidelibus occupatum secundo
vento apud Tyrum applicuit. Quem cives velut acéphali gratanter excipiunt, se et civi-
tatem eius moderamini supponentes. Saladinus itaque de Beritho Tyrum accedens
marchionem Guilielmum[2], Conradi patrem, quem bello ceperat, secum adduxit, ut pro
redemptione patris redditionem filii pariter haberet et urbis; et per patrem filio signi-
ficavit, ut pro ipsius et aliorum quorumdam liberatione redderet civitatem[e]. Cui
Conradus respondit, quod nec unum lapidem civitatis. Apropians[f] igitur Sala-
dinus minatus est patrem spiculis transfigendum, et Conradus se primum sagittam
in patrem missurum respondet. O felix impietas, que pro Christianorum salute
patrem telis barbarorum expositum, filiali omissa reverentia, se iactitat trans-
fixurum! Sed o memora[g] pia impietas, que amori patris amorem Dei iudicat pre-
ferendum! Sed et eiusdem patris hortatu patrem reputat contemptibilem et quasi
senem nullo pretio redimendum. Tyro itaque septem diebus obsessa rediit *(Aug.)*
Saladinus Achonem. Indeque subiugatis Neapolim[f] et *Nazareth, Caypha et **f.* 209[c].
Cesarea Palestina, Iopen[h] et Azoto, Gaza simul et Ascalone aliisque locis Ieru-
salem agregatis[i], eam dedictione[f] tributaria subiugavit; templum Domini, prius *(Oct. 2).*
a Christianis irreverenter prophanatum, suo more sanctificans et sanctificatum
custodiens, sepulcrum Domini et in Bethleem presepium custodie Surianorum
commisit[a]. Ad hec plus centum Christianorum milia subiugata Tyrensibus ante
portas ostendit, fecitque illos per vim usque Tripolim perduci. Sed a Tripolitanis
et Antiochenis expoliati penitus et abiecti Armeniam intraverunt et usque ad
Yconium dispersi fame, frigore et nuditate iusto Dei iudicio ad nichilum redacti
sunt, luentes penas propter eam, quam polluerunt, Dei hereditatem. Et vide, *cf. Ps.* 78, 1.
quod per Eraclium imperatorem crux fuit recuperata[3], sed sub Eraclio eodem[k]
fuit postea Ierusalem a Machometinis invasa[4], et tunc sub patriarcha Eraclio

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) mattutinis *c., prius* t *expunctum videtur.* c) *i. e.* auctor. d) *sic* (constantinopolī) *c.;* constantinópolitáni *C.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) *sic c. et C.* g) *sic c. et C; lege* memoranda, *ut habet Hist. peregr. c.* 5. h) *sic c.;* iopem *C.* i) *corruptum videtur;* agregatas *C; forte* aggrediens *emendandum.* k) *sic C;* ed̄ *vel* ede (*vel* ode?) *c., quod non satis certo legitur.*

1) *Aliter infra l.* 38. 39 *(cf. n.* k*).* 2) Reinerum *eum falso vocat Hist. peregr. c.* 5. 3) *Cf. Sicard. p.* 145. 4) *Cf. Alb. Milioli Cron. imp. c.* 104, *p.* 631, *ubi Sicardus verba Sigeberti exscripsit.*

*F.* 209[d]. De probitatibus Conradi marchionis Montis-ferrati, propter quas Saladinus ab obsidione Tyri recessit confusus, et caudam equo proprio, quem equitabat, fecit abscidi, volens suos ad vindicandam iniuriam animare.

*F.* CCX[a. b]. Quod imperator F[ridericus] crucesignatus est volens cum suis Domino militare. Et quod eodem anno Saladinus Tripolim accedens in Antiochenum principatum convertit habénas, ubi multas Christia-
*f. 210[b]. norum terras *subiugavit, et in Galilea similia est patratus[a]. Tunc imperator comitem Henricum ad Saladinum direxit monens et monitans, ut terram desereret, quam invaserat, Iesu Christi.

---

1187. *Sic. dep.* rursus amissa; preterea sub Urbano papa recuperata, nunc sub Urbano per eosdem barbaros est subiugata[1]. Interea magnanimus de Monte-ferrato Conradus, Tyrensis dominus, navali bello bis victoriam obtinuerat, et galeas et naves nonnullas, etiam de Achonensi portu Pisanorum auxilio viriliter eductas et virilius obtentas, et victualia sufficienter civibus conquisierat. Sed et barbacánum[b] fortius
*Nov.* construxerat, expectans victoriosi impetus inimici. Igitur in mense Novembrio Saladinus ad Tyri obsidionem secundam accessit. Sed nocte prevenienti murorum barbacáne XL cubiti corruere; memores atque[c] Tyrii Iericho plurimum timuerunt.
*f. 209[1]. Sed Marchio non dormitans, *viris ac mulieribus arenam ac lapides in gremiis etiam asportantibus, die proxima per cementarios restauravit. Saladinus arcatores premisit[d]. Marchio Pisanos Achonem direxit[e], faciens mulieres in specie virorum muros ascendere, ut civitas plena populo videretur. Redierunt Pisani cum victoria, duas naves deducentes onustas[d]. Impugnavit itaque Saladinus urbem terra marique, presertim, cum crederet marchionem velle pariter et Pisanos aufúgere[2], custodiam galeis indixit; ex quibus V captis, viris nobilibus et piratis, armis et victualibus onustis, Saladinus dolore commotus terrestri bello barbacánam invadit, impugnans eam petrariis et manganis, gattis, spiculis, sagittis et telis. Cumque nimium marchio gravaretur, suis a navali victoria revocatis, terrestri prelio dimicavit, afficiens Saracenos multiplici damno sine detrimento suorum[d. 3]. Videns itaque Saladinus, quod navali bello nequaquam proficeret, iussit IX galeas deduci Berithum. Quas Christiani viriliter prosequentes usque ádeo coartarunt, quod octo ex illis igne proprio Saladinus conburi fecit agresti, nona litore Sydoniensi confracta. Ergo stolio Saladini destructo, cernens, quod in obsidione proficere
*Dec. 31.* non valeret, machinis universis conbustis, pridie Kal. Ianuarii[4] ab obsidione recessit. Et in signum meroris caudam equo proprio, quem equitabat, fecit abscidi, ut sic suos ad vindicandum iniuriam incitaret.

*Sic.* Eodem[f] anno Gregorius apud Ferariam[g] papa creatur. Hic fuit vir religiosissimus,
1. *Ioh.* 5, 19. *f. CCX[a]. cuius *mundus in maligno positus* non fuit pre*sentia dignus. Et ideo, cum sedisset vix

a) *sic c. pro* patravit. b) *sic h. l. c. et C; lege* barbacanam, *ut infra l.* 18. 26. c) *sic c. et C;* itaque *correxit Murat.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) Nota *in marg.* f) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.* g) Ferrariam *Sic.*

1) *Eadem fere multi auctores habent, ut Rogerus de Hoveden, SS. XXVII, p.* 148 *sq.; Robert. Autissiod., SS. XXVI, p.* 252. 2) *Cf. quae in 'L'Estoire de Eracles', 'Recueil des hist. des croisades, Hist. occid.' II, p.* 107 = *'Chronique d'Ernoul' ed. de Mas Latrie p.* 240. *narrantur.* 3) *Haec in Hist. peregr. c.* 5. *alio modo et ex parte plenius narrata sunt.* 4) *Hoc die Saladinus navali et terrestri certamine victus est. Obsidionem die Ian.* 1/2. *solvit. Cf. epist. Conradi marchionis et reliquorum procerum Tyrum defendentium apud Ilgen, 'Conrad v. Montferrat' p.* 136.

duobus mensibus, substulit eum Deus. Hic hortabatur plurimum Christianos crucis signum assumere[a] et ad recuperandum civitatem sanctam Ierusalem[b] et sepulcrum Domini festinare. Imperator igitur victoriosus Ytaliam sibi et inter se pacatam relinquens in Alamaniam rediit, et zelo Dei accensus[1] cruci[c] se et suos, ut Domino militaret[2], signaculo communivit. Tunc temporis Gregorio Clemens in papatu successit. Obiit Rome[3]. 1187. *Sic. dep.*

Anno Domini M⁰CLXXXVIII⁰, cum Tyrenses lignatum vel herbulatum exire Saracenis occursantibus non auderent, fame valida coartati, iussu marchionis stolio navali, cui preerat Hugo Tyberiadis[d], Açotum[4] invadunt; ubi admirandum, qui regem Guidonem ceperat, capiunt[5], Christianos XL de carcere liberantes et quingentos captivos milites et sergentes cum inmensa pecunia Tyrum et copiam victualium adducentes. Per huius admirandi commutationem recuperavit marchio patrem. Ad hec naves peregrinorum adventare ceperunt. Sed et Margaritus regis Siculi admiratus Tyro applicuit cum stolio suo[6]. Cuius cum Tyrios pyrate[e] male tractarent, Tyrum exire compulsi Tripolim applicuerunt, ubi fame pereuntes penas pro meritis receperunt. Eodem anno Saladinus Tripolim accedens vidensque se nil proficere posse in Antiochenum principatum vertit habénas, subiciens Gabulum et Laudiciam, Saonam et Guardiam, Trapessacum et Guascónum et alia plura. Postea reversus in Galileam Belvedhere castrum munitissimum, quod fines Iordanis custodiebat, vias Tyberiadis, Neapolim et Naza*reth angustabat, per inediam[f] compulit ad dedictionem[g]. Ad hec duo comites Guilielmi Siculi regis cum quingentis militibus et quinquaginta galéis Tyrum applicuerunt. Advenerunt et alii multi siquidem peregrini cum venerabili G[erardo] archipresule Ravennáte, Romane sedis legato. Cum [his[h]] itaque marchio Saracenorum Sydonis multitudinem forti manu prostravit. Eodem anno cómitem Henricum de Déti[7] magnanimus imperator consuetudine imperiali ad Saladinum[i] direxit, monens et mónitans[k], ut terram desereret, quam invaserat, Iesu Christi. Mos enim est imperii, ut inimicis bellum indicat, quia nullum occulte bello consuevit invadere[8]. Nos autem rogatu civium nostrorum in Theotonicam[l] ivimus, ut ab imperatore castrum Manfredi reedificandi licenciam impetraremus. Sed spe cassata redeuntes illo anno Castrum-Leonis inchoavimus. [Verba[m] sunt Sycardi Cremonensis episcopi]. *ib.* 1188. *f. 210b.

Anno Domini M⁰CLXXXIX⁰ Ubaldus Pisanus archiepiscopus, similiter apostolice sedis legatus, et de omni fere occidentali provincia peregrini Tyrum appli- 1189. *ib.*

a) sumere *Sic.* b) crucem, *quod Sal. omisit, e Sic. restitutum est in C.* c) *sic c. et C; lege* crucis. d) dominus *supplendum videtur esse.* e) *sic c. et C; interpretare* pyrate Tyrios. f) mediam *c. et C.* g) *sic c. et C.* h) *sic C;* his *om. c.* i) Salatinum *Sic.* k) minitans *Sic.* l) Teutonicam *Sic.;* Theothonicam *C.* m) Verba — episcopi *manu Sal. post inserta sunt, partim in columna, partim in marg.*

1) Zelo Dei accensus *dicit Sicardus p.* 165, *l.* 10. 11. *etiam de Conrado III. rege cruce signato.* 2) crucis — militaret *huius loci omissa sunt in codicibus Sicardi p.* 168. *Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 230. 3) Obiit Rome *unde Salimbene assumpserit, non patet, certo non e Cronica Sicardi ampliata. Simili modo Albertus Milioli in Libro de temp. de obitu pontificum referre consuevit, sed hic Clementem in illo libro omisit.* 4) *I. e. Arsuf. Hist. peregr. c.* 5. *narrat hanc expeditionem factam esse, antequam Tyrus obsidione solveretur, (anno* 1187. *Dec.), quod et ex ipsius Sicardi narratione patet.* 5) *Hist. peregr. c.* 5: capto etiam admiraldo, qui prefato oppido presidebat. 6) *Cf. Chron. Siciliae, Huillard-Bréholles, 'Hist. dipl. de Frédéric II.' I, 2, p.* 890 *sq.* 7) *Cf. Hist. peregr. c.* 12: Ab Henrico vero comite de Diech *(Dietz)* rogatu imperatoris suscipitur hec ad Saladinum legatio deferenda. 8) *Cf. Ricardi Londin. Itin. peregr. I, 18, SS. XXVII, p.* 197.

*F.* 210[d]. [Quod[a] felix imperator Fridericus primus cum maximo exercitu adiit partes orientis, in festo sancti Georgii aripuit iter contra Saladinum].

---

1189. *Sic. dep.* cuerunt. Et cum eos Tyrus capere non valeret, inter diversos diversa[b] fuere, usque ádeo quod de introitu regis Guidonis a Tripoli venientis in urbem et prohibitione marchionis seditio peperit scandalum et civile bellum. Inter peregrinorum multiplicia vota Achon eligitur obsidenda. Invadunt igitur eam in mense *Aug.* (27). Augusti et obsident. Sed et ipsi a Saladino similiter obsidentur et ádeo impugnantur, quod nulla erat eis spes evadendi. Sed ex insperato XL exuacte[c·1] appli- **f.* 210[c]. cuerunt et preter eos[d] innumeri milites et barones. *Saladinus itaque Christianos die noctuque sine intermissione affligebat; propterea marchio et archiepiscopus *(Sept.)* Ravennás, qui nec ad obsidionem venerant nec adveniendum approbaverant, ab obsessis suppliciter per Nenorensem[e] episcopum[2] et Turingie langravium[3], ut ad eorum succursum veniant, invitantur. Venerunt, sed invito marchione, qui Turchorum versutias cognoscebat. Francigene de se presumentes ad pugnam appro- *(Oct. 4).* bant exeundum. Pugnatur, et Templarii et peregrinorum circiter VII milia pro- *(Oct. 5).* sternuntur. Sequenti die Saladinus fecit corpora eviscerari et in fluvium[4] ad dolum[f] exaggerandum et ad corruptionem aeris et aque demergi. Post hec Lombardi marchiones et comites et plures quingentis milites applicuerunt. Inter quos buza Cremonensis applicuit, que Cremone fuit fabricata et ultra mare pro Terre Sancte subventione personis et rebus missa onerata[5]. Ad hec peregrini consilia inierunt, ut Saracenis prohiberent civitatis ingressum pariter et egressum, qui libere a monte Muscardo patebat. Et cum non invenirentur qui vellent illic castrametari, marchio ad omnia promtus et audax ibi castrametatus est. Ideoque et a Saladino acrius impugnatus. Scopulos itaque iussit incidi marinos, ut portus ibi fieret vasa Tyrensia recepturus; qui usque in hodiernum diem portus dicitur Marchionis. Muniunt se peregrini fossatis abintus in circuitu et foris effossis, ut in medio constituti se ab alterutrius[g] facilius tuerentur incursibus. Duces etiam sive rectores, ut omnis amoveretur controversia, prefecerunt, ut Francigene **f.* 210[d]. suis et qui de imperio imperialibus obedi*rent[h]. Et ecce XLV galee, que veniunt *Dec.* 26. ex Egypto, in festo sancti Stephani in portu applicant Achonensi. Stupefacti ergo peregrini terra marive conclusi elegerunt pugnando potius mori quam sine 1. *Mach.* 4, 7. certamine subiugari. Quos marchio *ad prelia doctus* exánimes factos sermonibus animat universos[i], asserens, quod galéas Saracenorum penitus conculcaret[h]. Adiit itaque Tyrum in modico galeóne, quamvis illa nocte centies ad mortem crutiatu ventorum afflictus. Cum itaque Tyriis necessitates exercitus apperuisset[k] et eos ad

a) *uncis inclusa alia manu saec. XIV. addita sunt.* b) vota *supplendum esse videtur; cf. infra a.* 1192, *p.* 17, *l.* 34. c) exnacte *C.* d) *sic c. et C.* e) *sic c. et C; lege* Veronensem. f) *sane* dolorem *Sicardus scripsisse videtur;* dolem *C.* g) ulterutrus *c. et C.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) universis asserens *C.* k) *sic c.*

1) *Vox procul dubio corrupta, qua navium species quaedam dicta videtur esse. Nescio an emendare possis* excaute = escaude, *de qua voce vide Ducange-Henschel s. v.* 2) *Adelardum Veronensem episcopum et cardinalem presbyterum S. Marcelli.* 3) *Ludowicum III, qui mense Sept. ad Tyrum applicuerat. A lantgravio Conradus, ut ad Acconem obsidendam veniret, motus esse dicitur etiam a Ricardo Londin. I,* 29, *SS. XXVII, p.* 207. *Cf. etiam carmen quod inscribitur 'Des Landgrafen Ludwigs des Frommen Kreuzfahrt' v.* 2510 *sqq., ed. v. d. Hagen p.* 84—86. 4) *Belum.* 5) *Cf. Sicard. p.* 169.

armandum galeas animasset, dixerunt: 'Parati sumus tecum vivere et in mortem *Sic. dep.* ire[1]'. Et ecce marchio in exitu Februarii[2] cum stolio viriliter in portu extitit *1190. Febr. ex.* Achonensi, exonerans Saracenorum vasa victualibus onusta pacifice in facie eorumdem. Ad hec, cum civitas castellis capienda procul dubio speraretur, econtrario castella igne a Saracenis conburuntur agresti. Sed et due Saracenorum galee navali certamine capiuntur.

Eodem anno felix[a] imperator V habens filios, Henricum inter ceteros primogenitum[b], quem fecerat cesarem, Fridericum[c] Suevorum ducem, Octonem[d] comitem, Conradum[e] et Phylippum, ducem[f] athletam Christo, sed cetera[g] cum regno et regalibus cesari commendavit, et occidentale relinquens imperium pacatissimum et ordinatum, partes his comitibus et hoc ordine et hoc, ut scribimus, omine[h] adiit orientis. In[3] festo sancti Georgii arripuit iter. Et exiens de Alamannia[i], a Ratispona descendit navigio ad[k] partes Austrie, exercitu per terram cum equis et curribus comitante. Deinde per Pannoniam[4], hospitali pro pauperibus et infirmis institu*to, et hospitalariis et necessariis assignatis, introivit Ungariam[l], ubi dicitur habuisse nonaginta milia pugnatorum. In quibus erant XII milia militum. Et a Bella Ungaro rege apud Frigonium[m] honorifice receptus Ungariam pertransiit. Premisitque ad imperatorem Ysachium Constantinopolitanum episcopum Monasteriensem et comitem Robertum de Nashu; qui eos detinuit et tres exercitus ad introitum Bulgarie[n], ut transitum impedirent, premisit. Erat autem ibi nemus itineris IIII[or] dierum, cuius viam artissimam[o] preses Bulgarie[p] dissippavit[q], et in exitu nemoris munitionem faciens preparavit se cum exercitibus[r] cesarem impugnare. Sed nemore magno cum labore et difficultate[s] pertransito dux Suevorum[t], qui exercitum precedebat, munitionem destruxit et magnam illorum multitudinem interfecit; cum Nisam civitatem apropinquaret[u], comites Servie[v] gratanter subici affectarent[w]. Sed serenissimus imperator pacem affectans eos suscipere recusavit. Deinde nono Kal. Septembris civitatem que Philippis dicitur impugnantes eam ceperunt. Est autem hec civitas metropolis Macedonie. Alius[x] nobis innotuit[5], quod non Phylippis, sed Phylippolim[u] adierunt. Ibi certificatus est imperator de nuntiorum captione suorum. Ibique misit imperator Ysachius litteras imperatori fastu et arrogantia plenas, dicens: *Ysachius a Déo*

*1189. Sic.* — *Hist. per. Apr. 23.* — *Sic.* — *Hist. per.* — *f. CCXI[a].* — *Sic.* — *Sic. et Hist. per.* — *Sic.* — *Hist. per.* — *Sic. et H. per. Aug. 24.* — *Hist. per.*

a) felicissimus *Sic.* b) *sic recte* (p̊genitum), *non* progenitum, *ut Clédat dixit, habet c.* c) Fredericum *semper Sic. et C.* d) Ottonem *Sic. et C.* e) Chonradum *Sic.* f) *distinctum in cod.:* et phylippum ducem . athletam, *ut et Sicardi codd. et C habent.* g) ceteros *Sic;* ceteris(?) *C.* h) ordine *Sicardi codices omnes iterum.* i) ia a Ratispo *in c. legi nequit, sed C sic habet et* a Ratispona *etiam Hist. peregr.;* Alamania *semper Sic. et C.* k) ad partes Au *in c. legi nequit, sed C et Hist. peregr. sic habent.* l) in Ung. *Sic.* m) *sic c.;* Strigonium *C et Hist. peregr., ut legas.* n) Burgarie *Sic.* o) aptissimam *vel* apertissimam *Sicardi codd. omnes; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 229 *sq.* p) pr. Bulg. *male omissum est in omnibus codd. Sicardi;* pr. Burgarie *C h. l.* q) *sic c.;* dissipavit *C et Sic.* r) *sic C;* exercitutibus *c.* s) difficulte, ta *a Sal. superscripto, corr.* difficultate *c.* t) *in syllaba* ♃, *qua versus novus inceptus, penna mutata.* u) *sic c. et C.* v) imperatori *supplendum, quod et C deest.* w) *sic c.; lege* affectarunt; affectarem *C.* x) *sic* (Ali⁹) *c. et C; Murat. correxit* Alias.

1) *Cf.* 1. *Mach.* 4, 35: quod parati sunt aut vivere aut mori fortiter. 2) *Mart.* 4. *eum Acconem advenisse tradunt versus de obsidione Acconis v.* 875 *sqq., 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXI, p.* 481. 3) *Quae abhinc in relatione Sicardi ex Gestis Federici I. imperatoris in expeditione sacra exscripta mediis litteris expressa leguntur, ex Historia peregrinorum a Sicardo excerpta sunt in Cronica Sicardi maiore deperdita, quae minimis litteris expressa sunt, ea Sicardus ex Gestis Federici I. imp. in expeditione sacra iam in Cronica exstante exscripsit.* 4) *Hist. peregr. c.* 15: ingressus est fines Ungarie, et Pannonie partes transiens pervenit Strigonium. *Sicardus Pannoniam et Ungariam diversas terras fuisse opinatus est.* 5) *Hist. peregr. c.* 22. *nempe civitatem Philippopolim recte nominat, quae in Gestis Federici Philippus vel Philippensis vocatur.*

1189. Hist. per. *constitutus imperator sanctissimus*[a], *excellentissimus, potentissimus, sublimis*[b], *Romanorum moderator augustus*[c], *heres corone Magni Constantini, dilecto fratri, imperii sui maximo principi Alamannie, gratiam suam et fraternam et puram dilectionem.* Tunc erat continentia litterarum indignatio de presumptuoso imperatoris ad*ventu in Greciam. *f. 211[b]. Sic. Deinde Grecus imperator maximum Grecorum et Turclorum exercitum contra Romanum imperatorem direxit. Contra quos Suevorum dux, filius eius, acriter dimicans, eos superavit et fugavit et intra quedam menia se recipientes maxima vi cepit et omnes occidit. Duodecim vero Turchos[d] in quadam munitione, ubi se receperant, viriliter resistentes igne cremavit. Hist. per. Postmodum Andrinópolim[1] venientes, que civitas a virilitate[2] vel a fundatore nomen accepit, eam obtinuerunt. Sicque factum est, quod quedam oppida manu forti ceperunt et quasdam civitates in redditione receperunt, ut Temóthicon[e], Archadiópolim et confines. Interea Kalopetrus[f] dominus Blacorum[g] ab imperatore nostro sibi diadema rogavit imponi. Cui serenissimus imperator amicabile Sic. dedit responsum. Hist. per. Ad hec Grecus imperator ad Romanum imperatorem misit honorabiles nuntios, 1190. Sic. cancellarios[3] et alios, numero sedecim, promittens[h] securum transitum et indemnem. Ad hec Hist. per. 1189. magnanimus[4] imperator presentibus nuntiis Grecum redarguit imperatorem, quod tam arroganter scripserat ei, asserens se suosque predecessores a quadringentis annis Romanum tenuisse imperium; unde non se Romanorum, sed Romani eorum[i] debuerunt[k] dicere imperatorem. Soldani quoque nuntii et Melich filii eius Andrinópolim venerunt[l], verba quidem pacis[m], sed dolo plena portantes. Sic. Licet igitur invictissimus[4] 1190. imperator in vindictam predictorum, que nequiter Grecus commiserat imperator, vellet Constantinopolim impugnare, victus tamen consilio principum suadentium, ut ad Terram Sanctam ad Christianorum festinaret auxilium, obsides petiit et obtinuit; qui eum Galiópolim[n] perducentes transitum navigio procuraverunt. *f. 211[c]. Transivit igitur exercitus V diebus, dux prior, pater *posterior. Cumque pertransissent, Hist. per. post multos labores et ardua multa urbem Tyachitum[o, 5] et urbem Licie, scilicet Egeam[6], ubi Cosmas et Damiánus fuere martyrio coronati, deinde Sardis pervenerunt. Sic. Venerunt et postea Phyladélfiam[p]. Dux autem Phyladélfie forum negans se ad pugnandum armavit. Sed demum videns non posse resistere, promisit forum et imperatori cum paucis concessit civitatis introitum. Postmodum, dum propter caristiam contentio fit inter Grecos et Theotonicos[q], bellum initur, et absque imperatoris voluntate per duos dies et noctes continuo decertatur. Demum victi Greci se in civitatis munitionibus[r] recipientes pactum inierunt et forum tolerabile concesserunt, commercia cum

a) sacratissimus *Hist. peregr.* b) *haec vox ex parte attrita est in c., sed legi potest, et sic habet C et Hist. peregr.* c) angulus tocius orbis *Hist. peregr.* d) Turclos *Sic.* e) Dimothicon *Hist. peregr.* f) *litterae* ka *attritae tamen legi possunt, ut etiam C et Hist. peregr. habent.* g) *a* corum *in novo versu penna mutata.* h) permittens *Sic.* i) *sic c. et C; lege* Romaniorum, *ut Hist. peregr. habet.* k) appellare debuit imp. *C; legendum est* debuisset *cum Hist. peregr.;* erunt dicere *in marg. Sal. scripsit, cum in sequente versu* imperat. *sequatur.* l) *sic c. et Hist. peregr.:* advenerunt *C.* m) pacifica *C, quod Albertus in codice Sicardi legisse videtur, cum* 1. *Mach.* 1, 31. *legatur:* locutus est ad eos verba pacifica in dolo; *cf.* 1. *Mach.* 7, 10: verbis pacificis in dolo; *ib. v.* 27: verbis pacificis cum dolo. n) Galipolim *C et Sic.* o) *sic c. et C.* p) *cf. SS. XXXI, p.* 648, *n. o.* q) Theutonicos *Sic.* r) *cf. SS. XXXI, p.* 170, *n. g.*

1) *Hanc nominis formam habent Gesta Fed. in exped. sacra p.* 82; *Hist. peregr. c.* 25. 26. *recte eam Adrianopolim vocat.* 2) *Sicardus aliquanto tempore Constantinopoli moratus scire potuit* ἄνδρες *esse viros, et quid sit* ἀνδρία. 3) *Hist. peregr. c.* 23: cancellarium quoque et alios quatuor Grecorum principes. *Perperam Sicardus quae Hist. peregr. de hac priore legatione tradit cum iis coniunxit, quae Gesta Fed. de posteriore legatione, qua pax icta est, narrant.* 4) magnanimus *habet Cronica Sicardi, quae exstat, p.* 169. *In Cronica maiore Sicardus* invictissimus *scripsit, quia iam supra l.* 15. *et saepius imperatorem magnanimum dixerat.* 5) Tyathiram *Hist. peregr. c.* 33. 6) *Hist. peregr. l. l.:* ad urbem dictam Agyos; *pro qua civitate Egea posita est, quia in hac urbe Ciliciae (quae rectius Aegae vocatur) Cosmas et Damianus in actis ipsorum habitasse dicuntur. Quam urbem in Lycia sitam esse falso hoc loco dicitur, quod in tribus, quae editae sunt, Vitis Cosmae et Damiani, Acta SS. Sept. VII, p.* 441—447, *non legitur.*

funibus in sportis porrigentes et eodem modo pretium[a] recipientes. Ad hec cum imperator Phyla- *1190. Sic.* delfinam[b] civitatem exiret, dux ei nuntium pro ducatu concessit, qui exercitum per devia et invia, montana et nemorosa deduxit, ubi victualia per duos dies nullatenus invenerunt. Pertransitur quo- *Hist. per.* que [per[c]] Ierapolim civitatem, ubi passus est beatus Phylippus. In exitu vero némoris *Sic.* Greci quidam et Arméni forum eis pro posse pacifice tribuerunt. Ad hec Turchomanni[d] de Betia, 1190. qui et Debeduini[e, 1] vocantur, homines agrestes, qui nullius domantur imperio, qui non in meni- *Hist. per. Sic.* bus vel in[f] municipiis, sed morantur in agris, infinitum et innumerabilem exercitum, plusquam centum milia, congregantes exercitum Christianum die noctuque per IIIIor ebdomadas impugnarunt, ita quod Christianus exercitus semper incedebat armátus. Sed tamen eorum multitudinem interfecit cum quodam admirando, militie sue magistro. Restánus[g] vero dominus illorum cum magno exercitu *in strictura montium transitum prohibebat dicens, quod non transiret, nisi daret ei centum somarios[h] **f. 211d.* auro et argento oneratos[i]. Imperator autem respondit se libenter dare, sed non nisi menolatum unum. Interim nuntii soldáni, qui fraudulenter ducebant eum, aiebant, quod cito intraret terram soldáni, in qua gens illa[k] ulterius sibi non noceret. Tunc, quia Deus non dimittit sperantes in se, quidam admirátus[l] celesti gratia inspiratus, aut quia forte[2] in nostrorum manus inciderat, *Hist. per.* metu mortis imperatorem adiit, fraudem detexit et prelium mane futurum predixit, eumque [faciens[m]] *Sic.* planiciem, in qua tradi ceperat, devitare, cum per montana deduxit. Occurritur in montanis, hinc inde pugnatur. Sed cum relictis sarcinis et alimentis dux[n] viriliter descendisset, descendit et imperator. Victoriose[o] hostes impugnant et Dei superant inimicos. In qua pugna dux petra percussus duos dentes amisit. Abhinc ductores a soldáno delegati fugerunt timentes, ne detecte fraudis imperator faceret ultionem; Christianus vero exercitus confisus in Domino, qui deduxit Israel per desertum, XV diebus per quandam planiciem progressus[p] carnes comedit[q] equinas. Agrestes vero Turchi[r], de quibus prediximus, eos fame defecisse penitus existimantes, rursus ad bellum insurgunt prope civitatem *Hist. per.* Phyloménam magna manu militum peditumve caterva, quos invictissimus imperator devicit. Et cum *Sic.* maxima multitudo se in quadam clausura coacta[s] recepisset, conbusserunt Theotonici[t] universos. Et ex tunc agrestes illi Turchomanni[u] non fuerunt exercitum ultérius persecuti, sed defecerunt a facie imperatoris sicut *pulvis, quem proicit ventus a facie terre.* *Ps. 1, 4.*

*Anno Domini M°CXC° Melicrinus[v] soldáni filius venit obviam cum exercitu quingen- **f. CCXIIa.* torum milium equorum[3] et ad imperatorem misit nuntios dicens: 'Revertere! Quid enim facere *Hist. per. Sic.* putas, cum habeam plura vexilla quam tu milites?' Et cum pervenisset imperator ad quendam pontem, Turchi fuerunt ante et retro. Sed dux anteriores devicit, et imperator posteriores in parte maxima interfecit; et sic pontem exercitus pertransiit universus. Deinde maxima et infinita multitudo Turchorum exercitus[w] Christianorum ex omni parte circuivit, ita quod eundo per IIIIor ebdomadas die noctuque acriter impugnabant, et Christianis preter carnes equinas victualia deficiebant. Cumque non invenissent aquam per diem et noctem, Turcho quodam capto docente aquam salsam sitibundi et famélici reperérunt. Altera vero die castrametati sunt in viridiis[x] Yconii, civitatis Ysaurie. Unde soldáno[y] imperator mandavit querens, si forum tribueret an non. Soldanus respondit se daturum; sed [cum[z]] nimis carum offerret[a], Christiani se ad pugnandum armarunt. Et cum sexta feria[b] IIIIor temporum *Maii 18.*

a) pretia *Sic.*: precio *C.* b) Phyladelphyam *Sic.*; Phyladelfiniam *C.* c) per *alio atram. a Sal. superscr.; deest C.* d) Turclimanni *Sic. semper.* e) *sic c. et C.* f) in *deest Sic. et C.* g) Restagnus *Sic.* h) summarios *Sic.* i) honeratos *Sic. et C.* k) ista *Sic.* l) *cf. SS. XXXI, p.* 170, *n.* g. m) faciens *om. c. et C;* faciensque cum *Sic.* n) de monte *Sicardi omissa in c. et C.* o) Qui vict. *Sic.* p) *penna mutata.* q) carnem equinam comederunt *Sic.*; comedebat *C.* r) Turcli *Sic. semper.* s) coacti recepissent *Sic.* t) Theutonici *Sic. semper.* u) agr. Turcli *Sic.* v) *cf. SS. XXXI, p.* 170, *n.* b (*l.* 55). w) *sic c. et C;* exercitum *Sic.* x) *sic c.*; viridariis *Sic.*; viridii *C.* y) soldanus imperatori mandaverat, quod male intraverat terram suam. Imperator autem remisit querens *Sic.*; soldan' *C, ubi reliqua cum Sal. conveniunt.* z) *sic Sic.*; cum *om. c. et C.* a) offerrent *C et Sic.* b) feria *in archetypo Cronicae Sicardi omissum fuisse videtur; cf. SS. XXXI, p.* 171, *n.* o.

1) Bedewini *Hist. peregr. c.* 34. 2) *Hist. peregr. c.* 37: unus ex hostibus, qui nuper in manus nostrorum inciderat, vinctus adducitur, *cui imperator mortem minatus esse dicitur, nisi exercitum e locis periculosis educeret. Voces* aut *et* forte *adiunxit Sicardus, cum haec, quae Hist. peregr. de itineris duce tradit, discreparent ab iis, quae ex Gestis Fed. transscripserat.* 3) *Hist. peregr. c.* 42: Melich cum D milibus equitum.

1190. inmineret, Gothfredus Herbipolensis episcopus asseverans se vidisse beatum Georgium contra hostes Sic. pro Christianis fortiter propugnantem, indicta penitentia et carnium edendarum data licentia, processerunt ad bellum. Et dux quidem civitatem expugnans eam viriliter obtinuit et ferro[a] omnes rebelles occidit. Imperator quoque in filium soldani post terga pugnantem victrices aquilas dirigens predicta milia Turchorum et Turchomannorum exterminavit et innumerabilem ex eis multitudinem interfecit. Urbe capta potenter soldanus se in munitionem fortissimam, que erat in urbe, *f. 212b. recipiens *misit ad imperatorem, dicens se velle forum dare et quicquid vellet recipere. Imperator obsides petiit, et propter fetorem cadaverum — erant enim domus et vie cadaveribus plene — ab urbe discedens in pomeriis castrametatus est[b]. Dedit itaque soldanus obsides, dedit et forum[c] victualium et equorum. Sed [quoniam[d]] equos pernimium caros vendere sattagebant, equum pro centum marchis videlicet offerentes. a Theotonicis econtra dolum dolo compensantibus pro marcha fertonem recipiebant. Quod audiens soldánus misit ad imperatorem conquerens, quod sui pretio deciperentur. Cui respondit imperator, quod[e], si bonum forum darent, bonam marcham acciperent. Constituti sunt igitur hinc inde iustitiarii taxatores. Ad hec procedens Christianus exercitus a quibusdam agrestibus Hist. per. Turchomannis, qui non sunt de potestate soldani, molestias multas pertulit, quousque ad Laurendam[f] Sic. Hist. per. civitatem, que dividit Armeniam a Lychania[g], et ad Arménie montana pervenit; ubi noctis conticinio auditus[h] ex improviso armorum strepitus et tumultus; qui cum nullus fuisset Sic. in re[i], coniecturatum est vicini augurium infortunii. In montibus autem Armenie Grecos et Sic. dep. Armenos invenit forum alacriter exhibentes. Cum ad aures Saladini hec victorie per-Maii 13. venissent, expavit. Et die sancto pentecostes Saladinus cum tanta suorum multitudine, montes et colles et planiciem operiente, quanta nusquam[k] creditur apparuisse, Christianos potenter invasit[l], sperans omnia tentoria[l] usurpare et Christianos cf. Rom. 1,21. miseros captivare. Sed evanuit cogitatio eius, quia Christiani viriliter resistentes *f. 212c. ei lesionem per balistas non modicam intulerunt. Cedens itaque *Saladinus magnam sui exercitus partem ad resistendum imperatori transmisit. Sed heu! paucis diebus elápsis et mors imperatoris innótuit, et rumor superveniens de morte Siculi regis[2] Sic. exercitum Christianum plurimum conturbavit. De montibus imperator descendens Salephy[m] flumen reperit, per cuius ripam duobus diebus progressus, tercia luce pausavit in locis aménis. Et cum esset estus magnus valde, imperator descendit in flumen cum duobus militibus se Sic. dep. cupiens balneáre. Cumque natare cepisset, impingens in scopulum natandi vires amisit. A militibus igitur apprehensus ad ripam semivivus ducitur. Et accepta penitentia (Iun. 10). et corpore Domini, eo die mortuus est[3], [die[n] sabati, VIII. mensis Iulii[4]]. Pro dolor! Sic. humidum suffócat elementum, quem ignea bella vincere nequiverunt. Invictus duritia ferri, Sic. dep. fluidi mollicie vincitur elementi. Adimpleta est eo die prophetia in turri circa flumen constructa Chaldaicis litteris exarata, scilicet: *Melior hominibus et potentior omnibus in aquis Saléphicis suffocabitur*[5]. Propter quam Manuel imperator Constantinopoli-Sic. tanus inde transiturus fecit inibi pontem edificari. Portantes igitur eum ad civitatem Salephym aromatibus condierunt; et duce super exercitu domino constituto, pervenerunt

a) fere *Gesta Fed. et Sic. ex iis.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) forum *deest in omnibus codicibus Sicardi.* d) quoniam *Sicardi om. c.;* quorum *C.* e) quod *deest Sic. et C.* f) Larendam *Hist. peregr.* g) *sic c. et C;* Lichaonia *Hist. peregr.* h) *supple* est, *quod et C deest.* i) fuisset, inde coniect. *C, quae lectio magis arridet quam haec.* k) simul *add. C.* l) tētoria *recenti manu corr.* teptoria *c., ut C semper habet.* m) Kalephy *Sic.* n) die — Iulii *manu coaeva (non fratris Sal., ut videtur) in marg. suppl., quae Alb. Mil. in C nondum transscripsit.*

1) *Cf. Haymarus de expugnata Accone str.* 55, *ed. Riant p.* 84; *Elegia v.* 1105 *sqq., 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXI, p.* 487. 2) *Wilhelmi II, qui a.* 1189. *Nov.* 18. *obiit.* 3) *Gesta Federici I. imp. in exped. sacra p.* 96: Eodem die mortuus est. *Quae verba Sicardum in secunda recensione Cronicae ex hoc libello in prima recensione exscripto repetiisse mihi persuasum est. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 224 *sq. de hoc loco.* 4) *Potius die dominica* 10. *Iunii mensis. Dies Iul.* 8. *etiam dominica fuit a.* 1190. 5) *Ricard. Londin. I,* 24, *SS. XXVII, p.* 205, *similia tradit.*

Tharsum[a] Cilicie civitatem, ubi et imperatoris carnem condiderunt[1]. Deinde 1190. *Sic. dep.* Levoni[b] de Montanis obviantes ab eo magnifice recepti et cum triumpho magno ad civitatem Mamistiam[c] sunt deducti, ubi fluvius defluit, qui Geon[2] ab incolis appellatur. Cuius fons aut potius scaturigo [in[d]] quadragesima[e] dumtaxat tanta per singulos annos repletur piscium multitudine, quod ea die religiosi sufficienter reficiantur Arméni, pisces ul*terius in quadragesima[e, 3] non comessuri. Ubi cum *f. 212a. dux infirmaretur, visitavit eum catolicus Arminiensis[f]. Quo proinde Antiochiam navigio perveniente[4], Christianus exercitus per Portellam[5], ubi Darius dicitur esse sepultus et thesaurus Alexandri absconsus, deinde per quandam porte stricturam pervenit ad castrum quod Guascónum[g, 6] ab incolis nominatur. Quod cum a Saladino detineretur, Christianus exercitus a sagittariis impeditus est. Demum patriarcha et princeps et populus Antiochenus ducem et exercitum cum triumpho Antiochiam de- *(Iun. 21).* duxerunt, et carnem imperatoris honorifice sepelierunt. Ubi de consilio principis et patriarche moram fecit, quousque[h] marchionem de Monte-ferrato ad se vocaret, qui tunc in Achonensi erat obsidione. Qua vocatione audita marchio, baronum communicato consilio, Antiochiam festinus adivit. In cuius absentia cum pedites exercitus Achonensis a nullo refrenarentur, in festo sancti Iacobi vagantium plusquam octo[i] *Iul. 25.* Saracenorum impetu occiduntur[7]. Marchio vero transiens per Tyrum[k] comitem Henricum de Campania tunc applicantem maximo suscepit honore. Qui ad exercitum veniens dux est ab omnibus approbatus. Transiensque marchio per Tripolim viduas et orphanos et nobiles auro et argento suffocavit[l] egenos. Deinde applicuit ad

a) Turso *Sic.* b) Leoni *Sic.* c) *sic C;* manustiam *c.;* Malmestiam *Sic.* d) in *a Sal. alio atram. superscr., deest C; in marg. manu saec. XIV. adnotatum:* vide si debet dici ante XL[am]. e) XL[a] *c.* f) Armeniensis *Sic.* g) Gastorium *Sic.* h) Corradum *Sicardi omissum.* i) *in codice Sicardi* VIII (VIII milia) *vel rectius* VM *scriptum fuisse videtur.* k) Sur *Sic.* l) *sic c. et C; lege* sustentavit, *ut Sic. habet.*

1) *Non carnem, sed viscera imperatoris ibi sepelierunt. Carnem Antiochiae sepultam esse infra l.* 13. *Sicardus recte dixit. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 222 *sqq. de hoc et sequente loco.* 2) *Quo nomine (Dschihun) hodieque vocatur, a Graecis olim Pyramus dictus.* 3) *Sicardus scripsisse videtur aut* ult. nisi in quadr. *aut* ult. preter quadragesimam. *Cf. SS. XXXI, p.* 42, *n.* 7. 4) *Hoc Sicardus hoc demum loco scripsit, cum in Cronica dixisset ducem cum exercitu per terram Antiochiam ivisse. Illud quin verum sit, non dubito. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 237 *sq.* 5) *De qua dicit Wilbrandus de Oldenburg I,* 18, *Laurent, Peregrinatores medii aevi quatuor p.* 175: venimus ad Portellam. Hoc est casale bonum, prope se habens portam, a qua ipsum denominatur. Hec sola sita est in strata publica, in ripa maris . . . .; in cuius summitate, ut dicitur, ossa Alexandri prenominati requiescunt. *De cuius situ vide K. Ritter, 'Erdkunde' XVII,* 2, *p.* 1805. 1828 *sq.* 1844. *Portellam esse* porte stricturam *l.* 9. *dictam, quam Sicardus in Cronica minore commemoraverat, mihi persuasum est. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 224. 6) *De hoc castro Wilbrandus I,* 15, *l. l. p.* 174: venimus Gastun (Gastim *Laurent*). Hoc est castrum quoddam fortissimum, tres habens muros circa se fortissimos et turritos, situm in extremis montibus Hormenie, illius terre introitus et semitas diligenter observans. *Eo enim tempore, quo Wilbrandus hoc iter fecit, Leo rex Armeniae Templariis hoc castrum eripuerat.* 7) *Cum his modo notabili conveniunt quae Haymarus dicit str.* 89, *l. l. p.* 91:

Eius in absentia nobis accidere
Plurima, quae postea inulta stetere,
Nam in festo Iacobi nostri exiere
Pedites et hostium castra irruere.

*Sed str.* 91: Plusquam quinque millia morti dant ferientes.

1190. *Sic. dep.* portum Sancti Symeonis, qui quoque Soldinus ab incolis appellatur. Iuxta quem
est montana Nigra, quam multitudo inhabitat heremitarum diversis linguis et
moribus Deum laudantium. Unde [a[a]] patriarcha, principe et duce magno cum
triumpho receptus, ad civitatem usque deductus, ingressus est. Cui se et exercitum
*f. CCXIIa. dux omnino commisit, ei ut paternis asseverans se obedire velle preceptis. *Audiens
Saladinus hec misit exercitum sub Tachahadino[b] fratre et Mirahalmo[c] filio militantem,
ut districtum occuparet Byriti[d]. Quod dux et marchio percipientes, cum ab An-
*(Sept. . .)* tiochia usque Tripolim pervenissent, a Saracenis Laudocras[e, 1] et aliis multipliciter
infestati, a Tripoli Tyrum navigio pervenerunt, ubi ossa imperatoris arche tumulo
*Sept.* commendarunt. Et in Septembrio mense in campo Achónis Theotonici castra-
metati sunt[2]. Tuncque archiepiscopus Cantuariensis[3] applicuit. Deinde Christiani
*(Nov. 12).* castra exeuntes dimicare disposuerunt et Saladinum more Lombardorum vexillum
in carrocia[f] deducentem usque Saphoréam et Recortánam, ubi Achonis fluvius
oritur, insecuti sunt, cum de loco ad eorum insecutionem castra mutaverit; post-
*(Nov. 15).* modum ad campum illesi reversi sunt. Adveniente Novembrio mense[g] valida
fames Christianos invasit, ut carnes equinas carissimis emptas commerciis [come-
dere[h]] artarentur. Sicque per totam yemem fame, frigore, gladio macerantur.
Tuncque Ysabella condam regis Aymerici filia, regni hereditatem, sorore[4] de-
functa, iure successorio petens, a Sighifredo[5] Turonensi, cui nupsit, episcoporum
*(Nov. 24).* sententia separata est. Quam barones marchioni[6] matrimonio copulantes, eum in
regem et dominum elegerunt. Hic igitur, ut largus et magnanimus, et galeas in
1191. *(Febr. 27— Apr. 13).* mari tenuit et exercitum frumento et ordeo refocillavit[7]. Adveniente quadra-
gesima[i] navibus cum commerciis applicantibus modius[k] una die a centum bisan-
ciis ad octo descendit et in contiguo declinavit usque ad annum[l, 8].

1191. Anno Domini M°CXCI° Phylippus comes Flandrie[m] et postea rex Francorum[9],
*f. 213b. *(Apr. 20).* dux Burgundie[10], comes[n] de Nivers[11] *et comes de Baro[12] venerunt. Rex igitur
ante turrim Maledictam castra regalia fixit et palacium lapideum fabricavit, et[o]
Malivicinum rationabiliter[p] appellatum, ut Maledicta turris mala vicinitate palatii
lapidum ictibus verum sui nominis sortiretur effectum. Mangana erigi, gattos et
cletas apparari[q] et propter ignem agrestem laminis[r] plumbeis operiri. Comite
*(Iul. 1).* vero Frandiarum[s] in brevi defuncto rex, a Frandensibus[t] fidelitate recepta, turri
Maledicte frequentius manganis maledixit et civitatem Acriam acrius impugnavit.
*(Iul. 3).* Nam instrumentis eius conbustis omnibus, ad iussum regis vehementer irati pere-
grini scalis appositis ascendunt muros. Sed ab[u] angustia caloris et fumi denique

a) a *om. c. et C.* b) Thachaadino *Sic.;* Rachahadino *C.* c) Miraalino *Sic.;* Mrahalino *C.* d) Barucci *Sic.;* Buriti *C.* e) ʒaudocras *C.* f) *sic c.;* carocia *C.* g) *penna mutata.* h) comed. *om. c. et C.* i) XL[a] *c.* k) frumenti *supplendum esse videtur.* l) *sic c. et C;* unum *procul dubio emendandum.* m) Flandie *C.* n) comers, r *expunct. c.* o) et, *quod et C habet, delendum.* p) rationaliter *Sal. corr.* rationabiliter *c.* q) *supple* iussit *vel* fecit *cum Murat.* r) lamineis, e *expunct. c.;* lamineis *C.* s) Flandiarum *C.* t) *sic c. et C.* u) ab *om. C.*

1) Laudicenis *vel* Laudiciis *legendum esse videtur. Cf. Riezler in 'Forsch. z. Deutschen Gesch.' X, p.* 82. 2) *Demum Oct.* 7. *ducem Acconem venisse tradit Bahaeddin. Cf. Riezler l. l. p.* 82, *n.* 7. 3) *Balduinus.* 4) *Sibylla* († 1190. *Sept. — Oct.).* 5) *Humfrido potius de Toron.* 6) *Conrado de Monte-ferrato.* 7) *Testes iurati a.* 1213. *dixerunt ideo barones Conrado Isabellam uxorem dedisse, ut hic victualia exercitui fame periclitanti procuraret, Baluze, Epist. Innoc. III. II, p.* 842 *sq.* 8) *Cf. Haymarus str.* 179—182, *l. l. p.* 109. 9) *Philippus II.* 10) *Hugo III.* 11) *Petrus de Cortiniaco.* 12) *Heinricus I.*

1191. *Sic. dep.* *Ezech. 22, 25*

depelluntur[a, 1]. Albericus autem marescalcus regalis intra menia urbana descendens *sicut leo rugiens* seviebat. Et cum bipenni, que et acia nominatur, plurimos unus plures[b] occidens et moriens[c] occisus est. Cuius capud a Saracenis ad collegas mangano pro saxo trahicitur. Muro perforato duo[d] Saraceni civitatem egressi postularunt in Christi nomine baptizari. Qui renati fideles in operibus inventi sunt. Mangana marchione preside reparantur; qui regi tradidit Tyrum, observans quod promiserat, se scilicet coronato primitus venienti de ultra mare omnifarie[e] redditurum[f]. Rex autem suis hominibus communivit. Interea Ricardus rex Anglorum sibi Cyprum insulam subiugavit, Ysachium, qui se imperatorem nominabat, *(Maio).* capiens et inmensas divitias et victualia et animalia deducens. Qui a Cypro pelago sulcans navem Saracenorum a Beritho proficiscentem et Achonem *(Iun. 7).* properantem invenit. In qua *erant septenginti[g] viri *ad bella fortissimi* *(*f. 213c. 1. Par. 7, 9. 2. Par. 13, 3.)* cum sufficientia stipendiorum et omni genere armorum et igne agresti et serpentibus et cocodrillis[g] interemtioni nequiter deputatis. Hanc igitur cum XXIIII galeis, cum quibus in retroguardia suarum navium accedebat, impugnavit ter et quater cum magno detrimento suorum. Post hec regis improperiis et blandimentis, minis et premiis promissis armantur[h] et navem impugnando perforant et submergunt, duobus e naufragio tantum superstitibus reservatis; quorum unum, cum venisset *(Iun. 8).* in campum, ad Saladinum, alterum misit in urbem[2]. Ad hec rex Francorum, licet rege Anglie dissentiente, pugnam indixit. Pugnatur, et muri securi inci- *(Iul. 7).* duntur, Saracenis Saladino amactantibus[i], ut in eorum studeat acellerare[k] succursum. Adveniente nocte marchioni custodia denegatur[l]; a quo Mostúbus[3] consensu regis Francie de colloquio data[m] securitatem accepit. Adveniente die *(Iul. 8).* coram regibus aliisque baronibus colloquium celebratur. In quo Mostúbus civitatem reddere cum omnibus rebus, dummodo persone abire permitterentur illese, promisit. Christiani vero sanctam crucem, captivos omnes et regnum repetunt universum. Mostúbus Saladinum asserit consulendum. Obsidibus ergo datis consulitur. Qui promisit crucem reddere pariter et Achónem, mille quingentos Christianos et centum milites et ducenta milia biçantiorum[4]. Dum hec agerentur, rex Anglie murum agreditur[n]; per dedictionem[g] civitas obtinetur quarto *(Iul. 11).*

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sic* (pl'es) *c. et C.* c) *sic c. et C; posses conicere* plurimos unus occidens et plures vulnerans *a Sicardo scriptum fuisse.* d) du:o *littera erasa c.* e) omni facie *C.* f) redditū *corr.* redditurū *c.* g) *sic c. et C.* h) *sic c. et C; fortasse* animantur (aıantur) *corrigendum est; cf. supra p. 8, l. 33. p. 9, l. 1.* i) *sic c. et C;* ambasciantibus *legendum esse videtur.* k) *sic c.;* accellerare *C.* l) *sic c. et C;* delegatur *legendum, ut Clédat correxit.* m) *sic c. et C;* datam *recte correxit Murat.;* dato *coniecit Clédat.* n) *sic c.*

1) *Haymarus str.* 199, *p.* 113:

Milites appositis scalis ascendebant,
Sed hos igne liquido Turci perfundebant.

2) *Acconem. Cf. de hac nave capta locos quos attulit R. Röhricht, 'Gesch. d. Königreichs Jerusalem' p.* 551, *n.* 4. 5. *p.* 552, *n.* 1—4. 3) *Saif ed-din el-Maschtub praefectus civitatis Acconensis. Conradum marchionem de civitate tradenda tractasse dicit etiam Haymarus str.* 206. 207, *p.* 114. 4) *Haymarus str.* 209. 210, *p.* 115:

Saladinus insuper ad vota nostrorum
Dans electos milites centum, aliorum
Captivorum corpora mille quingentorum
Cum ducentis millibus spondet aureorum,
Signum quoque reddere pretiosae crucis
Lignum.

1191. *Iul. 12.* Ydus Iulii, anno Domini M°CXCI°. Positisque a regibus in portis custodibus,
*Sic. dep.* **f. 213 c.* solis Francigenis *et Anglicis patebat ingressus, ceteris sive de Romano imperio
sive aliunde, licet per biennium[a] laborassent, obprobriose reiectis. Nam intrare
volentibus[b], colaphys[c] et verberibus cedebantur. Sed et tredecim ex Polinis[1]
pede truncati sunt. Cum igitur posse[d] quingenta milia hominum preter mulieres
et parvulos et armorum multitudinem, que vix numerari poterant[c], et ampullas
ignis agrestis V et galeas cum salandris et galeonibus LXX[ta] et ceteras divitias,
quarum non est numerus, reges in suis manibus habuissent, inter se tantum omnia
diviserunt. Iudicet ecclesia et secutura posteritas, si, que sanguine ceterorum
et yemalibus fuerant parta laboribus, decuerit culmen regalis honoris ad suas
manus omnino devólvere, quas non erubescebant vix tribus mensibus insudasse.
Non enim sibi victoriam, sed Domino ascribere debuerunt. Sed et cum sibi
ascribere presumpsissent[e], reminisci debuerant aliorum, quorum ossa campus
sanctus incinerat, vel presens vita libera tolerabat. Nam archiepiscopus Ravennás,
langrávius Toringie, Fridericus dux Suevorum et multi de imperio comites et
barones in Domino mortui fuerunt, sed et universitatis defunctorum numerus,
peste, fame, gladio pereuntium, est incertus; aut[f] tantum dubium est, quod in
obsidione ferme preter principes ducenta milia de hoc seculo migraverunt. Ad
hec rex Francie conabatur marchionem in regem promovere, rex Anglie Guidonem
*(Iul. 28).* restituere. Demum interposita pactione Tyrus, Sydon et Baruth marchioni cum
medietate Ascalonis et Ioppe[c] iure successorio provenerunt, preterea medietas
**f. ccxiii a.* Achónis et totius regni acquisiti et acquirendi; alia Guidonis. Sic tamen, *quod
neuter in vita alterius dyademate uteretur[2]. Post hec rex Francie, asoldátis[c]
pro se quingentis militibus, et armis, que sibi obvenerant, Templo et Hospitali et
*(Iul. 31).* marchioni distribútis, repatriavit cum obprobrio tam[g] inmenso, ubique sibi in
faciem acclamato: 'Vah, qui fugis et terram Domini derelinquis!'[3] Rex autem
*(Aug. 20).* Anglie, cum pecunia promissa non solveretur, captivos omnes contra fas et licitum
interfecit — qui debuerant potius servari et in servitutem redigi — preter Mono-
stobium[4] et Caracosam[h, 5] et quosdam alios milites, quos pro pecunia relaxavit[i].
Verumtamen Saladinus Christianis captivis malum pro malo non reddidit. Rex
Anglie exinde terra marique recuperat Caypham et Cesaream. Et cum accesisset[k]
*(Sept. 7).* Azotum[6], Iacobus de Avena occiditur. Deinde Ioppem proficiscentes, in Ramá,
1192. Lydda, Turone-militum et Bethenubilo yemantes, Ascalonem accedunt. Et
*Luc. 19, 41.* videntes muros dirúptos fleverunt super illam, muros et turres in brevi reedi-
ficantes. Interim inter regem Anglie et ducem Burgundie ceterosque barones
Francie discordia vehemens orta est, eo quod vilipendit eos. Redeunt ergo Tyrum,
progredientes ad marchionem, et cum eis quingenti electi milites, cum quibus
Saracenorum casalia cursitando plurimum proficiebat.

a) bienum *corr.* bienium *c.* b) *sic c. et C; Sicardus* volentes *scripsisse videtur.* c) *sic c. et C.* d) *sic c. et C;* prope *Murat.;* plus *emendandum esse conicio.* e) *penna mutata.* f) *sic c. et C; lege* haud *(ut correxit Murat.)* tamen dubium. g) tamen *correxit Murat.* h) Carcosam *C.* i) *sequitur* ꝙ *atram. nigro scriptum.* k) *sic c.*

1) *Polini sunt Pullani, nati ex occidentalibus et Syriacis Christianis. Haymarus str.* 155, *p.* 104. *dixit de* Polino *proditore.* 2) *Cf. R. Röhricht, 'Gesch. d. Königreichs Jerusalem' p.* 568; *Th. Ilgen, 'Markgraf Conrad v. Montferrat' p.* 22 *sq.* 3) *Sicardus imitatus est versum Matth.* 27, 40. *et Marc.* 15, 29: Vah qui destruis templum Dei. 4) *Hic est Mostubus supra p.* 15, *l.* 22—27. *dictus; cf. Röhricht l. l. p.* 575, *n.* 3. 616, *n.* 6. 5) *Hic est Baha ed-din Karakusch.* 6) *I. e. Arsuf, quod et ab aliis Azotum vocatur.*

*F.* 214[c]. De captione urbis Constantinopolitane.
Quod procurante rege Anglie marchio Montis-ferrati ab Asaxinis occiditur.
De Saladino qui obsedit Ioppem.

---

Eodem anno, videlicet anno Domini M°CXCI°[1], Henricus Friderici primi filius *1191. Sic. dep.* regnavit apud Romanos annis VIII[2]. Hunc Celestinus papa, qui Clementi successerat, unxit et imperiali dyadémate coronavit. Et tunc imperator apostolico dedit Tusculanum, *(Apr. 15).* et apostolicus Romanis. Romani vero civitatem destruxerunt et arcem, Tusculanos[a] excecantes *et aliás[b] deformiter mutilantes. Indeque imperator cum augusta **f. 214b.* nomine Constantia, filia condam Rogerii Siculi regis et soror[c] Guillielmi regis, in Apuliam descendit, ut regnum, quod sibi iure successorio, fratre[d] defuncto, debebatur, obtineret. Sed Tancredus iam substitutus apud Panormum fuerat coronatus[3]. Cum itaque Salernum adierit imperatrix, eam Salernitani cives nequiter capientes Messánam ad Tancredum regem miserunt; qui eam in Panormitáno palatio honestate[e] augusta dignissima conservavit. Imperator vero Neapolim cum obsederit, pene suis omnibus pestilenti morte peremptis, spe sua propositóve cassatus est. Eodem anno fuit infortunium, quod malamorcha[f] a Cremonensibus appellatur, eodem[g] *(Iul. 7).* apud Civitatem Pergamensium castrum contra Brixienses cum Pergamensibus congregati, divino iuditio in se ruentes aut in flumine Olei precipitantes, multi quidem capti, multique mortui sunt. Sed captos rediens de Apulia imperator e carcere liberavit, et eisdem Cremonensibus Cremam concessit et privilegio confirmavit[h, 4]. Ad hec in *(Nov. 25).* Alamanniam rediit. Cui Tancredus augustam remisit.

In[i] millesimo C°XCII°[5] et tempore imperatoris Henrici tante pluvie cum tonitruis et *L. temp. c. 194. (Iac. de Var.)* fulminibus et tempestatibus facte[k] sunt, quanta[l] nulla memorat[m] hominum antiquitas. Lapides vero ad quantitatem ovorum quadranguli cum pluvia de celo cadentes arbores et vineas et segetes destruxerunt et multos homines occiderunt. Corvi quoque et quam plures aves per aera in hac tempestate volantes visi sunt carbones vivos in rostro portare et domos incendere. Circa[n] Romanam *ecclesiam **f. 214c.* semper tyrannidem[o] Henricus exercuit. Et ideo eo mortuo Innocentius tercius, ne frater eius Phylippus promoveretur, se opposuit et Octoni filio ducis Saxonie adhesit, et eum Aquisgrani in regem Alamannie coronari fecit. Eo tempore, dum plures barones Francie pro liberatione Terre Sancte ultra mare pergerent, Constantinopolim ceperunt.

Anno Domini M°C°XCII° rex Anglie apud Ascalonem de reditu suo et *1192. Sic. dep.* regimine terre sollicitus ab universo quesivit exercitu, cui terram committeret conquisitam securius et conquirendam. Post vota diversa — quidam namque Guidonem inunctum, quidam marchionem invictum, quidam comitem Campanie preferebant — marchio rex eligitur et in facie exercitus approbatur. Igitur a

a) Tuscolanos *Sic.* b) alios *Sicardi codd.* 1. 2. c) *sic c. et C; lege* sorore. d) uxoris *vel* coniugis *supplendum esse videtur.* e) honesta *Sicardi codices omnes.* f) *lege* malamorth; malamortha *C;* malmorth *Sic.* g) *sic c. et C;* eo quod *Sic.* h) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* i) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℂ *minio scriptum praecedit.* k) *sic Iac.;* facta *Alb. Mil.* l) *sic c. et Alb. Mil.;* quantas *Iac.* m) *sic c. et Alb. Mil.;* meminit *Iac.; cf. SS. XXXI, p.* 452, *n.* 2. n) *sic c. et Alb. Mil.;* Contra *Iac.* o) *hanc vocem ab Alb. Mil. omissam Sal. aut ex Legenda Aurea aut e coniectura supplevit; cf. infra p.* 22, *l.* 21.

1) *Sicardus p.* 173. *sequentia ad a.* 1190. *habet, sed a.* 1191. *Heinricum imperatorem coronatum esse recte dixit.* 2) *Cf. SS. XXXI, p.* 73; *'N. Archiv' XXIX, p.* 181. 3) *A.* 1190. *Ian.* 4) *Cf. de his locis Sicardi hoc loco retractatis 'N. Archiv' XXIX, p.* 204—207. 5) *Salimbene haec ad a.* 1192. *posuit, quia quae in Libro de temp. c.* 194. *praecedunt a.* 1192. *facta esse dicuntur.*

*F.* 214[d]. Quod rex Anglie, qui marchionem interfici fecerat, in quadam coquina fuit deprehensus et captus, dum in habitu scutiferi[1] assaret gallinas.

---

1192. *Apr.* 28. *Sic. dep.* rege citatur, ut properet regales infulas accepturus et sceptra. Quarto Kal. Maii littere presentantur. Eodem die ab[a] Asaxinis occiditur clamantibus: 'Non eris marchio, non eris rex!' quorum unus conbustus est. Alius, cum decoriaretur, confessus est se a Sene domino suo transmissum hoc fecisse imperio regis Anglie[b, 2]. *Apr.* 30. Tertia die[3] comiti Henrico[4] illuc venienti uxor[5] gravida copulatur invita[b]. Redit festinus Achon, civitatem obtinuit et ingressum Guidoni prohibuit. Itaque rex Guidoni Cypricum tradidit regnum, viginti biçantiorum milibus emptum. Post *(Iul.* 26*).* hec Ioppem[c] obsidet Saladinus; in qua patriarcha Rodulfus electus[6] treuguas[d] obtinuit a Saladino, quod, si usque ad biduum non haberet succursum, redderet municipium. Et cum alium non haberet, seipsum pro ovibus obsidem dedit. Duobus *(Aug.* 1*).* diebus transactis rex navigio cum Pisanis applicuit et Saracenos castrum expugnantes **f.* 214[a]. viriliter exterminavit. Cui equus[e] a castellano *paratur. Hunc solum militem pedites commitantur[f], et extra civitatem in Turchorum faciem[g] castrametantur. Stupent Turchi unius militis incursione fugati. Adducti Christiani tentoria[h] figunt. Timuerunt plurimum Turchi, ne rex tam ferus invadere velit Egyptum. Quid *(Sept.* 2*).* igitur? Utroque exercitu fugato, ad triennium treugue pro desideriis componuntur, Ascalone destruenda et a parte neutra possidenda. Sed in hoc rex peccavit, quia patriarcham obsidem compedítum non liberavit. Adeunt igitur Christiani sepulcrum et inveniunt ibi Ethyopem nudum in Christianorum ignominiam oblationum libamina[i] colligentem. Rex autem sub manu pérfidi constitutum sepulcrum acce- *(Oct.)* dere noluit adoratum, sed festinavit ad reditum. Cumque de morte marchionis suspectus haberetur, sub habitu ministri Templariorum et Hospitalariorum usque in Austriam, suis aliunde remissis, pervenit incolumis. Ubi dum gallinas assaret[7], *(Dec.* 21*).* deprehenditur, capitur et duci Austrie[k, 8] presentatur. Audiens igitur imperator regem Anglie servili[1] habitu redeuntem a duce Austrie captum, eum detinuit in custodia, eo quod contra eum presumpsisse quedam in regno Sicilie videretur et necem Conradi 1194. marchionis credebatur nequiter machinatus. Denique ipsum pactione sibi placita relaxavit.

*Sic. dep.* Anno Domini M⁰C⁰XCIIII⁰ imperator H e n r i c u s in Ytaliam rediit et ad inferiora descendens Apuliam et Calabriam et Siciliam subiugavit, et omnia potenter obtinens,

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) Iopem *C.* d) treguas *Sal. corr.* treuguas *c.*; treguas *C.* e) eq⁹ *c.* f) ꝯmitantur *c.* g) *sic c. et C.* h) tē : toria, *littera* p *erasa c.* i) libana *corr.* libamina *c.* k) astrie *Sal. corr.* austrie *c.* l) *SS. XXXI, p.* 653. *dele n.* b.

1) in habitu scutiferi, *quae verba in textu Cronicae non leguntur, pro* sub habitu ministri *etc. scripta esse videntur.* 2) *Cf. Th. Ilgen l. l. p.* 122—124. 127—135. 3) *Eodem die hoc factum esse dicit et 'L'Estoire de Eracles', 'Recueil des hist. des croisades, Hist. occid.' II, p.* 194 *sq.* = *'Chronique d'Ernoul' p.* 291: car li marquis *(Conradus)* fu ocis le mardi *(Apr.* 28*)*, et il *(Ricardus rex)* fist esposer sa feme le juesdi *(Apr.* 30*)* a son neveu *(Henrico comiti). Quod quidem Ricardus non fecit. Demum die Maii* 5. *nuptias factas esse falso, ut videtur, dicit Radulfus de Diceto, Ymag. hist., Opera ed. W. Stubbs (Rerum Brittann. medii aevi SS.) II, p.* 104. 4) *H. Campaniae.* 5) *Isabella; cf. supra f.* 213[a], *p.* 14. 6) *Ierosolymitanus.* 7) *Praeter auctores, quos attulit Th. Töche, 'Jahrb. Heinrich VI.' p.* 562 *sq., alii idem tradunt, ut Phil. Mouskes v.* 19921 *sq., Anon. Rem. § 65, SS. XXVI, p.* 741. 527. 8) *Liutpoldo V.*

*F.* CCXVa. De abbate Ioachym, qui futura predixit.
De morte imperatoris Henrici sexti et de subrogatione Octonis quarti.
*F.* 215b. De papa Innocentio IIIº et de multis commendationibus eius.
De ordinibus fratrum Minorum et Predicatorum et de multis figuris, in quibus prefigurati fuerunt.

---

bona terre in Alamanniam thesaurosque regni portavit; reginam[1] et filium eius[2], qui 1194. *Sic. dep.*
patri successerat, et quos voluit captivavit[3]. O quam digna retributio Dei, que
nullum ma*lum preterit impunitum![4] Primátes, qui sederant *in insidiis cum divi-* **f.* CCXVa. *Ps.* 10, 8.
*tibus in occultis, mensura qua mensi fuerant metiuntur et iuditio quo iudicaverant* *Matth.* 7, 2.
*iudicantur.* Phylippus autem frater imperatoris filiam[5] Ysachii imperatoris Constantinopolitani, que Rogerio Tancredi filio nupserat primogenito, viduam viro defuncto, in Panormitano invenit palatio et inventam sibi coniugio copulavit legitimo. Sed eumdem Ysachium imperatorem Alexius frater excécans et Alexium 1195.
filium eiusdem incarcerans, imperium usurpavit.

Anno Domini MºCºXCVIIº rursus[a] imperator in Ytaliam rediens, in Sicilia[b] mor- 1197. *Sic.*
tuus est et sepultus. His temporibus quidam extitit Ioachym Apulus abbas, qui spiritum habuit prophetandi, et prophetavit de morte imperatoris Henrici et futura desolatione Siculi regni et de[c] defectu Romani imperii. Quod manifestissime declaratum est. Nam regnum Sicilie multipliciter[d] est perturbatum et imperium propter[e] scisma divisum.

Anno Domini MºCºXCVIIIº obiit imperator Henricus, filius condam Friderici [primi[f]] impera- *L. temp.* c. 195.
toris, in festivitate sancti Michaelis in regno Sicilie. Et facta est in regno de imperatoris elec- *Sic. dep.*
tione sedicio. Nam imperator Henricus pupillum de augusta relinquens a principibus obtinuerat, quod pupillum eligerent. Etiamve pupillo quidam fecere fidelitatem.
Inter Phylippum quoque Friderici filium, Henrici fratrem patruumque pupilli, necnon 1198.
et Octonem ducis condam Henrici Saxonie filium[6], ad imperium aspirantes in Theotonica[g] regione certatur; nam et uterque a principibus electus est. His temporibus Innocentius papa creatur, qui, ut pupillo esset adiutor et ecclesie iura defenderet, adversus quendam Marcoaldum[h], qui se quoque pupilli iura tueri, nescio quo spiritu, fate-
batur, utroque gladio di*micans eum viribus debilitavit. Apulia, Calabria et Sicilia **f.* 215b.
vario voto vacillarunt[i]. In Alamannia quoque varietas fuit[k] votorum, sed concertantium nec equa iustitia[l] nec equa potestas[m].

Iste supradictus Innocentius papa tercius fuit vir probus et fortis, dicens se habere utrumque *L. temp.* c. 196.
gladium, scilicet spiritualem et temporalem; et defendit Fridericum puerum, regem Apulie et Sicilie. *(Ioh. de Deo).*
Et primo consecravit Octonem[n] et eum postea deposuit[o] propter eius malitiam et superbiam, et Fridericum pupillum imperatorem fecit, quem filium nominavit ecclesie. Et Grecos subiugavit cum Constantinopolitána ecclesia. Et hereses et hereticos destruxit cum H. abbate Cystrense[p] et hominibus cruce signatis, adiutorio[q] regis Francie et comitis Montis-fortis. Sane iste Innocentius fuit iuris professor et totum ius, tam canonicum quam civile, sub compendio emendavit[r] in voluminibus ter-

a) reversus *Sic.* b) Siciliam *Sic.;* Syciliam *C.* c) de *om. Sic.* d) multo tempore *Sic.* e) pp̄ *c.;* per *Sic.* f) primi *a Sal. in marg. suppl. c., deest C.* g) Theutonica *Sic.* h) Marchoardum *Sic. et C.* i) vacillant *Sic.* k) est *Sic.* l) iustīa *c. persaepe.* m) *sequitur* ℭ *minio scriptum, non versus novus coeptus.* n) Ottonem *Alb. Mil. semper.* o) et *falso ab Alb. Mil. additum omisit Sal., quod et Ioh. de Deo non habet.* p) *sic* (Cistrense) *et Ioh. de Deo;* Cistertense *Alb. Mil.* q) cum adiut. *Alb. Mil.; cf. SS. XXXI, p.* 324, *n. e.* r) emenbavit *Alb. Mil.*

1) *Sibyllam.* 2) *Wilhelmum.* 3) *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXIX, p.* 208. 4) qui nullum malum preterit impunitum *Sicardus in Cronica p.* 166. *etiam scripsit.* 5) *Irenen.* 6) Henrici — filium *in omnibus codicibus Sicardi omissum est; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 228 *sq.*

*L. temp. c. 196.* tiarum et quartarum Decretalium. Iste excitavit omnes Christianos ad servitium Terre Sancte. Iste *(Ioh. de Deo).* fuit *potens in opere et sermone* in tantum[a], si viveret magis per decennium, totum mundum subiugasset, et tota mundi natio fieret una fides. Sub isto autem imperator et Grecorum et Romanorum amici facti sunt propter unum caput, scilicet Romanum pontificem, cui serviunt in fide catholica. Nam Romanus pontifex habet utrumque gladium, quia tenet locum Dei viventis, a quo utraque potestas data *(Iac. de Var.)* est. His temporibus duo ordines orti sunt, scilicet fratrum Minorum et fratrum Predicatorum. De quibus abbas Ioachym sub multis figuris predixerat[1], que tam in veteri Testamento quam in novo evidentissime continentur, ut in corvo et columba, quia et ille totus niger, et illa tota varia. In duobus angelis vespere missis Sodomam subvertendam, in[b] Esau et Iacob[2], in Ioseph et Beniamin, in Manasse et Effraym, **f. 215c.* *in Moyse et Aaron, in Caleph et Iosue, in duobus exploratoribus Iericho missis a Iosue, in Helya et Helyseo, in Iohanne Baptista et homine Christo Iesu, in duobus euntibus in Emaus, in Petro et Iohanne euntibus ad monumentum, de *Ioh. 20, 1.* quibus dicitur, quod *currebant duo simul.* Item in eisdem ascendentibus in templum *Act. 3, 6.* ad horam orationis nonam, quorum unus dixit: *Argentum et aurum non est michi,* quod verbum multum notat abbas Ioachym, quare scilicet Petrus posuit dativum in singulari et non in plurali, cum similiter Iohannes nec argentum haberet nec **v. 9.* aurum, quia ex illis erat, quibus Dominus dixerat Mat.[c] X*: *Nolite possidere aurum neque argentum.* Hec[3] questio duobus modis solvitur. Primo secundum Epyphanium sic: quia Iohannes ex precepto Christi, sepulto Zebedeo patre suo, emit domum illam, in qua Christus celebravit pascha cum discipulis suis. In qua post resurrectionem suam et discipulis[d] suis apparuit et Tomam credere fecit. In ea etiam clausi morabantur discipuli[d] propter metum Iudeorum. In ea electus est Mathyas, ut esset de duodecim. In ea missus est spiritus sanctus. In ea comedit Christus cum discipulis[d] in die ascensionis. Hec domus erat in eminentiori parte *Matth. 26, 18.* Ierusalem. Cuius medietatem custodiebat ille, de quo Dominus dixit: *Ite ad* *Luc. 22, 11.* *quendam et dicite ei: Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis[d] meis manducem?* Porro aliam partem domus locaverat Cayphe, propter quam causam dicitur, quod discipulus[d] ille erat notus pontifici. Et ubi communiter dicitur de matre Domini, quod ex illa hora accepit eam discipulus in suam, Epyphanius neutraliter ponit 'in sua', hoc est in sancta Syon. Abbas vero Ioachym figuratum in Petro consideravit, quia ordo Predicatorum, qui prefigurabatur in Petro, omnia vult sibi **f. 215d. Act. 3, 6.* ascribere; et ideo non dixit *Petrus 'argentum et aurum non est nobis', sed *non est michi,* vel quia magis expropriatus, vel quia prefigurabat ordinem illum, qui omnia que ad laudem pertinent vult sibi ascribere[e], vel tertio modo, quia Petrus

a) quod *ex Ioh. de Deo supplendum omisit et Alb. Mil.* b) In *hoc et sequentibus locis c.* c) M̊ *saepissime c.* d) di. *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Pseudo-Ioachim Interpret. in Ierem. (Coloniae* 1577. 8⁰*) c. 4, p.* 76: In puero quidem et ignobili notantur duo ordines affuturi, quemadmodum in Caleph et Iosue, in Manasse et Ephraim, in Moyse et Aaron, in Ioanne Baptista et Christo, in Helia et Heliseo, in Paulo et Barnaba, in duobus exploratoribus Hierico, et in duobus qui missi sunt ad solvendam asinam alligatam, ecclesiam in peccatis, et in duobus euntibus in Emaus, in Petro nihilominus et Ioanne, in duobus etiam angelis missis ad Sodomam subvertendam; *ib. c. 8, p.* 123: *(Duo ordines)* designati in Moyse et Iosue, in Paulo et Ioanne evangelista, imo in Ioanne Baptista et Christo, in Ioseph et Beniamin, in Manasse et Effraim, in corvo et columba pariter; *cf. ibid. c.* 4. 14. 16, *p.* 79 *sq.* 177. 239. 2) *Ibid. c.* 13, *p.* 165. 3) *Sequentia* — sancta Syon *(l.* 31*) Sal. procul dubio ex alio libro descripsit, neque enim stilo neque indole eius scripta sunt. Frustra vero quaesivi, in quo libro haec legantur. Petrus Comestor Epiphanium aliquoties citavit.*

tamquam princeps apostolorum iam utebatur auctoritate pontificali, et ideo[a] semper erat qui prius loquebatur, iuxta illud Eccli. 32*: *Loquere, maior natu: decet enim te.* *v. 4. Illud[b] etiam multum notavit abbas Ioachym, ubi loquitur de Esau et Iacob[1], quod ordo, qui prefiguratus fuit in Esau, ibit ad filias Eth, id est ad scientias seculares, ut Aristotilis et aliorum philosophorum. Hic est ordo fratrum Predicatorum, prefiguratus in corvo, non quantum ad peccati nigredinem, sed quantum ad habitum. *Iacob autem, vir simplex, habitabat in tabernaculis.* Gen. 25, 27. Hic fuit ordo fratrum Minorum, qui in principio sue apparitionis in mundo dedit se orationi et devotioni contemplationis. Illud etiam non vacat a misterio, quod dicitur Io. XX*: *Currebant duo simul,* *v. 4. id est: eodem tempore et sub eodem papa Innocentio III° inchoatus est ordo uterque. Nam anno pontificatus Innocentii tertii decimo, currente MCCVII° inchoavit beatus Franciscus ordinem fratrum Minorum. 1207. Et quod dicitur, quod *ille alius discipulus precucurrit citius Petro et venit prius ad monumentum, non tamen introivit*[c], Ioh. 20, 4. 5. hoc est dicere, quia ordo Minorum prius apparuit mundo millesimo supraposito[d]. Beatus autem Dominicus ordinem fratrum Predicatorum inchoavit anno M°CCXVI°*, sub Honorio papa III°[2], primo 1216. anno pontificatus ipsius, et vixit in eo V annis et dimidio. Dilata est autem canoniçatio ipsius XII annis. Bononie, ubi est corpus, venerationi habetur. Beatus vero Franciscus vixit in ordine suo XX annis completis et Assisii, ubi est corpus, venerationi habetur. Obiit autem[e] M°CCXXVI° quar*to Nonas Octobris, 1226. Oct. 4. die sabbati sero et sepultus fuit die dominico. *f. CCXVI[a]. Canonizatio vero beati Francisci facta fuit a papa Gregorio nono anno Domini M°CCXXVIII° XVII° Kal. Augusti. 1228. Iul. 16. Translatio eius M°CCXXX° VIII° Kal. Iunii[3]. 1230. Maii 25. Item beatus Dominicus obiit M°CCXXI°, sub Honorio papa tertio, octavo Ydus Augusti. 1221. Aug. 6. Item de duobus ordinibus, scilicet Minorum et Predicatorum, dicit abbas Ioachym, quod adhuc prefigurati fuerunt in Barnaba et Paulo[4] et in duobus testibus Apocalipsis XI. Et multa talia dicit. Auctoritatem etiam Iere. XVI.* exponit de duobus ordinibus[5], *v. 16. 17. scilicet: *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos. Et post heć mittam eis multos venatores, et venabuntur eos de omni monte et de omni colle et de cavernis petrarum, quia oculi mei super omnes vias eorum.* [Auctoritatem[f] vero Zacharie XIII.* non nisi de ordine fratrum Minorum intelligere potuit et *v. 7. 8. propter precedentia et propter subsequentia, scilicet: *Et convertam manum meam ad parvulos, et erunt in omni terra, dicit Dominus* et cet.]**.

*) *In marg. infer. alia manu saec. XIV. post add.:* nota, quod millesimo CCVII. beatus Franciscus ordinem fratrum Minorum inchoavit. Beatus autem Dominicus MCCXVI. inchoavit.

**) *Alia manu saec. XIV. in marg. super. post add.:* nota etiam de hac materia supra[g] ad c. 331.

a) ĩo *c. saepissime.* b) *penna mutata.* c) intro||uit *c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) a *c., quod ubique est* autem *in cod. Sal., hoc vero loco* an[no] *legi posset.* f) *uncis inclusa a Sal. in marg. superiore suppl.* g) *sic c. pro* infra.

1) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ierem. c.* 13, *ed. Colon. p.* 167: Sed ibit Esau ad filias Heth, scolasticas, scilicet animalem et secularem prudentiam [scientiam *cod. Bruxell.*] exquirentes; *cf. infra f.* 331[a]. 2) *Supra l.* 10 *sq. Salimbene dixit utrumque ordinem sub Innocentio III. papa inchoatum esse.* 3) Obiit autem — Iunii *exscripta sunt e Vita Francisci auctore Bonaventura c.* 15, 5—7. *Eadem fere vide infra f.* 221[d]. 4) *Cf. supra p.* 20, *n.* 1. *et Interpret. in Ierem. c.* 22, *p.* 307. 5) *Interpret. in Ieremiam p.* 221 *sqq.*

*L. temp. c. 196. (Iac. de Var.)* Porro[a] Innocentius tertius legatos ad Phylippum regem Francorum misit, ut terram Albigen-
1215. sium invaderet et hereticos[b] deleret. Qui omnes capiens concremari fecit. Hic M⁰CCXV⁰, ponti- *(Nov.)* ficatus sui XVIII⁰, sollemne concilium congregavit, in quo de toto mundo interfuerunt prelati. Et ego sermonem suum, quem ibi fecit, vidi, qui tale habuit
*Luc. 22, 15.* thema: *Desiderio desideravi hoc pascha* et cet.[1], et omnia que ibi ordinata sunt legi. Inter que statuit papa, quod decetero nulla religio mendicans consurgeret[2]. Sed ista constitutio propter prelatorum negligentiam servata non fuit. Immo quicumque vult imponit sibi caputium et mendicat et gloriatur se religionem novam fecisse. Et ex hoc fit in mundo confusio, quia seculares inde gravantur, et his qui laborant in verbo et doctrina, quos statuit Dominus de evangelio vivere, hele-
**f. 216b.* mosine[c] non sufficiunt. Nam tantum relinquunt in *testamento rudes seculares, qui non habent scientiam discernendi, uni muliercule in heremitorio commoranti, quantum uni collegio, in quo sunt XXX sacerdotes, qui quasi cotidie pro vivis et mortuis celebrant. Videat Dominus et quod non bene fit mutet in melius. Cetera que ibi ordinata fuerunt non scribo propter tedium et propter[d] prolixitatem vitan-
*L. temp. c. 196. (Iac. de Var.)* dam. Denique Innocentius M⁰CCIX⁰[3] Octonem quartum in imperatorem coronavit et, ut iura ecclesie salvaret, ab eo sacramentum exegit. Qui statim ipso die contra iuramentum venit necnon et Romipetas spoliari fecit. Unde papa eum excommunicavit et ab imperio deposuit. Octone deposito Fridericus Henrici filius[a] eligitur et ad honorem imperii[4] coronatur. Leges optimas pro libertate ecclesie et contra hereticos edidit. Hic super omnes divitiis[e] et gloria abundavit, sed eis in[f] superbia abusus fuit. Nam tyrannidem contra ecclesiam exercuit. Duos vinculavit cardinales, prelatos quoque, quos Gregorius nonus ad concilium convocaverat, capi fecit. Et ab ipso ideo excommunicatur. Denique Gregorio multis tribulationibus presso et defuncto Innocentius quartus, natione Ianuensis, concilium apud Lugdunum convocans ipsum imperatorem deposuit. Quo deposito et defuncto sedes imperii usque hodie vacat. Considera, quod verba supraposita de Friderico et papa Gregorio et Innocentio quarto per anticipationem dicta sunt et quasi sub epylogo[g, 5].

*Sic. dep.* 1198. Que secuntur verba sunt Sichardi episcopi [Cremonensis[h]]. Eodem tempore fuit quidam Cremone vir simplex, fidelis plurimum et devotus, nomine Homobonus; ad cuius obitum et ad cuius intercessionem et merita Dominus huic mundo[i] multa declaravit miracula. Eapropter Romam peregre proficiscens eodem anno, scilicet M⁰CXCIX⁰[6],
**f. 216c.* presentiam summi pontificis *adii, et ut in cathalogo sanctorum adnumeraretur auctoritate ecclesiastica, per divinam misericordiam feliciter impetravi[k, 7].

*L. temp. c. 195.* Et eo anno[8] iverunt Bononienses Cesenam contra Marcoaldum[l]. Et post mortem Henrici dictus Philippus[m], frater eius, factus est rex, et stetit in discordia cum Octone, et mortuus est gladio.

*ib. c. 197.* Anno Domini M⁰CXCIX⁰ iverunt Regini cum exercitu suo contra Mediolanenses et Placen-
1199. tinos in servitio Parmensium et Cremonensium apud Burgum Sancti Domnini, et fuit magnum prelium inter eos; et captum est castrum Puliani.

a) *penna mutata.* b) eos, *in marg. a Sal.* hereti *suppl. c.* c) hele *c.* d) pp *h. l. c.* e) *sic Iac.;* divicias *Alb. Mil.* f) *sic Iac.;* in *om. Alb. Mil.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum, et versus novus coeptus est.* h) cremon. *in marg. post a Sal. suppl.; post* episcopi *sequitur in c.* ℂ *minio scriptum.* i) mundo *in omnibus codd. Cronicae Sicardi omissum est.* k) *sequitur* ℂ *minio scriptum, non versus novus coeptus.* l) Marcoildum *Alb. Mil.* m) Filipus *Alb. Mil.*

1) *Mansi, Concilia XXII, col.* 968 *sqq.* 2) *Decretal. Gregorii IX. l. III, tit.* 36, *c.* 9. 3) *Numerum anni Sal. inseruit ex Libro de temp. c.* 207, *p.* 457. 4) *Sic etiam Alb. Mil., cuius lectionem Sal. plerumque hoc loco sequitur;* et ab Honorio *Iacob.* 5) *Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 217. 6) *Potius* 1198. *Haec verba magnis litteris expressa a Salimbene addita esse censeo.* 7) *Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 202 *sqq.* 8) 1198. *scilicet, qui supra p.* 19, *l.* 21.

*Sic. dep.* 1200. Anno Domini M°CC° Romani Viterbienses[a] in forti brachio subiugaverunt[b], personas et opes ad Urbem triumphali gloria transferentes.

*Sic. dep.* 1201. Anno Domini M°CCI° cives Constantinopolitani, habentes Alexium tyrannum exosum, quendam Iohannem improvide coronarunt. Sed ab eisdem in palatio destitutus est. Unde et nocte proxima ab Alexii Guarangnis[c] occisus est. In quo conflictu puer Ysachii filius e[d] carcere liberatur. *L. temp. c. 199. Sept. 23.* Eodem anno octavo die exeunte mense Septembris devicti et capti fuerunt et fugati Mutinenses a Reginis in villa que vocatur Formigina. Et fuerunt fugati a Reginis usque in pratum Tençonis[e]. Et ceperunt domnum Albricum[1] de Leudenaria[f] potestatem Mutinensium et fere omnes Mutinenses[g].

*Sic. dep.* 1202. Anno Domini M°CCII°, quo quasi iubeleo[h] fere tota[i] Lombardia treugue vinculatur in lustro. Merito dixerim iubeleo, quo et in remissione peccatorum maxima Ierusalem tendentium peregrinorum accingitur multitudo. Inter quos fuere precipui Balduinus[k] comes Frandensis, Lodoycus comes Blesensis necnon et Bonifatius marchio Montis-ferrati. *(Maii 20).* Eodem anno fuit terremotus magnus in Syria, quo civitates et *oppida nutaverunt. **f. 216a.* Etiam ipsa Tyrus fere corruit universa[2]. Etiam stellarum visa est in eadem provincia maxima dimicantium pugna, quarum septentrionales de orientalibus victoriam detinebant. Quod non est ambiguum futuri excidii presagium extitisse. Nam predicti peregrini apud Venetias congregati, cum Vénetis arripientes iter, primo Zadram, municipium Dalmatie munitissimum, in sinu Adriatico situm, Vénetis nimis infestum, auctorante venerabili viro Henrico Dándalo duce et stolio Venetorum invadunt; quod non diu obsessum Véneti destruxerunt[3]. *(Nov.)* Interea filius imperatoris Ysachii predictus puer Alexius de carcere liberatus Phylippum cognatum suum adiit, Alamannie regem, supplicans, ut sibi auxilium impertiret. *L. temp. c. 200.* Eodem anno in mense Iunii venerunt Mutinenses et Veronenses cum carrocio et Ferarienses cum carrocio et exercitibus suis et obsederunt castrum Herberie cum mánganis et prederiis, nec fecerunt aliquod malum dicto castro. Eodem anno, tempore domni Gerardi Rolandini potestatis Regii, concessa fuit aqua Situle communi Regino per arbitros, scilicet per domnum Guidonem Lupum marchionem, civem et potestatem Parme, et per Guariçonem de Michara et Aymericum Dodhomi potestatem Cremone[l], ut in[m] registro communis Regini continetur.

*Sic. dep.* 1203. Anno Domini M°CCIII° tanta fuit locustarum in Syria multitudo, quod germinantia lederent universa. Eodem anno predictus dux ceterique barones adolescentem unanimiter assumentes, Adriático mari decurso, *ad Illiricum pervenerunt. **f. CCXVIIa.* Et primo Duratium puero subiugatur. Ceterisque maritimis subiugatis Constantinopolim per Elespontiacum pervenerunt. *(Iun. 24).* Interea in Vénetos ceterosque Latinos Constantinopolim[n] commorantes Grecorum et Guarangorum[o] desevit atrocitas, eos impugnans, capiens et occidens. Cumque cives commoniti legitimum dominum recipere et tyrannum[4] excludere recusarent, irruentes Latini viritim in urbem, catenas portus fregerunt, naves submersserunt[p]. Et cum Blacherne palatium obsidérent, Odighitria, id est beate virginis ycóna ab evangelista Luca virgini conformata, ad confusionem hostium menibus superponitur, sed a Latinis reverentius adoratur. Deinde Basilográphya,

a) Bitervienses *Sic.* b) subiugarunt *Sic.* c) Warangis Alexii *Sic.*; Guarangis *Alb. Mil. ad Lib. de temp. c.* 199. d) de *Sic.*; e *om. Alb. Mil.* e) Tentionis *Alb. Mil.* f) *sic c.* g) mutiñ *c.* h) iubileo *C (h. l. et l.* 11*) et Sic.* i) in tota Lomb. tr. vinculantur *Sic.* k) Baldoinus c. Flandensis et *Sic.* l) *sic Liber de temp.; in cod. legi nequit, ubi quinque fere litterae* (creōe). m) in *a Sal. superscr.* n) *sic c. et Sic. et C.* o) *sic c. et C;* Warancorum *Sic.* p) *sic c.*; submergerunt *C.*

1) *Potius Albertum de Lendenaro, ut Alb. Mil. recte habet.* 2) *Cf. Robert. Autissiod., SS. XXVI, p.* 261, *et reliquos auctores, quos attulit R. Röhricht, 'Gesch. des Königreichs Jerusalem' p.* 684, *n.* 3. 3) *Multo brevius haec in codicibus Cronicae Sicardi p.* 177. *referuntur.* 4) *Alexium III.*

1203. *Sic. dep.* id est regalis scriptura cuiusdam prophete Danielis Achivi, qui de imperatorum
Constantinopolitanorum successionibus enigmata scripsit, producitur in medio. Ubi
cum legeretur, quod natio flava cesarie ventura esset urbis excidio urbemque gravi
expugnatura prelio, tamen ad ultimum — quod in ipsos decidat! — peritura[1], hoc
facto confisi Achivi repente irruunt in Latinos. Demum urbe terra marique viri-
liter impugnata et ex magna parte conbusta tyrannus aufúgit. Ad hec Ysachius
*Iul.* destituitur[a], et Alexius adolescens in mense Iulio in ecclesia sancte Sophye magnifice
coronatur. Postea cum Greci Latinos publice iniuriis multis afficerent et privatim occi-
derent, Latini arma sumentes rursus urbem conbusserunt et predam maximam expor-
tarunt[b]. Ad hec cum se tyrannus Andrinópoli[c] recepisset, imperator iuvenis eum
**f. 217b.* col*lecto exercitu cum baronibus effugavit et sibi Traciam subiugavit. Sed cum peregrini
magnis remunerandi promissis instarent, malo Grecorum consilio usus, beneficiorum
ingratus, clam et palam beneficiis[d] adversatur. Igitur inter eum et Latinos ziçaniis
1204. *(Ian. 27).* seminatis Greci, habentes eum exosum, quendam Constantinum imperatorem efficiunt,
populus autem Alexium Murçuflium coronavit. In qua contentione prepotens fuit Alexius
*(Febr. 8).* ille Murçuflius. Adolescens vero Alexius, cum vix regnasset sex[e] mensibus, suffocatur;
pater Ysachius moritur. Murçuflius tyrannus a peregrinis de solutione pecunie impe-
titus solvere diffitetur. Quocirca Véneti pariter et peregrini civitatem unanimiter ad-
oriuntur et universam regionem in circuitu depopulantur et Murçuflium[f], dum die qua-
dam in nemorosis lateret insidiis, effugarunt et[g] fratrem eius et vexillum et ycónam
regiam capientes. Econtra de suis Greci viribus presumentes, lingue potius contu-
meliis armati quam viribus corporis vel audatia, cordibus[h] rebellant. Eodem
1203. *(Apr.)* anno rex Armenie[2] Antiochyam obsedit, et licet eam cum exercitu introierit, non
tamen obtinuit[3]. Eodem anno magister Petrus cardinalis[4], apostolice sedis
legatus, apud Siciliam[i] Cilicie municipium Armeno catholico[k, 5], XIIII suis epi-
scopis mitras et baculum, me[6] presente, in presentia regis Arméni tribuit pasto-
ralem, recipiens ab eo debitam sancte Romane ecclesie fidelitatem.

1204. *L. temp. c. 202.* Anno Domini M°CCIIII° fuit maxima copia panis et vini: pro XII imperial. sest.[l] frumenti[m],
et pro IIII°r imperial. sext.[l] spelte et melice, et pro VIII[n] imperial. sext. fabe. Et *fuit maxima
**f. 217c.* *Apr. 25.* mortalitas et pestilentia boum et porcorum; et pascha fuit in festo sancti Marchi[o].

*Sic. dep.* Eodem anno Grecorum verbis contumeliosis superbia increbrescente Véneti
ad bellum cum baronibus accinguntur et urbem aggressi salo soloque viritim ex-
certant; machinis, telis et spiculis a Grecis resistitur. Sed fatiscentibus eis, a
*(Apr. 12).* militibus impetuose itur in urbem. Murçuflius in fugam vertitur. Alius ad impe-
*(Apr. 13).* rium, scilicet Áscari, a civibus infatuatis[p] eligitur. Sed adveniente luce a Latinis Bla-
cherna et Buccaleonum[q] palatia occupantur. Quid plura? Grecorum strage data mul-

a) restituitur *Sic. et C (!) recte.* b) exportaverunt *Sic.* c) Andrenopolim *Sic.* d) *sic c. et C et Sicardi codices pro* beneficis. e) VII *Sic.* f) Murçiflium *corr.* Murçuflium *c.* g) et *delendum, quod deest Sic.* h) *sic c.* (audatia ./ cordibus rebellant) *et C; lege* audatia cordis. i) Syciliam *C;* Seleuciam *legendum esse censuit Dove p.* 95; *cf. SS. XXXI, p.* 40. k) pallium *supplendum esse conicio;* et *supplevit Murat.* l) *sic h. l. c.* m) *sic C;* fru. *c.* n) VIIII *Alb. Mil.* o) *sequitur* ℭ *minio scriptum, non versus novus abhinc coeptus.* p) fatuis *Sic.* q) Bucaleonum *Sic.*

1) *Quod non legitur inter Visiones Danielis editas ab A. Vassiliev, Anecdota Graeco-Byzantina (Mosquae* 1893*) I, p.* 33—47. 2) *Leo II, qui principatum Antiochenum aggressus est, ut neptis suae filium Rupinum contra patruum eius Boemundum comitem Tripolitanum, principatu potitum, defenderet. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 196 *sq.* 3) *Cf. ipsius regis epist. ad papam, Gesta Innoc. III. c.* 117, *Muratori, SS. III, p.* 555, *col.* 1: infra muros Antiochie manu forti intravimus *etc., et quae SS. XXXI, p.* 41, *n.* 3. *attuli.* 4) *Presbyter tit. S. Marcelli.* 5) *Iohanni VII, cui Petrus mandato papae pallium dedit. Cf. epist. ipsius Iohannis et Leonis regis, Gesta Innoc. c.* 117. 118, *l. l. p.* 554, *col.* 2. 556, *col.* 2. 6) *Sicardo episcopo Cremonensi.*

1204. *Sic. dep.* torum, gens illa, spiritu consilii[1] destituta, condam prudentie filia, nunc sine prudentia, sicut pulvis disperiit, sicut fumus evanuit, sicut fenum exaruit[2], et Latinorum gens urbem Constantinianam in mense Aprili victoriose obtinuit. Ad hec barones[a] Balduinum Flandrie comitem in imperatorem dyadémate coronarunt, votis com- *(Maii 16).* munibus[b] imperium sortientes. Nam quarta imperatorie maiestati, trium ve[c] quartarum medietas cessit Vénetis, et cetera peregrinis. Bonifacius vero marchio, qui Margaritam imperatricem, condam Ysachii[d], sororem Aimerici regis Ungari, sibi in matrimonio copulavit, Thesalonicam vendicavit. Murçuflius autem Alexium tyrannum adiens et intendens eum blanditiis et alicuius spei seducere verbis lumine privatus est. Rediensque ad urbem a Latinis misericordiam impetravit. Sed cum rursus proditionis moliretur insidias, de columna Tauri per sententiam precipitatus est, ut, sicut presumpserat *ascendens in altum*, sic de alto *rueret in precipitium. *(Eph. 4, 8. *f. 217d.)* Áschari[e] quoque trans Elespontum fugato Latini victoriosi fere[f] monarchiam Grecorum obtinebant. Adimpleta est itaque prophetia, quam mathemáticus quidam predixit Achivus[g]: *Gaudete, septem montes, sed non mille annos.* Nondum enim a Constantino millesimus advenerat annus, quando Septemsolium, id est Constantinopolis, a summo gaudio tristicie ruit in yma. Eodem anno cométa magnus Acriam illustravit. Eodem anno venerabiles viri domnus Sosfredus[h] et magister Petrus, presbiteri cardinales, apostolice sedis legati, de Syria Constantinopolim adierunt, ubi ab imperatore civibusque Latinis et Grecis apud Sanctam Sophyam honorifice recepti fuerunt. Qui ibidem spiritualia negotia tam inter Grecos quam Latinos diffinierunt et divina officia me[3] assistente sollemniter celebrarunt. Nam et ego[4] ad mandatum predicti cardinalis magistri Petri in sabbato IIII$^{or}$ temporum ante nativitatem Domini in *(Dec. 18.)* templo sancte Sophye sollemniter ordines celebravi. Qui et ipse pro amore Domini crucifixi peregrinans in Syria, sicut prius, ut ei assisterem in Armenia, sic et post in Grecia fueram comitatus eumdem. Eodem anno Greci quasi excitati se, Latinis expulsis, in Andrinopoli[i] receperunt.

1205. *Sic. dep.* Anno Domini M⁰CCV⁰ Balduinus[k] imperator Constantinopolitánus Grecos in Andrinópoli[l] congregatos obsedit. Sed a Blaccis[m] forinsecus aggregatis[n] et Cúmanis cum quibusdam ex[o] baronibus suis vel occisis vel captis pariter et captus est et conse- *(Apr. 14).* quenter occisus. Ideoque recedens ab obsidione confusus *Latinorum exercitus, *(*f. CCXVIIIa.)* tamen rediit in urbem Constantinianam illesus. Cui frater imperatoris, Henrico Venetorum duce defuncto, prefuit Henricus nomine, vir audax et exercitio militaris. Marchio quoque Bonifacius, qui Thessalonie regnum cum circumquaque provinciis subiugaverat, Grecis et Blaccis[m] adversantibus multa perpessus est. Fuit igitur hoc anno Grecis arridens et blanda, sed Latinis adversa fortuna. Quod mathemátici predixerunt Achivi. Verumtamen invictus marchio[5] vinctum, quem ceperat, Alexium condam imperatorem cum uxore[6] misit in Lombardiam, ut in custodia servaretur et a tyrannide, quam semper exercuerat, arceretur. Eodem anno venerabilis Innocentius papa binos patriarchas ordinavit, Albertum Vercellensem episcopum heu! solo nomine Ierosolimitanum — *facta est* enim *vidua domina gentium* et *prin-* *(Thren. 1, 1.)*

a) *penna mutata.* — Baldoinum *Sic.* b) conniventibus *Sicardi codices et C.* c) trium *Sic.* d) *supple* uxorem. e) *sic h. l. c.;* Ascari *Sic. et C.* f) totam *Sicardi om. c. et C.* g) *SS. XXXI, p.* 655. *dele n.* p. h) Soffredus *C.* i) Andrenopolim *Sic.;* Andrinopolim *C.* k) Baldoinus *Sic.* l) Andrenopoli *Sic.* m) Blacis *Sic.;* Blactis *C.* n) congregatis *Sic.* o) ex *om. Sic.*

1) *Cf. Is.* 11, 2: spiritus consilii. 2) *Ps.* 101, 12: sicut fenum arui. 3) *Sicardo.* 4) *Sicardus. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 197 *sq.* 5) *Bonifacius.* 6) *Euphrosyna.*

*F.* 218[c]. De Uguitione Ferariensi episcopo.
De domno Nicholao Regino episcopo.

---

1205. *Sic. dep.* *ceps provinciarum posita*[a] *sub tributo* — et Thomam, Vénetum natione, quem Con-
stantinopolitane prefecit ecclesie[1].

1206. *Sic.* Anno Domini M$^{0}$CCVI$^{0}$ in orientali et occidentali quidem imperio et apud An-
tiochiam predictis ex causis et[b] inter predictos certatur illustres.

1207. *L. temp. c. 205. Sic.* Anno Domini M$^{0}$CCVII$^{0}$ Aço marchio[c] fuit expulsus de Verona, et pro illo facto fuit de-
structa Verona. Eodem anno marchio Bonifacius in prelio[d] Montis-ferrati occiditur,
filios derelinquens Guilielmum[e] in Ytalia et Demetrium apud Thessalonicam[f] successores.

1208. *Sic. dep.* Anno Domini M$^{0}$CCVIII$^{0}$ sopita est seditio regum de occidentis imperio concertan-
tium. Nam Phylippo in thalamo nequiter occiso successit feliciter Octo[g] quartus. De
quo noctu quidam previderat visionem, se esse[h] Dei gratiam dicentem et futura his
**f. 218b.* *versibus prophetantem, scilicet:

*Sufflo. da terre. rexer.*[i] *Octo xer. Errat Adolfus*[k].
*Xer dolor Octo tibi, suspice: finit ibi.*

Huius paranigmatis hoc anno sententia declaratur sic: *Sufflo:* inspiro. *Da
terre:* dic terrenis. Quod *rex Octo. xer:* ratione dolet, et quod *errat Adolfus,*
electus Coloniensis[2]. *Xer dolor Octo tibi* expositio est clausule precedentis. *Suspice:
finit ibi.* Ostendit enim visio previsori temporis determinationem: hunc annum in
pariete pictum, litteris annotatum[l].

*L. temp. c. 206.* Hoc eodem anno fuerunt carrocia de Parma et de Bononia in servitio communis Regii
in obsidione Suçarie, quam fecerunt Mantuani et marchio Estensis et Ferarienses et Vero-
nenses[3] et Mutinenses et Cremonenses et multi alii cum eis circa Suçariam cum mánganis et pre-
deriis et aliis instrumentis ad capiendum castrum Suçarie, et omnes fugierunt timore Reginorum et
suorum amicorum. Et fuit eo anno maxima abundantia panis et vini.

1209. *ib. c. 207.* Anno[m] Domini M$^{0}$CCIX$^{0}$ Octo imperator hospitatus est super Renum — quidam
torrens est in episcopatu Regino — et ad Salvam-terram similiter hospitatus fuit.
*Oct. 11.* Et fuit coronatus a papa Innocentio III$^{0}$ die XI$^{0}$ intrante Octobri. Et in eodem anno Salinguerra
*Sic. dep.* cepit Ferariam, quam Aço marchio detinebat, et eum expulit. Coronatus autem predictus
Octo contra patrem, coronatorem suum, contra matrem ecclesiam, que eum genuerat.
multis nisibus properat, et contra regem Sycilie pupillum, cui preter ecclesiam non
erat adiutor, sese confestim armavit; propterea sequenti anno, scilicet

1210. *Sic. dep.* Anno Domini M$^{0}$CCX$^{0}$, venerabilis pater Innocentius, *potens in opere et sermone*[4],
**f. 218c.* iam *dictum imperatorem excommunicavit Octonem. Ipse nichilominus exercitum, cui

a) facta *Vulg.* b) et *delendum, quod Sic. non habet.* c) esten *alia manu s. XIV. in marg. suppl.* d) Montis-ferr. in prelio *Sic. recte.* e) Wilielmum *Sic.* f) Tesalonicam *Sic.:* Thesalonicam *C.* g) Otto *Sic. et C semper.* h) esse Dei gratiam *in omnibus codd. Sicardi omissum; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 236. i) rex *Sic., ut et infra l.* 17. k) erat adosus *Sicardi codices; cf. SS. XXXI, p.* 179, *n.* k. l) *sequitur* C *minio scriptum, non versus novus abhinc coeptus.* m) *penna mutata.*

1) *Cf. Potthast nr.* 2418. 2466; *Gesta Innoc. III. c.* 89. 98. *Haec etiam e Sicardi Cronicae deperdita recensione descripta esse ostendi 'N. Archiv' XXIX, p.* 215 *sq. Quae Alb. Milioli ex Cronica fratris Salimbene ad c.* 203. *Libri de temp. p.* 456. *adscripsit.* 2) *Iam a.* 1194. *Adolfus archiepiscopus consecratus est; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 233 *sq.* 3) *Veronenses in hac obsidione adfuisse dicit etiam Tolosanus c.* 129, *ed. Borsieri p.* 688, *quod omnino verum esse patet, cum Azo marchio Estensis tunc et Mantuanorum et Veronensium potestas fuerit.* 4) *Verba* potens — sermone *Iohannis de Deo iam supra p.* 20, *l.* 2. *ex Libro de temp. exscripta aut hoc loco repetiit Sal., aut Sicardus ipse inseruit, qui p.* 165, *l.* 3. *de Eugenio III. papa scripsit:* quia potens erat in opere et sermone.

Aço Hestensis marchio preerat, in Apuliam misit. Posteaque per Apuliam[a] transiens, 1210. *Sic. dep.* collecto magno exercitu quedám loca per vim, quedam per deditionem obtinuit, Viterbio penitus repugnante, Perusio et Urbe-vetere[b] et aliis paucis[1]. Deinde properans in Capua hyemavit.

[Uguitio[c], natione Tuscus, civis Pisanus, episcopus Ferariensis fuit; librum Derivationum composuit[2]; viriliter et digne et honeste episcopatum rexit et laudabiliter vitam suam finivit. Et alia quedam opuscula composuit, que sunt utilia et habentur a pluribus; que etiam vidi et legi non semel neque bis. Anno Domini M⁰CCX⁰ ultimo die Aprilis migravit ad Christum. Et stetit in episcopatu XX[ti] 1210. *Apr.* 30. annis minus uno die[3]].

Anno Domini M⁰CCXI⁰ domnus Nicholaus Reginus episcopus positus fuit in cathedra die 1211. *L. temp. c.* 209. prima Iunii. *Iun.* 1. Hic fuit nominatus episcopus et quasi vir militaris. Gratiam[d] habuit imperatoris Friderici et Romane curie. Paduanus fuit, nobili genere ortus de Maltraversis[4], pulcher homo, largus, curialis et liberalis[5]. Maius palatium episcopii Regini fieri fecit. Fratres Minores in tantum dilexit, quod matricem ecclesiam, scilicet episcopalem, voluit eis dare ad inhabitandum; et consentiebant canonici, qui erant tunc temporis, et amore fratrum volebant ire et habitare per capellas civitatis Regine. Sed fratres Minores ex humilitate sua non talia passi sunt, sed recusaverunt omnino. Huic episcopo accusatus fuit canavarius suus, quod fratribus Minoribus subtrahebat helemosinam[e] panis, quam ipse statuerat. Et ideo vocavit eum ad se et valde dure reprehendit eum dicens: 'Nonne Ecclesiasticus IIII.* dicit: *Fili*[f], *helemosinam*[e] *pauperis ne defraudes?*' Sed cognoscens *v.* 1. episcopus, Salomone testante Prover. XXIX*, quod *servus verbis erudiri non potest,* *v.* 19. *quia quod dicis intelligit et respondere contemnit*, posuit eum in artissimo carcere et obscuro et *sustentavit eum pane tribulationis et aqua angustie:* postmodum expulit 3. *Reg.* 22, 27. eum a se. Benedicatur ipse! Sciebat enim, quod *genus servorum nisi cum supplitio non emendatur*, sicut dixit quidam tyrannus[6] nutritoribus sancti Ypo*liti. *Benedicatur*, dicit Patteclus[7], *marchio Montis-ferrati, qui omnibus pepercit nisi scutiferis.* *f.* 218[a]. Miserrimi homines, qui, postquam exaltati et honorati sunt in curiis magnorum, efficiuntur avari, ut ostendant se bonos conservatores et custodes rerum dominorum suorum, et subtrahunt pauperibus et viris iustis, quod postea suis dant meretricibus; et interdum in aliquibus partibus dominorum uxores et filie ser-

a) *sic c.*, ap *in loco raso;* Tusciam *Sic. recte; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 234, *n.* 1, *et SS. XXXI, p.* 457, *n.* k. b) veteri *Alb. Mil. ad Libri de temp. c.* 208. c) *uncis inclusa in infer. marg. f.* 218[a. b]. *manu Sal. suppleta sunt, hoc loco signo ⁄: posito, quo indicatur hic ea inserenda esse.* d) *penna mutata.* e) hel'am *c.* f) Fili *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 234 *sq.* 2) *Cf. Tolomei Luc. Hist. eccl.* ,*XXI*, 18, *Muratori, SS. XI, col.* 1128: Hugucio Pisanus . . . . tempore Innocentii, qui copiose glossavit Decretum *(Gratiani)* et in grammatica regulas tradidit derivationum; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 126: Ugutio episcopus Ferrariensis, qui librum Derivationum composuit. 3) *Sedit igitur ab a.* 1190. *Maii* 1. 4) de Maltraversis *habet Alb. Mil., Lib. de temp. c.* 209, *p.* 457. 5) *Boncompagnus, Rhetorica novissima, Prol., ed. Gaudenzi, Bibl. iuridica II (Bononiae* 1892*), p.* 251. *dicit de eo:* venerabilis pater Nicolaus episcopus Reginus, qui nobilis est genere, nobilior moribus, curialis ad omnes, in cotidianis usibus liberalis, reformator pacis et in conspectu principum gratiosus. 6) *Valerianus in Passione Hippolyti, Iacobi Leg. Aurea c. CXVIII (*113*),* 1, *ed. Grässe p.* 502. 7) *In libro Taediorum, ut videtur, quem Sal. infra multis locis laudat. Cuius verba Italica hoc loco in Latinum vertisse videtur.*

vorum et canavariorum et gastaldorum efficiuntur amasie, eo quod de rebus domus nichil nisi per manus talium habere possint omnino[a]. Miserrimi tales domini, qui plus diligunt res temporales quam honorem proprium et corpus uxorum
*Eccli. 16, 6.* et filiarum. Hec omnia *vidit oculus meus* et probavit singula. Igitur domnus Nicholaus Reginus episcopus valens homo fuit et in multis expertus[1]. Erat enim cum clericis clericus, cum religiosis religiosus, cum militibus miles, cum baronibus baro[b].

*Sic. dep.* Eodem anno progrediens imperator Octo per Apuliam civitates et loca per deditionem accepit usque Polycomi[c]. Dum hec agerentur, principes Alamannie Fridericum regem Sicilie, condam imperatoris Henrici filium, de quo prediximus, in imperatorem elegerunt, citantes eum, ut in Alamanniam[d] properaret. Quo audito festinans
1212. imperator, qui apud Landam curiam quasi celebravit inanem, — Hestensis enim marchio iam cum Papiensibus et Cremonensibus et Veronensibus consensu summi pontificis fedus inierat[e] contraditionis[f] — inglorius in Alamanniam introivit[g].

*Sic. dep.* Anno Domini M⁰CCXII⁰ predictus rex Sicilie Romam veniens a summo pontifice et a Romanis magnifice receptus est. Deinde navigio Ianuam attingens per eorum manus
*f. CCXIXa.* et marchionis *Guilielmi[h] Montis-ferrati usque Papiam deductus est et gloriose receptus,
*(Iul. 29).* et per eos ad Lambrum usque deducitur. Cui Cremonenses ad Lambrum alacriter occurrentes eum Cremonam cum tripudio et hastiludio deduxerunt. Sed ex Papiensibus
*(Iul. 30).* militibus, dum reverterentur, multi a Mediolanensibus capti sunt. Rex vero Mantuam et Veronam atque Tridentum felicissime transiens in singulis civitatibus extitit gloriosus. Exinde per Curiam introivit[i] in Alamanniam, et a principibus de die in diem
*(Dec. 9).* fidelitates[k] accipiens, apud Magentiam[l] coronatur; postmodum apud Ratisbonam
1213. *(Febr.).* sollemnem curiam celebrans a rege Boemie et ab aliis multis principibus fidelitates
*L. temp. c. 210.* accepit[2]. Et eodem anno, primo die intrante Augusto iverunt Regini cum exercitu suo peditum
*Aug. 1.* et militum in servitio Bononiensium ad montem Sambuganum contra Pistorienses[b].

1212. *Sic. dep.* Item[m] eodem anno Almiramamolinius[n] rex Mauritanie veniens in Hyspaniam[o] cum infinita multitudine Saracenorum minitabatur non solum Yspanias[o], sed etiam[p] Romam, immo Europam capere universam. Sed Innocentius papa Christianorum signaculum[q] insignitorum fecit contra illos multitudinem congregari; qui prima fatie Malagon castrum ceperunt, deinde Colatronam[r], Alarcos, Benaventum, Petrabonam occupantes, ad Portum Muradal fixere tentoria. Portus autem artus erat, ut ducenti homines quasi toti mundo transitum prohiberent[3]. Nostris igitur hesitantibus,
*f. 219b.* ecce duo Christicole sub specie venatorum; quibus precedentibus ex alio *montis[s] latere contra spem Saracenorum totus montem pertransiit Christianorum exercitus,
*Iul. 14.* die sabbati non longe a castris inimicorum Christi tentoria figens. Die Lune

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum, non versus novus abhinc coeptus.* c) usque Policornu suscepit *Sic.*; Polyconii *C.* d) Alamaniam *semper Sic. et C.* e) inierant *Sic.* f) *sic c.*; contradictionis *Sic. et C.* g) intravit *Sic.* h) Guilelmi march. *Sic.* i) intravit *Sic.* k) fidel. — Ratisbonam *in omnibus codicibus Sicardi omissum est.* l) Magonciam *C.* m) ℭ Item ‖ ℭ Eodem *c.* n) Almiramomelin *Sic. et C!* o) Yspaniam *Sic.* p) *sic* (?) *Sal., ut videtur*; et *Sic. et C!* q) *sic c., ubi manu recenti litterae renovatae sunt*; signaculo *C recte!* r) *sic c.*: *lege* Colatravam, *ut C habet (et epist. laudata).* s) *penna mutata.*

1) *Innocentius III. papa iam a.* 1213, *cum ei etiam ecclesiam Vincentinam regendam committeret, de eo scripsit, Epist. XVI,* 15, *ed. St. Baluzius II, p.* 743: qui prudentia et honestate . . . viget et est in partibus illis potens. 2) *De hoc loco cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 234 *sqq.* 3) *Cf. Aldephonsi regis epistola ad Innocentium papam, Epist. Inn. III. XV,* 182, *ed. St. Baluzius II, p.* 687: Talis quippe *(transitus)* erat, quod mille homines possent defendere omnibus hominibus qui sub coelo sunt. *Cum qua epistola haec relatio bene convenit, nec tamen ex ea exscripta est.*

diluculo dispositis aciebus in campo, XVII° Kal. Augusti congressi sunt Christiani et inimici Christi. Et per gratiam salvatoris christianissimis regibus Arágonum[1] et Navarre[2] et Castelle[3] trucidantibus hostes terga verterunt; quorum infinita milia Christicolarum gladius devoravit. Nam per V leucas[a] fugati[4] sine numero corruerunt. Deinde nostri habita victoria procedentes Ubendam[b] civitatem viriliter occuparunt. In qua sexaginta milia utriusque sexus gentilium occiderunt[c, 5]. Demum Christianus exercitus ad propria remeavit, agens gratias salvatori. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. 1212. *Iul.* 16. *Sic. dep.*

Hic[d] verba Sichardi episcopi deseruerunt[e].

———————— f

A[bhinc iam][g] incurrimus verba inculta et rudia et grossa et superflua[6], que etiam in multis locis gramaticam non observant, sed ordinem ystorie habent congruum. Et ideo oportebit nos amodo ordinare et meliorare et addere et demere et gramaticam bonam ponere, cum fuerit oportunum, sicut etiam supra in hac eadem cronica manifestum est nos fecisse in multis locis, in quibus multas falsitates et ruditates repperimus, quarum alique a scriptoribus sunt introducte, qui multa falsificant, alique vero a primis dictatoribus fuerunt posite. Qui vero post ipsos aliquid addiderunt, simplici fide secuti sunt ipsos nec consideraverunt, utrum bene dixerint necne. Et hoc ideo fecerunt, vel propter laborem vitandum, vel forte quia ystoriarum periciam non habebant. Et tamen[h] melius fuit, quod aliquid scriberent, quamvis simpliciter[i], quam quod omnino dimitterent, quia saltem[k] millesimum annorum incarnationis dominice, sub *quo hec vel illa facta fuerunt, *f. 219c.* habemus ab eis et aliquam veritatem ystorie et rerum gestarum[l] et negotiorum accidentium, quam forte non haberemus, nisi Deus revelare vellet, sicut revelavit Moysi et Esdre et Iohanni in Apocalipsi et Methodio martyri in carcere existenti et multis aliis, quibus revelata fuerunt futura et secreta celestia. Ideo dicit beatus Ieronimus[7], quod *in tabernaculo*[m] *Domini offert unusquisque quod potest. Alii aurum et argentum et lapides pretiosos, alii byssum et purpuram et coccum offerunt et iacinctum. Nobiscum bene agitur*[n], *si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Unde et tota illa tabernaculi pulcritudo et per singulas species ecclesie presentis futureque distinctio pellibus tegitur et cilitiis, ardoremque solis et iniuriam ymbrium ea que viliora sunt prohibent.* Similia fecimus in multis aliis cronicis, que a nobis et scripte et edite et emendate fuerunt.

a) leugas *C.* b) *sic c. et C; lege* Ubedam, *ut epist. laudata habet.* c) ceciderunt *C.* d) *non constat, num* Hic *an* Hec *scriptum sit in c., sed illud verisimilius e reliquiis litterae videtur.* e) deseru::t *scriptum est in c. (certe non* defecerunt, *ut Clédat exhibet), legendum igitur* deserunt *vel potius* deseruerunt, *nam* deseruert *scriptum fuisse conicio.* f) *linea rubra hoc loco ducta est in c.* g) *uncis incl. legi non possunt in c.;* Amodo *ed. Parm., sed plures litteras hoc loco scriptas fuisse patet.* h) tamen *certo legi nequit: haec enim nimis evanuere, ex parte recenti tempore atramento superlito renovata sunt.* i) simplic. *certo legi nequit.* k) saltem *certo legi nequit.* l) gest. *in marg. a Sal. suppl.* m) templo Dei *Hieron.* n) ag̃ *c.;* agetur *Hieron.*

1) *Petro II.* 2) *Sancione VII.* 3) *Alfonso IX. (III).* 4) *Arnoldi archiep. Narbonnensis epist., Ughelli-Coleti, Italia sacra I, col.* 166: Insecuti sunt autem eos per quatuor leuguas. 5) *Epist. Aldephonsi p.* 688: et bene perierunt ibi sexaginta milia Sarracenorum, quorum quosdam interfecimus, quosdam captivos duximus. 6) *Alberti Milioli videlicet in Libro de temp.; cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 203 *sq.* 7) *In prologo galeato ad Bibliae versionem.*

*L. temp. c. 196. (Ioh. de Deo).* Porro anno et millesimo supraposito rex Francie cum comite Montis-fortis crucesignatus fuit et preparatus cum aliis hominibus crucesignatis pro prelio et exercitu[1], qui fuit in Yspania, quando apud Muradal[a] imperator Saracenorum devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navarre, Aragonie[b], cum adiutorio Portugalensium; de quibus XI milia prima acie mortui fuerunt.

1212. *Sic. Cont. dep.* Eodem anno, scilicet M°CCXII°, trium puerorum quasi[c] duodennium, qui se visionem vidisse dicebant, crucis signaculum assumentium in partibus Colonie per- **f. 219'.* suasu multitudo innumera pauperum utriusque sexus et puerorum de Theo*tonia[d] peregrinantium in Ytalia crucesignatorum accessit, unanimi corde et una voce dicentium se per siccum maria[e] transituros et terram sanctam Ierusalem in Dei potentia recuperaturos; sed demum quasi evanuit universa[2]. Eodem anno fuit fames adeo valida, precipue in Apulia et Sicilia, ut matres etiam pueros devorarent[3].

1213. *Sic. Cont. dep.* Anno Domini M°CCXIII° die pascha[4] sancto pentecostes, quod[f] fuit in festo sancto- *Iun. 2.* rum martyrum Marcellini et Petri, videlicet secundo die intrantis Iunii, Cremonenses in auxilio Papiensium, quorum multi, ut prediximus[5], a Mediolanensibus in transitu regis de Papia Cremonam[g] capti fuerunt[h], apud Castrum-Leonis unanimiter cum carrocio convenerunt, non habentes in auxilio nisi trecentos milites Brixienses. Et *Act. 2. 2.* ecce *factus est repente sonus*[i], Mediolanensibus cum suo carrocio sicut sagitte volantibus et sicut fulgura festinantibus[k]. In quorum auxilio convenerant Placentini milites et arcarii[l], Laudenses et Cremonenses[m] milites et pedites, Novarienses et Cumáni milites et de Brixiensibus totidem aut plures, quot in Cremonensium auxilium prediximus advenisse. Hi omnes unanimiter uno clamore et furore, uno spiritu et impetu Cremonenses ceterosque milites forinsecos impetunt et impugnant, fugant, capiunt et expugnant. Sed Cremonenses habuerunt victoriam de dictis Mediolanensibus et de eorum exercitu et conduxerunt carrocium supradictorum Mediola- **f. CCXX[a]. L. temp. c. 211.* nensium per vim *cum magna victoria et letitia in civitatem Cremone[6]. Et eodem anno die XIII$^{a}$ Iunii[7] promisit commune Bononie et iuravit facere guerram Mutinen- 1203. *Iun. 13.* sibus pro communi Regino et servire communi Regino nec facere pacem cum predictis Mutinensibus sine voluntate communis, Regii.

1214. *ib. c. 212.* Anno Domini M°CCXIIII° iverunt milites Regii[n] in servitium Cremonensium[o] et Par-

a) *sic Ioh. de Deo;* Muraldal *Alb. Mil.;* Amuradal *C.* b) Aragonensium *Ioh. de Deo;* Aragonense *Alb. Mil.* c) *sic C; ꝗ potius legi posset pro* q̈i *in c.* d) puer. Theothonie *C.* e) *sic c. et C.* f) qui *Sic. Cont. et C.* g) ad Crem. *Sic. Cont.* h) fuerant *Sic. Cont.* i) *sic c. et C et Vulg.;* sonitus *Sic. Cont.* k) festinaneium *C ut Sic. Cont.* l) sagittarii *Sic. Cont.;* milites, et arcarii Laudenses *distinctum in c.* m) *sic c. et C cum Sicardi cod.* 2[a] *perperam;* Cremenses *Sic. Cont.* n) *sic habet codex Alberti Mil. pro* Regini. o) Cremon *codex Alberti Mil.*

1) *Vehementer erravit Sal., ad bellum Hispanicum trahens et e coniectura amplians, quae in Libro de temp. c.* 196, *p.* 453. *de bello Albigensium ex Cronica Iohannis de Deo relata sunt. Ad a.* 1212. *haec recte posuit, quia e Sicardi Cronica p.* 180. *hoc anno hoc proelium commissum esse didicit, ut supra f.* 219[a]. *retulit.* 2) *Haec ex Continuatione Sicardi ampliata deperdita descripta esse videntur, quia in codicibus nostris Sicardi similia leguntur SS. XXXI, p.* 181; *cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 241, *n.* 3. 3) *Cf. Ryccard. de S. Germano, SS. XIX, p.* 335; *Ioh. Codagnelli Ann. p.* 40. 4) *Hanc vocem Sal. ex Libro de temp. c.* 211. *inseruisse videtur.* 5) *Sub a.* 1212, *f.* 219[a]. 6) *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXIX, p.* 238 *sqq.* 7) *Non die* 13, *sed die* 10. *Iunii a.* 1203. *(non* 1213*) data est tabula, ex qua Albertus Milioli haec excerpsit. Cum Salimbene Albertum aliquando in palatio civitatis Reginae moratum visitaret, hanc tabulam in Libro grosso Regino f.* 49. *legisse videtur ac falso explicasse verba* Millesimo ducentesimo tertio, decimo die intrante mense Iunii, *legens* tertio decimo die. *Cf. 'Nachrichten der K. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 294 *sqq.*

1214. *L. temp. c.* 212. mensium in episcopatum Placentie ad devastandum bona Placentinorum, et hospitati sunt prope Columbam, quod est monasterium Cystertiensis ordinis.

*Sic. Cont. codd.* 2. *et L. temp. c.* 213. Anno Domini M⁰CCXV⁰ Innocentius papa tertius apud Lateranum sollemne concilium celebravit. Hic etiam officium ecclesiasticum in melius correxit et ordinavit et de suo addidit et de alieno dempsit; nec adhuc est bene ordinatum secundum appetitum multorum et etiam secundum rei veritatem, quia multa sunt superflua, que magis tedium quam devotionem faciunt tam audientibus quam dicentibus illud, ut prima dominicalis, quando sacerdotes debent dicere missas suas, et populus eas expectat, nec est qui celebret, occupatus in prima[a]. Item dicere XVIII psalmos[b] in dominicali et nocturnali officio ante *Te Deum laudamus*, et ita estivo tempore, quando pulices molestant, et noctes sunt breves et calor intensus, ut yemali, non nisi tedium provocat. Sunt[c] adhuc multa in ecclesiastico offitio, que possent mutari in melius, et dignum esset, quia plena sunt ruditatibus, quamvis non cognoscantur ab omnibus.

*Sic. Cont. codd.* 2. 1216. Anno Domini M⁰CCXVI⁰ obiit Innocentius papa tertius apud Perusium mense Iulii, et in episcopali ecclesia[1] iacet sepultus. *Floruit et viguit ecclesia suo tempore retinens principatum super imperium Romanum et super cunctos reges et principes universe terre. Verumtamen principium maledictionis et dissensionis inter Romanum imperium et ecclesiam ipse fuit cum suis imperatoribus Octone quarto et Friderico secundo, quem exaltavit et filium nominavit ecclesie. Ipse vero Fridericus fuit homo pestifer et maledictus, scismaticus, hereticus et epycúrus, corrumpens universam terram[2], quia in civitatibus Ytalie semen divisionis et discordie seminavit, quod usque hodie durat, ita ut de patribus filii iuxta illud propheticum Eze. 18.* conqueri possint: *Patres*[d] *comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt.* [Et[e] iterum Iere. in Trenis ultimo*: *Patres nostri peccaverunt et non sunt, et nos iniquitates eorum portavimus*]. Ideo verificatum videtur in Friderico verbum abbatis Ioachym, quod dixit Henrico imperatori, patri eius, querenti de filio suo, cum adhuc esset puer, qualis esset futurus, respondit[a]: 'Perversus puer tuus, nequam filius et heres tuus, ó princeps. Há Deus! turbabit terram *et sanctos altissimi conteret*'[3]. Ideo convenit Friderico quod de Assur sive de Senacherib dixit Dominus per Ysaiam X*: *Ad conterendum erit cor eius et ad internectionem*[f] *gentium non paucarum.* Omnia ista in Friderico impleta fuerunt, ut vidimus oculis nostris[g], qui nunc sumus in M⁰CCLXXXIII⁰, quo hec scribimus, in vigilia Magdalene. Verumtamen excusari potest Innocentius papa, quia bona intentione Octonem deposuit et Fridericum exaltavit, iuxta illud Ps.: *Hunc humiliat et hunc exaltat.* Et nota, quod Innocentius papa fuit audax homo et magni cordis. Nam aliquando mensuravit sibi tunicam Domini inconsutilem[4], et visum fuit sibi, quod Dominus parve fuisset stature; quam cum induisset, *apparuit grandior ipso. Et sic timuit et veneratus est illam, ut decens fuit. Item sólitus erat aliquando librum tenere coram se, cum populo predicabat. Cumque quererent capellani, cur homo sapiens et litteratus talia faceret, respondebat dicens: 'Propter vos facio, ut exemplum dem vobis, quia vos nescitis et erubescitis discere'. Item homo fuit, qui *interponebat* suis *interdum gaudia curis*[5]; unde[c] cum quadam die quidam ioculator de marchia Anconitana salutasset eum dicens:

**f.* 220b. **v.* 2. **5, 7. Dan. 7, 25. *v. 7.* 1283. *Iul. 21. Ps. 74, 8. *f. 220c. cf. Ioh. 13, 15.*

a) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* b) ps. *c.* c) *penna mutata.* d) *sequitur* nostri (nri) *expunctum, quod non legitur in versu Ezechielis.* e) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* f) *sic c.* g) *manus haec digito demonstrans in marg. picta.*

1) *S. Laurentii.* 2) *Cf. Ier.* 51, 25: mons pestifer . . ., qui corrumpis universam terram. 3) *Eadem fere leguntur in expositione Pseudoioachitica onerum Isaiae, de qua vide 'N. Archiv' XV, p.* 151 *sq.* 174, *et Interpret. in Ierem. p.* 289. 4) *In Laterano servatam.* 5) *Haec sunt verba Catonis, Dist. III,* 7, *quem versum Sal. infra f.* 270[d]. *affert.*

*Papa Innocentium,*
*doctoris omnis gentium,*
*salutat te Scatutius*
*et habet te pro dominus.*

respondit ei: 'Et unde est Scatutius?' Cui dixit:

*De castro Recanato,*
*et ibi fui nato.*

Cui papa:

*Si veneris Romam,*
*habebis multam bonam,*

id est 'bene faciam tibi'. Fecit papa quod gramaticus docet: *Per quemcumque casum fit interrogatio, per eumdem debet fieri responsio*[1]. Quia enim malam gramaticam fecit ioculator, malam gramaticam audivit a papa. Hic dum quadam die populo predicaret, consideravit quendam scolarem verba sua deridentem. Et finita predicatione habuit eum seorsum secreto in camera sua et quesivit ab eo, cur de verbis divinis risisset, cum sint animabus salvandis utilia. Et respondit scolaris, quod verba, que dixerat, verba erant; ipse vero opera demonstrare sciebat, ut mortuos suscitare et demonibus imperare[a]. Et cognovit papa eo manifestante, quod nigromanticus esset, et quod Toleti studuerat[2], et rogavit eum, quod quendam suum amicum defunctum ei resuscitare deberet, ut cum eo haberet familiare col-
*f. 220d. loquium et de statu anime sue *ab eo posset inquirere. Et elegerunt locum desertum et secretum in Roma; ad quem papa quasi sub occasione spatiandi accessit, et precepit sociis, ut ab eo diverterent et expectarent, quousque iret ad eos.
*Deut.* 23, 12. Et crediderunt, quod descenderet *ad requisita nature*, et fecerunt ut dixerat. Suscitavit igitur ei Besmantie archiepiscopum[3] sub illa pompa et vana gloria, qua solitus erat venire ad curiam. Nam primo veniebant pueri, qui hospicia prepararent, postea somarii in magna copia cum thesauris, deinde domicelli ad ministrandum docti, demum milites, subsequenter ipse[b] cum capellanis multis[c]. Cumque ab eo quereret nigromanticus, quo tenderet, dixit, quod ad curiam ibat ad papam Innocentium, amicum suum, qui eum videre volebat. Cui scolaris ait: 'Hic est Innocentius amicus tuus, qui a te vult cognoscere, qualiter tibi sit'. Cui ille dixit: 'Male michi est, quia damnatus sum propter pompam et vanam gloriam meam et alia, que commisi, peccata, nec penitentiam feci, et ideo cum demonibus sum
*Ps.* 113, 17. deputatus et cum his *qui ad infernum descendunt*'. Finitis igitur hinc inde collo-
1216. quiis mutuis, disparuit visio, et papa ad socios est reversus. Innocentio suc-
*L. temp. c.* 213. 214. cessit Honorius tertius.

*ib. c.* 215. Anno Domini M°CCXVI°, qui fuit millesimus suprapositus, iverunt milites et arcatores in servitio Bononiensium circa Sanctum Archangelum contra Ariminenses[d] et obsederunt illud castrum, et ibi steterunt per longum tempus, ita quod pax facta est; et omnes illi de Cesena, qui

a) *haec vox certe legi nequit. Sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) ipse *a Sal. in marg. suppl.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Rimineuses *Atb. Mil.*

1) *Idem infra f.* 317[d]. 2) *Toleti enim scientiam necromantiae doceri medio aevo credebatur; cf. infra f.* 373[c. d]; *ideo Gerbertum hanc artem Toleti didicisse fabulabantur (cf. Will. Malmesb. Gesta regum Angl.* 167, *SS. X, p.* 461*). Cf. Will. Brito, Phil. X,* 551 *sq., SS. XXVI, p.* 359: prestigiorum, Que solet Hispanos presaga Tholeta docere, *et ib. v.* 10; *Matheus Paris., Cron. Mai. a.* 1251, *SS. XXVIII, p.* 326, *etc. Innumeros enim locos afferre posses.* 3) *Nescio an dixerit Gerardum de Sesso episcopum Novariensem et electum archiepiscopum Mediolanensem et electum cardinalem Albanensem* († 1211. *Dec.* 16)*, quem de castro Besmantua appellaverit.*

erant in carceribus illorum de Arimino[a], fuerunt dimissi, erant enim septengenti[b]. Et illa yeme *L. temp. c. 215.* fuit maxima nix et gelu valde intensum, ita quod vinee sunt destructe, et Padus[c] congelatus, super quem *et mulieres faciebant choreas, et milites in hastiludio discur- **f. CCXXI[a].* rebant. Sed et rustici cum plaustris, birotis et traçis Padum[c] transibant. Et duravit predictum gelu per[d] duos menses. Et tunc dabatur[e] sextarius frumenti pro IX imperialibus in cursu, et sextarius spelte pro IIII[or] imperial. Et domina regina, uxor Friderici imperatoris, filii condam imperatoris Henrici, venit Regium veniendo de Apulia et eundo in Alamanniam ad dictum virum suum. Et commune Reginum fecit eidem domine, donec ibi stetit, expensas.

1216. *ib. c. 214.* *(Ioh. de Deo).*
Anno Domini M°CCXVII° factus fuit papa Honorius III; qui fecit concilium, in quo statuit, quod ipso iure sint excommunicati qui faciunt constitutionem quamlibet contra libertatem ecclesie; et quod nullus sacerdos vel prelatus audiat leges, nec Parisius legantur. Et deposuit episcopum, qui Donatum non legerat. Et ordinavit, quod lumen semper precedat eucharistiam, et quod sacerdos eam portet[1] ante pectus ad infirmum.

1218. *L. temp. c. 217.*
Anno Domini M°CCXVIII° in mense Iunii iverunt Regini cum suo exercitu in servitio Cremonensium et Parmensium contra Mediolanenses et suam partem apud Çibellum; et fuit maximum prelium inter eos quadam die Iovis inter temporales. Et multi ex utraque parte mortui fuerunt, et *Iun. 7.* plures capti. Et fuit iurata societas inter Regium et Parmam; et dominus Guido de Regio erat potestas Parme. Et eodem anno obsessa fuit Dalmiata a peregrinis Christianis. *ib. c. 220.*

[Anno[f] dominice incarnationis MCCXVIII°, indictione VI[a], obsessa fuit civitas Dalmiata in medio mensis Maii, Christiani omnes in navibus ascenderunt et in sequenti ebdomada quadam die *Maii (24).* Martis terram Egypti intraverunt et castrametati sunt apud civitatem Dalmiate, et ibi steterunt per *Maii 29.* totam estatem et hyemem; et in sequenti anno M°CC°XIX°, indictione VII[a], quinto die intrante mense 1219. Novembris, in vigilia sancti Leonardi, festo veniente, ad honorem domini nostri Iesu Christi capta fuit *Nov. 5.* Dalmiata a peregrinis Christianis, regnante Iohanne Ierosolimitano rege, qui rex vir egregius, nobilis, prudens, magne fidei et discretionis fuit[g], atque Ierosolimitano patriarcha, scientia et bonis moribus adornato, et aliis nobilibus multis, qui in historia numerantur captionis illius[2]].

Anno Domini M°CCXIX° capta fuit Dalmiata[h] per Christianos. *ib. c. 218.*

Anno Domini M°CCXX° Fridericus filius imperatoris Henrici coronatus fuit a papa Honorio III° *ib. c. 221.* 1220. in festivitate sancte Cecilie virginis et martyris Ro*me in ecclesia beati Petri[3], et uxor *Nov. 22.* **f. 221[b].* eius regina Constantia in imperatricem cum omni pace Romanorum; quod vix unquam auditum est de aliquo imperatore; et imperavit XXX annis et diebus XI; et eodem festo, quo fuit coronatus, obiit[4] in Apulia in parva civitate, que appellatur Florentinum, prope Nuceriam Saracenorum. Item millesimo suprapposito *ib.* obsessum fuit castrum Gonçage a Reginis, Parmensibus et Cremonensibus, quod detinebatur a Mantuanis et a comite Alberto de Casaloddo[i] de episcopatu Brixie. Et in eodem anno incepta et cavata fuit taleata, id est incisa, et positus fuit Padus[k] in ea[5]. Et captum fuit castrum Bondéni a Mantuanis, Veronensibus, Ferariensibus et Mutinensibus die Martis XV° exeunte Iunio. Et eodem *Iun. 16.* anno, sub eodem millesimo, die X. intrante Augusto, in festo sancti Laurentii fuerunt superati, *Aug. 10.* fugati et capti Mantuani ab hominibus de Bedullo, qui venerant de Fabricis et de Campagnola ad Bedullum conburendum et depredandum.

a) Riminc *Alb. Mil.* b) *sic c.;* MVII[C] *Alb. Mil.* c) Paudum *Alb. Mil.* d) *sic index cap.* 215. *Libri de temp. p.* 363; per *deest in ipso cap.* e) *penna mutata.* f) *uncis inclusa in infer. marg. f.* 221. *a Sal. suppleta sunt.* g) fuit *a Sal. superscr.* h) Damiata *h. l. Alb. Mil.* i) Cassalodo *Alb. Mil.* k) Paudus *Alb. Mil.*

1) *Vide quae ad Lib. de temp. c.* 214, *p.* 459, *n.* 4, *adnotavi.* 2) *Videlicet in Gestis obsidionis Damiatae, quae in Libro de temp. c.* 220. *descripta sunt. Ex quorum initio et fine, p.* 462. 502, *Sal. haec supplevit, cum perpauca, quae ex iisdem antea descripserat, ipsi haud sufficerent.* 3) Rome — Petri *Sal. ex codice suo Cronicae Sicardi addidisse videtur. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 232. 4) *Imperator obiit die s. Luciae (Dec. 13), sed eum die s. Caeciliae mortuum esse dicit Albertus Mil. Lib. de temp. c.* 254, *p.* 521. *Eodem die Fridericum coronatum et mortuum esse scribit etiam Rolandin. Patav. VI,* 10, *SS. XIX, p.* 92, *sed hic II,* 1, *p.* 48. *die s. Luciae eum coronatum esse falso dicit. Sal. non vidit hoc repugnare iis quae modo dixit, Fridericum annis* 30 *et diebus* 11 *imperasse. Cf. infra f.* 354[b]. 5) *Vide quae Sal. infra f.* 411[b]. *de hac taleata dicit.*

1221. *Aug. 6.* Anno Domini M°CCXXI° obiit beatus Dominicus octavo Ydus Augusti [1]. Et
ego frater Salimbene de Adam de civitate Parmensi hoc eodem anno natus sum
*Oct. 9.* mense Octobri, VII° Ydus Octobris, in festo sanctorum Dyonisii et Donini [2]. Et
domnus Balianus de Sydone, magnus baro ex Francia, qui venerat de ultramarinis
partibus ad imperatorem Fridericum secundum, me de sacro fonte levavit in bapti-
sterio Parmensi [3], quod erat iuxta domum meam, sicut referebant michi mei [a]. Sed
et frater Andreas ultramarinus de civitate Achon ex ordine fratrum Minorum, qui
erat cum predicto domno et de familia sua et itineris socius, qui vidit et recorda-
**f. 221c.* batur, hoc idem dixit michi.

*L. temp. c. 223.* *Anno Domini M°CCXXII° destructe fuerunt fovee civitatis Imole a Bononiensibus et Faven-
*ib. c. 224.* tinis, et porte eiusdem civitatis portate fuerunt in civitatem Bononie [4]. Et in eodem
1222. *Dec. 25.* anno [5] in nativitate domini nostri Iesu Christi fuit maximus terremotus in civitate Regina, predicante
domno Nicholao Regino episcopo in maiori ecclesia sancte Marie. Et fuit iste terremotus
per totam Lombardiam et Tusciam. Et appellatus fuit terremotus Brixie specialiter,
quia plus viguit ibi, ita quod egressi Brixienses de civitate morabantur extra in
papilionibus, ne edificia caderent super eos. Et plures domus, turres et castra Brixien-
sium corruerunt ex illo terremotu. Et ita erant Brixienses assuefacti ex illo terre-
motu, quod, quando cadebat pynaculum alicuius turris vel domus, aspiciebant et
cum clamore ridebant. Unde quidam versibus ita dixit:

*Sic. add. codd. 2.* Mille ducentis atque [b] viginti, Christe, duobus, Versus.
Postquam sumpsisti carnem, currentibus annis
Talia fecisti miracula, rex benedicte:
*Aug. ex.* Stella comis variis Augusti fine refulsit.
*Sept.* Septembris pluvia vites submersit et uvas
Destruxitque domos fluvii de more rapacis.
Lunaque passa fuit eclypsim mense Novembris.
*Dec. 25.* Christe [c] natalis media quasi luce diei
Terra dedit gemitus rugiens tremitque frequenter;
Tecta cadunt, urbes quassantur [d], templa ruerunt,
Exanimes dominos fecerunt menia multos.
Brixia precipue pressit ruinosa colonos;
Flumina nutarunt [e] cursum repentia [f] fontes.

**f. 221d.* *Sólita erat mater mea [6] michi referre, quod tempore istius magni terremotus
iacebam in cunabulis, et ipsa accepit duas sorores meas, sub qualibet ascella
unam — erant enim parvule —, et me in cuna dimisso cucurrit ad domum patris [7]
et matris [8] et fratrum suorum. Timebat enim, ut dicebat, ne baptisterium super
eam caderet, quia ibi iuxta erat domus mea. Et ex hoc non ita clare [g] diligebam
eam, quia plus debebat curare de me masculo quam de filiabus. Sed ipsa dicebat,
quod aptiores erant sibi ad portandum, cum essent grandiuscule.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) atque *linea perducta deletum.* c) *sic c. et C (SS. XXXI, p.* 504. *dele n.* 1*);* Christi *Sicardi addit.* d) *Sal. emendavit hoc verbum;* cassantur *Sicardi addit.* e) *sic c.;* mutarunt *Sicardi addit. et Alb. Mil., Lib. de temp. p.* 504. f) *sic c. et Alb. Mil.;* repetentia *Sicardi addit.* g) *sic c., non* chare (*vel* care), *ut ed. Parm. habet.*

1) *Eadem vide supra f.* $216^{a}$, *p.* 21. 2) *Cf. infra f.* $223^{c}$, *p.* 39. 3) *Cf. infra f.* $223^{b}$, *p.* 38. 4) *Idem legitur in Tolosani Chron. c.* 172, *ed. Borsieri p.* 713; *Ann. Bonon., Calogerà, 'Nuova Raccolta d'opuscoli scientifici' IV, p.* 125; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 253; *in Matthaei de Griffonibus Memoriali, Muratori, SS. ed.* 2. *(edd. L. Frati et A. Sorbelli) XVIII,* 2, *p.* 8. *(Matthaeus idem etiam habet ad a.* 1154, *ibid. p.* 5*): Spicil. hist. Rav., Muratori, SS. I,* 2, *p.* 578. 5) *Ad a.* 1222. *Sal. haec adscripsit, quae Albertus Milioli ad a.* 1223. *habet, quia in sequentibus versibus a.* 1222. *terrae motus factus esse dicitur.* 6) *Imelda de Cassio; v. infra f.* $230^{b.c}$. $232^{b}$. 7) *Gerardi de Cassio.* 8) *Mariae.*

1223. *Maii 1.*

[Anno[a, 1] Domini M⁰CCXXIII⁰ in Kalendis Maii Mantuani ceperunt Cremonenses cum sandonibus fere centum sale oneratis et devastaverunt eos, ita quod in fundo Bondeni demersi sunt].

1224. *L. temp. c.* 225.

Anno[b] Domini M⁰CCXXIIII⁰ venerunt Mantuani cum navibus et obsederunt stratam Reginam[c] in paludibus et supra taleatam, et fecerunt ceparias ad conburendum pontes[d] et naves, que erant in ranfreda. Et tunc mortuus fuit domnus Iacobus de Palude, et pro eo fuit maxima discordia inter illos de Palude et illos de Foliano.

1225. *ib. c.* 226.

Anno Domini M⁰CCXXV⁰ facta fuit treugua inter Reginos et Mantuanos, quam fecit fieri domnus Ravaninus de Bellottis[e] de Cremona potestas Reginus.

1226. *Oct.* 4.

Anno[2] Domini M⁰CCXXVI⁰ quarto Nonas Octobris transiit beatus Franciscus, ordinis fratrum Minorum institutor et dux, ex huius mundi naufragio ad celestia regna die sabbati sero, et sepultus est die dominico in civitate Asisii, ornatus stigmatibus Iesu Christi, et completis XX annis a sue conversionis principio[3]. Inchoavit enim M⁰CCVII⁰ sub Innocentio papa III⁰. De quo cantatur[4]:

*Cepit sub Innocentio*
*cursumque sub Honorio*
*perfecit gloriosum.*
*Succedens his Gregorius*
*magnificavit amplius*
*miraculis famosum.*

*L. temp. c.* 227. **f. CCXXII*[a].

Item millesimo suprapposito mortui fuerunt *domnus Ugolinus de Foliano et domnus Guido de Baysio in contrata Canussie[f].

1227. *ib. c.* 228.

Anno Domini M⁰CCXXVII⁰ fuit maxima caristia bladi et rerum victualium, ita quod sextarius frumenti vendebatur in cursum XII sold. imperial. et XV sol. imperial., et sext. spelte V sol. imperial. et VI[5]. Et sext. milice VIII sol. imperial., et libra carnis porcine XII imperi.

1228. *ib. c.* 230.

Anno Domini M⁰CCXXVIII⁰ venerunt Bononienses cum carrocio suo circa castrum Baçâni, et contra eos iverunt Mutinenses, Parmenses et Cremonenses et conbusserunt[g] terras Bononie et fuerunt usque in aquam fluminis Reni et ibi dederunt bibere equis suis. Et cum[h] remeabant per stratam, Bononienses obviaverunt eis in contrata Sancte Marie in Strata, et fuit maximum prelium inter eos, et quam plures mortui fuerunt ex utraque parte[6]. Et in eodem anno, dum starent Bononienses circa Baçánum, Mutinenses, Parmenses et Cremonenses ceperunt castrum Plumatium et combusserunt[g] illud. Et eo anno in festivitate sancti Christofori cepit venire nix magna; et *Ian.*
usque ad illum diem fuerat ita pulcrum tempus, et yems[i] fuerat ita calida, quod pulverulente erant vie. Et eo anno fuit prima missa celebrata in ecclesia sancte Trinitatis de Campagnola a domno Ugolino[7] cardinali, qui erat ordinis fratrum Minorum gubernator, protector et

a) *uncis inclusa in infer. marg. f.* 221[a, b]. *a Sal. suppl.* b) *penna mutata.* c) Reg *c. ut Alb. Mil.* d) pontem *Alb. Mil.* e) Belotis *Alb. Mil.* f) Canusie *Alb. Mil.* g) conburerunt *Alb. Mil.* h) cum *in marg. a Sal. suppl.* i) hyems *Alb. Mil.*

1) *Haec Sal. supplevit, quia vidit se nihil de hoc anno retulisse. Quod factum est, quia ipse ad a.* 1222. *recte narravit, quae in Libro de temp. c.* 224. *de terraemotu ad a.* 1223. *relata erant. Haec etiam in Libro de temp. p.* 504. *post suppleta sunt, ubi vide n.* 3. 2) *Haec ex Bonaventurae Vita Francisci c.* 15, 5, *Bonav. Opera ed. Peltier XIV, p.* 344. *descripta sunt.* 3) *Haec quoque Sal. ex Vita Franc. c.* 14. 15. *assumpsit, sed Bonaventura dicit Franciscum* 20. *anno conversionis obiisse, non* 20 *annis completis. Eadem vide iam supra f.* 215[d]. 216[a], *p.* 21. 4) *In officio festivitatis eius composito a Iuliano Spirensi, J. E. Weis, 'Die Choräle Julian's von Speier' (München* 1901) *p.* 35; *A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste u. Kalendarien in Bayern' (Freiburg* 1891) *p.* 98. 5) et VI *Sal. tantum ex verbis sequentibus Libri de temp.* et sext., *quae et ipse repetivit, addidisse videtur.* 6) *De hoc proelio Sal. quaedam narrat infra f.* 222[c]. *sub a.* 1229. *et f.* 233[a]. 7) Ugone *Liber de temp.; vide quae ibi adnotavi p.* 507, *n.* 3.

1227. correctora et in Lombardia legationis fungebatur officio. Et obiit Honorius[1], et
L. temp. c. 229. 230. eodem anno electus fuit in papam predictus domnus[2] Ugo cardinalis, et vocatus fuit
*f. 222b. Gregorius papa nonus, et fuit de civitate Anagnie[a]. *Iste Gregorius destruxit[b] V volumina decretalium et inde fecit unum volumen. Iste etiam longo tempore fuit in discordia et pugnavit
cum imperatore Friderico secundo, qui multa mala fecit ecclesie Dei, que eum nutrivit et coronavit, ita quod pene navis Petri sub predicto[3] papa cecidit in profundum. Hoc est quod
abbas Ioachym[4] de Romanis pontificibus dixit, videlicet quod *aliqui conabuntur in principes, aliqui ducent pacificos suos dies.* Nam Alexander tertius et Innocentius
tertius et Gregorius nonus et Innocentius quartus multa cum principibus rei
publice habuerunt litigia. Honorius vero tertius pacifice vixit et Alexander quartus
ib. c. 229. et Clemens quartus. Item patrimonium beati Petri fere[c] a predicto imperatore Friderico
fuit occupatum; et per predictum imperatorem multi prelati tam in mari quam in terra periclitati
sunt, etiam cardinales. Eodem anno[5] Yspani recuperaverunt Emeritam metropolym, providit,
suscitavit[6] et Pacensem civitatem et castrum Equina et Clavigana in Malgarde[d], scilicet Elbas et
Rumenia et Alcust.[e] et Serpam et Mauram et Corduben et Valentiam et regnum Maioricarum et
1241. alias terras quam plures. Eodem anno[7] etiam Ungaria a Cumanis et Tartaris valde destructa
fuit. Iste etiam papa excommunicavit Grecos, eo quod male sentiunt[f] de processu spiritus sancti,
et quia nolunt obedire capiti suo, scilicet Romane ecclesie. Et eodem anno XVII. Kal.
1228. Iul. 16. Augusti beatus Franciscus in cathalogo sanctorum ascriptus et canoniçatus fuit
Iac. de Var. per supradictum papam[8]. Ipse etiam canoniçavit beatam Elysabeth[9], que fuit
*f. 222c. filia regis Ungarie et uxor langravii Thuringie; que inter alia *innumera miracula XVI mortuos suscitavit et cecum natum illuminavit. De cuius corpore usque hodie oleum effluere videtur[10]. Ista
sancta post mortem viri sui[11] vixit sub obedientia fratrum Minorum[12] et eorum
semper devota fuit.

1229. Aug. Anno Domini M°CCXXIX° Bononienses obsederunt in mense Augusti castrum Sancti Cesarii
L. temp. c. 231. et ipsum ceperunt videntibus Mutinensibus, Parmensibus et Cremonensibus, qui ibi erant cum exercitibus suis. Siquidem Bononienses fecerant sibi clausuram, ita quod isti qui erant
(Sept. 5). ex adversa parte ad eos accedere non valebant. Et fuit maximum prelium quadam nocte
inter eos et Bononienses. Et Bononienses habebant manganellas in plaustris, quod erat tunc
inusitatum genus bellandi, et iaciebant lapides versus carrocium Parme et homines illius
partis. Et remansit carrocium Parmensium denudatum, ita quod nullus remansit
super illud nisi domnus Iacobus de Boveriis; cui cum diceretur a suis, quod
descenderet, ne occideretur, gloriabatur et dicebat se libenter velle mori ad
*v. 18. honorem communis Parme. [Sed[g] dicitur in Ecclesiaste VII*: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Nam *prudenter timetur quicquid potest accidere,* dicit
Ieronimus[13]. Non[h] tamen fuit ibi mortuus]. Sed cito carrocium Parmen-

a) Annania *Alb. Mil.* b) *sic et Alb. Mil.* c) totum *omisit Sal.* d) Algarbe *Alb. Mil.* e) alcust, *paene legere posses* alcuff *c.; alcast *Alb. Mil.* f) sentiuit *Alb. Mil.* g) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* h) Non — mortuus *alio atramento posterius a Sal. suppleta sunt quam praecedentia.*

1) *Honorio iam a.* 1227. *Mart.* 18. *defuncto, sequente die Gregorius electus est. Librum de temp. c.* 229. *secutus hunc errorem Sal. commisit.* 2) *Liber de temp. c.* 230, *p.* 507: a domno Ugone cardinali, qui postea factus fuit papa, et vocabatur Gregorius nonus. 3) Supradicto papa Yspani recupaverunt *(infra l.* 13*) Liber de temp. c.* 229, *p.* 506. 4) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam c.* 24 *(Coloniae* 1577*), p.* 331. 5) *Perperam Sal.* Eodem anno *addidit (vide n.* 3*).* 6) *Vide quae ad Librum de temp. c.* 229, *p.* 506, *n.* g *adnotavi.* 7) *Iterum male* Eodem anno, *ubi Liber de temp.* Sub eo *recte habet.* 8) *Haec ex Bonaventurae Leg. Francisci c.* 15, 6, *l. l. p.* 345. *assumpta sunt.* 9) *Cf. Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 439. 10) *Eadem ex Iacobi de Varagine Chron. (Leg. Aurea c.* 181*) exscripta habet Liber de temp. c.* 196, *p.* 453, *quibusdam verbis cum hoc loco convenientibus, quae a Iacobi textu differunt.* 11) *Ludowici IV. lantgravii.* 12) *Cf. K. Wenck in 'Histor. Zeitschrift' LXIX, p.* 225 *sq.* 228. 13) *Nescio an hoc dictum, quod Sal. decies*

sium habuit succursum a Cremonensibus[1], diligebant enim se tunc temporis Parmenses et Cremonenses intime. Nam in alio prelio, quando apud Sanctam Mariam 1228. *(Oct. 23).* in Strata congressi sunt[2], statim fuerunt prostrati a Bononiensibus Cremonenses, quia primo Bononiensibus obviaverunt, quando redibant a fluvio Reni, sed cito habuerunt succursum a Parmensibus, qui similiter redibant a fluvio Reni. In isto bello fuerunt pedites, sed milites tantum apud Sanctam Mariam in Stratadico. In[a] bello Cesariensi[b] mortuus fuit domnus Bernardus Oliverii de Adam de civi- 1229. *(Sept. 5).* tate Parmensi[3], famo*sus iudex[4] et probus in armis. Et portatum fuit corpus *f. 222d. eius et positum in baptisterio Parme, quod erat iuxta domum suam, et iacuit ibi in feretro, quousque propinqui et amici congregati fuerunt. Postea positum fuit corpus in monumento suo, quod est ante hostium ecclesie sancte Agathe, que est capella maioris ecclesie civitatis Parme et ei adheret versus meridianam partem. Hic fuit germanus consanguineus patris mei. Fuerunt enim filii duorum fratrum[c].

Fuit autem dictus pater meus Guido de Adam, pulcher homo et fortis, qui aliquando transfretavit pro Terre Sancte succursu tempore Balduini comitis Flandrie, de quo passagio supra descripsi[5]; et ego necdum natus eram. Et audivi a patre meo, quod, cum alii Lombardi in ultramarinis partibus inquirerent a divinis de statu domorum suarum, pater meus ab eis inquirere noluit; et cum rediit, omnia in domo sua invenit consolatoria et pacata, alii vero tristia, ut a divinis acceperant. Item audivi ab eo, quod de pulcritudine et bonitate commendatus fuit dextrarius patris mei, quem secum ad Terram Sanctam duxit, super omnes qui de sua societate fuerunt. Item audivi a patre meo, quod, quando fundabatur baptisterium Parmense, posuit lapides in fundamento in recordationis signum[6]; et quod, ubi edificatum est baptisterium, fuerunt domus propinquorum meorum, qui post destructionem domorum suarum iverunt Bononiam et facti sunt cives ibi, et appellantur illi de Cocca. Porro illi de casali meo antiquitus appellabantur Grenones, ut repperi in veteribus cartis, postea dicti sunt de Adam. Fuerunt alii Grelones in civitate Parmensi, qui scribuntur per l, *qui habitabant in capite *f. CCXXIIIc. pontis in strata que vadit ad Burgum Sancti Domnini; quorum ulmus ante hostium fuit famosus[d] et dicebatur ulmus Iohannis Grelonis. Cum ergo dicitur, quod Oliverius de Grenonibus fecit consortium Sancte Marie de Parma, fuit Oliverius de Adam, pater iudicis supradicti[7]. Nam Adam de Grenonibus duos filios habuit, quorum unus dictus est Oliverius de Adam, alter vero Iohannes de Adam. De Oliverio de Adam nati sunt duo filii, scilicet Bernardus Oliverii supranominatus iudex et Rolandus Oliverii[8]. Porro de Bernardo Oliverii natus est Leonardus, Emblavatus, Bonifacius et Oliverius, IIII^or filii, et IIII^or filie, scilicet domina

a) *post haec littera* (h̄ = hoc?) *erasa.* b) cesariensi *in marg. a Sal. suppl.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum, non versus novus hinc coeptus.* d) *sic c.*

*fere affert, ortum sit ex hoc Hieronymi, Epist.* 123, *Opera ed. Vallarsius I, col.* 905: mali, quod accidere potest et timendum est. 1) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 96 *sq. et quae ibi adnotavi, quibus optime confirmantur quae Sal. narrat. De hoc proelio Sal. infra f.* 232^d. 233^a. *iterum partim eadem, partim alia narrat.* 2) *Cf. supra sub a.* 1228, *f.* 222^a. 3) *Qui fuit consobrinus Guidonis de Adam, patris fratris Salimbene. Cf. infra f.* 223^a, *p.* 38, *f.* 230^d. 4) *Eum a.* 1219. *munere notarii pro potestate Parmensi Pontio de Amatis functum esse dicit Iren. Affò, 'Memorie degli scrittori e letterati Parmigiani' I, p.* 71. 5) *F.* 216^c—218^a, *p.* 23 *sqq.* 6) *A.* 1196; *cf. infra f.* 453^c. 7) *Bernardi Oliverii de Adam, l.* 7. 8) *De his eorumque parentibus et liberis vide iterum infra f.* 230^c.^d.

Aica, que est monacha Sancti Pauli, et domina Ricca et domina Romagna, que est soror Bononie in monasterio sancte Clare, et Mabilia, que obiit virgo. De Rolando Oliverii nati sunt sex filii, scilicet Bartholomeus, Franciscus, Oliverius, Guido, Pinus et Rolandinus[a]. Et filie due, scilicet Mabilia et Alberta. Porro de Iohanne de Adam nati sunt[b] duo filii, scilicet Adaminus, qui fuit valens homo, curialis et liberalis, et obiit sine filiis; et Guido de Adam, qui IIII[or] habuit filios; quorum primus frater Guido de Adam, qui fuit in ordine fratrum Minorum usque[c] ad finem vite sue. Hic habuit uxorem nobilem dominam Adelaxiam nomine, filiam domni Gerardi de Barattis, ex qua unam tantum habuit filiam, que dicta est soror Agnes. Ambe, tam mater quam filia, in monasterio Parmensi ordinis sancte Clare vitam suam laudabiliter finierunt[1]. Frater vero Guido, *f. 223b. maritus et pater, in seculo iudex fuit et in ordine fratrum *Minorum sacerdos et predicator. Isti Baratti gloriantur se esse de parentela comitisse Matildis[2], et quod in servitio communis Parme de casali suo XL milites vadunt ad bellum. Secundus filius Guidonis Ade[d] Nicholaus fuit vocatus, et obiit puer iuxta illud: *Is. 38, 12.* *Dum adhuc ordirer, succidit me.* Tertius[e] filius ego frater Salimbene, qui, quando perveni ad bivium pythagórice littere, id est finitis tribus lustris, que tria lustra complent cyclum indictionum[3], ordinem fratrum Minorum intravi, in quo multis annis vixi sacerdos et predicator existens, et multa vidi et in multis provinciis habitavi et multa didici. Et in seculo dicebar ab aliquibus Baliánus de Sagitta — id est de Sydone volebant dicere — occasione supradicti domni[4], qui me de sacro fonte levavit. A sociis vero et a familia dicebar Omne-bonum. Quo nomine pro- 1238. batus fui in ordine per totum integrum annum[5]. Cumque de marchia Anconitana 1239. irem ad habitandum in Tusciam[6] et transirem per Civitatem de Castello, inveni in heremo quendam nobilem fratrem antiquum et plenum dierum[7] et meritis bonis, qui IIII[or] filios milites habebat in seculo. Hic fuit ultimus frater, quem beatus Franciscus et induit et recepit ad ordinem, ut retulit michi[a]. Hic audiens, quod *Luc. 18, 19.* vocabar Omne-bonum, obstupuit et dixit michi: 'Fili, *nemo bonus nisi solus Deus.*

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) sunt *a Sal. superscr.* c) usque ad *in loco raso.* d) *recens manus nomen corrupit in* adam. e) *hoc loco in marg. singulare signum* N. (Nota) *ornatum a Sal. pictum.*

1) *Sal. haec neglegentius scripsit, nam Agnes neptis eius non defuncta erat, cum haec scribebat, immo infra f.* 230[d]. 231[a]. 288[a]. *de ea viva loquitur.* 2) *Ut Donizo I, 1, SS. XII, p.* 354 *sq., narrat, Sigefredus I. Lucensis filios habuit Sigefredum II. et Attonem II. (vel Adalbertum), qui fuit atavus Bonifacii marchionis, patris Mathildis comitissae, et Gerardum. Sigefredus II. et Gerardus auctores fuerunt Baratinae et Guibertinae gentium Parmensium. Scribit enim Donizo v.* 110—116:

Cum maior nimium Sigefredus hic esset opimus,
Istud more patrum seclum dimisit amarum.
Ipsius nati, locupletati, falerati,
Divisi prorsus caeperunt stare seorsum.
Fiunt Parmenses duo fratres, ambo potentes,
Dat Guibertinam minimus, primus Baratinam,
Progenies ambae grandes et honore micantes.

*Cf. H. Bresslau, 'Jahrb., Konrad II.' I, p.* 431 *sqq.* 3) *Sed annos* 16 *et* 4 *fere menses natus, non annos* 15, *Sal. in ordinem receptus est, natus videlicet a.* 1221. *Oct.* 9, *in ordinem receptus a.* 1238. *Febr.* 4. 4) *Vide a.* 1221, *f.* 221[b], *p.* 34. 5) *A.* 1238. *Febr.* 4 — 1239. *Febr.* 6) *A.* 1239. *Apr. in., cum de conventu Esii Lucam iret: cf. infra f.* 225[a. c], *p.* 42. 44. 7) *Gen.* 25, 8: provectaeque aetatis et plenus dierum.

Decetero nomen tuum sit frater Salimbene, quia tu bene salisti bonam religionem 1239. (Apr.). intrando'. Et gavisus fui cognoscens, quod rationabiliter movebatur, et videns, quod a tam sancto viro michi nomen imponebatur[a]. Verumtamen nomen, quod michi amabile erat, non habui. Volebam enim, ut nomen[b] michi esset Dyonisius, non solum propter reverentiam illius doc*toris eximii, qui fuit discipulus apostoli *f. 223c. Pauli, verum etiam quia in suo festo natus sum mundo[1]. Et ita vidi ultimum 1221. Oct. 9. fratrem, quem beatus Franciscus recepit ad ordinem; post quem nullum recepit nec induit. Vidi etiam et primum, scilicet fratrem Bernardum de Quintavalle, cum quo in conventu Senensi una yeme habitavi[2]; et fuit intimus meus amicus 1241/2? et michi et aliis iuvenibus de beato Francisco multa magnalia referebat, et multa bona ab eo audivi et didici. Toto tempore vite sue doluit pater meus de meo ingressu in ordinem fratrum Minorum nec consolationem accepit, eó quod filium non habebat, qui ei in hereditate succederet. Et conquestus est imperatori, qui 1238. tunc temporis venerat Parmam[3], quod fratres Minores sibi filium abstulissent. Tunc scripsit imperator fratri Helye generali ministro ordinis fratrum Minorum, quod, si caram habebat gratiam suam, sic exaudiret eum, ut me redderet patri meo. Receperat enim me frater Helias, quando ad imperatorem ibat Cremonam missus a Gregorio papa nono anno Domini M°CCXXXVIII°[4]. Tunc pater meus ivit Asisium, ubi erat frater Helyas, et imperatoris litteras[5] in manu posuit gene- 1238/9. ralis. Quarum exordium tale fuit: *Ad Guidonis de Adam fidelis nostri suspiria mitiganda* et cet. Frater Illuminatus, qui tunc temporis erat dictator et scriptor fratris Helye, qui etiam omnes pulcras litteras, que mittebantur a principibus mundi generali ministro, seorsum in quaterno scribebat, hanc epistolam michi ostendit, cum processu temporis in conventu Senensi habitarem cum eo[6]. Qui etiam frater Illuminatus postea fuit minister in provincia sancti Francisci, postmodum vero episcopus Asisinás factus[7] ultimum diem clausit ibidem[8]. Lectis igitur imperialibus litteris statim *scripsit frater Helyas fratribus de conventu *f. 223d. Fanensi, ubi habitabam[9], quod, si de voluntate mea procedebat, me sine mora per obedientiam redderent patri meo, alioquin, si cum patre meo ire nolebam, me karum custodirent sicut pupillam oculi sui[10]. Venerunt itaque plures milites cum patre meo ad locum fratrum de civitate Fanensi, ut finem negotii mei viderent; quibus factus fui spectaculum[11], et ipsi michi causa salutis[12]. Congregatis igitur fratribus cum secularibus in capitulo et dictis multis verbis hinc inde pro-

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) n̈ (nomen) *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Cf. supra f.* $221^{b}$, *sub a.* 1221, *p.* 34. 2) *Wadding, Ann. Minorum ed.* 2. *III, p.* 52. *coniecit Bernardum a.* 1241 *(Iul.* 10*) obiisse, sed cum Sal. Senis a.* 1241—1243. *moratus sit, haec coniectura falsa videtur, coniciendum potius eum hieme a.* 1241/2. *cum Bernardo ibidem habitasse, etiamsi concedendum est fieri potuisse, ut Sal. iam a.* 1241. *ineunte Senas venisset et mensibus Ian. — Mart. eiusdem anni Bernardum ibidem vidisset, qui ante a.* 1246. *defunctus est; cf. Analecta Franciscana III, p.* 252, *n.* 2. 3) *A.* 1238. *Nov., ubi moratus est usque in mensem Ian.* 1239; *Reg. Imp. V,* 1, *p.* 482 *sq.* 4) *Febr.* 4; *cf. infra f.* $246^{c}$. *Cf. Reg. Imp. V,* 1, *nr.* $2343^{b}$. 5) *Quae non exstant; Reg. Imp. V,* 1, *nr.* 2409. *Cf. infra f.* $355^{a}$. 6) *A.* 1241—1243. 7) *A.* 1274. *Iul.* 23; *vide Potthast nr.* 20865. 8) *A.* 1281. 9) *A.* 1238. *Febr.* — 1239. *Febr. Circa Febr.* 9. *huius anni inde Esium ivit. Haec igitur a.* 1238. *Nov.* — 1239. *Ian. facta sunt.* 10) *Cf. Ps.* 16, 8: custodi me ut pupillam oculi. 11) *Cf.* 1. *Cor.* 4, 9: quia spectaculum facti sumus mundo. 12) *Hebr.* 5, 9: factus est omnibus . . . causa salutis aeternae.

1238/9. tulit pater meus litteras generalis ministri ac fratribus demonstravit. Quibus lectis frater Ieremias custos audientibus omnibus patri meo respondit: 'Domne Guido, dolori vestro compatimur et parati sumus obedire litteris patris nostri. Joh. 9, 21. Verumtamen hic est filius vester, *etatem habet, ipse de se loquatur*. Queratis ab eo, si vult venire vobiscum, veniat in nomine Domini. Sin autem, vim ei, ut vobiscum veniat, inferre non possumus'. Quesivit ergo pater meus, utrum vellem ire *v. 62. cum eo necne. Cui ego respondi: 'Non, quia Dominus dicit Luc. IX°: *Nemo mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei*'. Et ait michi pater: 'Tu non curas de patre tuo et de matre tua, qui pro te variis doloribus *v. 37. affliguntur'. Cui respondi: 'Vere non curo, quia Dominus dicit Mat. X°: *Qui amat* ib. *patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus*. De te quoque dicit: *Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus*. Debes ergo curare, pater, de illo qui pro nobis pependit in ligno, ut nobis vitam donaret eternam. Nam ipse est qui *v. 35. 36. dicit Mat. X°: *Veni enim*[a] *separare hominem adversus patrem suum et filiam adversus matrem suam et nurum adversus socrum suam. Et inimici hominis domestici eius.* v. 32. 33. *f. CCXXIIII[a]. *Omnis ergo qui confi*tebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui est in celis. Qui autem negarerit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo, qui in celis est*'. Et mirabantur fratres et gaudebant, quod talia patri meo dicebam. Et tunc dixit fratribus pater meus: 'Vos percantastis filium meum et decepistis, ut michi non acquiescat. Conquerar iterum imperatori de vobis necnon et generali ministro. Verumtamen permittite me loqui seorsum sine vobis cum filio meo, et videbitis, quod me sine mora sequetur'. Permiserunt itaque fratres, ut sine eis loquerer patri meo, quia propter verba mea[b] iam dicta de me aliquantulum confidebant. Verumtamen post parietem ascultabant[c], qualia diceremus. Tremebant enim sicut iuncus in aqua[1], ne pater meus suis blanditiis meum animum inmutaret; et non solum timebant pro salute anime mee, sed etiam, ne recessus meus occasionem daret aliis ordinem non intrandi. Dixit igitur michi pater meus: 'Fili dilecte, non credas istis pissintunicis' — id est qui in tunicis mingunt —, 'qui te deceperunt, sed[d] veni mecum, et omnia mea tibi dabo'[2]. *v. 27. Et respondi et dixi patri meo: 'Vade, vade, pater! Sapiens in Proverbiis dicit III°: *Noli prohibere bene facere eum qui potest; si vales, et ipse bene fac*'. Et respondit pater meus cum lacrimis et dixit michi: 'Quid igitur, fili, matri tue dicam, que se incessanter pro te affligit?' Et aio ad eum: 'Dices ei ex parte mea: Sic dicit Ps. 26, 10. filius tuus: *Pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* *v. 19. Qui etiam dicit Iere. III°: *Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis*. Nam Thren. 3, 27. *f. 224[b]. *bonum est viro, cum portaverit iugum ab adolescentia sua*'[3]. Audiens *hec omnia pater meus et de egressu meo desperans prostravit se in terram coram fratribus et secularibus, qui cum eo venerant, et dixit: 'Comendo[e] te mille demonibus, maledicte fili, et fratrem tuum[4], qui hic tecum est, qui etiam te decepit. Mea maledictio vobiscum sit perpetuo, que vos infernalibus commendet[e] spiritibus'. Et recessit ultra modum turbatus. Nos autem remansimus valde consolati, gratias Ps. 108, 28. agentes Deo nostro et dicentes sibi: '*Maledicent illi, et tu benedices.* Nam *qui bene-* Is. 65, 16. *dictus est super terram, benedicetur*[f] *in Deo. Amen*'. Recesserunt itaque seculares

a) enim *a Sal. superscr.* b) m̄a *c. saepissime.* c) *sic c.* d) sed veni mecum *in marg. super. a Sal. suppl.* e) ϑmendet *h. l. c.* f) bndicetur *c. sine nota compendii.*

1) *Persaepe Sal. hoc dictum usurpavit.* 2) *Diabolus dixit ad Iesum Matth.* 4, 9: Haec omnia tibi dabo. 3) *Nemo credet Salimbene vere haec patri dixisse, quae supra et hoc loco dixisse se scribit.* 4) *Guidonem; vide supra f.* 223[a], *p.* 38.

valde edificati de constantia mea. Sed et fratres valde gavisi fuerunt, eo quod 1238/9.
viriliter egerat Dominus per me puerulum suum, et cognoverunt, quod vera sunt
verba Domini, que dicit Luc. 21*: *Ponite in cordibus vestris non premeditari, quem-* *v. 14. 15.
*admodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resi-*
*stere et contradicere omnes adversarii vestri.* Sequenti vero nocte remuneravit me
virgo beata. Videbatur enim michi, quod coram altari ad orationem iacerem pro-
stratus, ut soliti sunt fratres, quando[a] surgunt ad matutinum. Et audivi vocem
beate virginis me vocantis. Et elevata facie vidi beatam virginem super altare
sedentem in eo loco, in quo hostia locatur et calix; habebatque puerulum suum
in gremio, quem porrigebat michi dicens: 'Accede secure et osculare filium meum,
quem heri coram hominibus confessus fuisti'. Cumque timerem, vidi, quod pue-
rulus aperuit brachia alacriter me expectans. Confidens itaque de alacritate et
innocentia pueri necnon et de matris ipsius liberalitate tam larga accessi et am-
plexatus et osculatus sum eum. Et *mater benigna per magnam moram eum *f. 224c.
michi dimisit. Cumque de eo satiari non possem, benedixit michi virgo beata et
dixit: 'Vade, fili dilecte, et quiesce, ne fratres, qui surgent ad matutinum, inve-
niant te hic nobiscum'. Acquievi, et disparuit visio. Sed in corde meo tanta
dulcedo remansit, quod non possem sermone referre. Fateor vere, quod nunquam
in seculo tantam dulcedinem habui. Et tunc cognovi, quod vera est scriptura [1],
que dicit, quod gustato spiritu desipit omnis caro.

Tempore[b] illo, cum adhuc essem in civitate Fanensi, vidi per somnium, quod 1238/9.
filius domni Thomasii de Armariis de civitate Parmensi unum monachum occi-
debat, et recitavi somnium fratri meo. Et post paucos dies transibat per civi-
tatem Fanensem Amiço de Amicis, qui ibat in Apuliam, ut inde aurum sumeret,
et venit ad locum fratrum, ut videret nos, quia notus et amicus noster erat
[atque[c] vicinus]. Et quasi aliunde incipientes inquisivimus, quid esset de tali —
vocabatur enim[d] Gerardus de Sençanisiis —, et dixit nobis: 'Male est de eo, quia
altera die unum monachum interfecit'. Et cognovimus, quod aliquando vera sunt
somnia. Item tempore[e] illo, quando primo transivit pater meus per civitatem
Fanensem eundo Assisium, absconderunt me fratres cum fratre meo per plures
dies in domo domni Martini de Fano, qui erat dominus legum [2]; et palatium suum
erat iuxta mare; et interdum veniebat ad nos et loquebatur nobiscum de Deo et
de divina scriptura, et mater sua ministrabat nobis. Ego autem processu tem-
poris, tempore scilicet potestarie domni Iacobi de Pennaciis de Regio et de Sesso [3], 1255/6.
cum haberem auctoritatem eligendi unum sapientem de quacumque parte vellem,
qui de *quodam negotio cum Bononiensibus concordaret Reginos, recordatus bene- *f. 224d.
ficii domni Martini ipsum elegi. De quo Regini optime consolati fuerunt; et ipse

a) q̃ *scriptum in c.* b) Tempore *in loco raso.* c) atque vic. *a Sal. in marg. suppl.* d) enim *a Sal. superscr.* e) ℭ Item ℭ Tempore *c., ut saepe Sal. scripsit.*

1) *Bernardi Clarevall. Epist.* 111, *Opera ed. Mabillon I, col.* 120: Gustato spiritu necesse est desipere carnem. 2) *De quo cf. (Sarti), De claris archigymnasii Bonon. professoribus I,* 1 *(Bononiae* 1769*), p.* 132—136, *edd. C. Albicinius et C. Malagola (Bononiae* 1888—1896*) I, p.* 146—151; *F. C. de Savigny, 'Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter' ed.* 2. *V, p.* 487—495. 3) *A.* 1255. *a Febr. vel Mart. et a.* 1256; *cf. infra f.* 402[d]. 403[b], *a.* 1256; *Liber de temp. c.* 260. 262, *p.* 524 *sq. Sal. tunc in conventu Ferrariensi erat, sed tunc etiam vagatus esse videtur.*

postea[1] a Mutinensibus salarium habuit, ut Mutine scolaribus legeret. Postmodum, 1260. 1262. elapsis forte duobus annis Ianuenses elegerunt eum, ut esset eorum potestas[2]. Qua potestaria finita ordinem fratrum Predicatorum intravit, in quo laudabiliter vitam suam complevit[3]. Erat enim tunc temporis in terra sua valida guerra. Sed et dum adhuc in ordine Predicatorum viveret, quidam elegerunt eum in sue civitatis episcopum[4]. Sed Predicatores non permiserunt, quod ipse episcopatum acciperet, nolentes eum amittere. Hunc visitavi Arimini in domo fratrum Predicatorum et congratulans et sibi congaudens dixi: 'Fecistis nunc quod patriarcha *Gen. 30, 30.* Iacob aliquando dixisse cognoscitur, scilicet: *Iustum est, ut aliquando provideam etiam domui mee*'. Et multum placuit sibi ista auctoritas, et voluit eam habere. Hic ordinem fratrum Minorum intrasset, nisi dissuasisset sibi frater Thadeus de Bono-comite, qui erat in ordine[a] nostro. Molestabatur enim a fratribus, ut male ablata restitueret, si vellet ad obedientiam recipi. Et dixit domno Martino: 'Sic facient tibi, si intraveris ordinem'. Et sic domnus Martinus timens ordinem Predicatorum intravit. Et forte melius fuit pro se et pro nobis[b].

1239. Item tempore illo audiens frater Helyas, quod viriliter feceram stando in ordine, mittebat michi salutem et gratiam suam significando, quod, si volebam ire ad habitandum in aliqua provincia ordinis, significarem sibi, et ipse statim obedientiam mitteret, per quam possem ire quo vellem. Et significavi sibi, quod de **f. ccxxva.* provintia Tuscie esse *volebam. Erant[c] autem tunc temporis ibi mecum in conventu Fanensi duo fratres de Tuscia, de quorum consilio ista dicebam, scilicet frater Vitalis de Vulterris, qui erat repetitor fratris Humilis de Mediolano[5], nostri lectoris, et frater Mansuetus de Castilione Aretino[6], qui postea fuerunt lectores et homines magni valoris in ordine. Et quia locus fratrum Minorum de Fano erat extra civitatem et iuxta mare, et pater meus ordinaverat, ut pyrate Anchonitani me raperent, si per litus spatiando ivissem, vel illi de familia potestatis Fanensis, qui de Cremona advenerant illuc[d], a patre[e] meo promissa pecunia: ut *Febr. Mart.* has insidias devitarem, ivi et per unam quadragesimam[f, 7] habitavi in conventu *Mart. 27.* de Hesio, quousque post pascha littere generalis ministri portate fuerunt. Est autem Esium civitas, in qua Fridericus imperator natus fuit. Et divulgatum fuit de eo, quod esset filius cuiusdam beccarii[8] de civitate Esina[g], pro eó quod domina Constantia imperatrix multorum erat dierum et multum annosa, quando desponsavit eam imperator Henricus, nec filium nec filiam preter istum umquam[h] dicitur

a) in ord. nostro *a Sal. in marg. suppl.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum, non versus novus coeptus.* c) Erant a(utem) *in loco raso.* d) ill' *c.* e) patreo *c.* f) XL *c.* g) esina *a Sal. in marg. suppl.* h) *sic h. l. c.*

1) *Iam a.* 1255. *eam Mutinae fuisse patet e tabula, quam Tiraboschi, 'Bibl. Modenese' I, p.* 51, *attulit. Data est enim a.* 1255. *Sept.* 6. presente domino Martino de Fano iuris professore. *Sed etiam ipso anno* 1255. *Martinus Aretii a magistris rector electus est* a festo omnium sanctorum *(Nov.* 1*)* usque ad Kal. Ian.; *Guazzesi, 'Dell' antico dominio del vescovado di Arezzo' p.* 107 *sq.* 2) *A.* 1260. *et iterum a.* 1262. *a die Iun.* 1; *cf. Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 241. 244. 3) *Post a.* 1270. *et* 1272, *quo tempore in conventu Bononiensi erat, ante a.* 1283. *Ial., quo tempore Sal. haec scripsit, obiit.* 4) *Quod a.* 1265. *factum videtur esse, quo anno Morandus frater ordinis Praedicatorum episcopus Calliensis ad ecclesiam Fanensem translatus est. Ante quem haec ecclesia aliquanto tempore vacavit: Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' VII, p.* 383. 5) *De quo vide infra f.* 250[a]. 326[a]. 382[b]. 6) *De hoc vide infra f.* 399[a]. 7) *Quae a.* 1239. *fuit Febr.* 9 — *Mart.* 26. 8) *Ital.* beccajo, *lanius.*

habuisse; quapropter dictum fuit, quod accepit istum a patre, cum prius se gravidam simulasset, et supposuit sibi, ut ex se genitus crederetur[a, 1]. Ad quod credendum inducunt nos tria[a]. Primum quia bene consueverunt talia facere mulieres, ut pluries reperisse me recolo[a]. Secundum quia Merlinus[2] ita scripsit de eo: *Secundus Fridericus insperati et mirabilis ortus*[b]. Tertium quia rex Iohannes, qui fuit rex Ierosolimitanus et socer imperatoris, quadam die irato animo et fronte rugosa in Gallico suo appellavit imperatorem beccarii filium, pro eo quod Guauterottum[c, 3] consanguineum suum volebat occidere. Et quia cum veneno non poterat, cum gladio debebat fieri[d], quando cum impera*tore ad ludum scacchorum sederet. *f. 225b. Timebat enim imperator, ne quando aliquo casu regnum Ierosolimitanum[4] devolveretur ad istum. Quod regem Iohannem non latuit. Qui ivit et accepit nepotem per brachium, qui cum imperatore ludebat, et amovit eum a ludo et acriter imperatorem redarguit dicendo in Gallico suo: 'Fi de becer diabele!' Et timuit imperator, nec ausus fuit dicere quicquam. Erat enim rex Iohannes magnus et grossus et longus statura, robustus et fortis et doctus ad prelium[5], ita ut alter Karolus Pipini filius crederetur. Et quando in bello cum clava ferrea percutiebat hinc inde[6], ita fugiebant Saraceni a facie eius, sicut si vidissent[e] diabolum vel leonem paratum ad devorandum eos[a]. Revera non fuit tempore suo, ut dicebatur, miles in mundo melior eo. Unde et de eo et de magistro Alexandro[7], qui erat melior clericus de mundo et erat de ordine fratrum Minorum et legebat Parisius, facta fuit ad laudem eorum quedam cantio partim in Gallico, partim in Latino, quam cantavi[f] multotiens. Que sic inchoat:

*Arent tutt mantenent*
*nostris florent*[g] *temporibus.*

Iste rex Iohannes, quando armabatur a suis iturus ad bellum, tremebat sicut iuncus in aqua[8]. Cumque interrogaretur a suis, qua de causa sic tremeret, cum in bello contra hostes robustus et validus esset pugnator, respondebat, quod de corpore cf. Prov. 24,5. sibi cure non erat, sed timebat, ne anima sua bene ordinata esset cum Deo. Hoc est quod dicit sapiens in Prover. 28*: *Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero* v. 14. *mentis est dure, corruet in malum.* Unde Ecclesiasticus XVIII*: *Homo sapiens in* v. 27. *omnibus metuit*[h]. Ieronimus quoque dicit[9]: *Prudenter timetur quicquid potest accidere.* Sed peccatores timent ubi non est timor; ubi vero timendum est — scilicet ne cf. Ps. 13,3.5. offendatur Deus —, non timent, sicut timebat Iob, qui de se ipso dicit Iob 31*: v. 23. *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui *Deum, et pondus eius ferre non* *f. 225c. *potui.* Talis fuit rex Iohannes. Ideo evénit ei quod dicit Ecclesiasticus 33*: v. 1. *Timenti Deum non occurrent mala, sed in temptatione Deus illum conservabit et libe-*

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sequitur* ℂ *atram. nigro scriptum.* c) guater. *corr.* guauter., *ut videtur, non satis perspicue c.* d) fieri *certe legi nequit.* e) sicut si vid. *alio atram. a Sal. in marg. suppl.* f) mult. cant. *corr.* cant. mult. *c.* g) ns *verbi* n̄r̄s̄ *non certe,* florent *omnino non legi potest, quod conieci, cum spatium et forma litterarum vocis illegibilis cum hac satis bene conveniant.* h) metuet *Vulg.*

1) *Cf. Winkelmann, 'Jahrb., Philipp v. Schwaben' p. 498 sq., ubi adde Cron. Reinhardsbrunn., SS. XXX, p. 584; Cron. princ. Saxoniae, SS. XXV, p. 474, etc.* 2) *'N. Archiv' XV, p. 176, ubi hanc prophetiam edidi, quae etiam infra f. 359*[a, b]*. integra exstat.* 3) *Filium Waltheri I. comitis de Brena.* 4) *Regnum Siciliae potius, quia Waltherus II. filius Alberiae filiae Tancredi regis Siciliae erat. Cf. Winkelmann, 'Jahrb., Friedrich II.' I, p. 244 sq.* 5) *Cf. 1. Mach. 4, 7:* hi docti ad proelium. 6) *Iohannem regem* cum clava *quendam Sarracenum fortem interfecisse tradit Liber duelli Christiani c. 3, SS. XXXI, p. 679.* 7) *De Hales.* 8) *Cf. supra p. 40, n. 1.* 9) *Cf. supra f. 222*[c]*, p. 36, n. 13.*

1237. *rabit a malis.* Revera sic fuit. Factus est enim frater Minor[1], et toto tempore
vite sue perseverasset in ordine, si Deus prolongasset ei vitam. Recepit enim eum
et induit minister Grecie[a], scilicet frater Benedictus de Aretio[2], qui fuit sanctus
homo[3]. Iste rex Iohannes fuit avus maternus regis Conradi, filii imperatoris Fri-
derici. [Alteram[b] vero[c] filiam[4] regis Iohannis habuit uxorem Balduinus imperator
Constantinopolitanus; quo mortuo rex Iohannes baiulus illius remansit imperii
pro parvulo suo nepote[5]. Hic rex Iohannes] quando ingrediebatur bellum et cale-
fiebat pugnando, nullus audebat ante faciem suam stare, sed divertebant ab eo
videntes, quod validus et fortis esset pugnator. Cui congruit quod de Iuda
*v. 4. Machabeo legimus scriptum I. Macha. III*: *Similis factus est leoni in operibus suis,
et sicut catulus leonis rugiens in venatione sua.*

1239. Receptis igitur litteris fratris Helye generalis ministri ivi[6] et habitavi in
Tuscia VIII⁰ annis, duobus in civitate Lucensi[7] et duobus in Senensi[8] et IIII^or
in Pisana[9]. Porro illo primo anno, quo cepi habitare in civitate Lucana, abso-
lutus fuit frater Helyas a generali ministerio[10], et factus[11] frater Albertus Pisa-
*Iun. 3. L. temp. c. 241.* nus; et sol obscuratus est, ut[d] vidi oculis meis, M⁰CCXXXIX⁰ in sexta feria, in hora
none, mense Iunii, tertio die intrante[12]. Cum autem in civitate Pisana habitarem,
1243—47. eram iuvenculus, et duxit me quadam vice pro pane quidam frater laycus et
spurius et habens cor vanum[13], et erat natione Pisanus, quem processu tem-
poris, cum habitaret in loco de Fixeclo, fratres extraxerunt de puteo, in quem
seipsum precipitaverat, nescio qua stulticia vel desperatione temptatus. Et post-
*f. 225d. modum paucis elapsis diebus ita disparuit, *quod in aliqua parte mundi non potuit
repperiri ab aliquo. Quapropter suspicati sunt fratres, quod eum diabolus aspor-
tasset. Ipse viderit! Igitur cum essem cum eo in civitate Pisana, et cum sportis
nostris panem mendicando iremus, occurrit nobis quedam curtis, quam ambo
pariter sumus ingressi. In qua erat vitis frondosa desuper extensa per totum,
cuius viriditas delectabilis ad videndum, et umbra nichilominus ad quiescendum
suavis. Ibi erant leopardi et alie bestie ultramarine quam plures, quas libenter
aspeximus longo intuitu, quia libenter inusitata et pulcra videntur. Erant etiam
ibi puelle et pueri in etate ydonea, quas[e] pulcritudo vestium et facierum specio-
sitas multipliciter decorabat et faciebat amabiles. Et habebant in manibus tam
femine quam masculi viellas et cytharas et alia genera musicorum diversa, in
quibus modulos faciebant dulcissimos, et gestus representabant ydoneos. Nullus
tumultus erat ibi, nec aliquis loquebatur, sed omnes in silentio ascultabant[f]. Et
cantio, quam cantabant, inusitata erat et pulcra et quantum[g] ad verba et quantum

a) grecie .f. (scilicet) *in marg. a Sal. suppl.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl., in columna eraso* qui. c) vero *a Sal. superscr.* d) ut *a Sal. in marg. suppl.* e) *sic c., ut videtur.* f) *sic c.; cf. supra p.* 40, *l.* 24. g) quantum *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Moriturus a.* 1237; *cf. Chron. XXIV generalium ministrorum, Analecta Franciscana III, p.* 4 *sq., ex Bernardi de Bessa libello de laudibus Francisci.* 2) *Fratrem Angelum, confessorem suum, ad hoc advocasse Iohannem tradit Chron. XXIV gener. ministr.* 3) *De quo cf. Chron. XXIV gener. ministr. l. l. p.* 224 *sq.* 286. 4) *Mariam.* 5) *Minime pro nepote, sed pro genero Balduino praedicto, qui multo tempore* († 1275) *post Iohannem* († 1237) *vixit.* 6) *A.* 1239. *post pascha (Mart. 27) Esii (supra f.* 225[a], *p.* 42*). Unde Sal. per Civitatem de Castello (supra f.* 223[b], *p.* 38*) Lucam ivit.* 7) *A.* 1239. *Apr.* — 1241. 8) *A.* 1241—1243. 9) *A.* 1243—1247, *ante m. Iunium.* 10) *In capitulo Romano circa pentecosten (Maii 15) celebrato; cf. infra f.* 253[b]. 276[c.d]. 279[a]. 11) *Scil. minister generalis.* 12) *Cf. infra f.* 279[a]. 13) *Cf. Ps.* 5, 10: cor eorum vanum est.

ad vocum varietatem et modum cantandi usque adeo, ut cor iocundum[a] redderetur supra modum. [1243—47.] Nichil nobis dixerunt, sed et nos nichil diximus eis. Cantare[b] non cessaverunt, quousque fuimus ibi, tam voce quam musicis instrumentis. Et contraximus[c] ibi longam moram et vix scivimus recedere inde. Nescio, novit Deus, unde[d] tante letitie talis apparatus occurrerit, quia nec antea illum[e] videramus vel similem nec postea videre potuimus. Cum autem egressi fuimus inde, occurrit michi quidam homo, quem non cognoscebam, et dixit se esse Parmensem; et cepit *me tenere et acriter increpare et vilipendere dure et dicere: 'Vade, [*f. CCXXVI a.] miser, vade! Multi *mercenarii in domo patris* tui *panibus abundant* et carnibus, [Luc. 15, 17.] et tu vadis hostiatim mendicando panem ab his qui non habent, cum posses tu multis pauperibus abundanter tribuere. Deberes modo cum dextrario per Parmam discurrere et cum hastiludio tristes letos efficere, ut esses dominabus spectaculum et ystrionibus consolatio. Nam et pater tuus dolore consumitur, et mater tua amore tui, quem videre non potest, quasi de Deo desperat'. Cui respondi: 'Vade tu, miser, vade! [*Non*[f] enim *sapis que Dei sunt, sed que* carnalium *hominum.* [Matth. 16, 23. Marc. 8, 33.] Nam ista, que dicis, *caro et sanguis revelavit tibi,* non pater celestis]. Revera, ex [Matth. 16, 17.] eo quod talia persuádes, credis te bene dicere *et nescis, quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus et nudus.* [Apoc. 3, 17] Nam de peccatoribus huius mundi dicit divina scriptura, quod *ambulaverunt post vanitatem et vani facti sunt*[g]. *Vanitas vanitatum,* [Ier. 2, 5. Eccl. 1, 2.] dicit sapiens, *et omnia vanitas.* Et iterum: *Defecerunt in vanitate dies eorum et anni* [Ps. 77, 33.] *eorum cum festinatione.* Et iterum: *Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem* [Ps. 72, 19.] *suam.* Et iterum alia scriptura dicit Iob XXI*: *Tenent tinpanum et cytharam et* [*v. 12. 13.] *gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt*[h]. Sed quia *animalis homo non percipit ea que sunt spiritus Dei: stultitia est* [1. Cor. 2, 14.] *enim illi, et non potest intelligere*'. His auditis, que a me dicebantur[1], recessit confusus, ignorans, quid respondere posset. Completa itaque circa nostra cepi ego illo sero omnia que videram et audieram in mente mea revólvere et cogitare, quia, si vixero quinquaginta annis in ordine taliter mendicando, non solum grandis erit michi via[2], verum etiam labor erusbescibilis et intolerabilis ultra vires. Cumque talibus cogitationibus quasi totam noctem duxissem *insomnem, sicut Deo placuit, [*f. 226b.] accidit michi modicus somnus, in quo[i] visionem michi Deus ostendit pulcherrimam, que consolationem contulit anime mee et iocunditatem atque dulcedinem inauditam. Et tunc cognovi, quod *necesse est divinum adesse auxilium, ubi cessat humanum*[3]. Videbatur siquidem michi, quod irem panem hostiatim mendicando, sicut soliti sunt facere fratres, et ibam per contratam Sancti Michaelis de Pisis[4] ex parte Vicecomitum, quia ex alia mercatores Parmenses domum habebant ad hospitandum, quam Pisani fundicum appellant, et illam partem vitabam et propter

a) *haec omnia difficillime leguntur in c.* b) autem *add. ed. Parm., sed* a, *ut* autem *plerumque scribitur, non exstat in c.* c) Et con *non certo certius legere potui.* d) novit *et* unde *iam legi nequeunt.* e) um *certe legi nequit.* f) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* g) sunt *a Sal. superscr.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) quo *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Quae Sal. sane tunc non dixit.* 2) *Cf.* 3. *Reg.* 19, 7: grandis enim tibi restat via. 3) *Quinquies Sal. hoc dictum affert, quod legitur in Eusebii Hist. eccl. interpr. Rufino II,* 5, *(Parisiis* 1541. *fol.) p.* 28: Necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium. *Cf. etiam Pseudo-Ambr. Comment. in Epist. ad Corinth. II,* 12, *Opera Ambrosii ed. Maur. (Parisiis* 1690*) II, App. col.* 204: cum Dei suffragium tunc sit necessarium, si humanum auxilium deficiat. 4) *Quae ecclesia hucusque exstat dicta San Michele in Borgo, via cui adiacet vocatur Via del Borgo.*

*F.* 226[d]. Quod duplici de causa vult Deus, quod amici sui mendicent, ut qui dant premientur, et qui accipiunt orationem rependant.

---

1243—47. *Eccl.* 7, 19. erubescentiam, quia necdum eram bene fortificatus in Christo — *quia qui Deum timet, nichil negligit* —, et quia timebam, ne forte audirem ab eis verba ex parte patris mei, que cor meum concutere possent; semper enim persecutus fuit me pater meus et semper insidiatus michi, ut me de ordine sancti Francisci extraheret, quousque ultimum diem clausit, nec unquam reconciliatus est michi in duritia perseverans. Cum autem ex parte Arni per burgum Sancti Michaelis descenderem, ecce subito prospexi et vidi, quod filius Dei veniebat ab una domo et portabat panem et ponebat in sporta. Idem faciebat beata virgo, et idem Ioseph, nutritius pueri, cui beata virgo fuerat desponsata. Et sic fecerunt, quousque et circa completa et sporta impleta fuit. Est autem consuetudo in partibus illis, quod sporta ponitur inferius panno cooperta, et frater ascendit domos, ut panem petat et portet et ponat in sporta. Postquam autem fuit et circa completa et sporta impleta, dixit michi filius Dei: 'Ego sum redemptor tuus, et ista est mater mea, et iste tertius Ioseph, qui dictus est pater meus; ego sum, qui pro salute

*f. 226c. humani generis reliqui domum meam, dimisi heredita*tem meam, dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. Ego sum, de quo apostolus meus

*v. 9. Paulus scripsit II[a] Cor. VIII*: *Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Non erubescas ergo, fili, amore meo mendicare, ut vere quod scriptum est dicere possis:

*Ps.* 39, 18. *Ego autem mendicus sum et pauper. Dominus sollicitus est mei*'. Et aio ad eum: 'Domine, de te scriptum est verbum illud an de menbris tuis?' Et Dominus ait: 'Et de me scriptum est, quia vere mendicus fui et pauper, et de quolibet qui meo amore mendicat. Et modo experimento probasti, quod tui sollicitus fui iuvando te in circa tua

*Thren.* 3, 19. et tibi sportam implendo. *Recordare* ergo, fili, [*paupertatis*[a] *et transgressionis mee, absinthii et fellis.* Recordare etiam], quod scripsit pater tuus Franciscus, amicus et dilectus meus, in regula fratrum Minorum[1]: *Fratres tamquam peregrini et advene in hoc seculo in paupertate et humilitate Domino famulantes vadant pro elemosina confidenter. Nec oportet eos verecundari*[b], *quod Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hec est illa celsitudo altissime paupertatis, que vos karissimos fratres meos heredes et reges regni celorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Hec sit portio vestra, que perducit in terram viventium. Cui, dilectissimi fratres, totaliter inherentes nichil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub celo habere velitis*'. Et respondi et dixi domino Iesu

*v. 3. Christo: 'Domine, cum dicat sapiens in Proverbiis X*: *Non affliget Dominus fame animam iusti,* quare non das abundanter servis et amicis tuis, qui te laudant et benedicunt, ne

*f. 226d. cum tanto labore [et rubore[c]] mendicare *cogantur?' Et respondit Dominus: 'Volo, ut hi qui dant mereantur dando amore meo, sicut hi qui accipiunt amore meo mendicando merentur[d]. Nam Iohannes apostolus lapillos, quos mutavit in gemmas, et virgas, quas convertit in aurum[2], non dispersit et dedit pauperibus, sed revocavit ad materiam pristinam, eo quod nullus ibi merebatur in dando. Volo autem nunc, ut hi qui divitias

a) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* b) ueregdari *c.* c) et rub. *in marg. a Sal. suppl.* d) merentur *in loco raso.*

1) *Regula secunda c. 6, Wadding, Ann. Min. ed. 2. II, p.* 66; *B. Francisci Opuscula (Antverpiae* 1623*) p.* 173, *et multis aliis locis haec regula edita est.* 2) *Quod Sal. in Iacobi Leg. Aurea c. IX,* 3. 4, *ed. Grässe p.* 58 *sq., legit.*

*F.* CCXXVII[a]. De bonis que contulit Deus Iudaico populo in terra deserta et invia et inaquosa.

*F.* 227[b]. Quod non affligat Dominus fame animam iusti, probatur multis exemplis.

---

habent amore meo dent non habentibus, ut in die iuditii a me commendentur et pre- 1243—47.
mientur in regno. Nam ego sum qui in lege Moysi populo precepi Iudaico Deutero. XV*: *v. 11.
*Non deerunt pauperes in terra habitationis tue. Idcirco ego precipio tibi, ut aperias manum*
*fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum versatur in terra.* Ideo Ecclesiasticus XXIX.* dixit: *v. 12.
*Propter mandatum assume pauperem, et propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum.* Hinc
sapiens mulier[a] commendatur Prover. XXXI*: *Manum suam aperuit inopi et palmas* *v. 20.
*suas extendit ad pauperem.* Quod autem dixisti, quod possum, quando volo, abundanter
tribuere, verum dixisti et a scriptura hoc didicisti. Ait enim sapiens Sap. XII*: *Subest* *v. 18.
*enim tibi, cum volueris, posse.* Unde Ysaias scripsit LIX*: *Ecce non est abreviata*[b] *manus* *v. 1.
*Domini, ut salvare nequeat, neque aggravata est auris eius, ut non exaudiat.* Probavit hoc
Iudaicus[c] populus, de quo dicitur: *Petierunt, et venit coturnix, et pane celi saturavit eos*'[1]. *Ps.* 104, 40.
De hoc habetur Numeri XI*, quando Moyses Domino esum carnium Iudaico populo pro- *v. 21—23.
mittenti admirative dixit: '*Sexcenta milia peditum sunt, et tu dicis: Dabo eis esum carnium*
*mense integro? Numquid ovium et boum multitudo cedetur, ut possit sufficere ad cibum, vel*
*omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient?*' *Cui* †*respondit Dominus: 'Num-* †*f.* CCXXVII[a].
*quid manus Domini invalida est? Iam nunc videbis, utrum meus sermo opere compleatur*'. Item
probavit hoc Iudaicus populus, qui XL[ta] annis manna in deserto comedit. De quo Moyses
ait Deutero. VIII*: *Dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu et patres tui, ut ostenderet* *v. 3. 4.
*tibi, quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod egreditur ex ore Domini.*
*Vestimentum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, et pes tuus non est subtritus: en*
*quadragesimus annus est.* Et infra XXIX*: *Adduxit vos XL annis per desertum. Non sunt* *v. 5—7.
*attrita vestimenta vestra, nec caltiamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Panem*
*non comedistis, vinum et siceram non bibistis, ut sciretis, quia* ipse est *dominus Deus vester.*
*Et venistis ad locum hunc.* Item Iosue V*: *Defecit manna, postquam comederunt de fructibus* *v. 12.
*terre, nec usi sunt ultra illo cibo filii Israel, sed comederunt de fructibus presentis anni terre*
*Chanaam*[b]. Ut verum appareat quod consuevit dici[2]: *Necesse est divinum adesse auxilium,*
*ubi cessat humanum.* Item de hac materia dixit propheta in psalmo*: *Mandavit nubibus* *77, 23—30.
*desuper et ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum et panem celi dedit eis.*
*Panem angelorum manducavit homo. cibaria misit eis in abundantia. Transtulit austrum de*
*celo et induxit in virtute sua affricum. Et pluit super eos sicut pulverem carnes et sicut*
*arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula*
*eorum. Et manducaverunt et saturati sunt nimis; et desiderium eorum attulit eis Dominus,*
*non sunt fraudati a desiderio suo.* Hoc est de quo Iudei coram Christo domino gloriantur
Io. VI*: *Patres nostri manducaverunt manna in deserto,* †*sicut scriptum est: 'Panem de celo* *v. 31. †*f.* 227[b].
*dedit eis manducare*'. Item utrum *affligat Dominus fame animam iusti* necne, multipli- *Prov.* 10, 3.
citer[d] probavit Helyas. Primo, quia *corvi deferebant ei panem et carnes mane, similiter*
*panem et carnes vespere,* ut habetur III. Reg. XVII.* Secundo, quia paupercula vidua *v. 6.
pavit eum, etiam ex eo quod vidue dedit Helyas, ut habetur supradicto capitulo. Ideo
potuit dicere Helye vidua ista cum filio quod I.[e] Parali. ultimo* rex David Domino dixit: *29. 14.

a) mtr *c.* b) *sic c.* c) iudacus *c.* d) multipl. *a Sal. in marg. suppl.* e) II. *radendo corr.* I. *c.*

1) *Non satis patet, ubi Iesu oratio desinat, ea fratris Sal. incipiat; quod nec ipse Sal. indicare potuisset.* 2) *Cf. supra f.* 225[b], *p.* 45, *n.* 3.

*F. 227c.* Quod Deus multiplicet victualia servis suis, probatur hic multis exemplis.

---

*Tua sunt omnia, et que de manu tua accepimus dedimus tibi.* Tertio, quando in deserto
angelus Domini posuit ad caput eius vas aque et subcinericium panem, ut habetur
*v. 6. Prov. 10, 3. 3. Reg. XIX.* Item liberalitatem Domini, utrum scilicet *affligat Dominus fame animam
iusti,* Paulus primus heremita fuit expertus, cui, ut narrat Ieronimus[1], per LX annos
qualibet die dimidium panem mittebat per corvum; et quando ad eum videndum ivit
Antonius, illa die Dominus duplicavit anonam[a], misit enim totum integrum panem. Item
probavit hoc beatus Benedictus, ut in secundo libro Dialogorum[2] narrat Gregorius, qui,
quando oleo indiguit, oratione ad Deum fusa dolium oleo plenum miraculose invenit.
Altera vice[3], tempore valide famis, cum monachi sui de panis inopia murmurarent iuxta
Ps. 58, 16. illud: *Si vero non fuerint saturati, et murmurabunt,* virtute orationum suarum et divina
clementia faciente ad ianuam monasterii nocte quadam ducentos modios farine invenit
*v. 3. in saccis. Hoc ideo factum est, ne de beato Benedicto dici possit illud Ys. IX*: *Multi-
plicasti gentem,* sed *non magnificasti letitiam;* et ut verum appareat verbum illud[4]: *Necesse
*v. 3. est divinum adesse auxilium, ubi cessat humanum.* Ut verum etiam appareat illud Prover. X*:
*v. 25. *Non affliget Dominus fame animam iusti.* Unde super illo loco Mat. VI*: *Ne solliciti sitis
*f. 227c. anime vestre, quid manducetis, neque corpori *vestro, quid induamini,* dicit beatus Ieronimus[5]:
Ieronimus. *Sit homo quod esse debet, et presto erunt omnia;* et de servis Dei dicit pro-
Ps. 36, 19. 20. pheta: *Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur, quia peccatores
Ps. 33, 10. 11. peribunt.* Ideo merito dicitur eis: *Timete Dominum, omnes sancti eius, quoniam non est
inopia timentibus eum. Divites eguerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur
omni bono.* Item probavit hoc Helyseus, quando mulieri vidue, que creditur uxor Abdie
prophete fuisse[6], oleum multiplicavit, ut habetur IIII. Reg. IIII, et quando panes multi-
plicavit tempore famis, de quibus ministro suo dixit: *Da populo, ut comedat. Hec enim
dicit Dominus: Comedent, et supererit; posuit itaque coram eis. Qui comederunt, et superfuit
*v. 43. 44. iuxta verbum Domini,* 4. Reg. IIII*[b]. Item quando multiplicavit farinam tempore obsi-
*v. 1. dionis Samarie, de qua dixit 4. Reg. VII*: *Audite verbum Domini! Hec dicit Dominus:
In tempore hoc cras modius simile uno statere erit, et duo modii ordei statere uno in porta
Samarie.* Item beatus Gregorius in primo Dialogorum[7] dicit, quod Nonnosus monachus
in monasterio suo oleum suis meritis et orationibus multiplicavit; et in eodem primo
libro[8] de Bonifatio Ferentine civitatis episcopo narrat, quod adhuc puer existens in horreo
matris sue multiplicavit frumentum et in cellario suo vinum et XII denarios grossos ex
auro quasi noviter productos ex fabrica impetravit a Domino, quia totidem pauperibus
dederat. Item presbiter Sanctulus, amicus Gregorii, oleum multiplicavit et panem[9].
Item quidam sanctus pater, de quo in Vitis patrum[10] legitur, cum ad faciendum cum eo
festum dominice resurrectionis alii patres in sabbato sancto ivissent, orationem fudit[c] ad
Deum pro cibariis habendis. Et ecce subito angeli missi a Deo detulerunt ei[d] panes pul-
*f. 227d. cherrimos, quibus *similes in tota Egypti provintia nunquam visi fuerunt; portaverunt
etiam dactillos, ficus recentes et uvas et multa alia utilia et victui necessaria et coram
istis sanctis patribus posuerunt. Quorum copia usque ad festum pentecostes abundavit.

a) *sic c.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) fudi *corr.* fudit *c.* d) ei *a Sal. superscr.*

1) *Vita Pauli c.* 10, *Opera ed. Vallarsius II, col.* 9. 2) *Cap.* 29. 3) *Dial. II,* 21. 4) *Cf. supra f.* 225[b], *p.* 45, *n.* 3; *f.* 227[a], *p.* 47, *l.* 30. 5) *Neque in Commentariis in Matthaeum neque alibi, quod sciam, Hieronymus haec dixit.* 6) *Uxorem Abdiae eam dicit Petrus Com., Hist. scolast., Regum IV. c.* 5. 7) *Cap.* 7. 8) *Cap.* 9. 9) *Dial. III,* 37. 10) *In libro qui inscribitur Vitae patrum hanc fabulam non inveni.*

*F.* CCXXVIII[a]. Exemplum cuiusdam regis, qui libenter amore Christi elemosinas faciebat, cui Deus dedit thesauros absconditos.
Simile exemplum habetur in Longobardorum historia, tertio libro, XXXIIII⁰ capitulo, circa finem libri.

---

Et mirati sunt valde gratias agentes omnium bonorum largitori, qui *aperit manum* suam (*Ps.* 144, 16.) *et implet omne animal benedictione.* Item adhuc aliis modis dat Deus servis suis[a], quando indigent; unde sapiens in Eccle. II*: *Homini bono in conspectu*[b] *suo dedit sapien-* (*v.* 26.) *tiam et scientiam et letitiam; peccatori autem dedit afflictionem et curam superfluam, ut addat et congreget et tradat ei qui placuit Deo.* Item Prover. XXVIII*: *Qui coacervat divitias* (*v.* 8.) *usuris et fenore liberali, in pauperes congregat eas.*

Exemplum[c] cuiusdam regis, qui elemosinas faciebat.

Fuit quidam rex, qui volens facere secundum consilium Domini, quo (Exemplum.) dicit Mat. VI*: *Nolite thesauriçare vobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur, et* (*v.* 19. 20.) *ubi fures effodiunt et furantur. Thesauriçate autem vobis thesauros in celo, ubi neque erugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur,* cepit elemosinas largas facere et thesaurum suum cotidie pauperibus larga manu tribuere[1]. [Quod[d] etiam Ecclesiasticus docet XXIX*: *Perde pecuniam propter fratrem et amicum, et non abscondas illam subter* (*v.* 13. 14.) *lapidem in perditionem. Pone thesaurum tuum in preceptis altissimi, et proderit tibi magis quam aurum.* Cumque hoc faceret], ceperunt[e] pauperes ex diversis partibus supervenire, et thesaurus deficere, quia, ut dicit sapiens Eccle. V*: *Ubi multe sunt opes, multi et qui* (*v.* 10.) *comedunt eas,* et Prover. XIII*: *Substantia festinata minuetur: que autem paulatim colligitur* (*v.* 11.) *manu multiplicabitur.* Cepit igitur rex cogitare et sollicitus esse, quid post hec daret pauperibus, non solum pro honore suo conservando, verum etiam pro pauperum inopia sublevanda. Et dum talibus cogitationibus sollicitaretur cor suum, quadam die dixit militi secretario suo: 'Egrediamur nos duo *tantum ad aliquem locum, ubi spaciemur'. (*f.* CCXXVIII[a].) Cumque essent in nemore iuxta fontem, cepit rex cum milite suo de hac materia habere sermonem iuxta illud Prover. XXV*: *Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum ex-* (*v.* 9.) *traneo non*[f] *reveles.* Post hec accidit regi modicus somnus, et volens aliquantulum dormire rogavit militem, ut diligenter custodiret eum, donec dormiret[g]. Et dum dormiret rex, prospexit miles et vidit, quod bestíola quedam pulcherrima valde ex ore regis exibat, que totum corpus regium cum osculata fuisset, rivum fontis conabatur transire, sed non poterat. Quod attendens miles posuit super rivulum spatam[h] evaginatam, et transivit bestíola et ivit ad quendam montem, qui prope nemus erat, et tetigit in aliquibus locis, et postea venit ad rivulum fontis volens transire. Sed miles removerat ensem, et angustiabatur bestiola. Considerans hoc miles posuit spatam, et transivit bestíola et per os ingressa est regium corpus, unde fuerat prius egressa; et excitatus est rex et somnium suum, quod viderat, cepit narrare: 'Visum fuit michi', ait, 'quod, cum dormirem, anima mea exiret de corpore, et cum vellet quendam fluvium transire et non posset,

a) suis *in marg. a Sal. suppl.* b) *penna mutata.* c) *inscriptio haec alio atram. a Sal. post supplcta est, linea rubra subducta.* d) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* e) *sequitur littera* (a = autem? ū = vero?) *erasa.* f) ne *Vulg.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) *sequitur* n (non) *erasum c.*

1) *Primus sequentem fabulam narravit Paulus, Hist. Langob. III,* 34, *quem locum Sal. in inscriptione capitis laudavit. Sal. eam e memoria repetens admiscuit ei quaedam ex fabula de Tiberio II. imperatore relata a Gregorio Turon., Hist. Franc. V,* 19, *SS. Meror. I, p.* 216 *sq., quam repetivit Paulus, Hist. Langob. III,* 11. 12, *ubi et versus Matthaei* 6, 20. *laudatus est.*

*F.* 228[b]. Quod in quadam visione filius Dei loquebatur cum quodam fratre de pulchra materia et cum auctoritatibus sacre scripture.

---

quia pons non erat ibi, cepit angustiari. Et ecce subito quidam miles de spata sua
pontem fecit, et transivit anima mea et ivit ad quendam montem, in quo invenit
magnum thesaurum argenti et auri et lapidum pretiosorum, et postea rediit, ut flumen
transiret, et angustiabatur iterum, quia pons erat inde amotus[a]. Et miles sua benignitate
et curialitate iterum fecit de spata pontem, et transivit anima mea et ingressa est corpus
*f. 228b. meum, et statim fui excitatus[b]. Audiens hec miles cepit regi refer*re[c], quomodo ocu-
lata fide hec omnia viderat[d]. Miserunt igitur et habuerunt multa plaustra et multos
homines, qui foderent, et invenerunt thesauros copiosos in argento et auro et lapidibus
pretiosis, quos rex et pauperibus dedit et sibi retinuit. Adimpletum est isti regi quod
*v. 3. Dominus promittit Ys. XLV*: *Dabo tibi thesauros absconditos et archana secretorum, ut scias,
quia ego Dominus.* Multa alia exempla scio de hac materia, sed quantum ad presens
sufficit hoc dixisse.

Igitur[1] in visione mea Domino meo dixi: 'Quid est, Domine, quod apostolus Paulus
*v. 11. in prima ad Cor. IIII.* dicit: *Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus,*
*v. 27. et in secunda dicit XI*, quod fuit *in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate,*
apostoli autem tui tempore passionis a te requisiti: *Quando misi vos sine saculo et pera*
*v. 35. 36. *et calciamentis, numquid aliquid defuit vobis,* responderunt et *dixerunt: "Nichil"?*[e] Luc. XXII*[f]'.
Et respondit Dominus et ait: 'Quod dixit Paulus apostolus, verum dixit. Quod autem
dixerunt discipuli mei in cena, similiter verum dixerunt; non quin aliquando penuriam
*v. 6. 8. sustinuerint, presertim cum de me scriptum sit Io. IIII*: *Iesus autem fatigatus ex itinere
sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta. Discipuli enim eius abierant in civi-
tatem, ut cibos emerent:* sed pro tanto verificatur verbum eorum, cum dixerunt "nichil",
quia auctoritatem habebant victualia accipiendi et potestatem miracula faciendi'[2]. De
*v. 14. primo dicit apostolus prima ad Cor. IX*, quod *Dominus ordinavit his qui evangelium an-
*v. 11. nuntiant de evangelio vivere.* Item supra eodem capitulo*: *Si nos vobis spiritualia semina-
Ps. 80, 3. vimus,* non[g] *est magnum, si carnalia vestra metamus.* Unde propheta: *Sumite psalmum et
date tympanum.* Ubi dicit glosa: *Sumite spiritualia et date temporalia.* [Item[h] apostolus ad
*v. 27. Ro. XV*: *Si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus mini-
*v. 8. strare eis*]. Item Mar. VI.* habetur, quod, quando Dominus misit XII ad predicandum,
*f. 228c. **precepit eis, ne quid tollerent in via nisi virgam tantum;* que ponitur pro auctoritate su-
*v. 12. mendi victualia[3]. De secundo habetur Io. XIIII*: *Amen, amen dico vobis, qui credit
in me, opera, que ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado*
et cet. Tertio modo verificatur verbum discipulorum, cum dixerunt, quod nichil de-
*v. 10. fuit eis, quia Christum habendo habebant omnia. Unde apostolus in secunda ad Cor. VI*:
*v. 18. *Tamquam nichil habentes et omnia possidentes,* et ad Phili. IIII*: *Habeo omnia et abundo.*

a) motus *corr.* amotus *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sillaba* re *incipit col.* 228[b]. *penna mutata.* d) uiderant, n *expunct. c.; sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *hoc loco recte signum interrogationis in c.* f) *sequitur* ℭ *atram. nigro scriptum.* g) non *deest Vulg.* h) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.*

1) *Post digressionem iam redit ad ea quae f.* 226[d], *p.* 46. *narraverat.* 2) *Iterum non patet, ubi oratio Christi desinat.* 3) *Haec ex Petri Comest. Hist. scolast., Evang. c.* 50: que pro potestate accipiendi necessaria ponitur.

Ideo dicit sapiens Prover. XIII*: *Est quasi dives, cum nichil habeat; et est quasi pauper,* *v. 7. *cum in multis divitiis sit.* Hinc poeta ait[1]:

*Nobilitat viles frons generosa dapes.* Versus.

Vere igitur disciputi habendo Christum habebant omnia, quia Christus Deus est, et de Deo dicit apostolus I. Cor. XV*, quod erit *omnia in omnibus.* Hinc dicturi sunt dam- *v. 28. nandi in die iuditii conquerendo, quod sua culpa Deum perdiderunt, Tobie X*: *Omnia* *v. 5. *simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere a nobis.* Item in visione mea iterum dixi domino meo Iesu Christo: 'Domine, Iudei, qui inter Christianos degunt, gramaticam nostram et Latinam scripturam adiscunt[a], non ut te diligant et in te credant, sed ut tibi detrahant et nobis Christianis insultent, qui te adoramus crucifixum pro nobis, et dicunt illud Ys. XLV*: *Nescierunt qui levant signum*[b] *sculpture sue, et rogant Deum non* *v. 20. *salvantem*[c]. Item opponunt nobis hoc modo: "Aut Christus vester iustus fuit aut iniustus. Quod autem iniustus fuerit, patet ex verbis patrum nostrorum, qui Pylato dixerunt Io. XVIII*: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Deus autem noster *v. 30. in lege, quam dedit nobis, sic precepit Iudaico populo Exo. XXII*: *Maleficos non patieris* *v. 18. *vivere*"[c]. Igitur dicunt ipsi: "Si filius Marie mortuus est ex culpa sua, sibi imputetur. Et quod ex culpa sua mortuus sit, patet ex hoc, quod parentes nostri Pylato dixerunt *Luc. XXIII†: *Hunc invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari Cesari* *f. 228d. †v. 2. *et dicentem se christum regem esse*[c]. Item[d] quod non fuerit iustus, adhuc ostendimus ex eo quod dicit propheta: *Iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum nec semen* Ps. 36, 25. *eius querens panem.* Christus autem vester, cum moreretur in cruce, clamavit se derelictum, dicens Mat. XXVII*: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.*[c] Vos autem semen *v. 46. Christi estis, qui a Christo dicimini Christiani, et cotidie mendicatis. Igitur aut propheta verum dixit, aut Christus vester non fuit iustus, qui clamavit se derelictum[c]". Respondit Dominus et dixit michi: 'Fili dilecte, Iudei non diligunt me, sed semper michi et amicis meis insidiantur et inimicantur, *ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis,* Io. XV*. De Iudeis autem multum possum conqueri, quia multa *v. 25. opprobria dixerunt michi, iuxta verbum quod scriptum est: *Opprobria exprobrantium tibi* Ps. 68, 10. *ceciderunt super me.* Ideo de eis dicit propheta: *Veniat mors super illos, et descendant in* Ps. 54, 16. *infernum viventes. Quoniam non intellexerunt opera Domini: et in opera manuum eius destrues* Ps. 27, 5. *illos et non edificabis eos.* Quare? Quia *obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia* Ps. 105, 21. 22. *in Egypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro. Non sunt recordati manus eius* Ps. 77, 42. *die, qua redemit eos de manu tribulantis.* Ideo, dilecte fili, de Iudeis optime dixit apostolus meus Paulus in prima ad Thessalo. II*, quod Iudei *dominum occiderunt Iesum et* *v. 15. 16. *prophetas et nos persecuti sunt, et Deo non placent et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salve fiant, ut impleant peccata sua semper. Pervenit enim ira Dei super illos usque in finem*[c]. Quod autem Iudei querunt de me, utrum iustus sim necne, satis legerunt. Unde Iere. *XII†: *Iustus quidem tu es, Domine.* Et propheta: *f. CCXXIXa. †v. 1. *Iustus Dominus et iustitiam dilexit; equitatem vidit vultus eius.* Et iterum: *Iustus es, Domine,* Ps. 10, 8. Ps. 118, 137. *et rectum iuditium tuum*'. Et respondi et dixi: 'Domine, istas auctoritates intelligunt Iudei de Deo, qui legem Moysi dedit, et non de filio Marie, quem occiderunt suspendentes[f] in ligno'. Et Dominus dixit: 'Et tu non legisti a me dictum: *Ego et pater unum sumus,* Ioh. 10, 30. *et omnia que habet pater mea sunt?*[c]'[2]. Et respondi et dixi: 'Domine, legi et bene legi,

a) *sic c.* b) *sic c.;* lignum *Vulg.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) *penna mutata.* e) *hoc loco non interrogationis signum in c.* f) supend. *corr.* suspend. *c.*

1) *Hic versus legitur in carmine edito a W. Wattenbach, 'Anzeiger f. Kunde d. Deutschen Vorzeit'* 1871. *col.* 266. 2) *Verba* et omnia — sunt *male addidit, non leguntur in Biblia.*

*F.* 229[b]. Quod duo sunt genera paupertatis.
*F.* 229[c]. Positio magistri Guillielmi[a] de Sancto Amore contra religiosos mendicantes.

---

sed Iudei nolunt credere tibi. Dic ergo apertius, ut vincantur et confundantur. De te
*Ps.* 50, 6. enim scriptum est: *Iustificéris,* Domine, *in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris*[b]'. Et[c]
*v. 1. ait Dominus: 'Ysaias de me scripsit LVII*: *Iustus perit, et nemo est qui recogitet in corde*
*suo; et viri misericordie colliguntur, quia non est qui intelligat. A facie enim malicie collectus*
*v. 47. *est iustus.* Centurio quoque de me dixit Luc. XXIII*: *Vere hic homo iustus erat.* Et
*5, 5. 6. Iacobus ait ultimo*: *In die occisionis adduxistis*[d] *et occidistis iustum, et non restitit vobis.*
*v. 31. Unde sapiens in Proverbiis ait XI*: *Si iustus in terra recipit, quanto magis impius et pec-*
*v. 31. *cator?* A me quoque dictum est Luc. XXIII*: *Si in viridi ligno hec faciunt, in arido quid*
*fiet?*[b] Quod autem dicunt Iudei, quod clamavi me derelictum, verum dicunt, quia dereli-
*v. 12. quit me pater, ut ab eis occiderer. Unde Iob dicit XVI*: *Conclusit me Deus apud ini-*
*quum* — scilicet Pylatum — *et manibus impiorum me tradidit,* scilicet Iudeorum. Et
*v. 27. 28. Lucas in Actibus dicit IIII*: *Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum*
*tuum Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pylatus cum gentibus et populis Israel facere*
*que manus tua et consilium tuum decreverunt fieri*[b]. Quod autem non dereliquerit me pater,
*Ps.* 15, 10. testatur propheta, qui in persona mea loquens ait: *Quoniam non derelinques animam meam*
**f.* 229[b]. †*v.* 7. 8. *in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Ysaias quoque ait *LIIII†: *Ad*
*punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indigna-*
*tionis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui,*
*dixit redemptor tuus Dominus*[b]. Fui itaque derelictus a patre ad tempus, quia manibus
impiorum, scilicet Iudeorum, traditus, ut me pro salute mundi occiderent, et non fui
derelictus, quia tertia die me resuscitavit a mortuis. Et ita verbum propheticum verum
*Ps.* 36, 25. manet, quia non *vidit* David *iustum derelictum. Nec* etiam vidit *semen eius querens panem,*
secundum suum intellectum. Duo enim sunt genera paupertatis[e]: unum est volunta-
rium, et hoc est perfectorum, qui suis divitiis venditis et datis pauperibus nichil in hoc
*v. 7. 8. mundo possidere volunt, cognoscentes verum esse quod dicit apostolus I. Timo. VI*:
*Nichil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre*[f] *quid possumus. Habentes*
*ergo alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. Non enim habemus hic manentem civitatem,*
*13, 14. *sed futuram inquirimus,* Hebre. ultimo*. Isti sunt pauperes qui a me commendati fuerunt
*v. 3. Mat. V*: *Beati pauperes spiritu* — id est humiles et voluntarie mendicantes —, *quoniam*
*v. 19. *ipsorum est regnum celorum.* Isti sunt pauperes, de quibus dixit Ys. XXIX*: *Pauperes*
*homines in sancto Israel exultabunt.* Vere isti sunt semen Christi, de quo propheta ait:
*Ps.* 111, 2. *v. 9. *Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.* De istis Ys. ait LXI*: *Omnes*
*Is.* 65, 16. *qui viderint eos cognoscent eos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. In quo qui bene-*
*dictus est super terram, benedicetur in Deo. Amen*' [1]. Porro secundum genus paupertatis
est illorum, qui habent paupertatem necessariam et inevitabilem, qui velint nolint, eos
mendicare oportet ex defectu[g], quem habent, temporalium rerum. Isti sunt pauperes
*v. 11. mundi, de quibus Dominus dixit Mat. 26*: *Semper pauperes habebitis vobiscum, me autem*
**f.* 229[c]. †*v.* 26. *non semper habebitis.* De istorum paupertate locutus *fuit Dominus ad Hely I. Reg. II†:
*Futurum est autem, ut, quicumque remanserit in domo tua, veniat, ut oretur pro eo, et offerat*
*nummum argenteum et tortam panis, dicatque: Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdo-*

a) Guill'i *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *penna mutata.* d) *sic c.;* Addixistis *Vulg.*
e) *haec manus in marg. picta demonstrat.* f) au *in loco raso.* g) defecu *c.*

1) *Neque hoc loco Sal. indicavit orationem Iesu finitam esse, infra tamen l. 39. eum Dominum dicit, iam non loquentem.*

*F.* 229[d]. Quo anno Parma rebellavit imperio, que MºCCºXLVIIº ab imperatore recessit.

---

*talem, ut comedam bucellam panis.* Item hanc paupertatem mundanam et non voluntariam imprecatur David Ioab II. Reg. 3[*]: *Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens* *v. 29. *et leprosus, tenens*[a] *fusum et cadens gladio et indigens pane.* Et sic Iudeorum questio plenarie est soluta, et eius occasione multa bona dicta.

Visio[b] igitur, quam supra posuimus, vera fuit, non habens aliquam falsitatem; sed aliqua verba[1] addidimus ad eamdem materiam pertinentia occasione magistri Guillielmi[c] de Sancto Amore, qui fecit libellum[2], quem papa Alexander 1256. quartus destruxit et reprobavit, quia in eo dicebat, quod omnes religiosi et verbum Dei *Martin. Opp.* predicantes de elemosinis vivendo salvari non possent. Postquam ergo predictam habui visionem, usque ádeo fui confortatus in Christo, ut, cum veniebant ad me a patre meo[d] missi ystriones vel milites qui dicuntur de curia, ut cor meum removerent[e] a Deo, tantum curabam de verbis eorum quantum de quinta rota plaustri[3]. Quadam die[4] venit ad me quidam et dixit michi: 'Salutat vos pater vester, et hoc dicit mater vestra: Una die vult vos videre, altera si moritur, de morte parum curat'. Et credidit se dixisse verbum valde motivum, ut cor meum perverteret. Cui cum ira dixi: 'Discede a me, miser! quia plus te non audiam. *Pater* meus *Ezech.* 16, 3. *Amorreus, mater* mea *Cethéa*'. Et recessit confusus, et ultra non comparuit.

Finitis igitur octo annis in Tuscia[5] veni ad provintiam Bononiensem, in qua 1247. receptus fueram, et factus sum ex ea. Cumque habitarem *in conventu Cremone, *f. 229d. et imperator Fridericus iam ab imperio depositus esset Taurini, ut iret Lugdunum ad capiendum papam cum cardinalibus[6], prout credebatur, et filius eius rex Hencius cum Cremonensibus esset in obsidione Quinçáni[7] Brixiensium castri, civitas mea Parma, id est ex qua natus eram, rebellavit imperio et fuit totaliter[f] cum ecclesia anno Domini MºCCXLVIIº die dominico XVIº intrante mense Iunii[g]. Et tunc veni et *L. temp. c.* 251. *Iun* 16. habitavi in civitate Parmensi, in qua erat Gregorius de Monte-longo legatus[8], qui postea multis annis Aquilegiensem rexit ecclesiam. Et eodem anno, cum esset obsessa civitas mea[h] a Friderico deposito, ivi Lugdunum et in festo omnium sanctorum perveni illuc; et statim papa misit pro me et familiariter locutus est *Nov.* 1. mecum in camera sua. Siquidem a recessu meo de Parma usque ad illum diem nec nuntium viderat nec litteras receperat aliquas. Et multas gratias contulit michi, id est petitiones meas exaudivit, quia curialis homo erat valde et liberalis[9].

a) leprosus tenens *signo distinctionis non interposito c.*: et tenens *Vulg.* b) *penna mutata.* c) Guill'i *c.* d) meo *a Sal. in marg. suppl.* e) remorent. *in marg.* ue *a Sal. suppleto corr.* remouerent *c.* f) total. *in marg. a Sal. suppl.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) mea *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Omnia verba potius, totum scilicet colloquium. Nemo enim credet talia fratrem Sal. somniasse ac memoria tenuisse.* 2) *Qui inscribitur* De periculis novissimorum temporum, *editus inter opera Guilielmi Constantiae* 1632. 4º. *p.* 17—72. *Quem Sal. non legisse videtur, quia ex Martini Oppav. Chronico, SS. XXII, p.* 440, *vel potius ex Libro de temp. c.* 261, *p.* 524, *descripsit quae de eo refert. Vide hac de re infra f.* 335[a—d]. 399[b.c]. 3) *Septies vel saepius Sal. hoc dictum usurpavit.* 4) *Cum Sal. Pisis moraretur a.* 1243—1247 *(ante Iun.).* 5) *Vide supra f.* 225[c], *p.* 44. 6) *Eadem fere infra f.* 288[d]. 7) *Haec verba* (rex — Quinçani) *ex Libro de temp. c.* 251, *p.* 519, *assumpta sunt.* 8) *Qui die Iun.* 25. *Parmam venisse videtur. Cf. infra f.* 291[b]. 9) *Haec eadem et quas gratias papa ipsi contulerit, refert Sal. infra f.* 230[c]. 233[b]. 284[c]. 295[d]. 334[b].

Nunc[a] de parentela mea quod superest prosequamur[1]. Quartus patris mei filius, natus ex concubina Rechelda, magister Iohannes est dictus. Hic fuit pulcher homo et magnus bellator. Hic voluntarie exivit de Parma[2] et parti imperatoris adhesit. Sed penitentia ductus ivit ad Sanctum Iacobum. Cumque inde rediret, voluntarie remansit Tolose. Et factus ibi civis accepit uxorem, ex qua filios et
1. *Mach.* 6, 8. filias genuit. Post hec *decidit in lectum* et mortuus est, cum fratribus confessus et in loco fratrum Minorum de Tholosa[b] sepultus. Hic in tantum curialis fuit et liberalis, ut omnibus Ytalicis libenter subveniret. Ducebat enim eos ad domum
*f. CCXXXa. suam et optime pascebat, *maxime autem pauperes, notos et peregrinos. Qui cum redibant, hec michi referebant. Porro pater meus tres genuit filias, pulchras dominas et nobiliter maritatas[c, 3]. Quarum prima fuit domina Maria. Secunda domina Karacosa. Hec post mortem viri sui[4] intravit monasterium Parmense ordinis sancte Clare, et post plures annos assumpsit aliquas sorores Parmensis monasterii et[d] duxit eas ad civitatem Reginam[5], in qua prius non erant sorores ordinis sancte Clare, et fuit earum priorissa. Postea fecit se absolvi et rediit ad monasterium Parmense, in quo laudabiliter vitam suam finivit. Hec fuit amabilis domina, sapiens, honesta et gratiosa tam Deo quam hominibus. Cuius anima requiescat in pace! Tertia soror mea fuit domina Egidia, ex qua nati sunt filii IIII[or], quos mors de mundo tulit preter primum, qui dictus est Andreas de Puçulesio et fuit magnus legista. Mater patris mei, que fuit avia mea[6], domina Enmengarda est dicta. Hec fuit sapiens domina, et centum annos habebat, quando ultimum diem clausit. Cum ea habitavi XV annis[7] in domo patris mei. Quociens docuit me, ut vitarem malam societatem et bonam assumerem, et quod essem sapiens et morigeratus et bonus, tociens benedicatur ipsa a Deo! Fecit enim hoc frequenter. In sepulchro supra memorato[8] sepulta fuit. Erat enim commune nobis et illis de casali nostro. Porro pater meus proprium habuit monumentum et novum, in quo nondum quisquam positus fuerat, in platea Veteri ante baptisterii ianuam, eo quod primum monumentum totaliter plenum erat. Soror patris mei domina Ghisla fuit; ex qua maritata nate sunt due filie, Grisópola et
*f. 230b. Vilana, optime cantatrices. Pater istarum *domnus[e] Martinus Octolini de Stephanis fuit[f] solatiosus homo, suavis et iocundus, libenter bibens[g] vinum, maximus cantator cum instrumentis musicis, non tamen ioculator. Hic aliquando in Cremona trufavit et decepit magistrum Girardum Patecclum[9], qui fecit librum de Tediis; sed bene fuit dignus, promeruerat enim, ut sibi sic accideret. Mater fratris Guidonis, fratris mei, domina Ghisla de Marsiliis fuit, qui fuerunt antiquitus nobiles homines et potentes in civitate Parmensi, et habitant in inferiori parte

a) *hoc loco magna littera initialis* N *nigra minio ornata.* b) *sic h. l. c.* c) *sequitur* C *minio scriptum.* d) et *a Sal. superscr.* e) do9 *post a Sal. suppl.* f) fuit *a Sal. superscr.* g) bibens *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Iam resumit Sal. filum f.* 223[b], *p.* 38, *abruptum, ut de se ipso referret.* 2) *A.* 1247. *Ian.* 16. *procul dubio.* 3) *Vide infra f.* 233[b]. 236[d], *quibus nupserint.* 4) *Manfredi de Gente (vide f.* 236[d]*).* 5) *A.* 1256. *aut aliquanto tempore ante hunc annum; cf. infra f.* 403[b]; *Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' IV, p.* 22 *sq.* 6) *Uxor igitur Iohannis de Adam; vide supra f.* 223[a], *p.* 37 *sq.* 7) *Potius plus* 16 *annis, ut videtur; vide supra f.* 223[b], *p.* 38, *n.* 3. 8) *Ante ianuam capellae S. Agathae; vide supra f.* 222[d], *p.* 37. 9) *Qui fuit Cremonae notarius; cf. tabulam datam a.* 1253. *Oct.* 13, *Astegiano, 'Codice diplom. Cremonese' I, p.* 288, *nr.* 625. *Etiam tabulae datae Cremonae a.* 1228. *Iul.* 23. *Gerardus Pateclus de Cremona testis adfuit, Iren. Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 356, *nr.* 52.

platee Veteris iuxta palatium episcopi; quorum maximam multitudinem vidi; et induebantur scarulaticis indumentis aliqui eorum, maxime autem iudices. Attinebant autem etiam michi ex parte matris mee, que fuit filia domni Gerardi de Cassio, qui fuit pulcher senex et[a], ut puto, centenarius obiit, sepultus in ecclesia sancti Petri[b]. Et habuit tres filios, scilicet domnum Gerardum, qui fecit librum de dictamine. Fuit enim magnus dictator nobilioris stili; et domnum Bernardum, qui fuit homo illiteratus[c] et simplex et purus; et domnum Hugonem, qui fuit litteratus[c] homo, iudex et assessor, homo magni solatii, et qui semper ibat cum potestatibus, ut esset advocatus eorum. Hic habuit filium, qui in ordine fratrum Minorum fuit sacerdos et predicator et litteratus[c] homo, honestus, morigeratus et bonus religiosus; dictus est frater Iacobus de Cassio. In Sicilia obiit, ut puto, in civitate Messána. Porro mater mea dicta est domina Inmelda, humilis domina et Deo devota, multum ieiunans et libenter pauperibus elemosinas faciens. Nunquam fuit visa irata, nunquam aliquam suam famulam manu sua percussit. Semper volebat tenere in yeme amore Dei aliquam pauperculam mulierem de montánis, ut yema*ret secum, cui victum et vestimenta prebebat, et nichilominus habebat *f. 230c. pedissequas, que faciebant servitia domus[b]. Pro hac papa Innocentius dedit michi litteras[1] apud Lugdunum, ut esset ordinis sancte Clare; dedit et alia vice fratri Guidoni, fratri meo, quando a Parmensibus fuit missus ad papam. Ad monasterium illarum dominarum ordinis sancte Clare iacet sepulta. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! Amen. Ávia mea materna, scilicet mater matris mee, dicta est domina Maria, pulchra domina et carnosa, soror domni Aicardi[d], Hugonis[d], Aimerici, qui fuerunt in Parma iudices, homines[e] divites et potentes. Et iuxta ecclesiam sancti Georgii habitant.

Ut autem ad superiora redeam[2], Bernardus Oliverii et Rolandus Oliverii de Adam, qui fuerunt duo germani fratres, quorum mater fuit domina Vitella, quam centenariam vidi, duas sorores habuerunt, pulchras dominas et sapientes, ut vidi oculis meis; quarum una dicta est domina Iacoba, quam domnus Guido de Pecorariis uxorem habuit, sed filii ex ea nati non sunt. Altera dicta est domina Karacosa, quam domnus Naimerius de Paniçariis uxorem habuit, et genuit ex ea filium Gerardum, qui multos filios et filias habuit. Quorum primus frater Iacobus Ultramarinus, pro eo quod in ultramarinis partibus stetit multis annis. Hic fuit filius consobrini mei et in ordine fratrum Minorum fuit valens homo, sacerdos et predicator et litteratus valde. Optime scivit Arabicum, [id[f] est Saracénicum], et optime Gallicam linguam. In regimine prelationis valens homo fuit, honestus et bonus et sanctus; Mutine obiit, in loco fratrum Minorum sepultus. Alter frater istius Bernardus est dictus. De aliis non curo. Soror istorum prima domina Avança, pulcherrima domina, ex qua nata est filia, que in ordine *sancte Clare *f. 230d. Parmensis monasterii soror Karacosa[g] vocatur, honesta domina et Deo devota. Secunda soror supradictorum fratrum domina Cisa fuit, duabus vicibus maritata, ex qua filie et filii nati sunt. Tertia soror supradictorum fratrum soror Maria est dicta, pulcra domina, sapiens et honesta, que in monasterio Immolensi ordinis sancte Clare ultimum diem clausit. Porro de casali meo in monasterio sancti

a) et *a Sal. superscr.* b) *sequitur* ℭ *atram. nigro scriptum.* c) *sic h. l. c.* d) *nullum punctum positum inter haec nomina propria in c.* e) *sequitur littera* (⁊ = et?) *erasa.* f) .i. (id est) Sar. *in marg. a Sal. suppl.* g) *penna mutata.*

1) *A.* 1249. *Nov. Quae non exstant.* 2) *Ad ea quae f.* 223[a], *p.* 37 *sq. narravit.*

Benedicti inter Padum et Larionem, in quo comitissa Matildis est sepulta[1], et est in episcopatu Mantuano, fuit domnus Villanus, sacerdos et sanctus homo et persona sollemnis. In monasterio vero de Bersello fuit domnus Conradus, filius domni Bernardi, filii domni Leonardi, filii domni Bernardi iudicis, a quo inchoavimus, qui mortuus est in bello[2]. Cuius uxor pulcherrima domina Karacosa, prudentissima et sagacissima valde, que optime rexit domum suam post mortem viri sui. Hec nata fuit de Çapironibus. Porro ego frater Salimbene et frater Guido de Adam domum nostram destruximus in masculis et feminis religionem intrando, ut eam in celis edificare possemus. Quod nobis prestare dignetur qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum! Amen.

Ecce genealogiam parentele mee preter intentionem meam descripsi, et multos dimisi et multas causa brevitatis tam antiquos quam modernos, quos non descripsi. Ex quo autem inchoaveram eam, visum fuit michi eam congruum esse perficere propter quinque[a]. Primo, quia soror Agnes, neptis mea[3], que est in monasterio Parmensi ordinis sancte Clare, in quo se amore Christi reclusit, dum adhuc parvula esset, rogavit me, ut eam describerem occasione avie sue paterne[4], cuius notitiam habere non poterat, quatinus ex hac genealogia docta cognoscat tam ex
*f. CCXXXIa. parte patris quam ex parte matris, *ex quibus parentibus genita sit. Et iam habet ex genealogia descripta, quod ex parte patris processit ex parentela illorum qui dicti sunt de Adam, qui antiquitus Grenones dicebantur[5]. Ex parte vero matris[6] ex Barrattis[b] processit, qui in duo casalia dividuntur. Nam sunt Baratti[b] qui dicuntur Nigri, et isti partem imperialem tenuerunt. Et sunt Baratti qui Rubei appellantur, et isti partem ecclesie semper tenuerunt, ex quibus soror Agnes processit, ut superius demonstravi[7]. Omnes isti Baratti, tam Nigri quam Rubei, ex uno cippo sive ex una radice progéniti sunt ex duabus dominabus, quarum una dicta est Baratina, alia Ghibertina, de quibus abundantius supra posuimus[8]. Porro[c] secunda ratio genealogíe descripte fuit, ut cognoscat soror Agnes, pro quibus debeat Deum rogare[d], quia apostolus in prima epistola ad Timotheum dicit V. capi-
*v. 8. tulo*: *Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit*
*v. 16. *et est infideli deterior.* Et apostolus Iacobus dicit V*: *Orate pro invicem, ut salvemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Tertia ratio fuit antiquorum
*v. 64. consuetudo, qui genealogias suas describebant. Unde dicitur in libro Neemie[e] VII.* de quibusdam, quod *eiecti sunt de sacerdotio,* eo quod scripturam genealogíe sue invenire non possent. Quarta ratio fuit, quia occasione istius genealogie, quam descripsi, aliqua bona et utilia dixi, que non dixissem. Quinta et ultima ratio

a) rationes *add. ed. Parm., quod non exstat in c.* b) *sic h. l. c.* c) ℂ Porro ℂ Secunda *c.* d) *manus ad hunc locum in marg. picta.* e) neem *in loco raso.*

1) *Ut dicit Sicardus, SS. XXXI, p.* 162, *et Alb. Milioli, Lib. de temp. c.* 165, *ib. p.* 444. 2) *Apud castrum S. Cesarii commisso a.* 1229. *Sept.* 5; *cf. supra f.* 222[c.d], *p.* 37. 3) *Filia Guidonis de Adam, fratris auctoris; vide supra f.* 223[a], *p.* 38. 4) *Ghislae de Marsiliis prioris uxoris Guidonis de Adam, patris auctoris; cf. supra f.* 230[b], *p.* 54. 5) *Cf. supra f.* 222[d]. 223[a], *p.* 37. 6) *Adelaxiae; vidi supra f.* 223[a], *p.* 38. 7) *Supra f.* 223[a]. *neutiquam demonstravit eam ex Barattis Rubeis ortam esse, sed solum eius matrem filiam fuisse Gerardi de Barattis.* 8) *In ea parte libri quae periit, ubi descripserat ea, quae Alb. Milioli, Lib. de temp. c.* 156, *p.* 431, *male e versibus Donizonis effecerat:* Primus frater, scilicet Sigifredus, habuit in uxorem Baratinam, et minimus, scilicet Gerardus, habuit in uxorem Gibertinam, *falsissima igitur. Cf. supra p.* 38, *n.* 2.

fuit, ut ostendatur verbum apostoli Iacobi verum esse. Dicit[a] enim Iacobi IIII*: *v. 15.
*Que est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.*
Quod demonstrari potest in multis, quos diebus nostris mors de medio tulit. Nam
infra spatium LX[ta] *annorum omnes, quos in genealogia parentele mee posui, vidi *f. 231[b].
preter eorum paucos[b]. Non enim vidi Adam de Grenonibus, qui fuit pater avi
mei paterni, nec vidi duos filios eius, scilicet Oliverium[c] et Iohannem de Adam,
qui avus meus fuit, nec Adaminum filium eius, qui fuit frater patris mei et vir
militaris, sicut et Enblavatus[1] et Rolandus Oliverii[2]; nec vidi monachum[3] Sancti
Benedicti. Omnes alios, quos nominavi, et alias vidi, et recesserunt a nobis et in
mundo non sunt[a. 4]. Et impleri videmus[a] cotidie verbum illius sapientissime mulieris,
que locuta est cum David, quando patrem cum filio pacificare volebat, in figura mulieris
illius, scilicet beate virginis, que mulier sapientissima fuit, que dedit illum, per quem
*reconciliati sumus Deo per mortem filii eius,* ut dicit apostolus ad Ro. V*. Ait enim mulier *v. 10.
illa loquens ad David II. Reg. XIIII*: *Omnes morimur et quasi aque dilabimur in terram,* *v. 11.
*que non revertentur, nec vult Deus perire animam*[a]. Ideo faciendum est quod Ecclesiasticus
docet XIIII*: *Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos invenire* *v. 17—19.
*cibum. Omnis caro sicut fenum veterascet et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia
generantur, et alia deiciuntur: sic generatio carnis et sanguinis omnino*[d] *finitur, et alia nascitur.*
Item Eccle. I*: *Generatio preterit et generatio advenit, terra vero in eternum stat.* Item *v. 4.
Iob XIIII*: *Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos* *v. 5.
*eius, qui preteriri non poterunt.* Item Iob XVI*: *Ecce enim breves anni transeunt, et semitam,* *v. 23.
*per quam non revertar, ambulo.* Item Iob XIII*[e]: *Homo natus de muliere brevi vivens tem-* *14, 1. 2.
*pore, repletus*[f] *multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra et
nunquam in eodem statu permanet.* Item primo Paralipo. ultimo* dixit David, cum presente *29, 15.
Deo loqueretur: *Dies nostri quasi *umbra super terram, et nulla est mora.* Quocirca facien- *f. 231[c].
dum est quod docet scriptura. Ait enim apostolus ad Gala. VI*: *Ergo, dum tempus habe-* *v. 10.
*mus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Hinc dicitur primo
Macha. XII*, quod, quando *Ionathas vidit, quod tempus eum iuvat,* fecit facta sua. Et *v. 1.
hoc quidem sapienter, quia, sicut dicitur Apoc. X*, *angelus, quem vidit* Iohannes *stare* *v. 5. 6.
*supra*[g] *mare et supra*[g] *terram, levavit manum suam ad celum et iuravit per viventem in secula
seculorum, qui creavit celum et ea que in illo sunt et terram et que in ea sunt et mare et que
in eo sunt: quia tempus amplius non erit.* Ergo faciendum est quod docet sapiens Eccle. IX*: *v. 10.
*Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare; quia*[h] *nec opus nec ratio nec scientia
nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Sed quidam multum stultizant dicentes,
quod tempus iuventutis volunt habere sibi, ut illud in vanitatibus suis expendant, tempus
autem senectutis volunt dare Deo, cum dicat scriptura Iob XXXII*: *Nescio, quamdiu sub-* *v. 22.
*sistam, et si post modicum tollat me factor meus.* Dicit enim Ecclesiastes IX*: *Nemo est* *v. 4.
*qui semper vivat et qui huius rei habeat fidutiam.* Ideo utile consilium dat Ecclesiastes XII.* *v. 1.
dicens: *Memento creatoris tui in diebus iuventutis tue, antequam veniat tempus afflictionis, et
apropinquent*[i] *anni, de quibus dicas: Non michi placent.* Quare in diebus iuventutis tue?
Quia *bonum est viro, cum portaverit iugum ab adolescentia sua,* Iere. in Trenis III.* Item *v. 27.
quia *que in iuventute tua non congregasti, quomodo invenies in senectute tua?* [Eccli.[k] XXV*]. *v. 5.

a) *manus ad hunc locum in marg. picta.* b) *sequitur* ⊂ *minio scriptum.* c) oliueueriū *c.*
d) alia *Vulg.* e) *sic c. pro* XIIII. f) repletur *Vulg.* g) super *Vulg.* h) quia *post* a *Sal. suppl.*
i) *sic c.* k) ecc̓ XXV. *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Filius Bernardi Oliverii de Adam; vide supra f.* 223[a], *p.* 37. 2) *Scil.* viri militares fuerunt *supple.* 3) *Villanum; supra f.* 230[d], *p.* 56. 4) *Cf. Ioh.* 17, 11: et iam non sum in mundo.

*F.* CCXXXII[a]. [Quod[a] quandoque tota casalia destruuntur].

---

*r. 6. Ideo docet Ecclesiastes XI*: *Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia*
*nescis, quod magis oriatur, hoc aut illud; et si utrumque simul, melius erit.* Item aliqui
*f. 231d. sunt, qui totum tempus vite sue, tam senectutis *quam iuventutis, expendunt in vani-
*r. 74. 75. tatibus suis. Que est magna stultitia, cum Zacharias dicat Luc. I*: *Serviamus illi,* sci-
licet Deo, *in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Unde sapiens docet
*r. 11. Prover. XII*: *Qui operatur terram suam, saciabitur panibus; qui autem sectatur ocium, stul-*
*r. 4. *tissimus est.* Item Prover. XX*: *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo estate, et*
*non dabitur ei.* Tempus frigoris appellat sapiens tempus presentis vite, tempus estatis
tempus iocunditatis eterne.

Quantum autem ad materiam supradictam, notandum est, quod aliquando tota una
domus propter peccatum deleta est de casali suo, ut patet in Achor sive Achan, qui
fuit de tribu Iuda, qui propter peccatum furti lapidatus fuit cum tota familia sua, ut
*r. 34. habetur Iosue VII. Unde sapiens in Prover. XIIII*: *Miseros facit populos peccatum.* Ideo
*r. 28. dicit apostolus ad Ephe. IIII*: *Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret ope-*
*rando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* Item[b]:
Aliquando totum unum casale propter peccatum deletum fuit de progenie sua, ut patet
in Chaym[c], qui Abel fratrem suum interfecit, cuius generatio tota periit in diluvio[1].
*r. 11. Ideo dicit Iudas cano[nica] II*[2]: *Veh illis qui*[d] *via Caym*[c] *abierunt.* Patet etiam hoc ipsum
in tribus regibus Israel, quibus comminatus est Dominus, quod deleret omnem domum
3. Reg. 14, 10. 16, 11. eorum propter peccatum ydolatrie usque ad *mingentem ad parietem.* Quorum[e] primus
fuit Ieroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel. De quo habetur III. Reg. XIIII.
*r. 29. et XV. Et de quo Ecclesiasticus dicit XLVII.*[e] Secundus fuit Baasa, qui similia ope-
ratus est et similia passus. De quo habetur III. Reg. XVI.[e] Tertius fuit Ahab, cuius
Iezabel fuit uxor. De quo habetur III. Reg. XXI. In isto impleta est scriptura
*r. 3. †f. CCXXXIIa. Eccli. XIX*, qui dicit: †*Extolletur in exemplum maius, et tolletur de numero anima eius:*
quia ad Baasan solummodo dictum fuit: *Faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filii*
*r. 3. *Nabath,* III. Reg. XVI.* Ad istum autem dictum fuit: *Dabo domum tuam sicut domum*
*r. 22. *Iheroboam*[c] *filii Nabath et sicut domum Baasa filii Ahia,* III. Reg. XXI.* Peccatum
ydolatrie fuit peccatum istorum trium regum. Ideo dicit beatus Iohannes prima cano-
*5, 21. nica ultimo*: *Filíoli, custodite vos a simúlacris.* Ieremias etiam in epistola sua sic ait:
Baruch 6, 64. *r. 11. *Scientes itaque, quia non sunt dii, ne timueritis eos.* Item Iere. X*: *Sic ergo dicetis eis: Dii,*
*qui celos et terram non fecerunt, pereant de terra et de his que sub celis sunt.* Item Iere. in
Baruch 6, 72. fine epistole sue: *Melior est homo iustus, qui non habet simúlacra, nam erit longe ab obpro-*
*r. 95. 96. *briis.* Quod patet in tribus sociis Danielis, de quibus habetur Dan. III*: *Et*[f] *erumpens*
*Nabuchodonosor*[g] *ait: 'Benedictus Deus eorum, Sydrach videlicet, Misach et Abdenagó, qui misit*
*angelum suum et eruit servos suos, quia crediderunt in eum et verbum regis inmutaverunt et*
*tradiderunt corpora sua, ne servirent et ne adorarent omnem deum excepto Deo suo. A me*
*ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus et lingua, quecumque locuta fuerit blas-*
*phémiam contra Deum Sydrach, Misach et Abdenagó, dispereat, et domus eius vastetur. Neque*
*enim est deus alius, qui ita possit salvare'.* Audi, quomodo est verum verbum[h] sancti

a) *haec inscriptio manu saec. XIV. post suppleta est.* b) ℭ Item ℭ Aliquando *c.* c) *sic h. l. c.* d) quia in *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *penna mutata.* g) nabuch *c.* h) verbum *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Ut ait Petrus Comestor, Hist. scolast., Gen. c.* 30. 2) *Iudae epistola unum caput habet.*

Basilii[1], scilicet quod *inimicorum testimonia dignissima fide sunt.* Aliquando[a] non totum
casale destruitur, sed remanet aliquis ad cumulum maioris tristitie, ut patet in Hely,
cui comminatus est Dominus I. Reg. II*, quod *pars magna domus* eius moreretur, *cum* *v. 33.
*ad virilem etatem venerit.* Quod impletum fuit, quando Saul fecit interfici sacerdotes
Domini in Nobé a Doech *Ydduméo. Qui fuerunt LXXXV viri vestiti ephoth lineo. De *f. 232b.
quibus habetur I. Reg. XXII.* Quod autem dixit Dominus loquens de Hely I. Reg. III†: *v. 18. †v. 12.
*Incipiam et complebo*, verum dixit. Incepit enim, quando duo filii Hely uno die mortui
sunt in bello, ut habetur I. Reg. 4*. Sed complevit, quando Salomon amovit Abyathar *v. 11.
a sacerdocio et posuit Sadoch pro eo[2], ut habetur III. Reg. II.* Hoc autem accidit Hely *v. 27.
sacerdoti magno, *eó quod noverat indigne agere filios suos et non corripuit eos,* ut habetur
I. Reg. III.* Amat igitur Deus iustitiam, amat correctionem, quia *iustus Dominus,* *v. 13. Ps. 10, 8.
*iustitiam dilexit.* Hinc est, quod, quia principes Israel populum sibi commissum non cor-
rexerunt, *iratus Dominus ait ad Moysen: 'Tolle cunctos principes populi et suspende eos contra*
*solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel',* Numeri XXV.* Item[b]: Aliquando *v. 3. 4.
removetur potior de casali propter offensam et culpam, quam in Deum commisit. Ut
patet in Iechonia, de quo ait Dominus Iere. XXII*: *Vivo ego, dicit Dominus, quia, si* *v. 24.
*fuerit Iechonias filius Ioachym regis Iuda anulus in manu dextera mea, inde evellam eum.* Et
infra in fine capituli*: *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini! Hec dicit Dominus:* *v. 29. 30.
*Scribe virum*[a] *istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de*
*semine eius vir, qui sedeat super solium David et potestatem habeat ultra in Iudá.* Hinc Hely
ait I. Reg. II*: *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus. Si autem in Deum pecca-* *v. 25.
*verit vir, quis orabit pro eo?*

Aperiamus, cur ista premisimus. Vidi diebus meis multa casalia destructa
in diversis partibus mundi. Et ne longe petatur exemplum, in civitate Parmensi
casale illorum de Cassio, ex quibus mater mea[3] processit, quantum ad masculos
totaliter est deletum. *Casale illorum de Pagánis, quos vidi nobiles homines, *f. 232c.
divites et potentes, totaliter est destructum[c]. Similiter casale illorum de Sté-
phanis, quos in magna multitudine vidi divites homines et potentes, totaliter
avolavit. Quorum[a] exemplo tria nobis consideranda occurrunt. Primum, quod
scriptura impletur que dicit Iob XXXIIII*: *Conteret multos et innumerabiles et stare* *v. 24.
*faciet alios pro eis.* Item Baruch III*: *Exterminati sunt et ad inferos descenderunt,* *v. 19.
*et alii loco eorum surrexerunt.* Item Iob XII*: *Multiplicat gentes et perdit eas, et* *v. 23.
*subversas in integrum restituit.* Quod accidit beato Iob, qui habuit multiplicatos
VII filios et tres filias, sed perdidit eos diabolo procurante et Deo permittente,
ut habetur Iob I.* Sed subversas istas gentes in integrum restituit, quando fue- *v. 19.
runt ei VII filii et filie tres, ut habetur Iob ultimo*. Secundum quod nobis *42, 13.
considerandum occurrit est, quia potius nos ibimus ad defunctos, quam ipsi rever-
tantur ad nos, sicut dixit David II. Reg. XII*, cum de mortuo filio loqueretur: *v. 23.
*Ego vadam magis ad eum, ille vero non revertetur ad me.* Item Iob VII*: *Sicut con-* *v. 9. 10.
*sumitur nubes et pertransit, sic qui descenderit ad inferos: non ascendet nec revertetur*
*ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius.* Ideo dicit Iere. XXII*: *v. 10.
*Plangite eum qui egreditur, quia non revertetur ultra nec videbit terram nativitatis sue.*
Ideo dicit Iob XIIII*: *Homo, cum dormierit, non resurget. Donec atteratur celum,* *v. 12.
*non evigilabit neque consurget de somno suo.* Tertium quod nobis considerandum

a) *penna mutata.* b) ℂ Item ℂ Aliquando *c.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.*

1) *Nescio, ubi hoc dictum legatur.* 2) *Cf. Petri Comest. Hist. scolast., Regum I,* 4.
3) *Inmelda; cf. supra f.* 230[b.c], *p.* 55.

occurrit est, ut, dum tempus habemus, circa salutem nostram solliciti simus, ne *v. 20. nobis contingat dicere quod dicturi[b] sunt illi, de quibus habetur Iere. VIII*: *Transiit messis, finita est estas, et nos salvati non sumus.* De qua materia supra suffi- *f. 232d. cienter posuimus. *Nunc ad ordinem et cursum hystorie et narrationis nostre redeamus et ubi dimisimus inchoemus. Diximus enim supra[1], quod

1229. *Aug.* *L. temp. c.* 231. *(Sept. 5).* Anno dominice incarnationis M°CCXXIX° Bononienses obsederunt in mense Augusti castrum Sancti Cesarii et ipsum ceperunt videntibus Mutinensibus, Parmensibus et Cremonensibus[2], qui ibi erant cum exercitibus suis. Et fuit maximum prelium quadam nocte inter eos et Bononienses, et manganelle fuerunt Bononiensibus violenter ablate; quarum magnam multitudinem, cum adhuc essem puerulus, vidi in platea Veteri civitatis Parme iuxta baptisterium et episcopium et maioris ecclesie frontispicium[3]. Et pugnatum est acriter in illo bello, et fuit mortalitas maxima hominum, peditum et militum ex utraque *Iudic.* 20, 34. parte[4]. Et ingravatum est bellum contra Bononienses. Et Bononienses affecti labore et tedio hostibus terga dederunt et fugerunt, carrocium suum et omnia que habebant dimittentes in campo[c.5]. Et Mutinenses voluerunt carrocium Bononiensium tollere et secum in Mutinam ducere, sed Parmenses non permiserunt[6] dicentes, quod non erat bonum facere inimicis suis quicquid mali poterant, et quod istud esset opprobrium indelebile et ad multa mala provocativum[c]. Et crediderunt Parmensibus Mutinenses tamquam amicis et coadiutoribus suis et dimiserunt illud in Plumatio[d.7] [Bononiensium[e] castro], et reversi sunt omnes ad civitates suas. [Sciendum[f] autem, quod cum Bononiensibus in isto exercitu et conflictu, quem cum Mutinensibus et Parmensibus et Cremonensibus habuerunt, fuerunt Mediolanenses, Placentini et Brixienses et tota Romagnola]. Sane in isto exercitu domnus Pagánus Alberti Egydii de Pagánis de Parma, [qui[g] erat potestas Mutine[8]], fecit Henricum[h] filium suum militem et dixit ei: 'Vade, agredere[i] hostes et pugna viriliter!' Fecit quod dixit, et statim fuit lancea perforatus. Et egrediebatur *f. CCXXXIIIa. sanguis de corpore suo sicut mustum de dolio re*mota clausura, et post paululum expiravit. Audivit pater suus et dixit: 'Non curo, ex quo filius meus factus est miles, et ex quo viriliter pugnando occubuit'. Audivi hec omnia ab eo qui vidit. 1228. In prelio etiam supradicto [scilicet[f] Sancte Marie in Strata[9]] mortuus

a) *haec inscriptio f.* 233[a]. *alia coaeva manu suppleta est (non a Sal.).* b) dicuri *corr.* dicturi *c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) plumatio *in loco raso.* e) Bonon. castro *in marg. infer. a Sal. suppl.* f) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* g) *uncis inclusa partim in loco raso, partim in marg. a Sal. suppleta.* h) henricum *in loco raso.* i) *sic c.*

1) *F.* 222[c], *p.* 36. 2) *Tolosanus c.* 191, *ed. Borsieri p.* 725, *etiam dicit:* habuere triumphum videntibus Mutinensibus, Parmensibus, Cremonensibus, qui apud castrum Spilamberti venerant. 3) *Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668. 4) ex parte Bononiensium *Liber de temp. p.* 508. 5) *Liber de temp.:* dando terga inimicis omnia, quecumque habebant, dimiserunt. 6) *Eadem fere verba Ann. Parm. mai. l. l.:* et quod Mutinenses ducere voluerunt Mutinam, sed Parmenses noluerunt, ymmo prohibuerunt. 7) *Ita, ut Sal. post correxit (*Bononiam *antea fortasse scripserat), habet Ioh. Codagnellus, Ann. Placent. p.* 98. 8) *Hic a.* 1228, *non* 1229, *potestas Mutinensis fuit; 'Cronache Modenesi' p.* 35. *Et cum mox de proelio apud S. Mariam in Strata a.* 1228. *Oct.* 23. *commisso dicatur, nescio an in hac pugna Henricus de Paganis occisus sit.* 9) *Supra de proelio apud S. Cesarium a.* 1229. *Sept.* 5. *commisso relatum est; sed vide n.* 8. *Cf. supra p.* 35. 37.

fuit domnus Çangarus de Sancto Vitale de Parma, qui fuit famosus et nominatus 1228.
miles et fortis bellator. Mortuus est etiam in Cesariensi[a] prelio domnus Gua- 1229. (Sept. 5).
rinus[1] de eodem casali, qui fuit similis Çángaro, miles fortis et doctus ad bellum[b].
Hic fuit cognatus pape domni Innocentii quarti. Habuit enim sororem[2] pape
uxorem, ex qua genuit sex filios et filiam unam, quos omnes vidi, et fuerunt pul-
chri homines, fortes, carnosi et pingues. Quorum[b] primus dictus est domnus
Hugo de Sancto Vitale[b]. Secundus domnus Albertus canonicus maioris ecclesie
multis annis, postea dictus est electus Parmensis multis annis[3]. Nunquam per-
venit ad sacerdotium, quia noluit, sed diaconus mortuus est, nec fuit in episcopum
consecratus[b]. In ala maioris ecclesie, ubi carrotium stare consueverat, post cho-
rum canonicorum, ex parte loci fratrum Minorum sepultus est[b]. Et domnus Opiço
de Lavánia, qui fuit Parmensis episcopus[4] et barbanus Innocentii pape quarti,
inferius est sepultus. Porro iste domnus Albertus electus Parmensis pulcher homo
fuit et parum litteratus, sed honesta persona. Notus meus fuit et familiaris, et
dixit michi, quod pater meus sperabat procurare egressum meum de ordine fra-
trum Minorum cum Innocentio papa, sed morte preventus[5] non potuit. Cognoscebat
enim papa Innocentius patrem meum, quia canonicus fuerat Parmensis ecclesie, et
homo erat magne memorie, et pater meus prope maiorem ecclesiam habitabat.
Insuper filiam suam dominam [Mariam[c]] maritaverat in domno Açone, consanguineo
germano domni Guarini[6], cognati pape, et ideo sperabat cum *nepotibus pape et *f. 233b.
cum familiaritate, quam cum eo habebat, quod papa me redderet patri meo, pre-
sertim cum alium filium non haberet. Quod papa non fecisset, ut puto. Forte
ad solatium patris mei michi episcopatum dedisset vel aliquam dignitatem. Nam
liberalis homo fuit valde, ut patet in regula fratrum Minorum, quam declaravit[7],
et in aliis multis. Fratres Minores semper tenebat secum in magna quantitate,
quibus etiam pulcrum[d] locum fecit et pulchram[d] ecclesiam, in qua apud Lava-
niam, que terra sua fuit, XXV fratres Minores semper tenere volebat, quibus pro-
videre volebat tam in libris quam in aliis necessariis. Sed fratres Minores nolue-
runt suscipere. Et sic papa aliis religiosis dedit. Hic apud Lugdunum in
camera sua michi officium predicationis dedit et me ab omnibus peccatis meis ab- 1247. Nov. 1.
solvit et plures alias gratias contulit anno dominice incarnationis M°CCXLVII°[8].
Hic abstulit episcopatum Parmensem fratri Bernardo de Vicio[9] — qui fuit de 1243.
Scotis[10] et fecit ordinem fratrum de Martorano[11]; quem episcopatum habebat a

a) cesa *in loco raso,* riensi *in marg. suppl. Antea Sal. certe* hoc *vel* illo *vel* predicto *scripserat, quod mutavit, postquam praecedentia verba* sc. S. Marie in Strata *inseruit.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) Mariam *in marg. a Sal. suppl.* d) *sic h. l. c.*

1) *Affò, 'Storia della città di Parma' III, p. 87, n.* c, *hunc Guarinum fratrem praedicti Zangari fuisse censuit, quia in tabula ab eo edita ib. p. 329 sq., nr. 33, Guarinus et Zangarius filii Anselmi de Sancto Vitale et Imildae dicuntur, et sane non dubium est, quin hic Guarinus filius Anselmi fuerit, sed mirum, quod Sal. eum non fratrem Zangari dixerit, si vere fuit.* 2) *Margaretam de Flisco de Lavania, filiam Hugonis comitis. Cf. infra f.* 283[c]. 3) *A.* 1243—1257. 4) *A.* 1194—1224. 5) *Guido de Adam a.* 1247. *procul dubio iam mortuus erat.* 6) *De Sancto Vitale.* 7) *Litteris datis a.* 1245. *Nov.* 14, *Potthast nr.* 11962. 8) *Cf. supra f.* 229[d], *p.* 53; *eadem fere vide infra f.* 284[c]. 295[d]. 9) *Cf. Innocentii IV. epistolas datas a.* 1243. *Iul.* 7. *Nov.* 30. *Dec.* 1, *Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 375 *sqq., nr.* 67. 69. 70 *(et ibid. nr.* 68*); Potthast nr.* 11080. 11185. 11186. 10) *Gente Parmensi.* 11) *Canonicorum regularium S. Augustini, qui locum suum habebant in capite pontis Parmae prope ecclesiam S. Mariae Novae.*

*F.* 233[d]. De domina Cecilia abbatissa monasterii Clavarensis ordinis sancte Clare, que malo fine obiit a Deo percussa.

---

1243. Gregorio de Monte-longo Lombardie legato[1] — et dedit isti Alberto nepoti suo.
Multum enim dilexit propinquos suos papa Innocentius quartus[a]. Et habuit tres
sorores maritatas in Parma[2], ex quibus multi sunt nati nepotes, quos optime pre-
*Mich.* 3, 10. bendavit, et iuxta propheticum dictum *Syon in sanguinibus edificavit.* Porro
tertius filius domni Guarini Anselmus fuit, pulcher homo, sed quantum ad arma
valde ineptus, utpote qui in Romana curia cum cardinalibus erat nutritus, a
quibus sacerdotum ocia et mores didicerat. Quartus fuit Guilielmus, qui erat,
ut puto, XX annorum, quando obiit. Iuvenis multum conscientiatus[b], volebat
enim saltem semel in ebdomada confiteri. Quintus fuit domnus Opiço, qui
**f.* 233[c]. modo est Par*mensis episcopus[3], sed olim multis annis fuit Tripolitanus[4]. Hic fuit
homo quasi militaris. Et sic potest describi, sicut supra[5] descripsimus domnum
Nicholaum Reginum episcopum. Fuit enim cum clericis clericus, cum religiosis
religiosus, cum laycis[c] laicus[c], cum militibus miles, cum baronibus baro, magnus
baratator, magnus dispensator, largus, liberalis et[d] curialis. Multas terras et pos-
sessiones episcopatus baratavit in principio et quibusdam trufatoribus dedit; qua-
propter accusatus fuit Urbano pape[6] a Ghiberto de Gente, quod baratator et
dissipator et alienator erat episcopalium rerum; sed procedente tempore recupe-
ravit terras, quas dederat, et multa bona fecit in episcopio. Hic fuit litteratus
homo, maxime in iure canonico et in ecclesiastico offitio valde expertus; et de
ludo scaccorum noverat, et clericos seculares multum tenebat sub baculo. Et
plebes[7] et ecclesias dabat illis qui bene sibi facerent. Religiosos dilexit et spe-
cialiter fratres Minores[a]. Unam magnam rusticitatem fecit, quia, cum haberet
1258. Tripolitánum episcopatum, dimisit illum et cum adiutorio domni Octoboni cardi-
nalis, qui postea[8] Adrianus papa est dictus, abstulit episcopatum Parmensem
magistro Iohanni de Domina-Rifidha, qui erat archipresbiter maioris ecclesie et
in utroque iure peritus, tam ecclesiastico quam civili, et multis annis docuerat in
utroque, et erat honesta persona et bona, et bene cantabat et bene predicabat,
insuper et magister suus fuerat in iure canonico; et canonice et bene electus
1257. fuerat a canonicis aliis in Parmensem episcopum post mortem domni Alberti[9],
*Gal.* 5, 9. fratris ipsius[10]. Et si *modicum fermenti totam massam corrumpit,* quanto magis mul-
**f.* 233[d]. †*r.* 9. tum? Nam, ut dicit Ecclesiasticus *VI†: *Est amicus qui convertitur ad inimiciciam,
et est amicus qui odium et rixam et convitia denudabit:* qualis est, de quo dicit Eccle-

a) *sequitur* ℭ *minio pictum.* b) ꝯsc̄iatus *c.* c) *sic h. l. c.* d) et *a Sal. superscr.*

1) *In epistola data Dec.* 1 *(nr.* 70*), supra p.* 61, *n.* 9. *dicta, Innocentius papa scripsit:* ex eo presertim, quod dilectus filius G[regorius] de Montelongo, subdiaconus et notarius noster, apostolice sedis legatus, infra tempus indultum ad eligendum cathedralium ecclesiarum capitulis de facto, cum de iure non posset, contra formam canonum de predicto B[ernardo] ecclesie prefate providit. 2) *Cf. infra f.* 430[a]. 3) *A.* 1258—1295. 4) *C. a.* 1249—1258. 5) *F.* 218[c. d], *p.* 28, *ubi eadem verba* Erat enim — baro. 6) *IV. a.* 1261—1264. 7) *Ecclesias parochiales, Ital.* pieve. 8) *A.* 1276. 9) *Albertus obiit a.* 1257. *Maii* 16. 10) *Opizonis scilicet, sed* electus fuerat *dictum est de Iohanne de Domina-Rifidha; vide infra f.* 236[c], *ubi eadem fere verba. Infra f.* 397[d]. *Sal. dicit Gibertum de Gente studuisse, ut fratrem suum Guilielmum abbatem de Leno in episcopum Parmensem promoveret, quod non nisi tunc (a.* 1257/8*) factum esse potest.*

*F.* CCXXXIIII[a]. De sorore antiqua monasterii Ianuensis ordinis sancte Clare, cui Deus locutus est et revelavit futura, scilicet mortem abbatisse.

---

siasticus XI*: *Bona enim in mala convertens insidiatur et in electis imponit maculam.* *v. 33. Item sapiens in Proverbiis dicit XVII*[a]: *Occasiones querit qui vult recedere ab* *18, 1. *amico, omni tempore erit exprobrabilis.* Sed II. Reg. XVI.* dixit Absalon Chusi Ara- *v. 17. chite, amico David: *Hec est, inquit, gratia ad amicum tuum?* Hinc Ecclesiasticus ait XXIX*: *Possidebit illum inimicum gratis, et convitia et maledicta reddet illi, et* *v. 8. 9. *pro honore et benefitio reddet illi contumeliam.* Porro[b] sextus filius et ultimus domni Guarini, supradicti cognati pape Innocentii quarti, fuit domnus Tedhisius, grossus et pinguis et fortis. Soror vero istorum domina Cecilia fuit, que multis annis stetit in monasterio Parmensi ordinis sancte Clare, postea inde assumpta posita fuit abbatissa in monasterio Clavarensi, quod suis expensis domnus Guilielmus cardinalis[1], nepos pape Innocentii, fecit edificari prope Lavaniam terram suam, et est ditissimum monasterium, in quo et fratres Minores et sorores inhabitant. Hec abbatissa domina Cecilia malo fine periit, a Deo percussa propter rusticitatem et avaritiam suam, hoc modo: Frater Bonifatius ex ordine Minorum, visitator provincie Lombardie monasteriorum ordinis sancte Clare, habebat aliquas dominas per monasteria collocare, eó quod apud Taurinum civitatem Lombardie propter[c] guerrarum abundantiam minime stare possent. Cumque omnes alias preter[d] duas per diversa monasteria collocasset, cum illis duabus Ianuam venit et unam posuit in monasterio Ianuensi, consentientibus dominabus et abbatissa, aliam in monasterio Clavarensi, *sola abbatissa dissentiente. Et ecce subito, dum visitator come- *f. CCXXXIIII[a]. deret in domo fratrum qui ibi habitant, abbatissa irato animo et rugosa fronte contra novam hospitam insurrexit, dicens et precipiens sororibus, quod eam expellerent, quia nullo modo volebat, quod in suo monasterio moraretur. Cum autem sorores pro nova hospita apud abbatissam preces et lacrimas effudissent, respondit eis abbatissa: 'Há vilissime mulieres! Creditis, quod nesciam, quare hoc facio? Pro bono vestro sic facio et pro bono monasterii nostri'. Et apprehensa manu eius éxpulit eam, implens poéticum illud[2]:

*Turpius eicitur quam non admittitur hospes.* Versus.

Venit igitur soror expulsa et stetit coram visitatore, qui in domo fratrum qui ibi habitant comedebat, et cum multis lacrimis retulit ei que sibi dixerat et fecerat abbatissa. Audiens hec visitator surrexit a mensa turbatus et veniens excommunicavit abbatissam, eó quod in sua duricia perseverans sorori sue necessitatem habenti viscera pietatis claudebat[3]. Et assumens tribulatam sororem consolatus est eam. Reducensque eam secum rogavit abbatissam et sorores monasterii Ianuensis, ut amore Dei et sui et istam reciperent, revelata eis prius abbatisse Clavarensis malitia et duritia, avaritia et stultitia. Audientes itaque talia sorores monasterii Ianuensis, commota sunt viscera[4] earum ad compatiendum sorori sue, et sic receperunt eam gratanter. Erat autem in illo monasterio soror una antiqua et Deo devota et magni meriti apud Deum, cui multum displicuit quod fecerat abbatissa, que sororem expulerat tribulatam *et etiam iam locatam. Cum ergo esset sero *f. 231[b].

a) *sic c. pro* XVIII. b) *penna mutata.* c) pp *h. l. c.* d) *sequitur littera erasa c.*

1) *De Flisco vel de Lavania, card. diaconus S. Eustachii.* 2) *Ovid. Trist. V,* 6, 13. 3) *Cf. infra p.* 64, *l.* 20. 4) *Cf.* 3. *Reg.* 3, 26: Commota sunt quippe viscera eius super filio eius; *Gen.* 43, 30: commota fuerunt viscera eius super fratre suo.

*F.* 234[d]. Quod V genera hominum sunt, quorum dominium turpe est et crudele[1].

---

die illo, et alie sorores in lectisterniis se locassent, ista coram altari se prostravit
et cum multis lacrimis totam se contulit ad rogandum Deum, et tamquam Deo
presente sic cepit orare et cum Deo etiam disputare: '*Iustus quidem tu es, Domine:*
*v. 1. *et si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te.* Iere. XII.* *Quare non respicis*
*v. 13. *super iniqua agentes et taces devorante impio iustiorem se?* Abacuch I.* Nonne tu,
*v. 35. Domine, hospitalitatem commendasti dicens Mat. XXV*: *Hospes eram, et collegistis*
*v. 13. *me?* Apostolus etiam tuus eam precipit et commendat dicens ad Ro. XII*: *Hospi-*
*v. 1. *talitatem sectantes.* Item ad Hebre. XIII.* dicit: *Caritas fraternitatis maneat in vobis,*
*et hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim*[a] *placuerunt quidam, angelis hospitio*
*v. 9. *receptis.* Item apostolus Petrus dicit I. Petri IIII*: *Hospitales invicem sine mur-*
*v. 40. *muratione*[b]. Nonne tu dixisti discipulis tuis Mat. X*: *Qui recipit vos, me recipit.*
*v. 7. *Et qui me recipit, recipit eum qui me misit?* Nonne apostolus tuus ad Ro. dicit XV*:
*Suscipite invicem, sicut et Christus suscepit nos*[c] *in honorem Dei?* Tu etiam dixisti
*v. 37. Io. VI*: *Eum qui venit ad me non eiciam foras*[b]. Quare ergo abbatissa Clavarensis
*v. 12. foras eiecit sororem suam? Nonne apostolus dicit ad Colo. III*: *Induite vos sicut*
*electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordie?* Ubi ergo curialitas, ubi caritas,
*3, 17. 18. ubi pietas, ubi misericordie viscera? *Nam Iohannes dicit prima cano[nica] VII*[d]:
*Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et*
*clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei, non dili-*
*v. 15. 16. *gamus verbo neque lingua, sed opere et veritate.* Item beatus Iacobus dicit II*: *Si*
*f. 234c. *autem frater aut soror nudi sint *et indigeant victu cotidiano, dicat autem aliquis de*
*vobis illis: "Ite in pace! calefacimini et saturamini", non dederitis autem eis que*
*necessaria sunt corpori, quid proderit eis?* Si abbatissa de Clavara ista considerasset,
*v. 16—19. sorori sue miserta fuisset. Domine Deus meus, de[e] te scriptum est Eccli. XXXV*:
*Non accipiet Dominus personam in pauperem et deprecationem lesi exaudiet. Non de-*
*spiciet preces pupilli nec*[f] *viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrime vidue*
*ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim*
*ascendunt usque ad celum, et Dominus exauditor [non*[g]*] delectabitur in illis.* De te,
*v. 19. Domine, scriptum est, quoniam tu dixisti, Ro. XII*: *Michi vindictam, et ego retri-*
*v. 35. *buam, dicit Dominus.* Deutero. XXXII*: *Mea est ultio, et ego retribuam.* Et iterum
*v. 1. Eccli. XXVIII*: *Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam. Numquid super*
*v. 12. *his continebis te, Domine, tacebis et affliges nos vehementer?* Ys. LXIIII.* Item Aba-
*v. 2. cuch I*: *Usquequo*[h], *Domine, clamabo, et non exaudies, vociferabor ad te vim patiens,*
*et non salvabis?*[b]' Factum est autem, cum ista soror sic perorasset et coram Deo
preces multiplicasset, accidit ei modicus somnus, et aliquantulum obdormivit; et
quia ultra se non poterat Dominus continere, quin exaudiret famulam de facienda
*v. 3. iustitia deprecantem, cepit loqui cum ea dicens Ys. XLVII*: '*Ultionem capiam, et*
*non resistet michi homo*'. Et excitata est soror et vigilando intelligibiliter audivit
4. Reg. 20, 5. a Christo: *Audivi orationem tuam et vidi lacrimas tuas* et exaudivi te. Et de
Ps. 7, 17. abbatissa, que viscera pietatis clausit sorori sue, noveris, quod *convertetur dolor*
*eius in caput eius, et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Ecce percussi eam
*f. 234d. plaga crudeli *et insanabili[2], et amplius abbatissa non erit, sed cognoscet, quod

a) enim *a Sal. superscr.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) vos *Vulg.* d) *sic c. pro* III. e) de te *post a Sal. suppl.* f) *penna mutata.* g) non *post linea perducta delet., sicut etiam alii codices Vulgatae addunt, alii omittunt.* h) Usq̄ȝ (Usquoque) *c.*

1) *Haec inscriptio potius ad f.* 235[a. b]. *scribi debuisset.* 2) *Cf.* 2. *Mach.* 9, 5: percussit eum insanabili et invisibili plaga; *Is.* 14, 6: caedentem populos . . . plaga insanabili.

dicit scriptura Iacobi II*: *Iuditium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.* *v. 13.
Et[a] iterum Iob XX*: *Luet que fecit omnia, nec tamen consumentur.* Et iterum *v. 18.
Iob XXIIII*: *Deus inultum abire non patitur.* Cito', ait Dominus, 'auditura es. *v. 12.
quid illi accidit abbatisse, que crudelis et sine misericordia est inventa[b]'. Venit
igitur soror ista finitis verbis, quibus cum Domino loquebatur, et abbatisse sue et
visitatori et sororibus retulit universa[b]. Visitator autem statim Clávarum misit
nuntium velocissimum, ut cognosceret, illi abbatisse qualia accidissent. Qui invenit
eam mortuam, maledictam et excommunicatam et non absolútam[b]. In illo
autem intervallo, quo nuntius mittebatur, cepit domina Cecilia Clavarensis abbatissa
graviter infirmari et ex langore deficere. Cumque variis doloribus laboraret,
*decidit in lectum* et ad extrema deducitur. Clamat: 'En morior! sorores accurrite, 1. Mach. 6, 8
auxilium date, prebete remedium!' Adveniunt sorores continuo, abbatisse sue compatiuntur,
ut decet. De salute anime nulla fit mentio, nulla de confessione loquela,
ut cognoscas impletum quod scriptura testatur Ecclesiastes VII*: *Considera* *v. 14.
*opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Clauditur guttur eius, et
vix poterat respirare. Et ut cognovit, quia moriebatur, sororibus congregatis
dicebat: 'Ite et recipite dominam illam! Ite et recipite dominam illam! Ite et
recipite dominam illam! Propter illam percussit me Deus! Propter illam percussit
me Deus! Propter illam percussit me Deus!' Et talia dicens spiritum
emisit; sed non rediit ad Deum, qui dedit illum, iuxta verbum quod scriptum est
Eccle. ultimo*: *Revertatur pul†vis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad eum* *12, 7. †f. CCXXXV[a].
*qui dedit illum.* Quare hoc? Ut scriptura impleatur que dicit Ecclesiastes XI*: *Si ceci-* *v. 3.
*derit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Quod est
dicere: Ubi te invenero, ibi te iudicabo. Et ideo nemo debet eo statu vivere, in quo
nollet mori. [Ideo[c] dicit Ps.*: *Intelligite hec qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, et* *49, 22.
*non sit qui eripiat*]. Longe melius fuisset isti abbatisse, quod vixisset persona privata
in monasterio Parmensi ordinis sancte Clare, quam quod divitias et dominium habuisset.
De primo dicitur Eccle. V*: *Divitie conservate in malum domini sui: pereunt enim in afflic-* *v. 12. 13.
*tione pessima.* Habuit enim divitias, ex quibus et rustica et avara fuit. De secundo
dicitur Eccle. VIII*: *Interdum dominatur homo homini in malum suum.* Quod duobus modis *v. 9
intelligi potest, scilicet vel ex parte illius qui dominatur, vel ex parte illius super quem
fit dominium. De primo dicitur Eccli. XX*[d]: *Qui potestatem sibi assumit iniuste, odietur.* *v. 8.
Quod patuit in Abymelech filio Gedeonis, Iudicum IX, et in Absalon, qui assumpsit sibi
regnum et expulit patrem de regno, postea suspendio periit et lanceis perforatus fuit,
II. Reg. XV, et in Adonia, de quo habetur III. Reg. I*, quod *elevabatur dicens: 'Ego* *v. 5.
*regnabo'*, et postea Salomon fecit eum interfici[e]. De secundo habetur Ys. III*, ubi *v. 15.
conqueritur Dominus: *Quare atteritis populum meum et facies pauperum commólitis, dicit
dominus Deus exercituum?*[f] Item Eze. XXXIIII*: *Cum austeritate imperabatis eis et cum* *v. 4.
*potentia.*

Notandum autem, quod V genera hominum sunt, quorum dominium crudele est
valde et turpe. Primum genus est mulierum, de quorum[g] dominio habetur Eccli. XXV*: *v. 30.
*Mulier, si primatum habeat, contraria est viro suo.* Item ibidem*: *A muliere initium factum* *v. 33.
*est peccati, et per illam omnes morimur.* Et ideo iudicatum est de ea et dictum Gen. III*: *v. 16.
*Sub viri potestate eris, et †ipse dominabitur tui.* Sed libenter mulier, quando potest, †f. 235[b].
assumit sibi dominium; quod patet in Semiramis[g], que bracas invenit hominibus; que, ut

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* d) XX... *c., tribus punctis post numerum positis.* e) inte *in loco raso.* f) *hoc loco signum interrogationis in c.* g) *sic c.*

*F. 235c.* Quod monasterium Burdegalense ordinis sancte Clare supradictam dominam in abbatissam elegit, et papa eam liberaliter concessit.

---

posset regnare post mortem viri sui, proprio filio suo, quem de Nino susceperat, nupsit [1]. Patet
etiam hoc in Athalía, que, ut posset regnare, omne semen regium interfecit, et VII annis
regnavit et postea fuit gladio interfecta, ut habetur IIII. Reg. XI. et II. Paralipo. XXIII.
In Ystoriis [2] quoque dicitur, quod *letatus est populus terre, quia abstulerat Dominus oppro-*
*v. 12. *brium*[a], *ne mulier regnaret super eos.* [Item[b] de dominio mulierum Dominus dicit Ys. III*:
*Populum meum exactores sui spoliaverunt, et mulieres dominate sunt eius*]. Secundum genus
*v. 10. est servorum, de quorum dominio dicitur Prover. XIX*: *Non decent stultum delitie nec*
*v. 21. 22. *servum dominari principibus.* Item Prover. XXX*: *Per tria movetur terra, et quartum, quod*
*v. 7. *non potest sustinere: Per servum, cum regnaverit* et cet. Item Eccle. X*: *Vidi servos in*
*equis et principes ambulantes quasi servos super terram.* Item Iere. in oratione sua post
*v 8. Trenos*: *Servi dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum.* [Ideo[c] quidam [3] ait:

*Asperius nichil est humili, cum surgit in altum:*
*Cuncta ferit, dum cuncta timet, desevit in omnes,*
*Ut se posse putet; nec belua*[d] *sevior ulla est*
*Quam servi rabies in libera terga furentis*].

*v. 5. 6. Tertium genus est stultorum. De quorum dominio dicitur Eccle. X*: *Est malum, quod*
*vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis: positum stultum in dignitate*
*v. 1. *sublimi et divites sedere deorsum.* Item Prover. XXVI*: *Quomodo nix estate et pluvie in*
*v. 8. *messe, sic indecens est stulto gloria.* Item ibidem infra*: *Sicut qui*[e] *mittit lapidem in acervum*
*v. 26–28. *mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Item Eccli. XLVII*: *Finem habuit Salomon cum*
*patribus suis et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam et imminutum*[f] *a sua pru-*
*dentia Roboam, qui avertit gentem consilio suo.* Hoc est quod timuit Salomon, ne scilicet
*v. 18. 19. filium stultum haberet, qui post se haberet dominium regni sui. Ideo dixit Eccle. II*:
*f. 235c. *Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboravi,* **habiturus heredem*
*post me, quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit, et dominabitur in laboribus meis,*
*v. 25. *quibus desudavi et sollicitus fui.* Ideo posset dicere Salomon quod dixit Iob III*: *Timor*
*v. 21. 22. *quem timebam evénit michi, et quod verebar accidit.* Et quando dixit Prover. XXX*, quod
*terra movetur per servum, cum regnaverit,* verum dixit, quia servus suus[g] regnavit post
ipsum, et terra mota est et commota, quando congressi sunt simul Ieroboam et Abias
cum exercitibus suis, ut habetur II. Paralipo. XIII.[h] Sed consolatur valde afflictos a stul-
*v. 5. torum dominio quod promittit Ys. XXXII*: *Non vocabitur ultra is qui insipiens est prin-*
*ceps, neque fraudulentus appellabitur maior.* Quartum genus est puerorum. De quorum
*v. 4. dominio dicit Dominus per Ysaiam[i] III*: *Dabo pueros principes eorum, et effeminati domina-*
*v. 16. *buntur eis.* Ideo dicit Ecclesiastes X*: *Ve tibi terra, cuius rex puer est, et cuius principes*
*mane comedunt*[k]. Quintum et ultimum genus est inimicorum. De quorum dominio
*105, 41. †v. 5. dicitur in psalmo*: *Dominati sunt eorum qui oderant eos.* Ideo Dominus dicit Ys. LII†:
*Dominatores eius* — scilicet populi Dei — *inique agunt, dicit Dominus, et iugiter tota die*
*nomen meum blasphematur.* Benedictus Deus, qui me de hac materia expedivit!

a) obprobrium *corr.* opprobrium *c.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) *uncis inclusa in marg. laterali et infer. a Sal. suppl.* d) bellua *radendo corr.* belua *c.* e) qui *in marg. a Sal. suppl.* f) minutum *corr.* minutum *c.* g) suus *in marg. a Sal. suppl.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) ys. *c.* k) *hinc versus novus coeptus, sed tantum sequitur* ℭ *minio scriptum sine maiore littera initiali.*

1) *Haec ex Petri Comest. Hist. scolast., Gen. c.* 36. 2) *Petri Comest., Regum IV. c.* 16. 3) *Claudianus in Eutropium I, v.* 181—184.

*F.* 235[d]. Quod domnus Naçarius[a] cum uxore sua multa bona fecit fratribus Minoribus de Luca seditionis tempore.

*F.* CCXXXVI[a]. De abbatissa Gatharole ordinis sancte Clare, que totam civitatem Lucensem provocavit contra fratres Minores ponendo *maculam in electis*. *Eccli.* 11, 33.

---

Recordor[b], quod, cum essem Lugduni[1], et domnus papa Innocentius quartus esset ibi, venerunt fratres Minores de Burdégalis ad papam dicentes, quod sorores ordinis sancte Clare monasterii Burdegalensis elegerant dominam Ceciliam, neptem suam, in suam abbatissam. Et dedit eis papa litteras confirmationis et dixit, quod irent[c] Parmam pro ea. Sed domnus electus Parmensis[2], nepos pape et frater predicte domine, cum esset Lugduni et intellexisset hoc, ivit ad papam et fecit, quod totum illud negotium retractavit. Et *forte, si ivisset illuc, melius se habuisset inter extraneos quam se habuerit inter propinquos et notos. Nunc ad cursum nostre hystorie redeamus et ubi dimisimus[3] inchoemus. 1248, 9. **f.* 235c.

Anno siquidem dominice incarnationis M⁰CCXXIX⁰, quem etiam supra posuimus, domnus Nazárus[4] Ghirardini de Luca potestas Reginus fuit, qui fecit fieri pontem et portam de porta Bernone. Et tunc primo civitas Regii cepit murari. Et fecit murari centum brachia a dicta porta inferius versus portam Sancti Stephani. Et sic successive alii potestates annuatim faciebant murari ducenta brachia[5], quousque civitas murata est tota. Verumtamen propter guerrarum abundantiam aliquando civitas habuit intervallum murandi. Iste[d] domnus Nazárus habet ymaginem lapideam super portam Bernonis, quam fecit fieri, et sedet ibi super equum lapideum in civitate Regii[6]. Pulcher miles fuit et dives valde, notus meus et amicus, quando habitabam in civitate Lucána[7] in ordine fratrum Minorum. Domina Flos-olive, uxor sua, fuit pulchra domina, pinguis et carnosa et michi familiaris et devota. De Tridento fuit, uxor cuiusdam notarii, ex quo habuit duas filias, pulcherrimas dominas. Domnus vero Nazárus abstulit eam viro suo, quando Tridenti fuit potestas, et duxit eam consentientem ad civitatem Lucanam; suam vero uxorem, que adhuc vivebat, misit ad quoddam suum castrum, et stetit ibi, quousque obiit. Mortuus est sine filiis domnus Nazárus. Multas divitias isti domine dedit, que processu temporis in civitate Regina maritata fuit pariter *et decepta, ut michi dixit. Et habuit eam in uxorem Henricus filius Antonii de Musso; et adhuc vivit in anno Domini M⁰CCLXXXIII⁰, quo scribimus ista in festo sancti Laurentii, die Martis. Ambo isti, scilicet domnus Nazárus et domina Flos-olive, multa bona fecerunt fratribus Minoribus de Luca, quando abbatissa Gatharole ordinis sancte Clare totam civitatem Lucánam provocavit et concitavit [contra[e] fratres], ponens *maculam in electis*, eó quod frater Iacobus de Yseo volebat ipsam absolvere, quia non bene in illo officio se habebat. Erat enim filia cuiusdam fornarie Ianuensis, et valde turpe et crudele erat suum dominium ac pariter inhonestum, et violenter dominium tenere volebat, ut semper existeret abbatissa. Quod ut melius tenere posset,

[1229. *L. temp. c.* 231. — **f.* CCXXXVI[a]. — 1283. *Aug.* 10. — *Eccli.* 11, 33.]

a) *sic h. l. c* (narius, ça *a Sal. superscripto corr.* naçarius), *cum in textu semper* Nazárus *scriptum sit.* b) ℂ Recordor *cum simplici littera* R *in columna scriptum, tum in marg. picta littera initialis maior nigra* R *minio ornata.* c) irent *in marg. a Sal. suppl.* d) *penna mutata.* e) contra fratres *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Ter fuit Sal. Lugduni a.* 1247. *Nov. in.*, 1248. *Iun. ex.*, 1249. *Mart. ex. et Apr.* 2) *Albertus.* 3) *F.* 233[a], *p.* 61. 4) Laçarus *Liber de temp. p.* 508, *quod Sal. correxit, cum hunc virum Lucae viderit.* 5) *Ut sub quoque anno in Libro de temp. adnotatum est.* 6) *Cf. SS. XXXI, p.* 508, *n.* 1. 7) *A.* 1239. *Apr.* — 1241.

*F.* 236[b]. De translatione beati Francisci, et de miraculis ibi factis.
De transitu beati Antonii Paduani.
Quod marchio Cavalcabó a Bonacurso de Palude fuit superatus atque fugatus apud Mancasale.
*F.* 236[c]. De episcopis Parmensis ecclesie qui diebus meis fuerunt.

---

munuscula et exenia largiebatur iuvenibus et viris et secularibus dominabus, maxime autem eis qui de parentela sua in monasterio suo aliquas propinquas habebant. Quibus etiam ipsa dicebat: 'Ideo fratres Minores me absolvere volunt, quia non permitto eos fornicari cum filiabus et sororibus vestris', et sic, ut dictum
*Eccli.* 11, 33. est, ponebat *maculam in electis.* Mentiebatur enim ore aperto. Et nichilominus fuit absoluta, et fratres recuperaverunt honorem et famam suam, et civitas a perturbatione quievit [1]. Satis igitur ostensum est, quam turpe sit dominium feminarum; quod etiam in hominibus non laudatur. Non enim dixit Deus primis
*Gen.* 1, 26. 28. parentibus, quod dominarentur hominibus, sed *dominamini*, ait, *piscibus maris*[a] *et* Bernardus[b]. *volatilibus*[c] *celi et bestiis universe terre.* Hinc beatus Bernardus dicit [2]:
**f.* 236[b]. *Quotiens hominibus preesse desidero, totiens Deum *meum preire contendo.* De ipso namque scriptum est, quod *venit Nazareth et erat subditus illis*, nulli dubium, quin
*v.* 51. Ioseph et Marie, qui parentes dicebantur ipsius, Luc. II.'

1230. Anno dominice incarnationis M°CCXXX° generale capitulum fratrum Mino-
*Maii* 25. rum Assisii est celebratum. In quo corporis beati Francisci [VIII.[d] Kal. Iunii] translatio facta fuit [3]; et frater Iacobus de Yseo, qui in locis inguinaribus et menbris genitalibus totaliter erat confractus, integraliter fuit redditus sanitati [4]. Multa etiam alia miracula fecit eádem die Deus per servum et amicum suum[e] Franciscum digna relatu, pro quibus ad legendam suam poteris habere recursum.

1231. Anno dominice incarnationis M°CCXXXI°, indictione quarta, XIIII[6] die
*Iun.* 13. mensis Iunii, feria VI[a][5], beatissimus pater ac frater Antonius, natione Hyspánus,
*cf. Iudith* 13, 25. in civitate Padua, in qua per eum nomen suum magnificavit altissimus, apud cellam [6] in loco fratrum viam universe carnis ingressus ad celestium spirituum mansiones feliciter transmigravit. Hic fuit ex ordine fratrum Minorum et socius beati Francisci. De quo in alio loco, si fuerit vita comes, abundantius disseremus et copiosius perorabimus [7].

1232. *Oct.* 16. Anno dominice incarnationis M°CCXXXII° die sabbati XVI° exeunte Octobri supe-
*L. temp. c.* 234. ratus et fugatus fuit marchio Cavalcabo a Bonacurso de Palúde et ab illis de Sesso apud Mancasale.

1233. Anno Domini M°CCXXXIII° murabatur palatium Parmensis[f] episcopi, quod est ante frontispitium maioris ecclesie; et tunc episcopus Gratia de Florentia [8]
**f.* 236[c]. Par*mensem gubernabat ecclesiam [9], et in pluribus locis episcopatus plura fecit edificari palatia. Et ideo a Parmensibus bonus episcopus habebatur. Siquidem

a) maris *in marg. a Sal. suppl.* b) B' *c.* c) uolatibus *c.* d) VIII. Kal. Iunii *alio atramento a Sal. in marg. suppl.* e) suum *in marg. a Sal. suppl.* f) episc. parm. *corr.* parm. episc. *c.*

1) *Cf. Osea* 7, 4: quievit paululum civitas a commistione fermenti. 2) *Non reperi hoc dictum in operibus Bernardi Clarevallensis.* 3) *Haec ex Bonaventurae Leg. Francisci c.* 15, 7, *Bonav. Opera ed. Peltier XIV, p.* 345. 4) *Cf. Mirac. S. Francisci c.* 8, 2, *ibid. p.* 359. 5) *A.* 1231. *fuit dies Iun.* 14. *sabbatum, non feria sexta, Antonius vero die Iun.* 13, *feria sexta, mortuus est, ut dicitur in Vita eius c.* 3, *§* 31, *Acta SS. Iun. II, p.* 708. 6) *Extra urbem Patavinam sitam.* 7) *Quod in parte libri, quae superest, non executus est.* 8) *Potius de Aretio; cf. Allodi, 'Serie cronologica dei vescovi di Parma' I, p.* 370. 9) *A.* 1224—1236.

*F.* 236[d]. De parentela domni Ghiberti de Gente[a].

non fuit rerum episcopalium dissipator, sed potius agregator[b] et conservator[1]. Hic
fuit patris mei amicus, scilicet domni Guidonis Ade[c], et de palatio suo loquebatur
cum eo, cum esset ad fenestram domus sue[2], et exenia sibi mittebat, ut vidi fre-
quenter oculis meis. Fratrem meum Guidonem dilexit, sed postquam ordinem fra-
trum Minorum intravit, non curavit de ipso. Ante istum episcopum fuit domnus
Opiço de Lavania Ianuensi[3], qui fuit pulcher homo et honesta persona, ut dicunt,
et barbánus fuit domni Innocentii pape quarti, quem non recolo me vidisse[4]. Post
episcopum Gratiam fuit quidam Gregorius Romanus, qui parvo tempore vixit[5], et 1236/7.
mortuus est Mantue hereticus et maledictus. Quando enim in infirmitate sua
portaverunt ei corpus Domini, noluit illud sumere, dicens, quod nichil credebat
de tali fide. Cum autem interrogatus fuisset, quare episcopatum receperat, dixit,
quod propter divitias et honores; et sic obiit et non communicavit. Post istum
fuit episcopus magister Martinus[6], de Colurnio oriundus, ex genere non satis claro.
Post quem Bernardus de Vitio[7], de quo supra[8] memini me dixisse, sicut et de sub- 1243.
sequentibus[d]. Post Bernardum fuit domnus Albertus de Sancto Vitale, nepos pape
Innocentii quarti[9]. Postea canonice et concorditer et bene fuit electus magister 1257.
Iohannes de Domina-Rifidha, archipresbiter maioris ecclesie; et supervenit domnus
Opiço Tripolitanus episcopus, similiter nepos pape predicti et frater superioris
Alberti, et abstulit sibi[10], et adhuc vivit et tenet[11], *ut qui tenet nunc teneat, donec* *2. Thess. 2, 7.*
*de medio fiat.* Et sumus hodie in anno M°CCLXXXIII°, quo ista scribimus, in 1283. *Aug.* 10.
festo sancti Lauren*tii, in die Martis. Quid amodo futurum sit de Parmensibus **f.* 236*a*.
episcopis, Deus novit[e].

Igitur millesimo supraposito, scilicet CC°XXXIII°, domnus Giliólus Domine-Agnetis 1233. *L. temp. c.* 235.
de Parma potestas fuit Reginus; quo anno primo incepta fuit moneta Regii; et domnus Nicho-
laus Reginus episcopus vivebat adhuc. Istum domnum Egidiolum vidi, quia de
eádem civitate eramus. Et quantum ad cognomen, binomius fuit. Dictus est enim
de Domina-Agnéte vel a matre vel ab uxore, eó quod valens domina fuerit, sicut
quidam pons, qui est Parme, appellatus fuit et dictus pons domine Egidie de
Palúde, eó quod fecerit eum fieri; quem modo Parmenses melius faciunt, ut sit 1283.
de muro et non de lignamine[12]. Item dictus est de Gente, pro eo quod, cum

a) Quare dicantur de Gente descendentes a domno Giliolo Domine-Agnetis. Item de ponte domine Egidie de Palude *posteriore manu saec. XV. in marg. inferiore suppl. c.* b) *sic c.* c) *recenti manu corruptum in* ad⁻ *c.* d) subseq̄b₃ *c.* e) *sequitur tantum in versu novo* ℂ *minio scriptum sine maiore littera initiali.*

1) *Acriter eum reprehendit Gregorius IX. papa epist. data a.* 1233. *Ian.* 12, *Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 362 *sqq., nr.* 56; *Potthast nr.* 9071. 2) *Hodieque palatium archiepiscopale prope baptisterium situm est, cui domus Guidonis de Adam vicina erat: cf. supra f.* 221[d]. 222[d], *p.* 34. 37. 3) *A.* 1194—1224; *de quo vide supra f.* 233[a], *p.* 61. 4) *Trium annorum erat Sal., cum ille obiit.* 5) *Inter a.* 1236. *Oct. et* 1237. *Mart. Praeter hunc locum de eo nihil invenitur; cf. Allodi l. l. I, p.* 394. 6) *A.* 1237—1243. 7) *A.* 1243. 8) *F.* 233[b], *p.* 61 *sq.* 9) *A.* 1243—1257. *De quo vide supra f.* 233[a—c], *p.* 61 *sq.* 10) *Suppl.* episcopatum; *cf. supra f.* 233[c], *p.* 62. 11) *A.* 1258—1295, *quo anno in archiepiscopatum Ravennatem translatus est.* 12) *Scil. a.* 1283. *Qui a.* 1284. *perfectus est. Cf. infra f.* 428[c. d]; *Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 698.

*F.* CCXXXVII[a]. De tempore Alleluie.

*F.* 237[b]. De fratre Benedicto, qui inchoavit devotionem, que fuit tempore Alleluie.

---

esset in ultramarinis partibus, quando fiebat mentio de exercitibus in familiari colloquio, hoc verbum frequenter dicebat: 'Gens nostra ita fecit'. Audivi hoc a domno Ghirardo Rangóne de Mutina, qui fuit frater Minor. Porro domnus Giliolus de Gente habuit duos fratres[a]. Quorum primus fuit domnus Tedhaldus, quem vidi puerulus valde vetustum, senem et antiquum dierum; et habuit VII filios, quorum unus, scilicet domnus Manfredus, sororem meam uxorem habuit dominam Caracosam; que post mortem viri sui in monasterio Parmensi ordinis sancte Clare laudabiliter vitam finivit[1]. Secundus[2] fuit domnus Beretta, pulcher miles et fortis bellator et validus, qui staturam habuit ita longam, quod mulieres et homines mirabantur. Porro domnus Giliólus fuit pater domni Ghiberti de
1233. Gente, de quo suo loco dicemus[3]. Et quando domnus Giliolus millesimo supra-
*f. CCXXXVII[a]. posito erat potestas Reginus, *inchoatum[b] est Alleluia. Fuit autem Alleluia quoddam tempus, quod sic in posterum dictum fuit, scilicet tempus quietis et pacis, quoad arma bellica [omnino[c] remota], iocunditatis et letitie, gaudii et exultationis, laudis et iubilationis. Et cantilenas cantabant et laudes divinas milites
Ps. 148, 12. et pedites, cives et rurales, *iuvenes et virgines, senes cum iunioribus.* In omnibus civitatibus Ytalie ista devotio fuit. Et vidi, quod in civitate mea Parmensi quelibet vicinia volebat habere vexillum suum occasione processionum, que fiebant, et in vexillo suo genus martyrii sancti sui. Ut verbi gratia, quomodo decoriebatur[d] beatus Bartholomeus, erat in vexillo illius vicinie, in qua erat eius ecclesia. Et sic de aliis. Sic etiam veniebant de villis ad civitatem cum vexillis et societatibus magnis viri et mulieres, pueri et puelle, ut predicationes audirent et Deum
Act. 12, 22. laudarent; et cantabant *Dei voces et non hominis*, et ambulabant homines in salva-
Ps. 21, 28. tione, ita ut videretur propheticum illud impletum: *Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terre. Et adorabunt in conspectu eius universe familie gentium.* Et habebant ramos arborum et candelas accensas. Et fiebant predicationes
Ps. 54, 18. 19. vespere et mane et meridie iuxta illud propheticum: *Vespere, mane et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam. Redimet in pace[e] animam meam ab his qui apropinquant[d] michi, quoniam inter multos erat mecum.* Et fiebant stationes in ecclesiis et in plateis, et levabant manus ad Deum ad ipsum laudandum et benedicendum in secula; et a divinis laudibus cessare non poterant, ita erant inebriati amore divino. Et beatus qui plus poterat bene facere et Deum laudare. Nulla
*f. 237b. ira in eis, nulla perturbatio, nulla disceptatio, nullus rancor. Omnia paci*fice[f] et
*v. 16. benigne fiebant ab eis, ita ut illud propheticum dicere possent Ys. LXV*: *Quia oblivioni tradite sunt angustie priores, et quia abscondite sunt ab oculis nostris.* Nec mirum. Biberant enim de vino dulcedinis spiritus Dei, quo gustato desipit omnis
*v. 6. 7. caro[4]. Ideo precipitur predicatoribus Prover. XXXI*: *Date siceram merentibus et vinum his qui amaro sunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue, et doloris non*

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) omn. remota *in marg. a Sal. suppl.* d) *sic c.* e) pace *in marg. a Sal. suppl.* f) paci||ficice *c.*

1) *Cf. supra f.* 230[a], *p.* 54. 2) *Frater scilicet Gilioli de Gente.* 3) *Quod saepe infra fecit, praesertim f.* 396[b]—398[d]. 4) *Hoc dictum Bernardi Clarevall. vide iam supra f.* 224[c], *p.* 41, *n.* 1.

*F.* 237[c]. De sollemnibus predicatoribus, qui tempore Alleluie famosi fuerunt, et primo de his qui de ordine fratrum Predicatorum extiterunt.

---

*recordentur amplius.* Ad predicta facit quod Ieremias dicit in Trenis III*: *Scrutemur vias nostras et queramus et revertamur ad Dominum*[a]. [*v. 40. 41.] *Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in célos.* Revera ita faciebant, ut vidi oculis meis, et illud quod apostolus precipit adimplebant, I. Timothei II*: *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione*[b]. [*v. 8.] Et quia sapiens in Proverbiis dicit XI*, quod, *ubi non est gubernator, populus corruet,* ne credas eos sine duce fore, dicamus de ducibus congregationum istarum. [*v. 14.] Nam primo venit Parmam frater Benedictus, qui dicebatur frater de Cornetta[1], [1233.] homo simplex et illitteratus et bone innocentie et honeste vite, quem vidi et familiariter cognovi Parme et postmodum Pisis. Erat enim vel de valle Spoletana vel de partibus Romanis. Non erat alicuius religionis quantum ad congregationem, sibi ipsi vivebat et soli Deo placere studebat; amicus valde erat fratrum Minorum. Quasi alter Iohannes Baptista videbatur, qui precederet ante Dominum et *pararet Domino plebem perfectam.* [*Luc.* 1, 17.] Hic habebat in capite capellam[2] Arménicam et barbam longam et nigram et tubam eneam [sive[c] de oricálco] parvulam, cum qua bucinabat, et terribiliter reboabat tuba sua nec non[d] et[e] dulciter; zona pellicea erat accinctus[3]; habitus *eius niger erat ut saccus cilicinus et longus usque ad pedes; [*f. 237c.] toga erat ad modum guascapi[4] factus[f], et in anteriori parte et in posteriori crucem habebat magnam et latam et longam et rubeam, descendens[g] a collo usque ad pedes, sicut in planetis sacerdotalibus fieri solet. Taliter iste indutus ibat cum tuba sua et in ecclesiis et in plateis predicabat et Deum laudabat, quem sequebatur maxima puerorum multitudo, frequenter cum ramis arborum et candelis accensis[5]. Sed et ego super murum palatii episcopi, quod tunc temporis edificabatur[6], vidi ipsum pluries predicantem et Deum laudantem. Et inchoabat laudes suas hoc modo et in vulgari dicebat: *Laudato et benedhetto et glorificato sia lo patre!*[7] Et pueri alta voce quod dixerat repetebant[b]. Et postea éadem verba repetebat addendo: *sia lo fijo*[h]*!* Et pueri resumebant et éadem verba cantabant[b]. Postea tercio éadem verba repetebat addendo: *sia lo spiritu sancto!* Et postea 'Alleluia, Alleluia, Alleluia'. Deinde bucinabat et postea predicabat dicendo aliqua bona

a) d̈ⁱⁱⁱ *c., ut saepe Sal. scripsit,* d̈ *pro* domino, d *pro* domini *etc.* b) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* c) sive de oric. *in marg. a Sal. suppl.* d) non *in marg. a Sal. suppl.* e) ⁊ (etiam) *radendo corr.* ⁊ (et) *c.* f) *sic* (fcs) *c.* g) *sic c. pro* descendentem. h) *sic cum* j *longo c.*

1) *Cornetus vocatur Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668. *Sic dictus procul dubio a tuba, qua sonabat, ut recte dixit Winkelmann, 'Jahrb., Friedrich II.' II, p.* 440, *n.* 1. 2) *Est capellus, Italice* cappello. 3) *Cf.* 4. *Reg.* 1, 8: zona pellicea accinctus renibus. *Et de Iohanne Bapt. dicitur Matth.* 3, 4: et zonam pelliceam circa lumbos suos; *Marc.* 1, 6: et zona pellicea circa lumbos eius. 4) *Vide Gloss. mediae et inf. Lat. s. v.* guascapus. 5) *Eadem verba in Ann. Parm. mai. l. l.:* omnes ibant post eum cum ramis alborum et candelis accensis clamando: 'Benedictus sit pater, benedictus sit filius, benedictus sit spiritus sanctus'. 6) *Cf. supra f.* 236[b. c], *p.* 68. 7) *Eadem verba Italica apud Ryccard. de S. Germano, SS. XIX, p.* 370, *qui fratrem quendam I. apud Sanctum Germanum mense Iunio eadem clamasse dicit. Alterum ab altero haec didicisse apparet, non fratrem Benedictum ipsum ad Sanctum Germanum ivisse, ut C. Sutter, 'Johann v. Vicenza' p.* 31, *opinatus est; cf. Winkelmann, 'Jahrb., Friedrich II.' II, p.* 440, *n.* 1.

1233. verba ad laudem Dei. Et postmodum in fine predicationis beatam virginem salutabat hoc modo[1]:

*Ave Maria clemens et pia,*
*Gratia plena, virgo serena!*
*Dominus tecum, et tu mane mecum!*
*Benedicta tu in mulieribus,*
*que peperisti pacem hominibus*
*et angelis gloriam!*
*Et benedictus fructus ventris tui,*
*qui, coheredes ut essemus sui,*
*nos fecit per gratiam* et cet.

Nunc de sollemnibus predicatoribus, qui tempore illius devotionis famosi fuerunt, dicamus, et primo de duobus Predicatorum ordinis, scilicet de fratre
*f. 237d. Iohanne de Bononia, qui quantum ad originem de Vincentia erat, et de fratre
Iacobino de Regio, qui de Parma oriundus erat. Nam beatus Dominicus necdum canonizatus erat, sed sub terra latebat, sicut in prosa cantatur:

*Iacet granum occultatum,*
*sydus latet obumbratum,*
*sed plasmator omnium*
*Ossa Ioseph pullulare,*
*sydus iubet radiare*
*in salutem gentium.*

Et invenitur, quod sanctus Dominicus XII annis latuit sub terra, nec erat sue sanctitatis aliqua mentio, sed[a] procuratione istius fratris Iohannis supradicti, qui in Bononia tempore illius devotionis habebat gratiam predicandi, eius canonizatio facta fuit[b, 2]. Huic canonizationi adiutorium dedit episcopus Mutinensis, qui postea[3] cardinalis Guilielmus est dictus, et fuit de Pedemontis; quem predicantem
1249. *Apr.* 2. et officium facientem in parasceue vidi in ecclesia fratrum Minorum apud Lugdunum[4], quando papa Innocentius et curia erat ibi[b]. Iste ergo, quia amicus Predicatorum erat, sollicitavit eos dicens: 'Ex quo fratres Minores habent unum sanctum, faciatis et vos, ut alium habeatis, etiam si deberetis ipsum de paleis
1233. fabricare'. Porro frater Iohannes iste parve litterature erat[5] et intromittebat
*L. temp. c.* 235. se de miraculis faciendis. Magnam predicationem inter Castrum-Leonem et Castrum-Francum tempore illo fecit. Frater vero Iacobinus de Regio, qui de Parma oriundus

a) et *a Sal. corr.* sed c. b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Hoc carmen, cuius versus* 1. *et* 2. *aliquanto immutati et aucti sunt hoc loco, saepe editum est: In appendice carminum Adami de S. Victore ed. Gautier (Paris* 1859*) II, p.* 485 *sq., ed. D. S. Wrangham III, p.* 222*, nr.* 6; *inter Hymnos et Sequentias ed. G. Milchsack (Halis Sax.* 1886*) I, p.* 210*, nr. CCXXXIII; Mangeart, 'Catalogue des mss. de la bibl. de Valenciennes' p.* 17. *Reliquas editiones vide U. Chevalier, Repertorium hymnologicum nr.* 1879 *(I, p.* 111*).* 2) *A.* 1233. *Maii* 24. *facta est translatio corporis a fratre Iohanne, a.* 1234. *Iul.* 13. *Gregorius IX. papa eum canonizatum esse promulgavit; Potthast nr.* 9489. 3) *A.* 1244. *ab Innocentio IV. papa card. episcopus Sabinensis creatus est.* 4) *Quod a.* 1249. *factum est, quo Sal. hebdomada paschali Lugduni fuit; cf. infra f.* 338[d]*, ubi idem relatum est.* 5) *Cf. Winkelmann l. l. II, p.* 448*, n.* 3.

*F.* CC38ª. De fratre Iacobino de Parma, qui de Regio dictus est, et de operibus eius.
*F.* 238ᵇ. Quod frater Ghirardus de Mutina apparuit post mortem suam fratri Iacobino de Parma.
De fratre Bartholomeo de Vincentia.

---

fuerat[1], litteratus homo fuit et lector in theologia, facundus, copiosus et gratiosus in predicationibus; homo alacer, benignus, caritativus, familiaris, curialis, liberalis et largus; et aliquando fuimus socii itineris simul die noctuque a Parma usque 1249? *ad Mutinam tempore magne guerre[2], et nichilominus ego habebam socium meum, *f. CC38ª. et ipse suum. Hic tempore illius devotionis, de qua supra diximus, multam habuit 1233. gratiam predicandi et multa bona fecit. Nam millesimo supraposito inchoata est *L. temp. c. 235.* ecclesia Iesu Christi fratrum Predicatorum in civitate Regina, et in festo sancti Iacobi *Iul.* 25. primus lapis positus fuit, consecratus per domnum episcopum Nicholaum. Et ad predictum opus faciendum veniebant homines et mulieres Regii, tam parvi quam magni, tam milites quam pedites, tam rustici quam cives, et ferebant lapides, sabulum et calcinam supra dorsa sua in pellibus variis et çendalibus; et beatus ille qui plus poterat portare[a]. Et fecerunt omnia fundamenta domorum et ecclesie et partem muraverunt, et in tertio anno compleverunt totum laborerium suum[3]. 1235. Et tunc frater Iacobinus superstabat ad laboreria bene facienda. Iste frater Iacobinus fecit 1233. magnam predicationem inter Calernum et Sanctum Hylarium in episcopatu Parmensi in inferiori parte strate[4]. In qua predicatione fuit maxima multitudo hominum et mulierum, puerorum et puellarum de Parma et de Regio et de montibus et de vallibus sive campestribus et de diversis villis. Et quedam mulier paupercula pregnans peperit ibi masculum. Tunc precibus et rogatu fratris Iacobini illi paupercule mulieri multi multa dederunt. Nam una mulier dabat sibi subtellares, alia camisiam, alia vestem, alia bindam. Et sic habuit unum asinum oneratum, insuper et[b] ab hominibus centum solidos imperialium. Et qui interfuit et vidit retulit michi omnia ista post longum tempus, cum per eumdem *locum cum eo *f. 238ᵇ. transirem. Insuper et hec éadem cognovi ab aliis. Huic fratri Iacobino infirmo existenti[c] in conventu Bononie et in infirmitorio fratrum Predicatorum circa meridiem sedenti et vigilanti apparuit frater Girardus de Mutina[5] ex ordine fratrum Minorum ea die, qua[d] obierat, et familiariter cum eo locutus est dicens: 'In gloria Dei sum, ad[e] quam cito vocabit te Christus, ut ab eo laboris tui mercedem plenam recipias, et cum eo semper habitabis, cui devote servisti'. His dictis disparuit frater Girardus. Frater vero Iacobinus quod viderat retulit fratribus suis, et gavisi sunt. Et accidit fratri Iacobino, sicut frater Girardus dixerat, quia post paucos dies obdormivit in Domino. Cuius corpus Mantue fuit sepultum. Frater vero Iohannes de Vincentia, cuius supra fecimus mentionem, in Apulia ultimum diem clausit[6].

Habuerunt etiam fratres Predicatores apud Parmam tempore illius devotionis, quod dictum fuit Alleluia, fratrem Bartholomeum de Vincentia, qui multa bona

a) deportare, de *expunctum, c.; sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) et *a Sal. superscr.* c) existenti — Bononie *in loco raso, quo alia plura scripta erant, quorum extrema* [mort]uus est *adhuc legi possunt.* d) ea die quá *in loco raso.* e) ad qu *in loco raso.*

1) *Cf. infra f.* 458ª. 2) *Nescio num a.* 1249. *Iul.—Aug., cum Sal. cum Iohannino de Ollis Parma Bononiam iret (infra f.* 348ᵇ*), an alio tempore.* 3) *Haec verba ex Libro de temp. c.* 237, *p.* 511, *ad a.* 1235: *[potestas]* fecit compleri totum laborerium fratrum Predicatorum. 4) *Viae Aemiliae.* 5) *De quo vide infra f.* 238ᵈ. 239ᵃ·ᵇ·ᶜ. 246ᶜ. 250ᵈ. 251ª. 278ᵃ·ᵇ· 458ª. 6) *Cf. Sutter, 'Johann von Vicenza' p.* 160 *sq.*

*F.* 238[c]. De predicatoribus ordinis fratrum Minorum, et primo de fratre Leone, cui dominus cuiusdam hospitalis post mortem apparuit.

*F.* 238[d]. De quodam predicatore, qui erat de Padua, et predixit quandam turrim cadendam, et ita evenit.

De alio, qui similia dixit, et similia evenerunt.

---

fecit, ut vidi oculis meis; et fuit bonus homo, discretus et honestus[1]. Et post multa tempora factus fuit episcopus terre sue[2], et fecit ibi pulchrum locum fratrum suorum, qui prius ibi non habitabant. Fratres vero Minores habuerunt
1233. fratrem Leonem Mediolanensem, qui fuit famosus et sollemnis predicator et magnus persecutor hereticorum et confutator et superator. Hic multis annis in ordine fratrum Minorum minister provincialis fuit et postea archiepiscopus Mediolanensis[3].
*f. 238c. 1237? Hic tam magnifici *cordis fuit et tante audatie, quod aliquando solus cum vexillo precessit exercitum Mediolanensium, qui contra imperatorem veniebat, et transito ponte et fluvio per longam moram stetit solus vexillum in manibus tenens[4]; nec tamen Mediolanenses post eum transibant, quia videbant exercitum imperatoris preparatum ad bellum. Iste frater Leo audivit confessionem domini cuiusdam hospitalis Mediolanensis, qui erat magni nominis et magne sanctitatis reputabatur. Et cum laboraret in extremis, fecit sibi promitti, quod post obitum suum rediret ad eum, ut de statu suo posset cognoscere. Et promisit gratanter. Divulgatur decessus eius circa vesperas per civitatem; rogat frater Leo duos fratres, socios speciales, quos habebat cum adhuc provincialis minister existeret, ut in angulo orti in cella ortolani illo sero secum vigilare deberent. Cumque tres simul vigilarent, accidit fratri Leoni modicus somnus[a], et volens dormire rogavit socios, quod, si aliquid sentirent, excitarent eum. Et ecce subito audiunt venientem cum multis doloribus eiulando et viderunt eum tamquam globum igneum vel asub[b] de celo cadentem; deciditque super cacumen celle, veluti cum accipiter ad anátem capiendam descendit. Ad cuius sonitum et ad impulsum fratrum frater Leo evigilavit a somno. Cum autem ille querelando frequentaret 'Heu, heu!' quesivit ab eo frater Leo, qualiter sibi esset. Qui respondit dicens, quod damnatus erat, eo quod pueros ex occulto concubitu genitos et ad hospitale proiectos ex quadam indigna-
*f. 238d. tione sine baptismo[c] mo*ri permiserit, quia videbat hospitale ex tali expositione in labores et expensas incurrere. Cumque diceret ei frater Leo, quare istud peccatum confessus non fuerat, respondit, vel quia tradidit oblivioni, vel quia confitendum non credidit. Dixit ergo ei frater Leo: 'Quia nichil habes facere nobiscum, recede a nobis et vade viam tuam!' Ille igitur eiulando et clamando
1233. recessit. Iste itaque frater Leo tempore illius devotionis, quod in posterum

a) somnus *a Sal. in marg. suppl.* b) *sic c.* c) baptissmo, *altero* s *expuncto, c.*

1) *Non dubitari poterit, quin hic Bartholomeus de Vincentia idem fuerit, qui a.* 1231. *arbiter inter civitates Ianuam et Alexandriam constitutus tabulas interpolavit et adulteravit, ut G. Caro exposuit, 'N. Archiv' XXII, p.* 419—441 *(vide ib. p.* 440, *n.* 2*). Quod si verum est, minime honestus homo fuit iste Bartholomeus.* 2) *Scil. Vincentinus a.* 1255—1270. *Cf. infra f.* 405[a]. 457[d]. 458[a]. 3) *A.* 1244—1263. 4) *Hoc a.* 1237. *mense Nov. factum esse videtur, cum imperator ad fl. Oglio staret, Mediolanensibus tunc contra eum venientibus, sed flumen non transeuntibus; cf. Reg. Imp. V,* 1, *p.* 459 *sq., nr.* 2289[a]. *Pugna apud Curtem-novam a.* 1237. *Nov.* 27. *victi Mediolanenses hunc Leonem ad imperatorem miserunt, ut pacem impetraret; Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 478.

*F.* CC39[a]. Quod Parmenses tempore devotionis fecerunt fratrem Ghirardum de Mutina suum potestatem dando ei plenum dominium Parme.

---

dictum est Alleluia, multa operatus est et multa bona fecit. Fuit quidam alius 1233.
frater Minor de Padua, qui tempore illius devotionis multa bona fecit. Hic dum
in quodam festo Cumis predicaret, et quidam usurarius turrim suam murari
faceret, impeditus frater a clamore laborantium, astanti populo dixit frater[a]: 'Pre-
díco vobis, quod usque ad tale tempus turris illa funditus corruet et destruetur'.
Accidit, ut frater predixerat, et reputatum fuit grande miraculum. Hinc Eccle-
siasticus[b] ait XXXVII*: *Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam VII cir-* *v. 18.
*cumspectores*[c] *sedentes in excelsum ad speculandum.* Item Prover. XVII*: *Qui altam* *v. 16.
*facit domum suam, querit ruinam.* Item exemplum illius qui divinavit de turre
cadenda et de filio grille et de tribus cucurbitis et de mure in cucurbita. Et
omnia casu dicebat et fortuitu, et ex hoc appellatus fuit divinus. Fuit et frater
Girardus de Mutina ex ordine fratrum Minorum tempore devotionis predicte[1], qui
fuit mirabilium patrator operum et multa bona fecit, ut vidi oculis meis. Hic,
cum adhuc secularis existeret, dicebatur Girardus Maletta. Ex potentibus et divi-
tibus parentibus natus est, scilicet de Buccabadhatis. Hic fuit de primitivis fra-
tribus unus, scilicet or*dinis fratrum Minorum, non tamen de XII[2]. Amicus et *f. CC39a.
intimus fuit beati Francisci et aliquando socius. Curialis homo fuit valde, libe-
ralis et largus, religiosus et honestus et valde morigeratus, temperatus in verbis
et in omnibus operibus suis. Parve litterature fuit, magnus concionator, optimus
et gratiosus predicator. Totum mundum circuire volebat. Hic pro me rogavit 1238.
fratrem Helyam generalem ministrum ordinis fratrum Minorum, ut ad ordinem
me reciperet, et exaudivit[3] eum apud Parmam anno Domini M°CC°XXX°VIII°.
Huius sotius aliquando in itinere fui. Huic tempore illius devotionis predicte 1233.
Parmenses totaliter dominium Parme dederunt, ut eorum esset potestas et con-
cordaret eos qui guerras[d] habebant ad pacem[4]. Et sic fecit, quia multos dis-
cordes ad pacem reduxit. Verumtamen in quadam compositione cuiusdam pacis
calumniam incurrit et perturbavit domnum Bernardum Rolandi Rubei, cognatum
pape domni Innocentii quarti, pro eo quod non bene satisfecit quibusdam amicis
suis. Erat enim frater Gerardus[e] imperialis multum. Et nichilominus *in pace et*
*in equitate ambulavit cum* Deo *et multos avertit ab iniquitate,* ut dicit Malachias II*. *v. 6.
Nota exemplum illorum trium sociorum, quorum unus elegit vacare sibi et sibi
soli vivere et solitariam vitam ducere, alius servire infirmis, tertius concordare
discordantes. De primo dicit beatus Ieronimus[5]: *Sancta rusticitas* | Ieronimus.
*solum sibi prodest, et quantum edificat ex vite merito ecclesiam Christi, tantum nocet,*

a) *sic iterum c., quod delendum.* b) *penna mutata.* c) cirꝯspectores *c.* d) *alterum* r *e corr. in loco raso.* e) *sic h. l. c.*

1) *De pace Mutinae ab eo facta vide 'Cronache Modenesi' p.* 38. 2) *Scil. non de XII primis, quos Franciscus collegit, antequam ab Innocentio III. papa impetraret, ut regula eorum confirmaretur; quorum nomina enumerantur in Speculo s. Francisci (Venetiis* 1504*) f.* 87. *et Analecta Franciscana III, p.* 640 *sq. etc.* 3) *Scil. Helyas. Cf. infra f.* 246[c]. 4) *Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668, *et vide permulta ab eo a.* 1233. *statuta, Statuta communis Parmae I,* 1, *p.* 3. 5. 10. 42 *sq.* 49. 198—200. 271. 290. 292 *sqq.* 301 *sqq.* 312—314. 320. 5) *Epist.* 53. *ad Paulinum, Bibliae ex more praemissa, Opera ed. Vallarsius I, col.* 270.

---

*si destruentibus non resistat.* Ideo nota de sancto Syndonio, cui precepit angelus
Domini, quod iret ad predicandum contra hereticos. De beato Francisco etiam[c]
scriptum est[1], quod *non sibi soli vivere, sed aliis proficere vult Dei zelo ductus.*
*f. 239[b]. †v. 36. *De secundo Dominus dicit Mat. XXV†: *Infirmus fui, et visitastis me.* Item ad
*v. 1. †v. 1. Ro. XIIII*: *Infirmum autem in fide assumite.* Et infra XV†: *Debemus autem nos*
*firmiores imbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere.* Item prima ad
*v. 14. Thessa. V*: *Suscipite infirmos, patientes*[b] *estote ad omnes.* Valde enim impacientes[b]
sunt infirmi et cito indignantur. Nota exemplum illius qui serviebat infirmo,
cui beata virgo apparuit et familiariter loquebatur cum eo. Cumque infirmus
clamaret, dimisit virginem et ad infirmum cucurrit. Rediens denuo virginem[d] ex-
pectantem invenit, que dixit sibi: 'Quia erga infirmum caritatem ostendisti, ideo
te expectavi. Alioquin recessissem, si ad infirmum non ivisses'. De tertio
*v. 8. dicitur Eccle. VII*: *Calumnia conturbat sapientem et perdet robur cordis eius.* Multas
enim calumnias patiuntur qui discordantes volunt ad pacem reducere. Ideo dicit
*v. 17. Prover. XXVI*: *Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit et impatiens com-*
*Ps.* 118, 134. *miscebitur rixe alterius.* Rogandus est autem Deus sicut rogat propheta: *Redime*
*me a calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.* Cum reduco ad memoriam
*v. 21. fratrem Ghirardum[b] de Mutina, semper illius auctoritatis recordor Eccli. XIX*:
*Melior est homo qui minuitur sapientia et deficiens sensu in timore, quam qui abundat*
*sensu et transgreditur legem altissimi.* Cum fratre Ghirardo fui infirmus apud Fera-
4. *Reg.* 13, 14. riam[2] *infirmitate, de qua mortuus est:* et veniens ipse Mutinam circa annum novum
ultimum diem clausit. Sepultus est in ecclesia fratrum Minorum in sepulchro la-
pideo, et multa miracula Deus per eum operari dignatus est. Que quia alibi
scribi possunt, ideo causa brevitatis hic omittuntur a nobis. Unum vero preter-
1233. *f. 239[c]. eundum non est, quia tempore devotionis pre*dicte isti sollemnes predicatores con-
gregabantur interdum in aliquo loco et ordinabant de predicationibus suis, scilicet
de loco, de die, de hora et de themate; et dicebat unus alteri: 'Teneas quod
ordinavimus firmum'. Et sic infallibiliter fiebat, sicut condixerant sibi. Stabat
ergo frater Ghirardus, ut vidi oculis meis, in platea communis Parme vel alibi,
ubi volebat, super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, et populo ex-
pectante a predicatione cessabat et profundabat caputium super caput, quasi ali-
quid meditaretur de Deo. Deinde post longam moram miranti populo, remoto
*v. 10. caputio, loquebatur. Quasi diceret Apoc. I*: *'Fui in spiritu in dominica die* et ascul-
tavi[e] dilectum fratrem nostrum Iohannem de Vincentia, qui predicat apud Bono-
niam in glarea fluminis Reni, et habet magnum populum coram se, et tale fuit

a) *inscriptiones huius columnae alio atramento subfusco scriptae sunt ac reliquae, sed manu fratris Sal.* b) *sic h. l. c.* c) ₇̄ (etiam) *a Sal. superscr.* d) u̍ (uir) *in loco raso.* e) *sic c.; cf. supra p.* 40, *l.* 24. *et p.* 44, *l.* 34.

1) *A Iuliano Spirensi in officio s. Francisci, Weis, 'Die Choräle Julians v. Speier' p. XVI.* 2) *Ubi Sal. a.* 1249—1256. *moratus est.*

predicationis eius initium[1]: *Beata gens, cuius est dominus Deus eius, populus, quem elegit in hereditatem sibi*'[a]. 1233. *Ps.* 32, 12. Idem dicebat de fratre Iacobino, idem illi de isto. Mirabantur astantes et curiositate ducti nuntios mittebant non nulli, ut istorum que dicebantur cognoscerent veritatem. Cumque veraciter hec omnia repperissent, indicibiliter mirabantur, et secularia negotia deserentes ordinem fratrum Minorum et fratrum Predicatorum multi ingressi sunt; et diversimode et in multis partibus mundi multa bona facta sunt tempore devotionis illius, ut vidi oculis meis.

Fuerunt[b] etiam tempore illo trufatores et illusores quam plures[2], qui *maculam in electis* libenter *imponere* conabantur[3]. *Eccli.* 11, 33. Ex quibus unus fuit Boncompagnus Florentinus[4], qui magnus magister in gramatica *in civitate Bononie fuit et libros de dictamine scripsit. **f.* 239a. Hic cum more Florentinorum trufator maximus esset, quendam rithmum fecit in derisionem fratris Iohannis de Vincentia, cuius nec principii reminiscor nec finis, quia multa tempora sunt, quod non legi ipsum, et quando

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *primo* ℂ Fuerunt *cum simplici littera* F *in columna scriptum, penna mutata hoc loco, deinde in marg. littera maior initialis* F *atram. nigro scripta et minio ornata.*

1) *Quod scivit, quia de initio, id est de themate, inter se praedicatores convenerant, ut Sal. supra dixit. Trufavit igitur, ut nostri verbo utar, fr. Girardus populum, ut ipse vir sanctus haberetur.* 2) *Inter quos maxime Guido Bonattus, de quo Sal. infra f.* 278[d]. *quaedam dicit.* 3) *Salse cavillatur Iohannem de Vincentia et Iacobinum de Regio carmen quoddam (a Petro de Vinea compositum?), Edélestand du Méril, 'Poésies pop. lat. du moyen âge' (Paris* 1847*) p.* 170:

Et omnes audivimus aquam factam vinum,
per Iohannem scilicet et per Iacobinum,
quod gustatum fuerat per architriclinum;
sic fecisse legimus beatum Martinum.
Loquebatur Dominus eis, cum volebant,
et ad eos angeli boni descendebant,
et mali similiter eis apparebant,
qui suis per omnia mandatis favebant.
His nunquam apostoli fecerunt maiora,
sed nec his similia, nam quacumque hora
invocabant Dominum fratres, sine mora
fiebant miracula laude digniora.
Visiones aliquas per raptum viderunt,
sed non licet homini loqui que fuerunt;
de futuris etiam plura predixerunt,
que, sicut predixerant, ita contigerunt.
Signa quidem plurima sunt ab eis facta,
que fuissent omnia hoc scripto redacta;
sed, cum vellem scribere, penna fuit fracta,
et bissexti numerus crevit in epacta.

*Habemus apud nos apographon huius carminis ex codice Montispessulano nr.* 351. *olim a b. m. G. Waitz descriptum, cuius ope menda quaedam editionis sustuli.* 4) *De quo vide librum Caroli Sutter, 'Aus Leben und Schriften des Magisters Boncompagno'. (Freiburg und Leipzig* 1894*), et quae allata sunt 'Neues Archiv' XXVI, p.* 760.

*F.* CCXL[a]. De[a] fatuitatibus fratris Iohannis de Vincentia, qui erat de ordine fratrum Predicatorum.
De truffis fratris Detesalve de Florentia, qui erat ex ordine fratrum Minorum.

---

legi, non bene commendavi memorie, quia nec multum curabam. Erant autem ibi verba ista, prout memorie occurrunt:

*Et Iohannes iohanniçat*
*et saltando choreizat.*
*Modo salta, modo salta,*
*qui celorum petis alta!*
*Saltat iste, saltat ille,*
*resaltant cohortes mille,*
*Saltat chorus dominarum,*
*saltat dux Venetiarum* et cet.

Item iste magister Boncompagnus videns, quod frater Iohannes intromittebat se de miraculis faciendis, voluit et ipse se intromittere et predixit Bononiensibus, quod videntibus eis volare volebat. Quid plura? Divulgatum est per Bononiam. *Ios.* 6, 21. *Esth.* 3, 13. Venit dies statuta, congregata est tota civitas *a viro usque ad mulierem, a puero usque ad senem,* ad radicem montis qui appellatur Sancta Maria in Monte[1]. Fecerat sibi duas alas et stabat in cacumine montis aspiciens eos. Cumque se diu mutuo aspexissent, protulit istud verbum: 'Ite cum benedictione divina, et sufficiat vobis vidisse faciem Boncompagni'. Et recesserunt cognoscentes se derisos[2]. Iste magister Boncompagnus, cum esset sollemnis dictator, ex consilio amicorum suorum ad curiam Romanam accessit volens experiri, si forte ex dictamine suo Romane curie posset gratiam invenire[3]. Quam cum non invenisset, recedens inde, *f. CCXL[a]. factus iam senex ad tantam devenit inopiam, quod opor*tuit eum apud Florentiam *v. 11. in quodam hospitali vitam finire. Hinc sapiens in Eccle. IX.* dicit: *Vidi sub sole nec velocium esse cursum nec fortium bellum nec sapientium panem nec doctorum divi-* *vv. 25–27. *tias*[b] *nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus.* Item Eccli. XXVI*: *In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia*[c] *michi advenit: Vir bellator deficiens per inopiam, et vir sensatus contemptus, et qui transgreditur a iustitia ad peccatum, Deus paravit eum ad rumpheam.* Porro[d] frater Iohannes de Vincentia, de quo supra fecimus mentionem, ad tantam dementiam devenerat propter honorem sibi impensum, et quia habebat gratiam predicandi, ut crederet etiam sine Deo se veraciter miracula posse facere[4]. Que maxima stultitia erat, cum Dominus

a) *inscriptiones huius columnae eodem subfusco atramento atque eae f.* 239[b]. *scriptae sunt.* b) initi *in loco raso.* c) iraɔdia *c.* d) *penna mutata.*

1) *Monte della Guardia cum ecclesia dicta Madonna di San Luca.* 2) *Similem dolum Boncompagni vide Sutter l. l. p.* 99 *sqq.* 3) *Cf. ibid. p.* 125. 4) *Vide quae Guido Bonatus Forliviensis, Continens decem tractatus astronomicos (Augustae Vindelic.* 1491. 4°) *tract. V, f.* 99. *de eo dicit inter alia:* Fuit similiter quidam frater de ordine Predicatorum nomine Iohannes, natione Vicentinus, . . . . . qui reputabatur sanctus quasi ab omnibus Italis qui confitebantur ecclesiam Romanam. Michi autem videbatur, quod esset ypocrita. Qui devenit ad tantam sublimitatem, quod dicebatur suscitasse XVIII mortuos, quorum nullus potuit ab aliquo videri; et dicebatur curare omnem infirmitatem, fugare demones. Ego tamen non potui videre aliquem liberatum, licet studuerim multum, ut viderem, nec aliquem, qui diceret firmiter se vidisse aliquod de suis miraculis. Et vide-

*F.* 240[c]. Quod[a] inhonesta locutio sit vitanda, octo rationibus demonstratur.

---

dicat Io. XV*: *Sine me nichil potestis facere.* Item Prover. XXVI†: *Sicut qui mittit* *r. 5. †r. 8. *lapidem in acervum mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Cum autem[b] reprehenderetur frater Iohannes a fratribus suis de multis fatuitatibus, quas faciebat, respondebat eis dicens: 'Ego exaltavi Dominicum vestrum, quem XII annis sub terra tenuistis absconsum, et nisi quieveritis, vilificabo sanctum vestrum et facta vestra publicabo'. Talia itaque audientes sustinebant ipsum, quousque mortuus est, non invenientes, qualiter contra eum insurgerent. Hic cum quadam die venisset ad domum fratrum Minorum, et barbitonsor ei barbam rasisset, valde habuit pro malo, eo quod fratres pilos barbe sue non collegerant, ut pro reliquiis reservarent. Sed frater Deus-te-salvet de Florentia ex ordine Minorum, qui more Florentinorum magnus trufator erat, optime *respondit stulto iuxta* *stultitiam suam,* *f. 240b. *ne sibi sapiens esse videretur,* Prover. XXVI.* *r. 5. Nam cum quadam die ad domum Predicatorum ivisset, et illi invitassent eum ad prandium, dixit, quod nullo modo ibi staret, nisi ei darent de tunica fratris Iohannis, qui in domo illa erat, ut pro reliquiis reservaret. Promiserunt et magnam petiam de tunica sibi dederunt, cum qua post prandium purgato ventre posteriora terxit[c], et petiam deiecit in stercora. Postmodum accipiens perticam stercora revolvebat, clamans et dicens: 'Heu, heu! succurrite, fratres, quia reliquias sancti requiro, quas perdidi in latrina!' Cumque vultus suos inclinassent ad orificia camerarum, cum pertica stercora revolvebat[d] valenter, ut stercorum fetorem sentirent. Infecti itaque tali odoramento erubuerunt confusi, cognoscentes se a tali trufatore delusos. Huic fratri Detesalve aliquando data fuit obedientia, ut ad provinciam Pennensem, que est in Apulia, iret ad habitandum. Ipse vero ivit ad infirmitorium et denudavit se, et aperiens quandam culcidram[c] tota die in ea latuit iacendo in pennis. Cum autem requireretur a fratribus, invenerunt eum ibi dicentem, quod obedientiam suam iam compleverat. Et ideo occasione istius truffe obedientia fuit sibi remissa, et non ivit illuc. Cum autem quadam die tempore yemali per civitatem Florentie ambularet, contigit, ut ex lapsu glatiei totaliter caderet. Videntes hoc Florentini, qui trufatores maximi sunt, ridere ceperunt. Quorum unus quesivit a fratre qui ceciderat, utrum plus vellet habere sub se. Cui frater respondit, quod sic, scilicet interrogantis uxorem. Audientes hoc Florentini non habuerunt malum exemplum, *sed commendaverunt fratrem dicentes: 'Benedicatur ipse, quia de nostris est'. *f. 240c. [Aliqui[e] dixerunt, quod alius Florentinus fuit, qui dixit hoc verbum, qui vocabatur frater Paulus Mille-musce ex ordine Minorum]. Sed querendum nobis est, utrum frater bene responderit necne. Et dicimus, quod male respondit, multiplici ratione. Primo, quia contra scripturam fecit que dicit Prover. XXVI*: *Ne respondeas* *r. 4. *stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.* Secundo, quia inhonesta fuit responsio, quia religiosus debet loqui ut religiosum decet. Unde Iacobus I*: *Si quis putat se reli-* *r. 26. *giosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Item.

a) *inscriptio huius columnae eodem subfusco atramento atque eae f.* 239[b]. *scripta est.* b) a (autem) *superscr.* c) *sic c.* d) uoluebat *corr.* reuoluebat *c.* e) *uncis inclusa in super. marg. a Sal. suppl.*

batur quasi totus mundus ruere post ipsum, et reputabatur beatus qui poterat habere aliquod filunculum cappe ipsius, et reservabatur pro reliquiis sanctis. . . . . . Et dicebat ipsemet palam in suis predicationibus, quod loquebatur cum Ihesu Christo et cum beata virgine, similiter et cum angelis quandocumque volebat *etc.*

*v. 11. Ieronimus.[a] prima Petri IIII*: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei.* Ieronimus[a, 1]: *Beata*[b]
*v. 29. *lingua, que nunquam nisi*[c] *de Deo*[d] *novit proferre sermonem.* Item ad Ephesios IIII*: *Omnis*
*sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quis bonus est ad edificationem fidei, ut det*
*v. 6. *gratiam audientibus.* Item ad Colo. IIII*: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus,*
*ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Tertio, quia verbum ociosum dixit;
*v. 36. de quo Dominus dicit Mat. XII*: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum ociosum, quod*
*locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iuditii.* Est autem verbum ociosum,
*v. 37. quod nec dicenti nec audienti utilitatem confert. Ideo Dominus subdit Mat. XII*: *Ex*
*v. 33. *verbis enim tuis iustificaberis et ex verbis tuis dampnaberis.* Ideo dicit Ecclesiasticus XXII*:
*Quis dabit ori meo custodiam et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis,*
*et lingua mea perdat me?* Quarto, quia qui inhoneste loquitur ostendit se cor vanum
*v. 33. habere, insuper dat aliis exemplum peccandi. Unde dicit apostolus prima ad Cor. XV*:
*v. 20. 21. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*[e]. Sed audi remedium sive vindictam Ys. XXIX*:
*Succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo et*
*f. 240[c]. *arguentem in porta supplantabant et declinaverunt frustra* *a *iusto.* De corde vano dici potest
quod de oculo dicitur. Sicut enim *impudicus oculus impudici cordis est nuntius*[2], sic verbum
*v. 23. vanum cor vanum ostendit. Ideo dicit sapiens Prover. IIII*: *Omni custodia serva cor*
*v. 8. *tuum, quia*[f] *ex ipso vita procedit.* Item Prover. XXX*: *Vanitatem et verba mendatia longe*
*v. 28. *fac a me.* Quinto, quia silentium commendatur et precipitur. Ieremias in Trenis III*:
*v. 15. *Sedebit solitarius et tacebit, quia levavit se super se.* Item Ys. XXX*: *In silentio et in spe*
*v. 14. †106, 30. *erit fortitudo vestra.* Item Exo. XIIII*: *Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.* Ps.†:
*Letati sunt, quia siluerunt.* Legitur[3], quod abbas Agatho per triennium tenuit lapillum
*v. 19. in ore, ut taciturnitatem adisceret[g]. Sexto, quia multiloquium prohibetur Prover. X*:
*In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* [Ideo[h]
*v. 5. †v. 8. Eccli. XIX*: *Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam*]. Item Eccli. XX†: *Qui multis utitur*
*v. 22. *verbis, ledit animam suam.* Item Eccli. XXVIII*: *Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic*
*v. 23. *quasi qui interierunt per linguam suam.* Item Prover. XXI*: *Qui custodit os suum et linguam*
*v. 11. *suam, custodit ab angustiis animam suam.* Item Eccli. XXV*: *Beatus qui lingua sua non est*
*v. 23. *lapsus, et qui non servivit indignis se.* Item Eccli. XXVIII*: *Beatus qui tectus est a lingua*
*v. 2. *nequam, et qui in iracundiam*[i] *illius non transivit,* et cetera que secuntur. Item Iacobi III*:
*In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Nota
exemplum de Secundo philosopho, ex cuius verbo obiit mater eius. Et penitentia ductus
usque ad diem mortis sue silentium tenuit[4]. Cui vere potest dici: *Si tacuisses, philosophus*
*v. 34. 35. *fuisses*[5]. Item apostolus prima ad Cor. XIIII.* precipit, quod *mulieres in ecclesiis taceant.*
*Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si quid autem volunt*

a) Ieronimus *in loco raso.* b) Beata *in loco raso.* c) nūquam *in loco raso,* nisi *in marg. a Sal. suppl.* d) deo *in loco raso, quo plures litterae scriptae fuerant.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *e corr. (radendo) c.* g) *sic c.* h) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* i) iraɔdia *c.*

1) *Apud Hieronymum, Epist.* 130, *Opera ed. Vallarsius I, col.* 991, *haec quidem leguntur:* Nihil aliud noverit lingua nisi Christum, nihil possit sonare nisi quod sanctum est. *Sed ipse Sal. dubitasse videtur, num haec sententia Hieronymi sit, cum primo aliud nomen scripsisse videatur.* 2) *Ut ait Augustinus, Regula ad servos Dei* § 6. *et Epist.* 211, *Opera ed. Maur.* (1731) *I, col.* 791. *II, col.* 784 = *Gratiani Decr. II, C. XXXII, q.* 5, *c.* 12; *qui locus infra f.* 322[d]. *cum Augustini nomine laudato allatus est.* 3) *In Iacobi Leg. Aurea c. CLXXIX* (174), *ed. Grässe p.* 809. 4) *Haec ex Gestis Secundi servatis in Vincentii Bellovac. Speculo hist. X,* 70. 71. 5) *Hoc proverbium exortum videtur esse ex Boetii Phil. cons. II,* 7: 'Intellexeram', inquit *(te esse philosophum),* 'si tacuisses'. *Cf. etiam Odonis de Ceritonia fab.* 82, *Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 654: Si tacuisses, *(philosophus)* esses.

*F.* 241[b]. Quod [a] frater qui verbum iocosum dixit tribus rationibus excusatur, *est enim qui labitur lingua sua, sed non ex animo,* ut Ecclesiasticus dicit XIX*. *v. 16.

---

*discere, domi viros suos* **interrogent. Turpe est mulieri loqui in ecclesia.* Multum enim *f. CCXLI[a]. locuntur in ecclesia mulieres. Ideo quidam dicunt, quod apostolus non prohibuit mulieribus loquelam utilem et necessariam, ut quando Deum laudant vel quando peccata sua sacerdotibus confitentur, sed prohibuit, ne predicare presumerent, quod officium proprie ad viros noscitur pertinere. Quod patet, quia de officio predicandi tunc apostolus loquebatur. Augustinus tamen dicit [1], quod ideo precipitur mulieri non loqui, quia, dum semel cum serpente locuta fuit, totum mundum confudit. Ideo Ecclesiasticus XXV.* dicit: *v. 33. *A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur.* Hinc apostolus ait prima ad Timotheum II*: *Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non* *v. 11—15. *permitto neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva. Adam non est seductus, mulier autem seducta in prevaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate.* Septimo, quia

*qui non assuescit bonis moribus, dum iuvenescit,*
*a vitiis nescit recedere, quando senescit* [2].

Hinc sapiens dicit Prover. XXII*: *Proverbium est: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum* *v. 6. *senuerit, non recedet ab ea.* Hinc Ecclesiasticus dicit XXIII*: *Homo assuetus in verbis im-* *v. 20. *properii in omnibus diebus vite sue*[b] *non erudietur.* Ideo optimam medicinam dat ipse Ecclesiasticus XXIII*: *Indisciplinate loquele non assuescas os tuum, est enim in illa verbum pec-* *v. 17. *cati.* Octavo et ultimo, quia qui turpia loquitur et inutilia et vana et inhonesta verba accusari debet et puniri in ordine fratrum Minorum de facto, si vidit, de verbo, si audivit [3]. Et hoc digne fit, quia *eloquia Domini eloquia casta.* Et in regula fratrum Mino- *Ps.* 11, 7. rum dicitur [4], quod *sint* **examinata et casta eorum eloquia ad utilitatem et edificationem populi* *f. 241[b]. et cet. Item Ys. XLIII*: *Ne memineritis priorum et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio* *v. 18. 19. *nova, et nunc orientur, utique cognoscetis ea.* Item apostolus II[a] ad Cor. V*: *Si qua igitur* *v. 17. *in Christo nova creatura, vetera transierunt, et ecce omnia facta sunt nova.* Ideo illa sancta mulier dixit I. Reg. II*: *Recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est,* *v. 3. *et ipsi preparantur cogitationes.* Hinc Petrus ait prima canonica[c] IIII*: *Si quis loquitur,* *v. 11. *quasi sermones Dei.* Hinc ad Ephesios dicit apostolus IIII*: *Deponite vos veterem hominem* *v. 22—24. *secundum pristinam conversationem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestre et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia*

a) *inscriptiones huius columnae eodem subfusco atramento atque eae f.* 239[b]. *scriptae sunt.* b) diebus suis *Vulg.* c) canica, no *a Sal. superscripto corr.* canonica *c.*

1) *Nescio ubi hoc dixerit.* 2) *In Raimundi de Biterris Libro Kalilae et Dimnae. Hervieux, 'Les fabulistes Latins' V, p.* 314, *et in codice archivi publici Lucensis signato* 988. *f.* 90. *et in Dialogo creaturarum* 73, *Th. Grässe, 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des litterar. Vereins in Stuttgart' CXLVIII, p.* 217, *leguntur versus (neglecta varia lectione):*

Qui non assuescit virtutibus, dum iuvenescit,
a vitiis nescit discedere, quando senescit.

*In codice olim Marchianensi, nunc Duacensi nr.* 39 *('Catalogue des mss. des départ.' VI, p.* 23*) legitur versus:*

Quod prius assuescit iuvenis, dimittere nescit.

3) *Haec ex constitutionibus ordinis Minorum descripta esse videntur, quae inter editas non reperi.*
4) *Regula secunda c.* 9.

*F. 241c.* Quod[a] ducere mulieres secum apud Hebreos inhonestum non erat, sed apud Grecos inhonestum fuisset, et ideo apostolus eas non duxit.
*F. 241d.* De[a] tribus archiepiscopis Ravennatibus.
Quod Florentini sunt valde solatiosi homines.

---

*v. 30. *et sanctitate veritatis.* Ad materiam supradictam facit quod Ecclesiasticus dicit XXVIII*: *Attende, ne forte labaris in lingua tua[b] et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et*
*v. 31. *sit casus tuus insanabilis in mortem.* Item Eccli. XI*: *Non omnem hominem inducas in domum*
*v. 21. 22. *tuam, multe enim sunt insidie dolosi.* Item Eccli. VIII*: *Coram extraneo ne facias consilium, nescis enim, quid pariat. Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam et convicietur tibi.* Multa autem alia reperiuntur de lingua in divina scriptura, que faciunt ad materiam supradictam, maxime autem in Biblia; sed nunc ista sufficiant. Frater vero Deus-te-salvet, cuius occasione ista posuimus, excusari potest multiplici ratione; non tamen verbum suum ducendum est in exemplum, ut iterum
*v. 11. dicatur ab aliquo, quia sapiens in Proverbiis dicit XXVI*: *Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.* Est autem prima ratio excusa-
*f. 241c. tionis ipsius, quia *respondit* **stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videretur,*
*v. 5. Prover. XXVI.* Secunda, quia non intendebat tantum dicere, quantum verbum
*v. 16. 17. sonat, cum homo solatiosus esset. Ideo dicit Ecclesiasticus XIX*: *Est qui labitur lingua sua[c], sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua?* Ideo
*v. 2. dicit Iacobus III*: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Talis fuit Iohannes Baptista, de quo cantatur[1]:

*Antra deserti teneris sub annis*
*civium turmas fugiens petisti,*
*ne levi saltem maculare vitam*
*famine posses.*

Tertia ratio est, quia concivibus suis[2] locutus fuit, qui[d] inde malum exemplum non habuerunt, cum sint homines solatiosi et maximi truffatores. Alibi vero male
*v. 31. sonasset verbum fratris, quia Ecclesiasticus dicit XXXVII*: *Non enim omnia omnibus*
*v. 12. *expediunt, et non omni anime omne genus placet.* Hinc apostolus ait prima ad Cor. VI*:
*v. 5. 6. *Omnia michi licent, sed non omnia expediunt.* Et infra IX*: *Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi[e] sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas? Aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?* Hoc ideo dicit apostolus, quia apud Hebreos non erat malum exemplum, si apostoli et discipuli Christi, qui predicabant, ducebant secum mulieres devotas, que eis ministrabant de facultatibus suis; quod etiam
*v. 2. 3. †v. 55. Dominus fecit, ut habetur Luc. VIII.* et Mat. XXVII†: *Erant autem ibi mulieres multe a longe, que secute fuerant[f] Iesum a Galilea ministrantes ei* et cet. Apud Grecos vero malum fuisset exemplum, si apostoli et alii qui predicabant mulieres secum duxissent. Et ideo
*v. 23. dimittebant, ne ducerent, quamvis hoc possent. Ideo dicit prima ad Cor. X*: *Omnia*
*f. 241d. *licent, sed non omnia edificant.* Hinc *beatus Franciscus dixit[3]: *Bonum est multa dimittere, ne ledatur opinio,* id est ne ledatur bona fama. Sed quidam de fama bona non curant;
*v. 1. que est stultitia maxima, cum sapiens dicat Prover. XXII*: *Melius est nomen bonum quam*

a) *inscriptiones huius columnae eodem subfusco atramento atque f. 239b. scriptae sunt.* b) tua *om. Vulg.* c) sua *om. Vulg.* d) q2 (quia) *corr.* q̇ (qui) *c.* e) ꝯducendi *c.* f) erant *Vulg.*

1) *In hymno a Paulo diacono composito, Poetae Carol. I, p. 83. Cf. Chevalier, Repert. hymnolog. nr.* 21039 *(II, p. 703).* 2) *Florentinis; cf. supra f. 240b, p. 79.* 3) *Thomae de Celano Vita Francisci secunda III, 66.*

*divitie multe, super argentum* enim *et aurum gratia bona.* Item Eccle. VII*: *Melius est*[a] *v. 2.
*nomen bonum quam unguenta pretiosa, et dies mortis die nativitatis.* Ideo dicit Ecclesiasti-
cus XLI*: *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri* *v. 15.
*magni et pretiosi.* Item apostolus dicit prima ad Cor. VIII*: *Si esca scandalizat fratrem* *v. 13.
*meum, non manducabo carnes*[b] *in eternum, ne fratrem meum scandalizem.* Huius itaque[c]
fratris Detesalve multa opera novi, sicut et comitis Guidonis[1], de quo multi multa
referre consueverunt; que quia magis sunt trufatoria quam edificatoria, ideo non
scribuntur a nobis. Verumtamen frater Deustesalvet ad ultramarinas partes ivit 1234.
cum archiepiscopo Ravennate nomine Theodorico[2], qui fuit sanctus homo et honesta
persona valde. Post quem archiepiscopus fuit domnus Phylippus[3] de Pistorio vel 1250.
de Luca[4]. Post quem frater Bonifacius[5] ex ordine Predicatorum, natione Par- 1274.
mensis, qui archiepiscopatum habuit a papa Gregorio decimo, non ob gratiam
ordinis sui, sed quia de parentela sua erat; et nunc archiepiscopus est, magnus et
ipse prolocutor et partem ecclesiasticam firmiter tenens. Unum vero preter-
eundum non est, quod Florentini non habent malum exemplum, si aliquis ordinem
fratrum Minorum egreditur, immo excusant eum dicentes: 'Miramur, quod tantum
ibi stetit, cum fratres Minores sint homines desperati, qui diversimode se affli-
gunt'. Hi quadam vice audi*entes, quod frater Iohannes de Vincentia ex ordine *f. CCXLIIa.
Predicatorum, cuius supra[6] fecimus mentionem, Florentiam ire volebat, dixerunt:
'Pro Deo non veniat huc. Audivimus enim, quod mortuos suscitat[7], et tot sumus,
quod civitas nostra capere nos non potest'. Et valde bene sonant verba Flo-
rentinorum in ydiomate suo. Benedictus Deus, qui nos de hac materia ex-
pedivit!

Fuit his temporibus Primás canonicus Coloniensis[8], magnus trutannus et
magnus trufator et maximus versificator et velox, qui si dedisset cor suum ad dili-
gendum Deum, magnus in litteratura divina fuisset et utilis valde ecclesie Dei.
Cuius Appocalipsim[d, 9], quam fecerat, vidi et alia scripta plura. Hic cum quadam
die ductus fuisset ab archiepiscopo suo[10] non *ad meditandum in agro*, sed ad Gen. 24, 63.
spatiandum, et vidisset boves archiepiscopi arantes in campo, pulchros, fortes
et pingues, dixit archiepiscopus Primáti: 'Si in isto regressu, ante quam boves

a) ē (est) *a Sal. superscr.* b) carnem *Vulg.* c) q̧ (que) *a Sal. superscr.* d) *sic* (ap pocalipsim) *c.*

1) *De Montefeltro, ut videtur, de quo infra Sal. multa multis locis retulit.* 2) *A.* 1222—1249. *Qui Theodericus a.* 1234. *legatus apostolicus Acconem missus est (Epist. pont. sel. I, p.* 481 *sqq., nr.* 594. 595*), iam a.* 1235. *Ravennam rediit: cf. Röhricht, 'Gesch. des Königreichs Jerusalem' p.* 831 *sqq.* 3) *A.* 1250—1270. 4) *Cf. infra f.* 286[d]. 373[c]. 389[c]. *et quae ibi adnotavi.* 5) *A.* 1274—1294, *quatuor annis ante eius ordinationem archiepiscopatu vacante.* 6) *F.* 237[d]. 238[b]. 239[c]—240[b], *p.* 72 *sqq.* 7) *Decem mortuos ab eo suscitatos esse fratres praedicabant; cf. Gerard. Maurisii, Muratori, SS. VIII, col.* 38; *C. Sutter, 'Johann von Vicenza' p.* 80, *n.* 3; *supra p.* 78, *n.* 4. 8) *Confudit Sal. Hugonem Primatem, quem Aurelianensem in inscriptione paginae* 242[b]. *recte dicit (de quo cf. L. Delisle, 'Bibl. de l'école des chartes' XXXI* (1870), *p.* 303—311*) et archipoetam Coloniensem, cuius est carmen celebre infra exhibitum:* Aestuans intrinsecus. *Hic certe non canonicus, sed pauper clericulus fuit. De hoc vide praesertim W. Giesebrecht in 'Allg. Monatsschrift'* 1853. *p.* 10 *sqq.* 344 *sqq.; O. Hubatsch, 'Die lat. Vagantenlieder des Mittelalters' (Görlitz* 1870*); Wattenbach, 'GQ.' ed.* 6. *II, p.* 474 *sqq. Neuter horum poetarum circa a.* 1233. *vixit, sed alter circa medium, alter post medium saec. XII. floruit.* 9) *Apocalypsim Goliae, carmen Walthero Mapes vulgo addictum, editum a Th. Wright, 'Walter Mapes' p.* 1—20. 10) *Rainaldo de Dassel Coloniensi a.* 1159—1167.

*F.* 242[b]. De Primate trutanno et[a] de versibus suis et rithmis.
Nota, quod[b] Primas Aurelianensis fuit.

---

perveniant ad nos, poteris facere versus de materia donationis boum, donabo eos tibi'. Et ait Primás: 'Firmum erit quod dixisti?' Respondit: 'Firmum certe'. Et statim protulit:

*Indigeo bobus ad rura colenda duobus.* Versus.
*Pontificis munus veniat bos unus et unus.*

Alia vice, cum esset in curia, volens exenium mittere cuidam cardinali, fecit fieri XII albissimos panes, grandes et pulchros, ex quibus fornaria unum furata fuit. Undecim vero remanentes nichilóminus misit cum cedula ita dicendo:

*Ne spernas munus, si desit apostolus unus,* Versus.
*Ut verbis ludam: rapuit fornaria Iudam.*

[Alia[c] vice, cum quidam archiepiscopus misisset ei exenium ex[d] piscibus sine vino, dixit[1]:

*Mittitur in disco michi piscis ab archiepisco*[e].
*Me non inclino, quia missio fit sine vino.*

Item[f]:

*His vaccis parcam, que sacri federis arcam*
*Olim duxerunt, sed aquis comedi meruerunt*].

*f. 242[b]. Alia vice datum fuit *sibi vinum nimis limphatum. Et cepit dicere[2]:

*In cratere meo Tetis est sociáta Liéo.* Versus.
*Est dea iuncta deo, sed dea maior eo.*
*Nil valet hic vel ea, nisi quando sunt pharisea.*
*Amodo propterea sit deus absque dea!*

[Item[g] alia vice cepit de vino dicere[3]:

*Fertur in convivio vinus, vina, vinum:*
*Masculinum displicet atque femininum.*
*In neutro*[h] *genere ipsum est divinum.*
*Loquens linguis variis*[i] *optimum Latinum*].

Item hic accusatus fuit archiepiscopo suo[4] de tribus, scilicet de opere venereo, id est de luxuria, et de ludo et de taberna[k]. Et excusavit se rithmice hoc modo[5]:

a) et — fuit *subfusco atramento posterius quam* De Prim. trut. *addita sunt, quo atramento et sequentes inscriptiones ad f.* 246[b]. *usque scriptae sunt.* b) ꝙ (quod) *a Sal. superscr.* c) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* d) ex *certo legi nequit in c.*; de *ed. Parm.* e) *sic c.* f) Item *bis scr.* g) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. atramento subfusco suppl.* h) *enuncia* neütro; sed in neutro *edd.* i) loqui facit socios *Wr.*; loqui facit clericum optime *Anz.* k) *sequitur* ℭ *minio scriptum in c.*

1) *Eosdem versus paulo differentes vide in* '*Notizenblatt, Beilage z. Archiv f. K. Oesterr. GQ.*' 1852. *p.* 26. 2) *Hi versus exstant inter Carmina Burana ed. Schmeller (Stuttgart* 1847; *ed.* 2. *Breslau* 1883*) p.* 233, *nr.* 173[a], *et* '*Notizenblatt*' *l. l. p.* 26, *iidem et sequentes quatuor versus etiam in* '*Anzeiger f. K. d. Deutschen Vorzeit. N. F.*' *XV* (1868), *col.* 163. 3) *Hos versus aliis coniunctos cum mendis edidit Th. Wright,* '*Walter Mapes*' *p. XLV; recudi fecit Edélestand du Méril,* '*Poésies populaires Latines du moyen âge*' *(Paris* 1847*) p.* 207. 4) *Rainaldo de Dassel.* 5) *Sequens carmen archipoetae Coloniensis ediderunt Th. Wright,* '*The Latin poems commonly attributed to Walter Mapes*' *(London* 1841*) p.* 71 *sqq. (male et non integrum); Iac. Grimm,* '*Philol. u. hist. Abhandl. d. kgl. Akad. zu Berlin*' 1843. *p.* 207—211 *(=* '*Kleine Schriften*' *III, p.* 70 *sqq.*)*; I. A. Schmeller, Carmina Burana (Stuttgart* 1847; *ed.* 2. *Breslau* 1883*) p.* 67—71, *nr. CLXXII; Hauréau,* '*Notices et extraits des mss.*' *XXIX,* 2, *p.* 266 *sqq., alii; postremo (non bene) I. Werner,* '*Beiträge zur Kunde der lat. Literatur des MA.*' *ed.* 2 *(1905) p.* 200—205. *Septem eiusdem*

*F. 242c.* Quod Primas excusat se Coloniensi episcopo suo, cui fuerat accusatus de luxuria et de ludo et de taberna, et promittit emendam et petit indulgentiam.

---

Rithmus.

*Estuans[a] intrinsecus ira vehementi,*
*In amaritudine loquor mee menti.*
*Factus de materia vilis elementi*
*Folio sum similis, de quo ludunt venti.*
*Cum sit enim proprium viro sapienti*
*Supra petram ponere sedem firmamenti,*
*Stultus ego cómparor[b] fluvio labenti,*
*Sub eodem aere nunquam permanenti.*
*Feror ego veluti sine nauta navis,*
*Ut per vias aeris vagas[c] fertur avis,*
*Non me tenent vincula, nec[d] me tenet clavis,*
*Quero mei similes et adiungor pravis.*
*Michi cordis gravitas res videtur gravis,*
*Iocus est amabilis dulciorque favis.*
*Quicquid Venus imperat, labor est suavis[e],*
*Que nunquam in cordibus habitat ignavis.*
*Via lata gradior[f], via[g] iuventútis.*
*Implico me vitiis, inmemor virtutis.*
*Mortuus[h] in anima curam gero cutis.*
*Voluptatis ávidus magis quam salutis.*
*Presul discretissime, veniam te precor.*
*Morte bona morior, dulci nece necor.*
*Meum pectus sauciat puellarum decor.*
*Et quas tactu nequeo, saltem corde mecor.*
*Res est perartissima[i] vincere naturam.*
*In aspectu virginis mentem esse puram.*
*Iuvenes non possumus legem sequi duram*
*Leviumque corporum non habere curam.*
*Quis in igne positus igne non uratur?[k]*
*Quis Papie cómmorans[l] castus habeatur?[k]*
*Ubi Venus digito iuvenes venatur,*
*Oculis illáqueat, facie predatur.*
**Si ponas Ypólitum[1] hodie Papie,* *f. 242c.
*Non erit Ypolitus in sequenti die.*
*Veneris in thalamos ducunt omnes vie,*
*Non est in tot turribus turris Alachie[m].*

a) *penna mutata.* b) ꝯparor *c.* c) *lege* vaga. d) non *alii codd.* e) *emuncia* suävis. f) gradior, *ut videtur, c.* g) *lege* more *cum edd.* h) *v.* 19. *pone post* 20. *cum edd.* i) *lege* arduissima *cum edd.* k) *non signum interrogationis hoc loco in c.* l) ꝯmorans *c.* m) *sic solus Sal.;* Aliciae *Wr.;* Alethie *Gr.;* Aricie *Werner;* Galatię *Bur.*

*strophas edidit Edélestand du Méril l. l. p.* 205—207; *duas strophas exhibet Giraldus Cambr., Spec. ecclesiae Dist. IV, c.* 15, *Opera ed. Brewer IV, p.* 293; *et aliae aliis locis repetitae sunt. Nos variam lectionem editionum et codicum afferre noluimus, iis tantum locis adnotavimus, quibus Sal., qui bonum textum exhibet, aut menda aut immutatam lectionem habet. Varium etiam editionum ordinem stropharum neglẹximus.* 1) *Non martyrem, ut Iac. Grimm opinatur, sed filium Thesei.*

*F.* 242[d]. De captione et morte Henrici imperatoris filii, ad cuius funus frater Lucas Apulus predicavit.

---

*Secundo redarguor etiam de ludo:*
*Sed cum ludus corpore me dimittat nudo,*
*Frigidus exterius, mentis estu sudo:*
*Tunc versus et carmina meliora cudo.*
*Tertio capitulo memoro tabernam:*
*Illam nullo tempore sprevi neque spernam,*
*Donec sanctos angelos venientes cernam,*
*Cantantes pro mortuis 'Requiem eternam'.*
*Poculis accenditur animi lucerna,*
*Cor imbútum nectare volat ad superna.*
*Michi sapit dulcius vinum de taberna*
*Quam quod aqua miscuit presulis pincerna.*
*Loca*[1] *vitant publica quidam poetarum*
*Et secretas eligunt sedes latebrarum,*
*Student, instant, vigilant nec laborant parum,*
*Et vix tandem reddere possunt opus clarum.*
*Student, instant, vigilant*[a] *poetarum chori,*
*Vitant rixas publicas et tumultus fori:*
*Est*[b] *ut opus faciant, quod non possit mori,*
*Moriuntur studio, súbditi labori.*
*Unicuique proprium dat natura donum:*
*Ego versus faciens bibo vinum bonum*
*Et quod*[c] *habent purius dolia cauponum.*
*Vinum tale generat copiam sermonum.*
*Unicuique proprium dat natura munus*[2]*:*
*Ego nunquam potui scribere ieiunus:*
*Me ieiunum vincere posset puer unus.*
*Sitim et ieiunium odi tamquam funus.*
*Tales versus facio, quale vinum bibo.*
*Nichil possum facere*[d] *nisi sumpto cibo.*
*Nichil valent penitus que ieiunus scribo,*
*Nasonem post calicem*[e] *carmine preibo.*
*Michi nunquam spiritus poetrie datur,*
*Nisi prius fuerit venter bene satur.*
*Dum*[f] *in arce cerebri Bachus dominatur,*
*In me Febus irruit et miranda fatur.*
*Meum est propositum in taberna mori,*
*f. 242d. **Ut sint vina proxima*[g] *morientis ori.*

a) *lege* Ieiunant et abstinent *cum edd.* b) *lege* Et *cum edd.* c) quod *in marg. a Sal. suppl.* d) *sic etiam Bur. cum Sal. recte, ut videtur;* scribere *alii codd.;* nil p. incipere *Gr.* e) *sic etiam Bur. et alii cum Sal.;* calices *reliqui.* f) *sic recte cum Sal. etiam Gr. et unus codex Harleianus, qui solus sex codicum Anglicorum a Wright adhibitorum fere integrum hoc carmen exhibet;* cum *reliqui.* g) *sic et codex Harl.;* ubi vina proxima *Bur.;* vinum sit appositum (oppos.) *Girald. et alii codd.*

1) *Sequentes sex strophae (v. 49—72) insunt etiam alteri carmini archipoetae edito a Iac. Grimm l. l. p.* 195. 2) *Cf. Propert. III,* 22, 17 *sq.:* Unicuique dedit vitium natura creato: Mi fortuna aliquid semper amare dedit.

*Tunc occurrent citius*[a] *angelorum chori:*
*Sit Deus*[b] *propitius michi*[c] *potatori.*
*Ecce mee proditor pravitatis fui,*
*De qua me redarguunt servientes tui.*
*Sed eorum nullus est accusator sui,*
*Quamvis velint ludere seculoque*[d] *frui.*
*Iam nunc in presentia presulis beati*[e]
*Mittat in me lapidem neque parcat vati,* Ioh. 8, 7.
*Cuius non est animus conscius peccati.*
*Sum locutus contra me quicquid de me novi*
*Et virus evomui, quod tam diu fovi.*
*Vetus vita*[f] *displicet, mores placent novi.*
*Homo videt faciem, sed cor patet Iovi.*
*Iam virtutes diligo, vitiis irascor,*
*Renovatus animo, spiritu renascor;*
*Quasi modo genitus novo lacte pascor,*
*Ne sit meum amplius vanitatis vas cor.*
*Electe Colónie, parce penitenti*[g]
*Et da penitentiam culpam confitenti!*
*Feram quicquid iusseris animo libenti.*
*Parcit enim subditis leo, rex ferarum,*
*Et est erga subditos inmemor irarum.*
*Et vos idem facite, principes terrarum!*
*Quod caret dulcedine, nimis est amarum.*

Porro millesimo supraposito, silicet[h]

Anno Domini M°CCXXXIII, tempore pape Gregorii noni, in mense Maii, tempore Alleluie Fridericus imperator Romanorum cepit Henricum regem Alamannie[1], filium suum rebellem sibi, eo quod contra voluntatem suam Lombardis adheserat, quem diu in vinculis tenuit. Cumque a castro Sancti Felicis[2] duceretur ad aliud castrum[3], ut adhuc in vinculis teneretur, affectus tedio et tristitia precipitavit seipsum per quoddam precipitium et mortuus est[4]. Congregati sunt igitur principes et barones, milites et iudices, ut sepelirent eum[5], absente impera-

1235. — 1242. (Febr.)

a) tunc cantabunt letius *Bur. Gr.;* ut dicant cum venerint *Girald. et reliqui codd.* b) Deus sit *edd.* c) huic *plerique codd., alii male* isti *et* tanto. d) *sic recte solus Sal., ut Schmeller bene coniecit;* secundoque *Bur. Gr.;* scelereque *Wr.* e) *excidit v.* 82: Secundum dominici regulam mandati. f) Vita vetus *alii codd.* g) *excidit v.* 94: Fac misericordiam veniam petenti (famulo petenti *Bur.*). h) *sic h. l. c.*

1) *Quod a.* 1235. *Iul., non a.* 1233. *mense Maio factum esse constat. Sed devotionem Alleluiae mense Maio coepisse ex 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 258, *elucet. Heinricus se patri non ante mensem Iun. ex. dedidit.* 2) *San Fele in provincia Basilicata, ubi Heinricus a.* 1236. *Ian. —* 1240. *Iun. tentus est.* 3) *Potius cum de Neocastro, ubi a.* 1240. *Iun. —* 1242. *Febr. tentus est, ad castrum S. Marci ducebatur, prope Martoranum.* 4) *Iure I. Ficker, Reg. Imp. V,* 2, *nr.* 4383 n, *hanc relationem veram esse censet. Ad testimonia ibidem allata, quae hoc affirmant (praesertim Chron. de rebus Sic., Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. I, p.* 905 *sq.; Rolandin. III,* 10, *SS. XIX, p.* 61; *sermo de Friderico II. imp., Huillard-Bréholles VI, p.* 289*) accedit aliquo modo Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 513. 5) *In ecclesia cathedrali de Cosenza.*

*F.* CCXLIII[a]. Quod Advocati de Mantua interfecerunt episcopum suum.
De magno gelu quod fuit hoc anno.
De magno prelio in episcopatu Cremone.
Quod vinee sunt destructe pre nimio gelu.
*F.* 243[b]. De congelatione Padi.
Quod papa Gregorius nonus flevit cum cardinalibus suis audita morte Mantuani episcopi.
Quod Deus gravius punit iniuriam servorum suorum quam suam.

---

*f.CCXLIII[a]. tore. Cum quibus etiam affuit frater Luchas Apulus[1] ex ordine fratrum *Minorum,
*cf. Sap.* 16,11. cuius est sermonum memoria, ut secundum consuetudinem Apulie predicaret ad funus.
*r. 10. Et ex libro Geneseos XXII.* proposuit thema dicens: *Arripuit Abraham gladium,
*ut immolaret filium suum.* Et dixerunt iudices et litterati qui ibi erant: 'Talia
dicet hodie frater iste, quod imperator auferet ei caput'. Sed aliter se negotium
habuit. Nam ita pulcrum fecit sermonem iustitiam commendando, quod, cum
commendaretur coram imperatore, voluit ipsum sermonem habere.

1234. *Ian.* Anno Domini M°CCXXXIIII° nives et glaties fuerunt magne per totum mensem Ianuarii, ita
*L. temp. c.* 236. quod vinee et omnes arbores fructifere congelate fuerunt. Et bestie silvestres mortue sunt ex
gelu. Et lupi intrabant civitates de nocte, et plures fuerunt capti de die et mortui et suspensi in
plateis civitatum[2]. Et arbores scindebantur ex nimio gelu a summo usque deorsum, et multe
arbores totaliter virorem perdiderunt et desicate[a] sunt propter dictum gelu. Et fuit
magnum prelium in episcopatu Cremone inter Cremonenses et Parmenses et Papienses et Placentinos et
Mutinenses[3] ex una parte et Mediolanenses et Brixianos cum suis amicis ex altera.

1235. Anno Domini M°CCXXXV° quadam die Mercurii, XIII[a] die exeunte mense Aprilis[b] fuit
*Apr.* 18. *ib. c.* 237. ventus frigidus, et venit nix frigidissima; et sequenti nocte venit pruina magna, que vineas de-
*Apr.* 23. struxit, ita quod videbantur sicce. Et die VIII[a] exeunte Aprile[a] descendit alia nix et pruina,
1234. *(Ian.)* ita quod vinee penitus destructe ab eis fuerunt. [Et[c] eodem anno Padus ita con-
gelavit, quod homines transibant dictum flumen equestres et pedestres[4]]. Et
*ib.* 1235. eodem anno fuit mortuus domnus Guidhottus episcopus Mantue, filius condam Frugerii de Corigia, ab
*f. 243[b]. *Maii* 14. Advocatis de Man*tua die Lune XIIII° intrante Maio. Huius soror domina Sophya, uxor
domni Rainerii de Adhelardis de Mutina, mea devota fuit. Et nota, quod col-
legium canonicorum et clericorum de Mantua ad curiam domni pape misit nuntium
spetialem et eloquentissimum, qui mortem sui episcopi summo pontifici nuntiaret.
Qui quamvis esset iuvenis, ita tamen coram papa et cardinalibus splendide per-
oravit, quod omnes admirati sunt[d]. Et finitis verbis suis protulit dalmáticam
sanguinolentam episcopi Mantuani, cum qua apud Sanctum Andream de Mantua
*Gen.* 37, 32. fuerat interfectus, et expandit eam coram papa, dicens: '*Vide*, pater, et considera
et cognosce, *utrum tunica filii tui sit an non*, ut scias'. Qua visa flevit domnus
papa Gregorius nonus quasi inconsolabiliter cum omnibus cardinalibus[5]. Erat
enim homo multum compassivus, habens viscera pietatis. Verumtamen Advocati

a) *sic c.* b) april' *c.* c) *uncis inclusa in infer. marg. a Sal. suppl.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *De Bitonto; de cuius sermonum collectionibus cf. Sbaralea, Suppl. ad script. trium ordinum S. Francisci p.* 489 *sq. Cf. infra f.* 286[a.b]. 2) *Liber de temp.:* in platea comunis Regii. 3) omnes *Liber de temp., quod Sal. recte mutavit in* Mutinenses. *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 38. 4) *Haec, quae Sal. postea addidit, ex annalibus brevibus quibusdam, qui perierunt, assumpsit. Cf. infra f.* 279[c], *ubi ad a.* 1240. *eadem addita sunt. Quod frigus factum est mense Ianuario a.* 1234, *ut ipse Sal. ex Libro de temp. supra retulit. Cf. SS. XXXI, p.* 510, *n.* 1. 5) *Cf. litteras papae datas a.* 1235. *Iun.* 5, *MG. Epist. pont. Rom. sel. saec. XIII. I, p.* 534 *sqq., nr.* 642; *Potthast nr.* 9931.

*F.* 243[c]. Quod Deus acriter et severe vindicavit mortem Zacharie filii Ioiade et beati Thome Cantuariensis archiepiscopi, et de exemplo serpentis. De Ioas, de Aman Agagita, de Federico[a] II[o].
*F.* 243[d]. De marchione Hestensi qui Opiço dicitur. Omnes hi IIII[or] fuerunt ingrati.

---

de Mantua, qui sui episcopi interfectores extiterant, de civitate expulsi fuerunt, nec fuerunt amplius revocati, sed usque in hodiernum diem exulant vagabundi[b], ut cognoscant *perversi*, qui *difficile corriguntur*, et *stulti*[c], [quorum] *infinitus est* *Eccl.* 1, 15.
*numerus*, et *homines pestilentes*, qui *dissipant civitatem*, quod pugnare contra Deum *Prov.* 29, 8.
non est facile. Cognoscant etiam, quod gravius punit Deus servorum suorum iniuriam quam propriam, que sibi infertur. Nam propriam pepercit in cruce, quando pro transgressoribus rogavit, et exauditus est pro sua reverentia. De servis vero suis dicit Zacharie II*: *Qui enim teligerit vos, tanget*[d] *pupillam oculi mei.* Quod patuit in multis, quos **v.* 8.
Deus punivit in vindictam servorum suorum; quorum duorum, ceteris pretermissis, ponamus exemplum, maxime *autem illorum qui in ecclesia passi sunt. Quorum[e] primus **f.* 243[c].
fuit Zacharias filius Ioiade pontificis summi Iudaici populi. De quo habetur II. Paralipo. XXIIII*, quod *spiritus Domini induit Zachariam filium Ioiade sacerdotem, et stetit in* **v.* 20. 21.
*conspectu populi et dixit eis: 'Hec dicit Dominus: Quare transgredimini preceptum Domini, quod vobis non proderit, et dereliquistis Dominum, ut derelinqueret*[f] *vos?' Qui congregati adversum eum miserunt lapides iuxta regis imperium in atriis domus Domini.* Hi fecerunt contra scripturam que dicit Prover. XXIIII*: *Qui arguunt laudabuntur, et super eos veniet* **v.* 25. 26.
*benedictio. Labia deosculabitur qui recta verba respondet*[g]. Sed impleverunt aliam scripturam, que dicit Amos V*: *Odio habuerunt in porta corripientem et loquentem perfecte abhomi-* **v.* 10.
*nati sunt.* Et iterum Prover. XV*: *Non amat pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes* **v.* 12.
*graditur.* Item Prover. XXIX*: *Homines pestilentes dissipant civitatem.* Item Ys. LIX†: **v.* 8. †*v.* 11. 15.
*Corruit in platea veritas, et equitas non potuit ingredi, et facta est veritas in oblivione, et qui recessit a malo, prede patuit.* Sequitur in textu Paralipomenon*[1]: *Et non est recordatus* *2, 21. 22.
*Ioas rex misericordie, quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius.* Quia, sicut dicit Ecclesiasticus XXIX*: *ingratus sensu dereliquit liberantem*[h] *se.* Nota **v.* 22.
exemplum illius qui custodiebat viridarium domini sui, qui introduxit serpentem in domum suam, qui postea interfecit filium suum et fugit[2]. Ideo dicit Ecclesiasticus XI*: *Non omnem hominem inducas in domum tuam, multe enim sunt insidie dolosi.* **v.* 31.

Exemplum.

Item Eccli. XII*: *Non credas inimico tuo in eternum.* Nota, quod vulgariter dicunt **v.* 10.
illi de Tuscia: *D'ohmo alerandhiço et de pioclo*[i] *api'cadhiço no po l'ohm gaudére*[g]. Id **f.* 243[d].
est: 'De homine adventicio et de pediculo adhereticio non potest homo gaudere'; id est: non habes consolationem de pediculo alieno, qui adheret tibi, et de homine advena, quem tu nutris. Quod patuit in Ioas rege Iuda, de quo presens est sermo, et in Aman Agagita, de quo in Hester continetur ultimo*: *Et ut manifestius quod* *16, 10.
*dicimus intelligatis* et cet. usque ibi: *Deo illi reddente quod meruit.* Patuit etiam in *v.* 18.
Friderico secundo, quem pupillum nutrivit ecclesia[3], et postea contra ecclesiam

a) *sic h. l. c.* b) uagabunda *c.* c) stultorum *c., ubi* quorum *in marg. suppl., in columna littera* (q? — qui) *erasa;* stulti quorum *scripturus Sal. scripsisse videtur* stultorum qui, *cum in Eccl.* 1, 15. *legatur:* Perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus; *et cum* qui *emendasset*, stultorum *corrigere oblitus est.* d) tangit *Vulg.* e) *sequitur, non praecedit,* ℭ *minio scriptum.* f) relinq. *corr.* derelinq. *c.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) liberate *c.* i) piclo *corr.* pioclo *c.*

1) *Post l.* 20. 2) *Haec fabula infra f.* 456[a. b]. *enarrata est.* 3) *Cf. supra f.* 215[a], *p.* 19.

*F.* CCXLIIII[a]. Quod duobus modis certatur legittime.
*F.* 244[b]. Quid promeruit Ioiadas de bonitate sua, et quid Çacharias filius eius.

---

*Act.* 9, 5. levavit calcáneum eam multipliciter affligendo. Sed in malum sui ipsius *contra*
*stimulum calcitra*vit. Nam depositus vehementer ab imperio fuit, nec ex malitia
*v.* 13. sua consolationem invenit. Ideo dicit Ecclesiastes VIII*: *Non sit bonum impio,*
*nec prolongentur dies eius, sed quasi*[a] *umbra transeant qui non timent faciem Domini.*
*v.* 11. [Item[b] Ys. III*: *Ve impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei*]. Item in
marchione Estensi[1], qui nunc est, patet etiam hoc quod de superioribus diximus
*2, 24, 22. necnon et in aliis multis. Sequitur in textu Paralipo.*: *Qui cum moreretur*[2], *ait:*
*v.* 50. 51. '*Videat Dominus et requirat*'. Cui respondet Dominus Luc. XI*: *Ita dico vobis: requiretur*
*ab hac generatione*, scilicet *sanguis prophetarum omnium, qui effusus est á constitutione mundi,*
*a generatione ista, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zacharie, qui periit inter altare et*
*2, 24, 23–25. *edem.* Sequitur in textu Paralipo.*: *Cumque evolutus esset annus, ascendit contra eum exer-*
*citus Syrie venitque in Iudam et Ierusalem et interfecit cunctos principes populi, atque universam*
*predam miserunt regi Damascum*[c]. *Et certe, cum permodicus venisset numerus Syrorum, tra-*
**f.* CCXLIIII[a]. *didit Dominus in manibus eorum infinitam multitu*dinem, eó quod dereliquissent dominum Deum*
*patrum suorum. In Ioas quoque ignominiosa exercuére iuditia, et abeuntes dimiserunt eum in*
*langoribus magnis. Surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Ioiade*
*sacerdotis et occiderunt eum in lectulo suo, et mortuus est. Sepelieruntque illum in civitate*
*David, sed non in sepulchris regum.* Considera de isto rege, quia bonum habuit princi-
pium, sed malum finem. Nam multa bona fecit, que postea propter culpam suam per-
*v.* 24. didit, quia in bonis operibus perseverare contempsit. Unde Dominus Eze. XVIII*: *Si*
*averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominationes, quas*
*operari solet impius, numquid vivet? Omnes iustitie eius, quas fecerat, non recordabuntur. In*
*prevaricatione sua, quam*[d] *prevaricatus est, et in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur.*
*v.* 5. Ideo dicit apostolus II. ad Timotheum II*: *Non coronabitur nisi qui legittime certa-*
*verit.* Legittime certare uno modo est semper temptationibus diabolicis repugnare et
*v.* 9. nunquam diabolo consentire, quod paucorum est. [Prover.[e] XX*: *Quis potest dicere:*
*v.* 21. *Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Ecclesiastes VII*: *Non est enim homo iustus*
*v.* 16. *super terram, qui faciat bonum et non peccet.* Item Prover. XXIIII*: *Septies enim cadet*
1, 2, 11. *iustus et resurget, impii autem corruent in malum*]. Et ideo non precipit apostolus Petrus II*,
sed obsecrat *tamquam advenas et peregrinos a carnalibus desideriis abstinere, que militant ad-*
*v.* 5. *versus animam.* Quod non fecerunt illi, de quibus dicit apostolus Iacobus V*: *Epulati*
*estis super terram et in luxuriis enutristis corda vestra.* Alio modo legittime certare est
in bonis operibus vitam finire, quod multorum est. Ideo dicit beatus Iohannes in se-
*v.* 8. cunda*: *Videte vosmetipsos, ne perdatis quod*[f] *operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis.*
*v.* 6. Quod non fecit ille, de quo dicit Aggeus I*: *Qui mercedes congregavit, misit eas in saculum*[g]
**f.* 244[b]. †51, 35. *pertusum.* Sed Ecclesiasticus *dicit ultimo†: *Videte oculis vestris, quia modicum laboravi et*

a) *vox* (sic? = sicut) *erasa est et a Sal. in fine versus adscriptum* quasi *c.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) in Dam. *Vulg.* d) qua *Vulg.* e) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* f) quae *Vulg.* g) *sic c.*

1) *Opizone II (supra p. 89, l. 4), qui ingratus fuisse hoc loco dicitur, quia Fontanenses, qui eum, ut dominio Ferrariae potiretur, adiuverant, Ferraria expulit: cf. infra f.* 280[c]. 360[a].
2) *Zacharias; vide supra p. 89, l. 28.*

*F. 244c.* Quid demeruit Ioas propter malignitatem suam, quid etiam populus eius, et de damnificatione, quam homo propter peccatum incurrit.

---

*inveni michi multam requiem.* Quod latro, qui Domino in cruce credidit, convenienter
dicere potuit; similiter et beatus Bonifatius[1], qui bonum finem habuit. Ideo dicitur:

*Cuius finis bonus est,*
*ipsum quoque bonum.*

Porro secundus[a, 2] fuit beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus, quem Dominus
optime vindicavit. De[b] cuius vindicta in legenda sua[3] taliter continetur: *Ádeo* *Passio Thomae II.*
*vero in martyris persecutores ultio divina desevit, ut in brevi sublati de medio non comparérent. Et alii quidem sine confessione et viático subito rapti, alii digitos vel linguas proprias frustatim dentibus decerpentes, alii sanie defluentes et toto corpore tabefacti et torcionibus[c] inauditis ante mortem cruciati, alii paralisi dissoluti, alii amentes effecti, alii cum insania expirantes, manifesta reliquerunt inditia, quod iniuste persecutionis et excogitati patricidii penas exolverent. Passus est autem egregius Dei athléta Thomas anno ab incarnatione Domini secundum Dionisium M°CLXX° quarto Kal. Ianuarii, feria tertia, hora quasi undecima, ut Dei natalis ad laborem eius fieret natalis ad requiem. Ad quam nos perducere dignetur idem Deus et dominus noster Iesus Christus, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.* Quantum[b] autem ad[d] ystoriam suprapositam, considerandum nobis
occurrit, quid promeruit Ioiadas, quid etiam filius eius Zacharias, et quid demeruit Ioas,
quid etiam populus eius. De Ioiada sic habetur[4]: *Mortuus est Ioiada sacerdos, qui solus*
*legitur post Moy*sen centum XXX annis vixisse[e]* — non quod Moyses tantum vixerit, vixit *f. 244c.
enim X annis minus[5] —. *Et sepultus est in[f] civitate David, eó quod generi David reparavit*
*imperium[g].* Antiquitus enim quidam in agris suis sepeliebantur. Promeruit ergo Ioiada
nobilem sepulturam ob causam supra[h] predictam[g]. Çacharias vero filius eius, quia fecit
quod Ecclesiasticus IIII.* docet, scilicet: *Pro iustitia agonizare pro anima tua et usque ad* *v. 33.
*mortem certa pro iustitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos,* ideo promeruit, ut in
evangelio commendaretur a Domino dicente: *A sanguine Abel iusti usque ad sanguinem* Matth. 23, 35.
*Zacharie,* tamquam a termino a quo usque ad terminum ad quem, id est a pastore usque ad
sacerdotem, qui duo optime copulantur, ut qui sacerdos est sit etiam pastor. Dicit enim
Amos III*: *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?* Quasi dicat 'non'. Item *v. 3.
beatus Ieronimus multum videtur esse sollicitus ad querendum istum Zachariam[6], cum
tamen faciliter eum nobis demonstrare potuisset. Nota etiam, quod omnes filii Zacharie *Petr. Com.*
cum eo lapidati sunt preter unum póstumum, qui postea dictus est Zacharias[7]. Ioas vero rex Iude
demeruit, quia in sepulcris regum propter suam indignitatem sepultus non fuit. Nam
mortuo Ioiada, a legittimis Dei declinavit. Cuius exemplo et optimates vitiati sunt[7], quia, sicut dicit *ib.*
Ecclesiasticus X*: *Secundum iudicem populi sic et ministri eius, et qualis rector est civitatis,* *v. 2.
*tales et habitantes in ea.* Item Prover. XXIX*: *Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes* *v. 12.
*ministros habet impios.* Item ibidem*: *Peccantem virum iniquum involvet laqueus.* Qualis fuit *v. 6.
Ioas, qui langorem pessimum incurrit, eo quod divinos honores sibi volebat impendi, ut dicunt Hebrei[7], *Petr. Com.*

a) ℭ Porro ℭ Secundus *c., signo rubricae bis minio scripto, versu novo non coepto.* b) *penna mutata.* c) torsionibus *Passio ed.* d) ad *a Sal. superscr.* e) vixisse *a Sal. in marg. suppl.* f) in *a Sal. superscr.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) supra *post a Sal. suppl.*

1) *Martyr Romanus. Cf. Iacobi Leg. Aurea c. LXXI, ed. Grässe p.* 316 *sq.* 2) *Scilicet illorum duorum, qui in ecclesia passi sunt, et quorum necem Deus ultus est; cf. supra p.* 89, *l.* 14 *sq.* 3) *Passione brevi auctore anonymo, quae dicitur secunda, Migne, Patrol. Lat. CXC, col.* 326. 328. 4) *Scil. in Petri Comest. Hist. scolast., Regum IV. c.* 17. 5) *Deuter.* 34, 7: Moyses centum et viginti annorum erat, quando mortuus est. 6) *Nescio, ubi Hieronymus de hoc tractaverit. Libellum falso Hieronymo adscriptum Sal. in mente habuisse videtur.* 7) *Haec ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum IV. c.* 17.

*F.* 244[d]. Quod multum prodest habere bonam societatem et multum nocet habere malam; et de correctione tractatur hoc loco, et quod aliqui bene inchoant et male finiunt, et aliqui e converso. [Require[a] similiter infra carta . . .[1]].

*F.* CCXLV[a]. Quod alique civitates Lombardie, que erant ex parte imperatoris, iverunt ad cavandum Scotennam, ut dirruerent[b] Castrum-Francum.

Quod imperator misit elefantem suum in Lombardiam.

De introductione imperatoris in Lombardiam, qui utinam non venisset!*

---

*f. 244d. et quia[c] contempsit audire Zachariam, qui eum *corripiebat. De quo scriptum est
*r. 12. Prover. XXI*: *Excogitat iustus de domo impii, ut detrahat impios a malo.* Sed dicitur
*r. 10. Prover. XVII*: *Plus proficit correctio[d] apud prudentem quam centum plage apud stultum.*
*r. 1. Ideo audi Prover. XXIX*: *Viro qui corripientem dura cervice contemnit[e], repentinus ei superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur.* Qualis fuit Ioas, qui Zachariam, qui eum
*Petr. Com.* corripiebat, audire contempsit, insuper fecit[2] eum lapidibus obrui inter templum et altare. Et extunc, ut dicit Epyphanius, non accepit populus in templo responsum manifeste sicut prius nec ex dabyr nec ex ephoth. Rex autem non multo post penas exolvit[f]. Nam duo servi eius percusserunt eum, et mortuus est. Vidisti, quid demeruit rex Ioas, quia regali sepultura privatus fuit.
*r. 3. 4. Ideo convenit ei illud Eccle. VI*: *Sepulturaque careat, de hoc ego pronuntio, quod melior illo sit aborticus. Frustra enim venit et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen eius.* Vidisti etiam, quid demeruit populus propter necem summi pontificis, quia perdidit re-
*r. 17. sponsum divinum, ut cognoscas verum esse quod in libro Sapientie dicitur XI*: *Quia*
*r. 34. *per que peccat quis, per hec et torquetur.* Item Prover. XIIII*: *Miseros facit populos pecca-*
*Petr. Com.* *tum.* Quod[g] probari potest hoc modo: Tradunt[3] Hebrei in medio rationali fuisse lapidem quadrum magnitudine duorum digitorum, in quo secundum coloris mutationem perpendere poterant, utrum Deum placatum haberent an offensum. Iosephus dicit sardónicem, qui in dextro humero gerebatur, cum sacrificium pontificis Deo placebat, tanto splendore micare, quod etiam procul positis radius eius appareret. Egressuris vero ad prelium, si Deus cum eis esset, tantus fulgor in lapidibus rationalis
*f. CCXLVa. ap*parebat, ut omni multitudini fieret manifestum eorum auxilio Deum adesse, et ob hoc rationale iuditii nuncupari. Asserit autem Iosephus hunc fulgórem sardónicis et rationalis cessasse annis ducentis, antequam ipse scripsisset hec, cum Deus ferret moleste transgressionem legis. Item[4] dicit Augustinus, quod ignis sacrificii, qui per LXX[ta] annos Babylonice captivitatis sub aquis vixerat, extinctus est Antiocho vendente Jásoni sacerdotium.

1235. *L. temp. c. 237.* Porro millesimo supraposito, scilicet M[o]CCXXXV[o], iverunt Parmenses et Cremonenses, Placentini et Pontremulenses in servitium Mutinensium ad cavandum Scotennam supra Bononiam. Volebant enim, quod feriret in Castrum-Francum et dirueret illud[5]. Et nullus erat excusatus a laborerio. Nam alii fodiebant, alii portabant, tam nobiles quam illi de vulgo. Eodem anno domnus imperator Fridericus misit elefantem in Lombardiam cum pluribus[6] dromedariis et camelis et cum multis leopardis et cum

*) *In marg. infer. f.* 245[a]. *manu saec. XV, quae et supra f.* 236[d], *p.* 67, *n.* a *inscriptionem addidit, scriptum est:* Quando imperator Fredericus intravit Lonbardiam.

a) *uncis inclusa manu Sal. post add. c.* b) *sic* (dir ruerent) *c.* c) quia *a Sal. superscr.* d) *sic c.:* correptio *Vulg.* e) contempnit *radendo corr.* contemnit *c.* f) exsoluit *radendo corr.* exoluit *c.* g) *penna mutata.*

1) *Scil. f.* 285[b. c. d]. 2) *Haec ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum IV. c.* 17. 3) *Haec ex eadem, Exodi c.* 64. 4) *Haec ex eadem, Esther c.* 11. 5) *Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668: causa destruendi episcopatum Bononie. 6) *Duobus, ut Ann. Placent. Gib., SS. XVIII. p.* 470, *et Ann. Cremon., SS. XXX, p.* 17, *referunt, qui de aliis*

*F.* 245[b]. Quod imperator F[ridericus] cum his qui introduxerant eum in Lombardiam obsidendo et capiendo villas et castra ibat et discordias seminando. De obsidione Montis-clari in episcopatu Brixiensi.

*F.* 245[c]. Quod imperator cepit Montem-clarum, et quod habuit multos Saracenos in exercitu suo, et quod duxit elefantem suum ad exercitum ad dimicandum cum eo; et quod in libro Machabeorum multum de hac materia continetur et in historia Alexandri; et quod frater Bartholomeus Anglicus ex ordine fratrum Minorum composuit librum Proprietatum, in quo de elefantibus tractat.

---

multis gerfalcis et asturibus. Et transierunt per Parmam[1], ut vidi oculis meis, et steterunt in civitate Cremone.

Anno Domini M°CCXXXVI° in mense Septembris venit Fridericus imperator et intravit in Lombardiam contra voluntatem illorum de Padua et de Vincentia et de Trivisio et de Mediolano et de Brixia et de Mantua et de Feraria et de Bononia et de Faventia. Cremonenses vero et Parmenses et Regini cum exercitibus suis et CC[ti] milites Mutine fuerunt obviam ei; et transivit flumen Mencii et Lolii, et cepit et destruxit Marchariam Mantue et statim reedificavit et posuit Cre*monenses custodes ad custodiendum eam. Et ivit cum dictis exercitibus circa Mantuam et obsedit eam per aliquot dies. Et cepit Mosum Brixie et dedit Cremonensibus ad custodiendum. Et tunc illi de Gonzaga reddiderunt terram Gonzage imperatori. Et in eodem anno ivit Vincentiam et cepit civitatem et destruxit eam die primo intrante Novembre[a]. Et fecit compositionem cum Salinguerra et Ferariensibus. In eodem anno in vigilia nativitatis iverunt Mantuani secrete ad Marchariam et ceperunt eam cum Cremonensibus, qui ibi erant ad custodiendum. Et multos ex eis duxerunt Mantuam et in carceribus posuerunt et quam plures occiderunt.

1236. *L. temp. c.* 238. — **f.* 245[b]. — *Nov.* 1. — *Dec.* 21.

Anno Domini M°CCXXXVII°. Domnus Manfredus de Cornaçano, civis Parmensis, potestas Reginus fuit; qui ivit in mense Septembris cum militibus et peditibus[b] Regii in servitium imperatoris Friderici cum Parmensibus et cum Cremonensibus cum carrociis suis; et transierunt castrum de Moso, quod detinebant Cremonenses, et ceperunt Rodheldescum[a] Brexanum et Vinçolum Mantuanum et castrum de Goo. Et dum staret ibi imperator, fecit pacem cum Mantuanis, ita quod miserunt pedites et balistarios in eius servitio in obsidione Montis-clari. Et cum ibant ad Montem-clarum, conbusserunt castrum Guiçoli[2]. Et die V[a] intrante Octobre[c] Regini per se sine alio exercitu stando ad Carpinétulum ceperunt et alia duo castra Casalodi, unum de dictis castris de comitibus et aliud de rusticis eiusdem loci[3]. Ea castra ceperunt et conbusserunt. Item VII[a] die intrante Octobre circumsedit[d] imperator Montem-clarum et hospita*tus[e] fuit cum his qui cum eo erant inter Montem-clarum et Calcinácum super flumen

1237. *L. temp. c.* 239. — *Sept.* — *Oct.* 5. — *Oct.* 7. — **f.* 245[c].

a) *sic c.* b) pedibus *corr.* peditibus *c.* c) *alterum* o *in loco raso, alia, ut videtur, manu scriptum c.;* octub. *Lib. de temp.* d) cirɔsedit *c.* e) hospita *in loco raso.*

*bestiis nihil habent. Sed Mainardinus Imolensis iam a.* 1231/2. *Ravennae vidit imperatorem secum ducentem* molti animali insueti in Italia: elephanti, dromedarii, cameli, panthere, gerfalchi, leoni, leopardi e falconi bianchi e alochi barbati, *ut P. Scheffer-Boichorst, 'Zur Geschichte des XII. u. XIII. Jahrhunderts, Dipl. Forschungen' p.* 282 *(cf. ib. p.* 286*) ostendit: cf. F. Güterbock, 'N. Archiv' XXX, p.* 57. 1) *Demum a.* 1237. *elephantem Parmam venisse referunt Ann. Parm. mai. p.* 669. 2) *Hoc castrum est idem, quod supra Vinçolum (ubi Liber de temp. c.* 239, *p.* 512. castrum Guiçoli *habet) dictum est, scilicet Guidizzolo (circ. Castiglione delle Stiviere). Haec igitur ex alio fonte Sal. inseruit. Et hoc procul dubio verum est, cum valde probabile sit hoc castrum post castrum Goito, non ante idem, ut Liber de temp. et Sal. ex eo supra habent, captum esse. Cf. Reg. Imp. V,* 1, *p.* 456, *nr.* 2280[c]. 3) *Male procul dubio coniciendo immutavit et auxit Sal. ea quae Liber de temp. c.* 239. *habet, ut loco obscuro mederetur. Ibidem enim non duo castra Casalodoli, sed duo castra Carpinetulum et Casalodolum capta esse dicuntur: vide quae ibidem adnotavi, SS. XXXI, p.* 512, *n.* 3.

*F.* CCXLVI[a]. Quod Mediolanenses venerunt contra imperatorem cum exercitibus suis. Tunc Bononienses ceperunt Castrum-Leonis, quod Mutinensium erat, et funditus destruxerunt.

---

1237. *Oct.* 11. Clexii prope Calcinacum. Et die XI[a], quodam[a] die dominico, preliati fuerunt illi de castro Montis-
*Oct.* 12. clari; et die sequenti exercitus imperatoris circumsedit[b] Montem-clarum ex utraque parte, et manga-
*Oct.* 22. naverunt[c] illud cum manganellis et duobus trabuchis. Et die X[a] exeunte Octobre, quadam die Iovis, illi
de castro reddiderunt se imperatori, et omnes ducti fuerunt et in carceribus positi. Et in dicto exer-
*Nov.* 2. citu habebat imperator Saracenos multos. Item die secundo intrante mense Novembre cepit Gambaram
et castrum Gotelengi et Pratum-Albuinum et castrum Pavonis. Et predicta omnia castra de-
*Nov.* 9. predata et destructa et conbusta fuerunt. Et ante festum sancti Martini per duos dies venit cum
exercitu apud Pontem-vicum. Tunc habuit imperator elefantem suum, quem Cremone
tenuerat[1], super quem erat turris lignea ad modum carrocii Lombardorum; et erat
quadratum et bene ligatum[2], habens banderias IIII[or], in quolibet angulo unam, et in
1. *Mach.* 6.37. medio magnum vexillum, *et intus magister bestie* cum multis Saracenis[3]. De hac
**v.* 30. materia satis habetur in primo Machabeorum libro, capitulo VI[0]*, quomodo[d] Antiochus
Eupator volens pugnare contra Iudeos habuit in illo exercitu XXX[1a] duos elefantos doctos
*v.* 31–38. ad prelium, et quomodo *elefantis ostenderunt sanguinem uve et mori ad acuendos eos in prelium. Et diviserunt bestias per legiones, et astiterunt singulis elefantis mille viri in loricis*
**f.* 245[d]. *concatenatis, et galeé creé in capitibus eorum, et quingenti *equites ordinati unicuique bestie electi erant. Hi ante tempus, ubicumque erat bestia, ibi erant, et quocumque ibat, ibant et non discedebant ab ea. Sed et turres lignee super eos firme protegentes super singulas bestias, et super eas machine, et super singulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper, et intus[e] magister bestie. Et residuum equitatum hinc et inde statuit in duas partes, tubis exercitum*
*v.* 43–46. *commovere et perurgere constipatos in legionibus eius. Et vidit Eleaçar filius Saura unam de bestiis loricatam loricis regiis, et erat eminens super ceteras bestias; et visum est ei, quod in ea esset rex, et dedit se, ut liberaret populum suum et adquireret sibi nomen eternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens a dextris et a sinistris, et cadebant ab eo huc et illuc. Et ivit sub pedes elefantis et subposuit se ei et occidit eum, et cecidit in terram super ipsum, et mortuus est illic.* Item in historia Alexandri filii Philippi regis Macedonie legitur, quod ipse rex Alexander habuit in exercitu suo centum elefantos, qui aurum suum portabant. Horum animalium in Ethyopia magna copia est, quorum naturam et proprietates frater Bartholomeus Anglicus ex ordine Minorum in libro, quem de proprietatibus rerum fecit[4], sufficienter posuit; quem etiam tractatum in XIX libellos divisit. Magnus clericus fuit et totam Bibliam
1237. cursorie Parisius legit.

*L. temp. c.* 239. Porro[f] millesimo supraposito, dum imperator apud Pontem-vicum esset cum exer-
**f.* CCXLVI[b]. citibus suis, venerunt *Mediolanenses contra ipsum cum exercitibus suis et steterunt per longum
*Nov.* 25. tempus. Tunc Bononienses sexto die exeunte Novembre ceperunt Castrum-Leonis, quod erat Muti-
nensium, in strata publica prope Castrum-Francum, et destruxerunt illud et porta-

a) *sic* (XI[a] quodam) *c.:* XI. quadam *Lib. de temp.* b) cirȝsedit *c.* c) mangauerunt, na *a Sal. superscripto corr.* manganauerunt *c.* d) quo *c.* e) *sic c.;* Indus *Vulg.* f) *non novus versus hoc loco coeptus, sed tantum* ¶ *minio scriptum ante* Porro.

1) *Cf. supra f.* 245[a], *p.* 92 *sq.* 2) *Sal. immutavit verba Libri de temp. partim ex iis quae infra ex* 1. *Mach.* 6. *de elephantis armatis affert* (et turres lignee super eos), *partim fortasse ex eo quod ipse Parmae viderat, cum elephas per civitatem duceretur.* 3) *Verba Libri de temp.:* cum uno confalone in medio edificii dicti carocii . . . et super dictum carocium erant Saraceni et Christiani bene armati *mutavit Sal. additis verbis* 1. *Mach.* 6, 37 *(infra l.* 22 *sq.).* 4) *Edito Argentorati* 1488. *(et saepius).*

*F.* 246[b]. Quod Mediolanenses devicti fuerunt et mortui et carrocium amiserunt, et potestas eorum captus fuit et in carceribus detentus.

Quod Brixia ab imperatore fuit obsessa.

*F.* 246[c].[a]

---

verunt lignamina et lapides et alias res in Castrum-Francum, quod est Bononiensium. Et homines, [1237.] quos in dicto Castro-Leonis invenerunt, duxerunt Bononiam et in carceribus posuerunt. Porro in Castro-Leonis erat turris pulcherrima, que, cum caderet, tanta concussione concussit aquam de fovea, quod extra foveam saltavit albissimus lucius, grandis et pulcher; et statim oblatus et donatus fuit potestati[1] Bononie, qui ibi erat. Et qui hec vidit, retulit michi, cum processu temporis per eumdem locum cum eo transirem. Et dum hec agerentur, ibat advocatus communis Parme, qui erat de Mutina, scilicet iudex potestatis[2], sedens in equo, quem associabat quidam currerius, per burgum Sancte Christine flebiliter frequentando et dicendo: 'Domni[b] Parmenses, ite et iuvate Mutinenses!' Quem cum vidissem et audissem, cepi diligere, eo quod concivibus suis fidelis existeret. Et ut melius exaudiretur, iterabat verba sua et addebat: 'Domni[b] Parmenses, ite et adiuvate Mutinenses, amicos et fratres vestros[c]!' Ego vero verbis suis auditis compassus sum sibi compassione ad lacrimas provocativa. Considerabam enim, quod Parma hominibus erat nudata, nec remanserant nisi pueri et puelle, *iuvenes et virgines, senes cum* mulieribus. [*f. 246[b]. Ps. 148, 12.] Iverant enim Parmenses contra Mediolanenses et erant cum imperatore in expeditione sua cum multis aliis exercitibus. Et eodem anno, die quarto exeunte Novembre Mediolanenses ab [*L. temp.* c. 239. *Nov.* 27.] exercitu imperatoris devicti et mortui fuerunt, et suum carrocium apud Curtem-novam amiserunt; quod misit Romam imperator, sed Romani conbusserunt illud in vituperium Friderici[3]. Credebat enim ex hoc placere eis, ut cum eo essent. Et maxima strages Mediolanensium facta est in illo conflictu. In quo etiam filius ducis Venecciarum, qui [*ib.*] tunc temporis erat potestas Mediolani[4], captus ab exercitu imperatoris fuit, et Cremone in carceribus stetit. Et pene totam Lombardiam et marchiam Trivisinam habuit imperator.

Anno[d] Domini M°CC°XXX°VIII° obsessa est Brixia ab imperatore. Et fuerunt [1238. *L. temp.* c. 240.] cum eo Parmenses et Cremonenses, Bergamenses et Papienses et ducenti milites et mille pedites de Regio et Saraceni et Theotonici et Apuli et alie diverse gentes et innumerabiles cum exercitu imperatoris; et steterunt ibi per longum tempus. Et tunc imperator fecit fieri castra lignorum ad preliandum cum Brixiensibus, et posuit super ea homines captos, quos cepit in castro Montis-clari. Et Brixienses manganaverunt dicta castra et destruxerunt ea, nec fecerunt aliquod malum captis, qui erant super ea. Et ipsi Brixienses suspenderunt captos imperatoris per brachia extra palancatum civitatis. *Nec imperator cum exercitu suo potuit habere dictam [*f. 246[c].] Brixiam civitatem, quia bene se defendit a predicta obsidione; et ita imperator recessit confusus cum omnibus amicis suis, qui erant secum in dicto exercitu. [(*Oct.* 9).]

a) *quae columnae* 246[c]. *superscripta sunt vide p.* 96, *l.* 1 *sqq.* b) Dñi *c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *penna mutata.*

1) *Rufino (Ruschino) Guasco de Alexandria; cf. Petrus Cantinelli, Muratori, SS. ed. nova XXVIII,* 2, *p.* 3; *Matth. de Griffonibus, ibid. XVIII,* 2, *p.* 10; *Ann. Bonon., Calogerà, 'Nuova Raccolta' IV. p.* 126; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVII, col.* 259. 2) *Nicolai de Adelardis de Mutina: Ann. Parm. mai. p.* 669. 3) *Carrocium in Capitolio Romae positum est.* 4) *Petrus Teupulus, filius Iacobi Teupuli ducis.*

## INCIPIT[a] LIBER DE PRELATO,

quem feci occasione fratris Helye, et multa bona et utilia cóntinet. Et durat
usque ad illum locum, ubi scribitur[1]: *Anno Domini M°CCXXXIX°. indictione XII°.*
1238. Item[b] in supra dicto millesimo. scilicet CC°XXXVIII°. indictione XI[a], intravi
ordinem fratrum Minorum ego frater Salimbene de Adam ex civitate Parmensi
Febr. 1. quarta die[c] intrante Februario, in festo sancti Giliberti, receptus sero vigilie sancte
Agathe[2] in civitate Parmensi a fratre Helya generali ministro. Ibat enim Cre-
monam ad imperatorem missus a domno papa Gregorio nono[3], cum esset specialis
amicus utriusque. Et ita conveniens erat mediator. Nam testante beato Gre-
Gregorius[d]. gorio[4], *cum is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati animus ad*
*deteriora provocatur.* Et erat ibi frater Ghirardus de Mutina, cum receptus fui,
qui etiam rogavit pro me, ut reciperer, et exauditus fuit[5]. Et domnus Ghirar-
dus de Corigia, qui dicebatur de Dentibus, eo quod magnos dentes haberet, tunc
temporis potestas Parmensium erat[6], et venit personaliter cum quibusdam militibus
ad locum fratrum Minorum ad visitandum fratrem Helyam generalem ministrum.
Qui sedebat in domo, in qua hospites sive forenses comedunt, super lectum de
culcidra[e] et habebat ignem copiosum coram se et capellam Arménicam[7] in capite
suo; nec potestati intranti et se salutanti assurrexit nec de loco suo motus est,
ut vidi oculis meis; que fuit rusticitas maxima reputata[f], cum dicat ipse Deus
v. 32. †f. 216d. in divina scriptura Levitici XIX[*]: *Coram cano capite consurge et honora* †*personam*
v. 20. *senis.* Item Eccli. III[*]: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo in-*
*v. 7. *venies gratiam.* Item apostolus ad Ro. XIII[*]: *Reddite omnibus debita. Cui hono-*
v. 20. 21. 25. *rem, honorem.* Item Eccli. XLI[*]: *Non est enim bonum omnem irreverentiam[g] obser-*
*vare, et non omnia omnibus bene placent in fide. Erubescite a salutantibus de silentio.*
*v. 8. Veruntamen frater Helyas implevit aliam scripturam, que dicit Prover. XXVI[*]:
*Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Fuit
enim unus parens fratris Helye. scilicet[h] pater, de episcopatu Bononie. de Castro
Brittorum, mater[i] vero de Assisio fuit; et vocabatur in seculo Bonus-baro et
suebat cultras[k] et docebat puerulos in civitate Assisii Psalterium legere[8]; ingressus
autem ordinem fratrum Minorum vocatus fuit Helyas et bis factus generalis mini-
ster[9]; habebat gratiam imperatoris et pape, sed processu temporis humiliavit
Ps. 71, 8. eum Deus iuxta verbum quod scriptum est: *Hunc humiliat et hunc exaltat.* Quod
duobus modis intelligi potest. Primo in diversis personis. De quibus plura habentur

a) Inc. — ind. XII[a] *in superiore marg. col. 246c. a Sal. nigro atramento scripta sunt ut inscriptio columnae, dum ipse libri textus in media col. 246c. exordiatur.* b) *haec continuo cum praecedentibus scripta sunt in c., nullo spatio intermisso, ne novo quidem versu incepto, rubrica ⊂ tantum minio interposita, sed in marg. littera initialis maxima I coloribus nigro et rubro picta est.* c) die *a Sal. superscr.* d) G⁻ *c.* e) *sic c.: cf. supra p. 79, l. 25.* f) reput. *a Sal. in marg. suppl.* g) reverentiam *Vulg.* h) scil. *(sic h. l. perscriptum)* pater *manu Sal. in loco raso, quo plura antea scripta erant.* i) mater *in loco raso; nescio igitur an loco patris* mater *et loco matris* pater *antea scriptum fuerit.* k) *olim, ut videtur,* ci *superscripto corr.* culcitras, *sed* ci *erasum est c.*

1) *F. 279a. videlicet.* 2) *Dies s. Agathae est Febr. 5, vigilia igitur idem dies ac festus s. Giliberti, i. e. Febr. 4.* 3) *Cf. supra f. 223c, p. 39. Imperator demum mense Maio Cremonae fuit. Cf. Reg. Imp. V, 1, nr. 2343b.* 4) *In libro Regulae pastoralis I, 10. et Registr. I, 24, Epp. I, p. 29 = Decr. Gratiani II, C. III, q. 7, c. 5; cf. infra f. 263c.* 5) *Idem iam supra f. 239a, p. 79. retulit.* 6) *Cf. Ann. Parm. mai. p. 669.* 7) *Cf. supra p. 71, l. 16.* 8) Fuerat scriptor Bononie *dicit de eo Thomas de Eccleston coll. XIII, Analecta Franciscana I. p. 241, quod non repugnat iis quae Sal. tradit. Cf. Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' (Paris 1901) p. 37.* 9) *A. 1221. tempore s. Francisci ad a. 1227. usque et a. 1232—1239.*

exempla; unde illud: *Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles*[a]. Sed ponamus *Luc.* 1, 52. exemplum de Saul[b] et David, quorum unum Deus humiliavit, scilicet Saulem, quem amovit a facie sua[1] auferendo sibi regnum; alterum vero exaltavit sibi regnum dando. De Saule factum est verbum Domini ad Samuelem dicens I. Reg. XV*: *'Penitet me, quod* *v. 11. *constituerim Saul regem, quia dereliquit me et verba mea opere non implevit'. Contristatusque est Samuel et clamavit ad Dominum tota nocte.* Et infra XVI*: *Dixitque Dominus ad Samue-* *v. 1. *lem: 'Usquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel?'* Item I. Reg. *XIII†: *Dixit Samuel ad Saul: 'Stulte egisti nec custodisti mandata domini Dei tui, que precepi* *f. CCXLVIIa. †v. 13. 14. *tibi. Quod si non fecisses, iam nunc preparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quesivit Dominus sibi virum iuxta cor suum et precepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris que preceperit Dominus'.* Optimum exemplum est istud pro his qui de predestinatione locuntur, quia, si homo ex parte sua facit quod debet et potest, cum habeat liberum arbitrium, Deus similiter facit quod ad se pertinet, alióquin non facit. Et infra in primo libro Reg. XV.* dixit Samuel ad Saul[b]: *Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini,* *v. 23. *abiecit te Dominus, ne sis rex super*[c] *Israel*[d]. Et infra*: *Scidit Dominus regnum Israel a te* *v. 28. *hodie et tradidit illud proximo tuo meliori te.* Iste melior Saule est ille, de quo Paulus dicit in Actibus XIII*: *Et amoto illo,* scilicet Saule, *suscitavit illis David regem, cui et* *v. 22. *testimonium perhibens dixit: 'Inveni David filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas'.* Sane de Saule dicit Dominus Iudaico populo Osee XIII*: *Dabo* *v. 11. *tibi regem in furore meo et auferam in indignatione mea*[d]. De David autem dicit Ps.*: *88, 21–25. *Inveni David ser[vum]*[e] *m[eum], o[leo] s[ancto] m[eo] u[nxi] e[um]. Manus enim mea au[xiliabitur] ei, et bra[chium] m[eum] con[fortabit] eum. Nichil pro[ficiet] ini[micus] in eo, et fi[lius] ini[quitatis] non ap[ponet] nocere ei. Et concidam a fa[cie] ipsius ini[micos] eius et o[dientes] e[um] in f[ugam] con[vertam]. Et veritas mea et m[isericordia] mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius.* Ecce quomodo unum humiliavit et alterum exaltavit, quando *elegit David servum suum et sustulit eum de gregibus ovium, depost fetantes* *Ps.* 77, 70–72. *accepit eum pascere Iacob servum suum et Israel hereditatem suam. Et pavit eos in inocentia*[b] *cordis sui et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* *Secundo in uno et eodem *f. 247b. homine[2], ut patet in Nabuchodonosor[f], de quo dicitur Dan. IIII. et V, quod propter superbiam suam humiliavit eum Deus eiciendo a regno. Sed postquam cognovit potestatem esse celestem, et quod *dominatur excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit dabit* *Dan.* 4, 14. *illud et humilimum*[b] *hominem constituet super eum,* exaltatus fuit et restitutus in regnum. Unde ait Dan. IIII*: *Et in regno meo constitutus*[g] *sum, et magnificentia amplior reddita*[h] *est* *v. 33. *michi.* Et hoc est quod dicitur Iob VIII*: *Tu tamen si diluculo surrexeris ad Deum et* *v. 5–7. *omnipotentem fueris deprecatus, si mundus et rectus incesseris, statim evigilabit ad te et pacatum reddet habitaculum iustitie tue in tantum, ut*[i] *priora tua fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis.* Item Iob XI*: *Si iniquitatem, que est in manu tua, abstuleris a te, et non* *v. 11–19. *permanserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc levare poteris faciem tuam absque macula et eris stabilis et non timebis. Miserie quoque oblivisceris et quasi aquarum que preterierint* non *recordaberis. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer. Et habebis fiduciam, proposita tibi spe, et defossus securus dormies. Requiesces, et non erit qui*[k] *exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi.* [Iste[l] due auctoritates, que hic ponuntur de Iob, optime sunt ad ostendendum, quod per peni-

a) *manus huic loco in marg. adpicta est.* b) *sic c. h. l.* c) super Israel *om. Vulg.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *multa verba per litteras vel sillabas initiales tantum indicata sunt in c., quae uncis positis significavi.* f) nabuch' *c.* g) restitutus *Vulg.* h) addita *Vulg.* i) si *add. Vulg.* k) te *add. Vulg.* l) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.*

1) 2. *Reg.* 7, 15: a Saul, quem amovi a facie mea. 2) *Vide supra p.* 96, *l.* 33.

tentiam homo potest Deo reconciliari]. Non sic factum fuit cum fratre Helya.
1239. Immo, quia non cognovit gratiam sibi factam, taliter fuit depositus, quod nun-
quam fuit restitutus, quod nullo modo credere poterat. Ideo dicit Ecclesiasticus
*v. 30. 31. XXIII*: *Ubi non speravit, apprehendetur, et erit dedecus omnibus, eo quod non intellexerit*
*v. 13. 14. *timorem Domini.* Item Ys. XXX*: *Subito, dum non speratur, veniet contritio eius, et com-*
*f. $247^{c}$. *minuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perva*lida. Et non invenietur de fragmentis*
*eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aque de fovea.* Quare
*v. 2. 3. hoc fiat, audi quod Dominus dicit III. Reg. XVI*[1]: *Pro eo quod exaltavi te de pulvere*
ib. 14, 9. *et posui ducem super populum meum Israel, tu autem proiecisti me post corpus tuum, ecce ego*
*v. 19. *demetam posteriora tua.* Et[a] supplet Dominus in Ys. XXII*: *Et expellam te de statione*
1239. *tua et de ministerio tuo deponam te.* Hoc impletum fuit in sequenti millesimo, ut
dicemus, quando absolutus fuit[2] in generali capitulo sub Gregorio papa nono[b].
Et hoc[c] bene promeruit propter plures defectus, quos habuit. Et primo dica-
1238. mus de rusticitate, quam fecit erga domnum Ghirardum de Corigia, qui cum esset
nobilis homo et positus in dignitate sublimi[3] — erat enim potestas Parmensium —
et venisset eum honorabiliter cum militibus ad visitandum, debebat ei assurgere[4],
et fecisset sibi ipsi honorem. Honor enim non tantum est illius cui impenditur,
quantum etiam illius, immo plus, qui eum impendit[5]. Hoc non consideravit frater
Helyas et ideo rusticitatem fecit. Ideo de talibus in libro Tediorum dicit Patecclus:

*Cativo hom podhesta de terra*[6],
*E pover superbo ki vol*[d] *guerra,*
*E senescalco k'intro'l*[e] *desco me serra.*

*E villan ki fi messo a cavallo,*
*Et homo k'e*[f] *zeloso andar a ballo,*
*E l'intrar*[g] *de testa quand'e*[h] *fallo,*

*E avar hom ki in honor aventura,*
*E tutti quanti de solaço no cura.*

Item domnus Girardus de Corigia fuit longus statura, bene menbratus, magis
*f. $247^{d}$. macillentus quam pinguis, fortis miles et doctus ad bellum[7]. Bis eum vidi po*te-
1238. statem* Parmensium, primo quando intravi ordinem, postea quando Parma Fride-
1247. rico deposito rebellavit[8]. Hic fuit intimus et specialis amicus fratris mei, scilicet
fratris Guidonis Ade[i], qui ex fratrum Minorum ordine fuit. Item hic fuit pater
domni Guidonis de Corigia et domni Mathei[9], qui ambo fratres multas potestarias
habuerunt. Quorum unus, scilicet domnus Guido, bellicosus miles fuit et ad pre-

*) *Columnae* $247^{d}$. *manu supradicta sacc. XV. superscriptum est:* De domno Manfredo Pelavicino.

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ₡ *minio scriptum.* c) hoc *a Sal. in marg. suppl.* d) nol *potius in cod. scriptum esse videtur.* e) kintrol *c.* f) ke *c.* g) lintrar *c.* h) quāde *c.* i) *multo post corr.* ada.

1) *Hic locus ex duobus locis* 3. *Reg.* 16, 2. 3. *et* 14, 9, *labente memoria auctoris, compositus est.* 2) *Elias minister generalis. Cf. infra f.* $253^{a-d}$. $276^{c.d}$. 3) *Cf. Eccl.* 10, 6: positum stultum in dignitate sublimi. 4) *Cf. supra f.* $246^{c}$, *p.* 96. 5) *Hoc dictum aliunde videtur esse assumptum, quod infra f.* $376^{c}$. *mutatis verbis recurrit.* 6) *Hic versus iterum infra f.* $489^{c}$. *allatus est, ubi:* Et cativo homo. 7) *Cf. Cant.* 3, 8: et ad bella doctissimi. 8) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1247, *SS. XVIII, p.* 671. 9) *Cf. infra f.* $464^{b}$.

lium doctus[1]; et habuit filiam domni Ghiberti de Gente uxorem, Mabiliam nomine[2]; ex qua filios[3] et filias genuit. Alter vero, scilicet domnus Matheus, miles sensatus fuit, et caruit liberis, excepto uno illegitime nato. Porro tempore illo, quando ordinem fratrum Minorum intravi, domnus Tancredus de Pellavicinis, 1238. homo curialis et liberalis et bone fame et sancte et honeste vite, abbas Sancti Iohannis de Parma, misit exenium fratri Helye generali ministro, unum rusticum caponibus oneratum in pertica super scapulam ante et retro de pullis gallinarum, ut cum fratribus haberet ad cenam. Erat enim dies Iovis; et potestas erat ibi, *Febr. 4.* et ego similiter in habitu seculari, et vidi hec omnia; et illo sero post cenam fui receptus; et splendide cenaveram in domo patris mei, et nichilominus duxerunt me fratres illo sero ad infirmitorium et dederunt michi iterum optime[a] comedere; processu vero temporis dederunt michi caules, quibus oportuit me uti omnibus diebus vite mee; et nunquam in seculo comederam caules, immo in tantum abhorrebam eos, quod nec carnes comedissem, que in eis decocte fuissent. Et recordatus fui postea *illius verbi, quod frequenter consuevit dici: **f. CCXLVIII a.*

*Milvus ait pullo, dum portaretur ab illo:*
*'Cum pi pi faris, non te tenet ungula talis'.*

Et iterum Iob VI*: *Que prius tangere nolebat anima mea, nunc pre angustia cibi mei* **v. 7.* *sunt.* Porro frater Helyas habebat consuetudinem, ut parabolice loqueretur. Cumque interrogatus fuisset a domno Ghirardo Parmensium potestate, quo tenderet et ad quid, respondit, quod trahebatur et impellebatur. Trahebatur ab imperatore et impellebatur a papa, qui eum mittebat. Quasi voluit dicere, quod ibat ab amico ad amicum. Et fuit reputatum ab auditoribus sapientissimum verbum iuxta illud quod scriptum est Eccli. XIII*: *Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum* **v. 28. 29.* *illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est, et dicunt: 'Quis est hic?' et si offenderit, subvertent illum.* Verumtamen[b] dicitur Eccli. XXXVII*: *Qui sophystice loqui-* **v. 23. 21.* *tur, odibilis est, omni re defraudabitur. Non est illi data a Domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est.* Item Prover. XXVI*: *Quomodo si spina nascatur in manu temu-* **v. 9.* *lenti, sic parabola in ore stulti.* Hinc est, quod, cum aliqui interrogantur: 'Qualiter vultis ova?' respondent, quod volunt ea sicut sunt. Quod est dicere secundum intellectum eorum, vel quod nolunt comedere, vel quod nullo modo volunt ova. Et possent simplici sermone loqui, sicut religiosos decet, quia, sicut dicit sapiens Prover. III*: *cum* **v. 32.* *simplicibus sermocinatio eius,* scilicet Dei. Item Ecclesiasticus XX.* dicit: *Est tacens non* **v. 6. 7.* *habens sensum loquele, et est tacens sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem et imprudens non servabunt tempus.* Ideo infra dicit Ecclesiasticus*: **v. 22.* *Ex ore fatui reproba*bitur parabola. Non enim dicit illam in tempore suo.* Ideo dicit sapiens **f. 248 b.* Eccle. VIII*: *Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est et oportu-* **v. 5. 6.* *nitas.* Item Eccle. III*: *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub sole*[c]. Item **v. 1.* Eccli. XXVII*: *In medio insensatorum serva verbum tempori.* Item Eccli. XXXII†: *Adolescens,* **v. 13. †v. 10–13.* *loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.* — Et ponitur hic caput pro fine. — *In multis esto quasi inscius et audi tacens simul et querens, et loqui*[d] *in medio magnatorum non presumas, et ubi sunt senes, non multum loquaris.* Item Prover. XVII*: *Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur, et si compresserit labia sua, intelligens.* **v. 28.*

Porro secundus[e] defectus fratris Helye fuit, quia multos inutiles recepit ad ordinem. Habitavi in conventu Senensi duobus annis[4], et vidi ibi XXV fratres

a) it. opt. *in loco raso.* b) *penna mutata.* c) caelo *Vulg.* d) et loqui *om. Vulg.*
e) ℭ Porro ℭ Secundus *cum duabus rubricis minio scriptis c., non versus novus hinc coeptus.*

1) *Ita Sal. saepe scripsit secutus* I. *Mach.* 4, 7: et hi docti ad proelium. 2) *Cf. infra f.* 398 b. 463 b. 3) *Duos, ut infra f.* 463 b. *dictum est.* 4) *A.* 1241—1243.

laycos. Habitavi in Pisano IIII[or] annis[1], et vidi ibi XXX fratres laycos habitantes. Et forte hoc a Domino factum fuit multiplici ratione[2]. Prima, quia, cum palatia edificantur vel ecclesie vel alie domus, primitus in fundamentis lapides impoliti sternuntur, postquam autem fundamenta super terram apparent, ponuntur lapides dolati et pulchri ad pulcritudinem operis sive edificii ostendendam. Ideo potest congruere religioni beati Francisci quod Dominus de ecclesia militante et
*v. 11—14. triumphante promittit Ys. LIIII*: *Paupercula tempestate convulsa absque ulla consolatione, ecce ego sternam per ordinem lapides tuos et fundabo te in saphyris. Et ponam iaspidem propugnacula tua et portas tuas in lapides sculptos et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles;*
*f. 248c. *universos filios tuos doctos a Domino et multitudinem *pacis filiis tuis, et in iustitia fundaberis.* Secunda ratio est, quia beatus Franciscus multum imitatus et secutus fuit
*v. 11. 12. filium Dei iuxta verbum quod scriptum est Iob XXIII*: *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodivi et non declinavi ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, et in sinu*
*v. 5. *meo abscondi verba oris eius.* Filius autem Dei, sicut dicit beatus Iacobus II*: *elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide et heredes regni, quod repromisit diligentibus se.* Quod
*v. 13. 14. etiam docuit verbo et monstravit exemplo. Docuit[a] verbo, quando ait Luc. XIIII*: *Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos et cecos. Et beatus eris, quia non habent unde[b] retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in retributione[c] iustorum.* Revera, sicut dicit
*v. 6. Ys. XXV*: *faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemie pinguium medullatorum[d], vindemie defecate.* In quo *pauperes homines in*
*v. 19. *sancto Israel exultabunt,* sicut dicitur Ys. 29*. Monstravit exemplo, cum pauperes pisca-
*v. 21. tores elegit et non principes synagoge. Hinc ait Luche XIIII*: *Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles, cecos et claudos introduc huc.* Hinc etiam de talibus
*v. 25. regratiatur patri Mat. XI*: *Confiteor tibi, pater, domine celi et terre, qui[e] abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis.* Isti sunt illi parvuli[3], de quibus pre-
*v. 7. 8. dictum fuit Zacharie XIII*: *Convertam manum meam ad parvulos, et erunt in omni terra, dicit Dominus.* Voluit ergo Dominus eligere pauperes et vocare, ut quod facere disponebat non nobilibus et potentibus, sapientibus et divitibus, sed sibi posset ascribi, sine
*v. 26—29. quo nullus facere quicquam potest. Ideo apostolus ait I. ad Cor. I*: *Videte enim vocationem*
*f. 248d. *vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum *carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed que stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus et ea que non sunt, ut ea que sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Tertia ratio est, quia sic ostensum fuit beato Francisco in visione. Ideo sic in legenda sua[4] habetur capitulo III[o][f]: *Quadam autem die, dum in quodam solitario loco annos suos in amaritudine recogitans deploraret, sancti spiritus in eum superveniente letitia certificatus est de remissione plenaria omnium delictorum. Raptus deinde supra se ac in quoddam mirandum lumen totus absortus[g] dilatato mentis sinu que circa se et filios suos futura erant luculenter aspexit. Post hec reversus ad fratres: 'Confortamini', ait, 'karissimi, et gaudete in Domino, nec, quia pauci estis, efficiamini tristes; neque vos terreat mea vel vestra simplicitas, quoniam, sicut michi a Domino in veritate ostensum est, in magnam multitudinem faciet nos crescere Dominus, sueque benedictionis gratia multipliciter dilatabit'.* Voluit implere Dominus quod promiserat

a) Docuit verbo *a Sal. in marg. suppl.* b) unde *om. Vulg.* c) resurrectione *Vulg.* d) medulat. *corr.* medullat. *c.* e) quia *Vulg.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic c.*

1) *A.* 1243—1247. *circa mensem Maium.* 2) *Fratres laicos Elias fovit secundum intentionem et institutionem s. Francisci; cf. Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 114 *sqq.* 3) *Parvuli, ubicunque in Biblia occurrunt, bono fratri Sal. sunt fratres Minores. Vide ex. gr. infra f.* 331[a, b], *ubi versum hoc loco allatum Zach.* 13, 7. 8. specialiter ad ordinem fratrum Minorum pertinere *dicit, et f.* 216[a], *supra p.* 21, *de eodem versu.* 4) *Auct. Bonaventura,* § 5, *Opera Bonav. ed. Peltier (Paris.* 1868*) XIV, p.* 301.

Ys. LX*: *Minimus erit in mille, et parvulus in gentem fortissimam; ego Dominus in tempore* *v. 22. *eius subito faciam istud.* Quarta ratio est, quia hoc ipsum abbati Ioachym fuerat a Domino revelatum. Unde loquens de duobus futuris ordinibus dicit[1]: *Videtur michi, quod minor ordo indiferenter*[a] *colligat botros terre, quia laycos et clericos incorporabit ecclesie, alter vero ordo precipue in clericis delectabitur.* Si quis autem querat, quis[b] ergo defectus fuit ex parte fratris Helye in laicorum recep*tione, si fecit quod Deus decreverat *f. CCXLIX[a]. fieri, dicimus, quod

*quicquid agant homines, intentio iudicat omnes.*

Nam passio Christi bona fuit et optima, quia per eam salvati et liberati sumus, sed mala fuit Iudeis, qui eam intulerunt et postmodum in Christum passum credere noluerunt. Simili modo, si frater Helyas propter hoc recipiebat multitudinem laicorum ea intentione, qua posset melius talibus dominari, vel ut recepti ab eo manus eius implerent pecuniam tribuendo, dicimus revera, quod dignus erat propter hoc de ministerio suo deponi. Ideo dicit sapiens Prover. XVII*: *Munera* *v. 23. *de sinu impius accipit, ut pervertat semitas iuditii.* Ipse viderit!

Tertius defectus fratris Helye fuit, quia homines indignos promovit ad officia ordinis. Faciebat enim laicos guardianos, custodes et ministros, quod absurdum erat valde, cum in ordine esset copia bonorum clericorum. Nam et custodem habui laycum tempore meo et plures guardianos. Ministrum nunquam habui laicum, sed in aliis provinciis plures vidi[2]. Nec mirum, si tales promovebat. Dicit enim Ecclesiasticus XIII*, quod *omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo* *v. 19. 20. *proximum sibi. Omnis caro ad similem sui coniungetur, et omnis homo simili sui sociabitur.* Item Eccli. XXVII*: *Volatilia ad sibi similia conveniunt, et veritas ad eos qui* *v. 10. *operantur illam revertetur.* Item Eccli. X*: *Secundum iudicem populi sic et ministri eius,* *v. 2. *et qualis rector est civitatis, tales et habitantes in ea.* Si quis autem obitiat verbum regule[3], que dicit: *Ipsi vero ministri, si presbiteri sunt, cum misericordia iniungant illis penitentiam. Si vero presbiteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire,* dicimus, quod hoc pro tempore dictum fuit, quando in ordine non erat copia sacerdotum et virorum nominatorum *et *f. 249[b]. litteratorum, que modo est et etiam tempore fratris Helie fuit. Et ideo cessante causa debet cessare effectus[4]. Nam et dominus noster Iesus Christus etiam aliqua pro tempore dixit, id est ad tempus, que postea revocavit, ut illud Mat. X*: *In viam gentium* *v. 5. 6. *ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves que perierunt domus Israel.* Hoc quod prohibuerat revocavit, cum dixit Mar. ultimo*: *16. 15.

a) *sic c.* b) *sic* (qſ) *legi in loco cod. medicina superlito;* qualis *ed. Parm.*

1) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam c. 9, Coloniae* 1577. *p.* 136: Videtur tertio [michi *cod. Bruxell.*], quod unus clericos [clericus *ed.*] metat, reliquus colligat indifferenter botros terrae; *et ibid. c.* 13, *p.* 166: quia minor [iunior *ed.*, mecior *cod. Bruxell.*] eorum festinus ad obedientiam clericos et laicos indifferenter admittet [admissos *cod. Bruxell.*], excoriatos a propriis incorporabit ecclesie [eccl. *deest ed.*]. 2) *Uno anno et quatuor mensibus* (1238. *Febr.* — 1239. *Iul.* 15) *vixit Sal. in ordine Minorum Elia regente ordinem, quo tempore e provinciis suis (Marchiae Anconitanae et Tusciae) non egressus est. Ergo non Eliae, sed alio tempore vidit ministros provinciales laicos. Neque etiam verisimile est eum tempore Eliae plures guardianos laicos habuisse, quo uno fere anno Fani et paucis diebus Esii et paucis diebus Lucae moratus est. Potuit quidem post depositionem Eliae ministros ab hoc institutos nec postea depositos videre.* 3) *Secundae Minorum fratrum cap.* 7. 4) Cessante causa cessat effectus *praeceptum est iuris Romani, quod et repetitum est in Decret. Gregorii IX. l. II, tit.* 24, *c.* 26; *tit.* 28, *c.* 60; *Decr. Gratiani l. II, C. I, q.* 1, *c.* 41.

*v. 4. *Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature.* Item Luc. X.* prohibuit dicens: *Nolite portare saculum*[a] *neque peram neque calciamenta.* Quod revo-
*v. 35. 36. cavit tempore passionis, cum dixit Luc. XXII*: *'Quando misi vos sine saculo*[a] *et pera et calciamentis, numquid aliquid defuit vobis?' At illi dixerunt: 'Nichil'. Dixit ergo eis: 'Sed nunc qui habet saculum*[a], *tollat similiter et peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium'.*

Quartus defectus fratris Helye fuit, quod toto tempore, quo fuit minister, non fuerunt generales constitutiones in ordine, ex quibus et regula conservatur, et regitur ordo, et vivitur uniformiter, et multa bona proveniunt. Ideo potest
*17, 6. 18, 1. congruere isti loco illa clausula, que tribus vicibus in libro Iudicum* ponitur: *In diebus illis non erat rex* — id est non erat lex — *in Israel, sed unusquisque, quod*
*21, 24. *sibi rectum videbatur, hoc faciebat,* Iudicum ultimo*, quia sub tribus generalibus ministris ordo constitutiones generales non habuit[1], scilicet sub beato Francisco et sub Iohanne Parente[2] et sub Helya, qui bis prefuit[3] et obfuit. Nam sub eo multi fratres layci clericas[4] portabant, ut vidi oculis meis, cum habitarem in Tuscia[5], nec unam solam litteram noverant. Aliqui morabantur in civitatibus iuxta ecclesiam fratrum in heremitorio omnino reclusi, et habebant fenestram, per
*f. 249c. quam mulieribus * loquebantur, et layci erant inutiles ad confessiones audiendas et ad consilia danda. Hoc vidi Pistorii[6] et alibi etiam. Item aliqui soli, id est sine fratre socio, in hospitalibus morabantur. Hoc vidi Senis[7], quando frater Martinus Hyspánus, quidam frater laicus vetulus et parvus statura, in hospitalibus serviebat infirmis, et tota die, quando volebat, per civitatem solitarius ibat, id est sine fratre socio. Sic etiam vidi alios euntes per mundum. Vidi etiam aliquos, qui semper barbam longam[b] portabant, sicut faciunt Armeni et Greci, qui barbas nutriunt et conservant. Cingulum etiam non habebant aliqui cordam communem[8], sed animatam[c] et de filis factam et curiose contortam, et beatus ille qui pulcriorem poterat sibi acquirere. Alia etiam multa vidi[d], que longum esset referre, que ad habitus honestatem minime pertinebant. Layci etiam mittebantur ad capitulum pro discretis. Et ex aliis laycis, quibus ex officio minime incumbebat, ma-
1241—43. xima multitudo ad capitulum veniebat. Vidi ego in quodam provinciali capitulo Senis celebrato fratres bene trecentos, inter quos maxima laycorum copia habebatur, qui nichil faciebant ibi nisi comedere et dormire. Et erant fratres layci tot in provincia Tuscie tempore quo habitabam ibi, que ex tribus provinciis facta

a) *sic c.* b) loga *c.* c) *sic* (aiata) *c.; quae vox hoc sensu usurpata in Gloss. mediae et infimae Latin. non legitur.* d) vidi *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Ideoque ob hoc Elias reprehendi non debuit. Iohannem de Parma ministrum generalem Sal. infra f.* 335[d]. *laudavit, quod constitutiones facere noluerit.* 2) *Qui a.* 1227—32. *ordinem rexit.* 3) *A.* 1221—1227, *a s. Francisco institutus, et a.* 1232—1239. 4) *Coronas tonsas clericorum, minores tonsuris fratrum Minorum.* 5) *Ubi a.* 1239. *circa mensem Maium ad a.* 1247. *usque circa mensem Maium moratus est. Eo advenit paucis diebus, antequam Elias depositus est. Quae igitur in sequentibus reprehendit, Sal. omnia Elia iam non ordinem regente vidit.* 6) *In hac civitate Sal. fuisse videtur, cum a.* 1247. *circa mensem Maium Pisa Cremonam iret.* 7) *Ubi a.* 1241—1243. *moratus est.* 8) *In constitutionibus capituli generalis Narbonensis a.* 1260, *'Archiv f. Litteratur- und Kirchengeschichte' VI, p.* 91 *(cf. ibid. p.* 35 *sq.) legitur:* Cingulum habeatur corda communis, et nichil portetur appensum ad cordam.

fuerat una[1], quot clerici erant, et etiam IIII[or] plures, qui numero clericorum superabundabant. Há Deus! Helya, *multiplicasti gentem, non magnificasti letitiam,* Ys. IX*. Longum esset valde, si vellem ruditates et abusiones, quas vidi, referre. *v. 3. Fortasse tempus deficeret, et cartas non haberem, et auditoribus esset tedium et nulla edificationis occasio. Si videbat et audiebat aliquis *frater laycus aliquem *f. 249d. iuvenculum Latinis verbis loquentem, redarguebat eum et statim dicebat sibi: 'Há miser, vis dimittere sanctam simplicitatem pro tua sapientia scripturarum?'[2] Quibus e diverso taliter respondebam[3]: *Sancta rusticitas solummodo sibi prodest, et quantum edificat ex vite merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat.* Vere unus asinus vellet, quod omnia que videt asini essent, iuxta verbum quod scriptum est Tren. I*: *Adduxisti diem consolationis, et fient similes mei.* Sed *v. 21. prohibetur in lege Deutero. XXII*: *Non arabis in bove simul et asino.* Quod licet *v. 10. diversimode exponatur, unam tamen expositionem hic nobis ponere satis sit[a], quia, dum bos ruminat, asinus, quod comedat, suspicatur[4], [et[b] inde vehementer affligitur]. Nam illo tempore et layci sacerdotes precedebant; et in aliqua heremo, ubi omnes erant laici preter scolarem et sacerdotem, volebant, quod sacerdos coquinam faceret die suo. Accidit autem quadam vice, ut dies dominica occurreret sacerdoti, et ingressus coquinam, et hostio diligenter clauso, cepit holera coquere, prout scivit. Transibant Gallici seculares et missam requirebant instanter, nec erat qui celebraret. Veniebant igitur layci festinanter et hostium pulsabant coquine, ut ad celebrandum sacerdos egrederetur. Quibus ille dicebat: 'Ite vos et missam cantate, quia ego coquinam facio, quam vos facere recusatis'. Et sic erubescebant vehementer cognoscentes miseriam suam. Miserabilis prorsus fatuitas non revereri sacerdotem, cui confitebantur. Et ideo processu temporis merito ad nichilum sunt redacti[5], *quia eorum receptio quasi totaliter est prohibita[6], eo *f. CCLa. quod honorem impensum sibi minime cognoverunt, et quia ordo fratrum Minorum tantam laicorum multitudinem non requirit. Hinc sapiens in Proverbiis dicit XXVI*: *Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii, ita qui tribuit insipienti hono- *v. 8. rem.* Et iterum Exo. I*: *Venite, et sapienter opprimamus eos[c], ne forte multiplicentur[d].* *v. 10. Semper enim insidiabantur nobis. Nam recordor ego in conventu Pisano[7], quod voluerunt mittere ad capitulum[8], quod, quando recipiebatur unus clericus, recipe- 1244.

a) $\overset{t}{\text{l}}$ c. b) et — afflig. *in marg. super. a Sal. suppl.* c) eum *Vulg.* d) multiplicetur *Vulg.*

1) *In capitulo generali a.* 1239. *Romae celebrato, ut videtur, Elia ministro generali, qui provinciarum numerum auxerat, deposito; cf. infra f.* 251[b], *p.* 107, *n.* 1. 2) *In Regula secunda fratrum Minorum c.* 10. *dicitur:* non curent nescientes litteras litteras discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere spiritum Domini et sanctam eius operationem. 3) *Sequentia sunt verba Hieronymi, Epist.* 53. *ad Paulinum (Prol. Bibliae), Opera ed. Vallarsius I, col.* 270, *et iam supra f.* 239[a], *p.* 75 *sq. allata sunt, Hieronymo auctore laudato.* 4) *Inter alias expositiones hanc affert Petrus Comestor, Hist. scolast., Deut. c.* 16. 5) *Cf. Chron. XXIV ministr. general., Analecta Francisc. III, p.* 251: generalis frater Haymo laicos ad officia ordinis inhabilitavit, que usque tunc ut clerici exercebant. 6) *Quod vere dici non potuit. Vide quid statutum sit de laicis recipiendis in constitutionibus in capitulo generali Narbonensi a.* 1260. *probatis, 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' VI, p.* 88. 7) *In quo a.* 1243—1247. *circa mensem Maium Sal. vixit.* 8) *Tempore quo Sal. Pisis morabatur capitulum generale Genuae a.* 1244. *celebratum est, Innocentio IV. papa ibidem morato (Iul. 7 — Oct. 5) hoc convocante; Chron. XXIV ministr. general., Analecta Francisc. III, p.* 250; *Thomas de Eccleston coll. IX* (8). *XIII* (12), *ibid. I, p.* 235. 245; *quod mense Oct. factum esse dicit Wadding, Ann. ord. Min. ed.* 2. *III, p.* 102.

1244. retur similiter et unus laycus. Sed non fuerunt auditi nec etiam exauditi[a], quia
disconveniens valde erat. Verumtamen in ordine fratrum Minorum tempore illo
quo intravi[1] inveni viros multos magne sanctitatis et orationis et devotionis et
contemplationis et magne litterature. Nam hoc solum habuit bonum frater Helyas,
quia ordinem fratrum Minorum ad studium theologie promovit. Steterat autem
ordo, quando intravi[b], triginta annis et uno[2]; et vidi primum fratrem[3] post beatum
1238. Franciscum et alios primitivos. Et Parme dimisi fratrem Sansonem Anglicum, in
theologia lectorem, et in conventu Fanensi habui[4] fratrem Humilem[c] Mediolanen-
sem, quando novitius fui, in marchia Anconitana, in qua tunc duorum ministrorum
1283. regimina habebantur[5]. Agitur nunc, quo hec scribimus, annus millesimus CCLXXXIII.
*Sept. 9.* post nativitatem virginis gloriose in festo sancti Gorgonii martyris[d], et papa Mar-
tinus quartus Romanam regit[e] ecclesiam. Igitur istius capituli conclusio talis
sit: Commendamus constitutiones, quia bone sunt, eo quod per eas vivitur unifor-
*f. 250b. miter, et multa bona proveniunt[6]; quas quia *Helyas non habuit, defectum magnum
*v. 12. noscitur incurrisse. Hinc Dominus ait Osee VIII*: *Scribam ei* — scilicet ordini
fratrum Minorum — *multiplices leges meas, que velut aliene computate sunt.* Quod
1239. impletum fuit in sequenti millesimo, quando et Helyas absolutus fuit, et consti-
tutionum scripta maxima multitudo[7].

Quintus defectus fratris Helye fuit, quia nunquam personaliter volebat ordi-
nem visitare[8], sed semper aut morabatur Assisii aut in quodam loco, quem fieri
fecerat pulcherrimum et amenum et delectabilem ad inhabitandum in episcopatu
Aretino, qui locus Cella de Cortona usque hodie nuncupatur[9]. Quapropter ei
*v. 16—19. Dominus comminatur Ys. XXII*: *Quid tu hic aut quasi quis hic? quia excidisti tibi
hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce
Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinacius, et quasi amictum sic sublevabit
te. Coronans coronabit te tribulatione. Quasi pilam mittet te in terram latam et spatiosam.
Ibi morieris, et ibi erit currus glorie tue et ignominia domus domini tui. Et expellam te de
statione tua et de ministerio tuo deponam te.* Postea sequitur ibi de vocatione alterius, qui
multipliciter a Domino commendatur. Quantum autem congruit huic loco ad Helyam
*v. 16. 17. pertinens, habetur Zacharie XI*: *Ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visi-
tabit, dispersa non queret et contritum non sanabit, et id quod stat non enutriet et carnes pin-
guium comedet et ungulas eorum dissolvet. O pastor et ydolum derelinquens gregem! Gladius
*f. 250c. super brachium eius et *super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur, et
oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.*

Sextus defectus fratris Helye fuit, quia ministros provinciales affligebat et
vituperabat, nisi redimerent vexationem suam tributa solvendo et sibi munera
*v. 14. dando iuxta verbum quod scriptum est Prover. XXI*: *Munus absconditum ex-*

a) exaudi *post corr.* exaudī *c.* b) intrauii, i *expuncto corr.* intraui *c.* c) humilem *a Sal. in marg. suppl.* d) m̄ e) reg:::it *c., tres litterae erasae c.*

1) *A.* 1238. *Febr.* 4. 2) *A.* 1207. *enim ordinem Minorum fundatum esse Sal. opinatus est; supra f.* 215[d], *p.* 21. 3) *Bernardum a Quintavalle, quocum Sal. una hieme Senis vixit; cf. supra f.* 223[c], *p.* 39. 4) *Scil. lectorem; cf. supra f.* 225[a], *p.* 42, *infra f.* 326[a]. 382[b]. 5) *Cf. supra p.* 103, *n.* 1. 6) *Eadem verba iam supra f.* 249[b], *p.* 102. 7) *Cf. infra f.* 276[d]. 8) *Infra f.* 334[d]. *Sal. dicit primum Iohannem de Parma generalem ministrum provincias ordinis visitasse. In hoc igitur Elias non vituperari debuit quod et sequentes duo ministri non fecerunt.* 9) *Idem infra f.* 276[a. b]. *Cf. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 121, *n.* 1. *Ipse Sal. nusquam Cortonae fuisse videtur.*

_tinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam._ Accipiebat enim[a] ipse miser munera, faciens contra scripturam que dicit Deutero. XVI*: _Non_ *v. 19. _accipies personam nec munera, quia munera excécant oculos sapientium et mutant verba iustorum._ Exemplum Alberti Balçolani iudicis Faventini, qui [Exemplum.] mutavit verba sua, postquam audivit, quod rusticus donaverat sibi porcum. Item additur ibi: _Iuste quod iustum est persequeris, ut vivas et possideas terram, quam dominus_ _Deut._ 16, 20. _Deus tuus dederit tibi._ Item Eccli. XX*: _Exenia et dona excécant oculos iudicum, et quasi_ *v. 31. _mutus in ore avertit correptiones eorum._ Item Ys. XXXIII*: _Qui ambulat in iustitiis et_ *v. 15. 16. _loquitur veritates, qui proicit avaritiam ex calumnia et excutit manus suas ab omni munere; qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne videat malum: iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius._ Sed nec prohibitiones nec promissiones Helye misero profuerunt, quin potius implevit scripturam que dicit Prover. XVII*: *v. 23. _Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas iudicii._ Item Ys. I*: _Omnes diligunt_ *v. 23. _munera, secuntur retributiones. Pupillo non iudicant, causa_[b] _vidue non ingreditur ad eos._ Sed _vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hec,_ nisi cum illud Ys. XXVIII.* imple- _Ps._ 91, 7. *v. 19. bitur: *_Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui._ Et hoc erit, cum implebitur illud *f. 250d. Iob XV*: _Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt._ Item supra- *v. 34. dictus Helyas ministros provinciales ita tenebat sub baculo, quod tremebant eum, sicut iuncus tremit[1], cum ab aqua concutitur, vel sicut alauda timet, cum nisus eam persequitur et capere gliscit. Nec mirum. Ipse enim _filius_ erat _Belial, ita ut nemo posset_[c] _ei loqui,_ I. Reg. XXV*. Revera nemo audebat ei veritatem dicere *v. 17. facta sua et opera prava redarguendo nisi frater Augustinus de Recanáto et frater Bonaventura de Yseo. Nam de facili vituperabat ministros, qui accusabantur sibi falsó a complicibus suis, qui erant diffusi per provincias ordinis, quidam laici, malitiosi, pestiferi et cervicosi. Et ideo _incubuit_ ministris _timor et tremor, quia dixerunt: Non est in eis veritas et iuditium,_ I. Machabeorum VII*. Deponebat *v. 18. enim eos ab officio ministerii, etiam sine culpa[2], et privabat eos libris et predicationibus et confessionibus et omni legittimo actu[3]. Insuper caputium longum dabat quibusdam et mittebat eos ab oriente in occidentem, id est a Sicilia vel Apulia in Hyspaniam vel in Angliam et e converso[d, 4]. Item fratrem Albertum Parmensem, ministrum Bononie, hominem sanctissime vite, ab officio ministerii absolvit et precepit fratri Ghirardo de Mutina, quem loco ministri depositi per epistolam subrogavit, ut eum ad se cum probationis caputio[5] Assisium duceret. Frater vero Ghirardus, qui curialissimus erat, nichil de hac materia dixit ministro, sed curialiter rogavit ministrum, quod volebat eum associare ad beati patris Francisci *limina visitanda. _Iverunt igitur ambo pariter,_ quousque pervenerunt Assi- *f. CCLIa. 4. _Reg._ 2, 6. sium. Cumque esset frater Ghirardus prope cameram fratris Helie cum fratre

a) enim _a Sal. superscr._ b) et causa _Vulg._ c) possit _Vulg._ d) eọ _c._

1) _Cf. supra p._ 40, _l._ 25. 2) _Cf. Catal. ministr. gener. c._ 2, _Analecta Franciscana III, p._ 695, _et infra:_ instituebat passim et destituebat provinciales ministros non exspectato capitulo generali; _infra f._ 276[c]. 3) _In constitutionibus in capitulo Narbonensi a._ 1260. _editis, 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengeschichte' VI, p._ 113. _legitur:_ Quicunque inventus fuerit proprietarius, libris omnibus et omni actu legitimo sit privatus. _Ib. p._ 54: privent eos . . . offitiis . . . predicationis, confessionis. 4) _Iordanus de Giano c._ 61, _ed. G. Voigt, 'Abhandl. d. phil.-hist. Cl. d. Sächs. Ges. d. Wiss.' VI, p._ 545, _et Analecta Franciscana I, p._ 18: fratres sibi resistentes hinc inde dispersit. 5) _Quo novitii anno probationis utebantur; cf. Regula secunda c._ 2. _Quod etiam pro delictis quibusdam fratribus imponebatur, ut legitur in constitutionibus supra n._ 3. _dictis p._ 113 _sqq._

Alberto, protulit de sinu suo duo probationis caputia. Quorum unum imposuit sibi, alterum dedit ministro Bononie dicens: 'Impone tibi, pater, et expecta me, quousque redibo ad te'. Ingressus itaque frater Girardus ad Helyam prostravit se ad pedes eius dicens: 'Complevi obedientiam vestram ducens vobis ministrum Bononie cum probationis caputio, et ecce hic exterius expectat, volens facere quicquid sibi precipere vultis'. Audiens hoc Helyas, omnis indignatio ab eo recessit, *v. 14. 15. et quievit spiritus eius[1], quo tumescebat contra eum. Hinc sapiens ait Prover. XVI*: *Indignatio regis nuntii mortis, et vir sapiens placabit eum*[a]. *In hylaritate*[b] *vultus regis vita, et clementia eius quasi ymber serotinus.* Introductus igitur frater Albertus restitutus fuit in gradum pristinum. Insuper et multa mediante fratre Girardo ab Helya obtinuit pro provintia sua. Igitur propter hec et alia, que pessimus faciebat Helyas, conceptiones vindicte generabantur in cordibus ministrorum; sed expectabant tempus, in quo possent *respondere stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi* *v. 5. *sapiens esse videretur*[c]. Prover. XXVI*. Nam *tempus et responsionem cor sapientis* *v. 5. 6. *intelligit. Omni* enim *negotio tempus est et oportunitas,* Ecclesiastes VIII*. Ideo pre- *v. 13. cipit Ecclesiasticus XXVII*: *In medio insensatorum serva verbum tempori.* Item *v. 23. †v. 29. Eccli. IIII*: *Fili, conserva tempus et devita a malo.* Item Eccli. I†: *Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iocunditatis*[d]. Erat enim frater Helyas pessimus homo. Cui convenire possunt ea que de Nabuchodonosor[e] a Daniele dicun- *v. 19. tur V°*: *Quos volebat interficiebat et quos volebat percutiebat. Quos volebat exaltabat* *f. 251b. *et quos *volebat humiliabat.* Item convenire possunt sibi versus, quos supra[2] posui:

*Asperius nichil est humili, cum surgit in altum:* Versus.
*Cuncta ferit, dum cuncta timet, desevit in omnes,*
*Ut se posse putet; nec belua sevior ulla est*
*Quam servi rabies in libera terga furentis.*

*v. 16. Sub dominio enim suo durissimum erat vivere. Ideo dicit Ecclesiastes III*: *Vidi* *v. 1. *sub sole in loco iuditii impietatem et in loco iustitie iniquitatem.* Item Ecclesiastes IIII*: *Vidi calumnias, que sub sole geruntur, et lacrimas innocentium et consolatorem neminem,* *v. 7. 8. *nec posse resistere violentie eorum cunctorum auxilio destitutos.* Item Ecclesiastes V*: *Si videris calumnias egenorum et violenta iuditia et subverti iustitiam in provincia, non miréris super hoc negotio, quia excelso alius excelsior est, et super hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper universe terre rex imperat servienti.* Ista tria supradicta fiebant ministris provintialibus tempore fratris Helye. Calumniabantur, violenta iuditia eis inferebantur, et iustitia in eorum provinciis subvertebatur. De duobus *v. 29. primis habetur Deutero. XXVIII*, ubi Moyses transgressoribus legis ista duo imprecatur: *Omni tempore calumniam sustineas et opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te.* De tertio manifestum est, ut vidi oculis meis, quod Helyas habebat in qualibet provintia unum visitatorem, qui stabat ibi per totum annum et circuibat provintiam, ac si esset minister, et morabatur cum socio in quolibet loco XV diebus vel uno mense vel secundum suam voluntatem plus et minus[3]; et erant

a) eam *Vulg.* b) hyl||laritate *c.* c) videatur *Vulg.* d) ioꝯditatis *c.* e) nabuchod' *c.*

1) *Cf. Iud.* 8, 3: requievit spiritus eorum. 2) *F.* 235b, *p.* 66. *Sunt Claudiani in Eutrop. I,* 181—184. 3) *Cf. Iordanus de Giano c.* 62, *ed. G. Voigt, 'Abhandl. d. phil.-hist. Cl. d. Sächs. Ges. d. Wiss.' VI, p.* 545, *et Analecta Franciscana I, p.* 18: A. D. MCCXXXVII. frater Helyas ad singulas provincias visitatores suo convenientes proposito destinavit, per quorum visitationes inordinatas fratres amplius quam prius contra ipsum exasperati fuerunt; *Catal. ministr. gener. c.* 2, *Analecta Francisc. III, p.* 695: Hic missis visita-

provincie minores quam sint modo[1]; et quicumque volebat accusare ministrum suum, poterat et audiebatur. Et quicquid minister ordinabat in provincia sua, visitator totum poterat irritare et *addere et démere, prout sibi videbatur. *f. 251c. Quapropter *corda filiorum hominum implebantur*[a] *malicia et contemptu in vita sua,* Ecclesiastes IX*. *v. 3. Ministri vero qui boni erant perseverabant in bonitate sua iuxta verbum quod scriptum est Iob XVII*: *v. 9. *Tenebit iustus viam suam et mundis manibus addet fortitudinem.* Recordabantur enim quod scriptum est[2]:

*Necdum bella bonis, necdum certamina desunt,* Versus.
*Et cum quo pugnet, mens pia semper habet.*

Verum Helyas potius mittebat visitatores, qui essent exactores, quam qui essent correctores, et qui sollicitarent provincias et ministros ad tributa solvenda et munera largienda. *Et si quis non dabat*[b] *in ore eorum quippiam, sanctificabant*[c] *super eum prelium,* Michee III*. *v. 5. Hinc est, quod ministri provintiales tempore illo suis expensis fecerunt fieri apud Assisium pro ecclesia beati Francisci unam campanam grandem et pulchram atque sonoram[3], quam vidi[4], cum aliis V similibus ei, ex quibus tota vallis illa consonantia delectabili replebatur. Similiter, cum tempore novitiatus habitarem in civitate Fanensi[5], supervenerunt duo fratres, qui ab Ungária unum grandem piscem pretiosum et salsum in sextoriis[6] ligatum in somariis deportabant, quem vidi, et fratri Helye a ministro Ungárie Assisium mittebatur. 1238/9. Ideo congruit Helye quod Samuel dixit Sauli I. Reg. IX*: *v. 20. *Et cuius erunt optima queque Israel? Nonne tibi et omni domui patris tui?* Item tempore illo procurante ministro rex Ungarie[7] misit Assisium magnam cuppam auream, in qua capud beati Francisci honorabiliter servaretur. Cum autem portabatur et in conventu Senensi quodam sero in sacristia ad custodiendum *poneretur, *f. 251d. quidam fratres curiositate et levitate ducti optimum vinum biberunt cum ea, volentes in posterum gloriari, quod[d] cum cuppa regis Ungárie ipsi bibissent. Sed guardianus conventus Senensis, qui magnus zelator erat iustitie et honestatis amator, nomine Iohannettus, qui etiam de Assisio fuerat oriundus, cum cognovisset hec omnia, precepit refectorario, qui similiter frater Iohannettus de Belfort dicebatur, ut in sequenti prandio poneret coram quolibet illorum, qui cum cuppa

a) implentur *Vulg.* b) dederit *Vulg.* c) sanctificant *Vulg.* d) quod *a Sal. in marg. suppl.*

toribus suis fecit sub arctitudine magna provincias visitari tam in capite quam in membris; *Thomas de Eccleston coll. VIII, ibid. I, p.* 233 *sqq.* 1) *Cf. Thomas de Eccleston coll. IX* (8), *Analecta Francisc. I, p.* 235 *sq.; Chron. XXIV ministr. gener., ibid. III, p.* 246: Et ibidem *(in capitulo generali a.* 1239. *celebrato)* fuit facta divisio provinciarum ordinis et numerus limitatus, *quem Elias minister generalis auxerat; cf. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' VI, p.* 27 *sq.; supra p.* 102, *l.* 33. *p.* 104, *l.* 9. 2) *Prosperi Aquitani epigr.* 96 (93), *v.* 1. 2, *Opera (Parisiis* 1711) *p.* 671. *Sed Prosper habet:* Numquam b. b., numquam discrimina d., Et cum quo certet *etc.* 3) *Cf. Catal. ministr. gener. c.* 2, *l. l. III, p.* 695: Ipse collectas pecunie indixit provinciis occasione basilice beati Francisci, quam opere sumptuosissimo construi faciebat; *Chron. XXIV ministr. gener., ibid. III, p.* 228; *Spec. Vitae* (1509) *f.* 167[a]; *Iordanus de Giano c.* 61, *ed. G. Voigt l. l. p.* 544, *Anal. Francisc. I, p.* 18: Frater vero Helyas . . . opus ad Sanctum Franciscum . . . perficere volens fecit exacciones per totum ordinem ad inceptum consumandum. 4) *Semel tantum a.* 1265. *Sal. Assisii fuit; vide infra f.* 441[b]. 5) *A.* 1238. *Febr.* — 1239. *Febr.* 6) *Panni crassi species, ut videtur. Cf. infra f.* 482[a]. *Ducange-Henschel unum tantum locum afferunt, quo haec vox occurrit.* 7) *Bela IV.*

*F.* CCLII[a]. Quod VI genera hominum leguntur clamasse ad Deum.
De tribus stultitiis filii Salomonis.
*F.* 252[b]. De sermone moderando. Ieronimus: *Vide, quid lenitas sermonis, quid asperitas fecerit. Salveris laborator*[a]*!*
Exemplum illius qui dixit se medicum esse verborum [1].

---

biberat[a], unam ollam parvulam, nigram et tinctam, quam pignattam [2] dicunt, in
quibus oportuit eos bibere, vellent nollent, quatinus, si vellent in posterum gloriari,
quod cum cuppa regis Ungárie quandoque iam biberant, possent similiter
recordari, quod propter illam culpam cum olla tincta bibissent [3]. Hinc[b] beatus
Basilius in libro, quem facit[a] de operibus sex dierum, qui Grece Exameron [4] appellatur,
Basilius. | dicit, quod ante peccatum *erat rosa sine spina, postea autem pulcritudini huius
floris spina coniugata est, ut iocundo voluptatis iuxta habeamus adiacentem tristitiam, rememorantes
illius peccati, propter quod terra nobis spinas ac tribulos oriri facere condemnata
est.* Nota igitur propter predicta, quod Dominus ordini fratrum Minorum dicit in
*49,15. psalmo*: *Invoca me in die tribulationis, et*[c] *eruam te, et honorificabis me*[d]. Cui respondet:
*Ps.* 17,7. *In tribulatione mea invocavi Dominum et ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de templo
sancto suo vocem meam, et clamor meus in conspectu eius introivit in aures eius.* Nota
**f.* CCLII[a]. etiam, quod VI genera hominum leguntur clamasse ad Deum et exauditi fuerunt *iuxta
**v.* 3. illud quod ait Iere. XXXIII*: *Clama ad me, et exaudiam te et annuntiabo tibi grandia et
firma, que nescis.*

Primi fuerunt filii Israel, qui Pharaoni in Egypto serviebant in magna miseria. De
**v.* 7—9. quibus Dominus Moysi ait Exo. III*: *Vidi afflictionem populi mei in Egypto et clamorem
eius audivi propter duritiam eorum qui presunt operibus. Et sciens dolorem eius descendi, ut
liberem eum de manibus Egyptiorum. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, vidique afflic-
*106, 13. tionem eorum, qua ab Egyptiis opprimuntur.* Hinc psalmista* ait: *Clamaverunt ad Dominum,
cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos.*

Secundi fuerunt similiter filii Israel, quando post mortem Salomonis voluerunt,
quod Roboam filius eius alleviaret iugum durissimum patris sui, quod populo imposuerat,
**v.* 12. et noluit eos audire, immo spreto consilio seniorum, de quibus dicitur Iob XII*: *In
antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia,* adhibuit consilium iuvenum, de quibus
**v.* 20. dicitur Eccli. VIII*: *Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere nisi que eis
placent.* Responditque Roboam populo secundum consilium, quod iuvenes sibi dederant,
*Eccli.* 47, 28. et ita *avertit gentem consilio suo* et fecit imperium bipertitum, eo quod de imperio patris
sui durissimo diminuere noluit, III. Reg. XII. et Eccli. XLVII. Considera triplicem
stultitiam filii Salomonis. Primam, quia, cum esset stultus, reputabat se sapientem.
**v.* 3. Et talis est consuetudo stultorum. Unde Ecclesiastes X*: *Sed et in via stultus ambulans,
**v.* 16. cum ipse insipiens sit, omnes stultos extimat*[a]. Item Prover. XXVI*: *Sapientior sibi piger
videtur VII viris loquentibus sententias.* [e]Secundam [5], quia, ut se commendare posset,
**f.* 252[b]. †*v.* 10. patrem suum vilificabat dicens *III. Reg. XII†: *Minimus digitus meus grossior est dorso*

a) *sic c.* b) *penna mutata.* c) et *om. Vulg.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *hoc loco versus novus coeptus cum* ℭ *minio scripto.*

1) *Hoc exemplum in textu Sal. non attulit, sed hoc tantum loco, quod legitur in Iacobi Leg. Aurea c. CLXXX* (175), *ed. Grässe p.* 812 *sq.* 2) *Italice* pignatta *nobis est* Topf. 3) *Praecedentia fratri Salimbene narrata esse, cum a.* 1241—1243. *in conventu Senensi morabatur, coniciendum est.* 4) *Homil. V,* 6, *Opera ed. Garnier (Paris.* 1721*) I, p.* 45. *Versio Latina huius libri, quae medio aevo habebatur, non edita est.* 5) *Scil. stultitiam Roboam regis.*

*patris mei.* Ideo dicit Ys. XXXII*: *Stultus enim fatua loquetur, et cor eius faciet iniqui-* *v. 6.
*tatem.* Item Eccle. X*: *Labia insipientis precipitabunt eum. Initium verborum eius stultitia,* *v. 12—14.
*et novissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat.* Et ideo dicit sapiens
Prover. XXVI*: *Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.* Item Prover. XVII†: *Stultus* *v. 10. †v. 28.
*quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur, et si compresserit labia sua, intelligens.* Item Eccli. III*: *v. 12. 13.
*Ne glorieris in contumelia patris tui, non est enim tibi gloria,* sed *confusio. Gloria enim*
*hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore.* Tertiam stultitiam con-
siderare potes hominis istius, scilicet Roboam, quia relito[a] consilio senum plus accep-
tavit consilium iuvenum, de quibus iam dictum est, et oblivioni tradidit quod a patre
didicerat, Prover. XXVII*: *Laudet te*[b] *alienus, et non os tuum, extraneus, et non labia tua.* *v. 2.
Item et hoc didicerat, quod implere contempsit, Prover. XV*: *Responsio mollis frangit* *v. 1.
*iram, sermo durus suscitat furorem.* Item Eccli. VI*: *Verbum dulce multiplicat amicos et* *v. 5.
*mitigat inimicos.* Item Prover. XVII*: *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est.* *v. 27.
Quod Gedeon fecisse dignoscitur, Iudic. VIII.* Et etiam Dominus pluries hoc fecit, ut *v. 2. 3.
habetur Io. VI*: *Hoc vos scandaliçat? Si ergo* et cet. Item Io. X†: *Nonne scriptum est* *v. 62. 63. †v. 34.
*in lege vestra* et cet. Ideo dicit Ecclesiasticus XXXVI*: *Si est lingua curationis, est et* *v. 25.
*mitigationis et misericordie. Non est vir illius secundum filios hominum.* De isto clamore
potest dici illud psalmi*: *Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret, ad Dominum, nec ex-* *17, 42.
*audivit eos.* Quare hoc? *Ratio assignatur III. Reg. XII†: *Et non adquievit rex populo,* *f. 252$^{d}$. †v. 15.
*quoniam aversatus eum fuerat Dominus, ut suscitaret verbum suum, quod locutus fuerat in*
*manu Achie Sylonite ad Ieroboam filium Nabath.* Simile habetur de filiis Hely, quos pater
corripiebat, I. Reg. II*: *Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Deus occidere* *v. 25.
*eos.* Simile etiam de Pharaone, qui Moysen et Aaron audire contempsit, Exo. VII*: *v. 3. 4.
*Ego indurabo cor eius et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Egypti, et non audiet vos.*
Item Exo. XXXIII*: *Miserebor cui voluero et clemens ero in quem michi placuerit.* Ideo dicit *v. 19.
apostolus ad Ro. IX*: *Ergo cuius vult miseretur et quem vult indurat.* Simile etiam de *v. 18.
Saule, de quo Dominus dixit Samueli I. Reg. XVI*: *Usquequo*[c] *tu luges Saul, cum ego* *v. 1.
*proiecerim eum, ne regnet super Israel?* Simile de Nabal, qui filius erat Belial, ita quod
nemo poterat ei loqui, ut habetur I. Reg. XXV*[1]. *Roboam* quoque *rudis* fuit *et corde* *v. 17.
*pavido,* ut dicitur II. Paralipo. XIII*, et propter duriciam cordis sui, et quia stultus erat, *v. 7.
non audivit populum deprecantem nec *adquievit populi precibus. Erat enim voluntas*[d] *Dei,* 2. Par. 10, 15.
*ut compleretur sermo eius* et cet. Ideo Dominus dicit Ys. XLVI*: *Consilium meum stabit,* *v. 10.
*et omnis voluntas mea fiet.* Item Ecclesiastes VII*: *Considera opera Dei, quod nemo possit* *v. 14.
*corrigere, quem ille*[e] *despexerit.* Quod accidit omnibus supradictis et specialiter Heliu
Buzite, quem dicunt Balaam fuisse filium Beor ariolum[2], de quo habetur Numeri XXII.
et XXIII. et XXIIII. Qui quamvis dixerit: *Moriatur anima mea morte iustorum, et fiant* Num. 23, 10.
*novissima mea horum similia,* tamen gladio filiorum Israel fuit occisus, ut habetur Iosue XIII,
quia non solum quorum vitam laudaverat[f] imitari contempsit, verum etiam *docuit Balach*

a) *sic c. pro* relicto. b) te *a Sal. superscr.* c) Usq (Usquoque) *c.; cf. supra f.* 246$^{d}$, *p.* 97, *l.* 7. d) voluntatis *Vulg.* e) illē *c.* f) lauat (lauerat) *corr. da superscripto, et in marg. manu Sal. scriptum* uerat.

1) *Vulgata:* ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. 2) *Quod dicit Petrus Comestor, Hist. scolast., Gen. c.* 58; *cf. infra f.* 313$^{b}$, *ubi locus ille Petri Comestoris exscriptus est.*

*F.* 252[d]. De domino salvatore, [et[a] de illis qui ad Dominum clamaverunt tam de veteri quam de novo Testamento].

---

*f. 252d. †v. 14. *mittere scandalum coram filiis Israel, edere et for*nicari,* ut habetur Apoc. II.† et Numeri XXV.
*v. 2. Hunc Deus despexit, ut habetur Iob XXXVIII*, dicens ad Iob: *Quis est iste involvens*
*v. 10. *sententias sermonibus imperitis?* Ideo dicit sapiens Prover. XXVI*: *Qui imponit stulto silen-*
*v. 27. *tium, iras mitigat.* Item pro[b] omnibus[c] supradictis dici potest illud Eccli. III*: *Cor*
*durum male habebit in novissimo.* Quibus associari potest pessimus ille Helyas, cuius
*v. 16. occasione diximus supraposita. Cor durum non habuit Iob, qui dixit XXIII*: *Deus*
*mollivit cor meum, et omnipotens conturbavit me.*

Tertii qui clamaverunt ad Deum fuerunt sancti patres existentes in limbo. De
*v. 27. quorum clamore potest dici illud Neemie IX*: *In tempore tribulationis sue clamaverunt ad*
*te, et tu de celo exaudisti* eos *et secundum miserationes tuas multas dedisti eis salvatores, qui*
*salvarent eos de manu hostium suorum.* Ex quibus salvatoribus precipuus fuit filius
*v. 42. Dei, de quo dicitur Io. IIII*: *Scimus, quia hic est vere salvator mundi.* Huic congruere
*v. 5. potest quod dicitur IIII. Reg. XIII*: *Dedit Dominus Israeli salvatorem, et liberatus est de*
*manu regis Syrie.* Iste fuit salvator, qui *salvum fecit*[d] *populum suum a peccatis eorum,*
*v. 21. Ps. 39, 3. Mat. I.* Iste fuit salvator, qui *eduxit* sanctos patres *de lacu miserie et de luto fecis* iuxta
*v. 11. verbum quod scriptum est Zacharie IX*: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti*
*vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.*

Quarti qui clamaverunt fuerunt hi qui convertebantur in primitiva ecclesia, de
*v. 1. quibus dicitur Act. VI*, quod *factum est murmur Grecorum adversus Hebreos, eó quod de-*
ib. 2—6. *spicerentur in ministerio cotidiano vidue eorum.* Et XII apostoli invenerunt remedium
*f. CCLIIIa. faciendo eligi VII diacones, quos *constituerunt super opus illud, pro quo murmur orie-
*v. 18. batur. [De[e] isto clamore potest dici illud Iere. Tre. II*: *Clamavit cor eorum ad Dominum*
*super muros filie Syon*].

Quinti qui clamaverunt fuerunt similiter in primitiva ecclesia, eo quod quidam dogmatiçabant, quod, si salvari volebant, oportebat eos legem et evangelium et cum baptismo circumcisionem[f] servare. De[g] quibus habetur Act. XV. Sed cito habuerunt
Act 15, 10. 11. remedium, quia Petrus dixit: *Quid temptatis Deum imponere iugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu Christi credimus salvari quemadmodum et illi.* Postea diffinitum fuit litigium hoc modo:
ib. 28. 29. *Visum est enim spiritui sancto et nobis nichil ultra imponere vobis oneris quam que necessaria sunt*[h], *ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione. A quibus custodientes vos bene agetis. Valete!* Ita dixerunt apostoli et seniores, qui Ierosolimis erant. De clamore supradictorum, qui in primitiva ecclesia clamaverunt et con-
*33, 18. questi sunt, potest dici illud psalmi*: *Clamaverunt iusti, et Dominus exaudivit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.*

1239. Sexto et ultimo clamavit ordo fratrum Minorum ad Gregorium papam nonum, cum a pessimo Helya generali ministro multipliciter vexaretur. Et exaudivit papa ordinem beati Francisci Helyam pessimum deponendo. De isto clamore potest
*33, 7. dici illud psalmi*: *Iste pauper* — scilicet ordo fratrum Minorum — *clamavit, et*
Ps. 56, 3. 4. *Dominus exaudivit eum et de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.* Item: *Clamabo ad Deum altissimum, Deum, qui bene fecit michi. Misit de celo et liberavit me, dedit*

a) *uncis incl. alio atram. et litteris inclinatis, sed manu Sal., ut videtur, post add. c.* b) pro *a Sal. superscr.* c) *sequitur* pro *h. l. expunctum.* d) faciet *Vulg.* e) De — Syon *in marg. super. alio atram. subfusco, quo multae inscriptiones columnarum scriptae sunt, a Sal. suppl.* f) cirçcisionem *c.* g) *penna mutata.* h) quam haec necess. *Vulg.*

*F. 253[b].* De depositione fratris Helye per papam Gregorium nonum facta[a], et de electione fratris Alberti Pisani in generalem ministrum, et de generali capitulo, qualiter debet fieri.

---

*in opprobrium conculcantes me.* Item: *Cognovi, quia faciet Dominus iuditium inopis et* *Ps.* 139, 13.
*vindictam pauperum.* Item: *Iudicabit pauperes populi et salvos faciet filios pauperum* *Ps.* 71, 4. 12.
*et humiliabit* **calumniatorem. Quia liberabit pauperem a potente et pauperem cui non* **f.* 253[b].
*erat adiutor.* Hoc ad litteram de salvatore dictum fuit, de quo dicit Iob XXVI*, **v.* 12.
quod *prudentia eius percussit superbum.* Quod potest intelligi et de diabolo et de
quolibet alio superbo a Deo humiliato. Ideo dicit Ys. LI*: *Numquid non tu per-* **v.* 9. 13.
*cussisti superbum,*[b] *vulnerasti draconem? Ubi nunc est furor tribulantis?* Ideo regratiatur sibi psalmista*: *Fecisti iuditium meum et causam meam, sedes super thronum,* *9, 5.
*qui iudicas iustitiam. Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in oportunita-* *ib.* 10. 11.
*tibus, in tribulatione. Et sperent in te qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereli-*
*quisti querentes te, Domine.* Item: *Non est oblitus clamorem pauperum. Quoniam* *ib.* 13. 19.
*non in finem oblivio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Tibi de-* *Ps.* 10, 14. 17.
*relictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Desiderium pauperum exaudivit Dominus*
— scilicet quando fecit Helyam de ministerio deponi a papa Gregorio nono —, 1239. (*c. Maii* 15).
*preparationem cordis eorum audivit auris tua,* scilicet quando ministri ordinis et
custodes divinitus inspirati elegerunt bonum virum fratrem Albertum Pisanum in
generalem ministrum ordinis fratrum Minorum[1]. Et ipsemet papa voces fratrum
audivit[2], ut electio celerius haberetur. Et cito concordaverunt iuxta verbum quod
scriptum est Osee I*: *Congregabuntur filii Iuda et filii Israel pariter et ponent sibimet* **v.* 11.
*caput unum.* Nota, quod dicit *Filii Iuda et filii Israel,* quia in ordine fratrum
Minorum[c] cismontani et ultramontani congregari pariter debent in uno generali
capitulo et unum sibi eligere generalem ministrum, non per conspirationem et
divisionem, quia de divisione scriptum est Osee X*: *Divisum est cor eorum, nunc* **v.* 2.
*interi***bunt,* sed per concordiam et inspirationem divinam, ut electionem subsequentis **f.* 253[c].
generalis ministri et boni pastoris divine voluntati committant, iuxta verbum quod
scriptum est Act. I*: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris.* Et **v.* 24.
tunc, si ita fecerint, Deus ex parte sua faciet, quod faciendum videbit, iuxta illud:
*Voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet.* Dicit enim beatus *Ps.* 144, 19.
Augustinus[3], quod *impossibile est multorum preces non exaudiri.* Ideo Augustinus.
dicit Ecclesiasticus X*: *In manu Dei potestas terre, et utilem rectorem in tempore* **v.* 4.
*suscitabit super illam. Dominatur* enim *excelsus in regno hominum et cuicumque voluerit*
*dabit illud et humilimum*[d] *hominem constituet super illud*[e], Dan. IIII*. Si autem per **v.* 14.
privatum amorem et per sagacitatem et conspirationem malitiosam eligere voluerint et non secundum Deum et ordinis utilitatem, tunc *insuspicabilis* non *portabit*[f]
*dyadema,* Eccli. XI*, sed homo, quem sibi finxerunt et privato amore et fraudu- **v.* 5.
lenter et malitiose elegerunt. Et tunc dicet ille, de quo scriptum est Prover. VIII*: **v.* 15. 16.
*Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant,*

a) fcā (factam) *c.* b) *signum interrogationis hoc loco positum radendo in punctum mutatum esse videtur in c.* c) *sequitur* ⁊ (et) *erasum in c.?* d) *sic c.* e) eum *Vulg.* f) portavit *Vulg.*

1) *Elias depositus et Albertus electus est in capitulo Romae celebrato a.* 1239. *circa pentecosten (Maii 15);* in profesto pentecostes *(Maii 14) hoc factum esse scribit Wadding, Ann. Min. ed.* 2. *III, p.* 22. 2) *Cf. Thomas de Eccleston coll. XIII* (12), *SS. XXVIII, p.* 565: papa . . . vota singulorum audivit; *Cron. Minor, Monum. Erphesfurt. p.* 655; *infra f.* 276[d]. 3) *Bis infra f.* 334[d]. 482[d]. *Sal. attulit hoc dictum, quod ubi Augustinus dixerit, nescio.*

*F.* 253[d]. Quod conservatio religionum est frequens mutatio prelatorum triplici de causa.

*F.* CCLIIII[a]. Quod a scriptura divina precipitur, ne prelati subditos affligant nec eis mala inferant.

---

*et potentes decernunt iustitiam. Ipsi regnaverunt et non ex me; principes extiterunt, et*
*v. 4. *non cognovi,* Osee VIII*. Nam aliquando *regnare facit hominem ypocritam propter*
*v. 30. *peccata populi,* ut habetur Iob XXXIIII*. Aliquando *propter peccata terre multi*
*v. 2. *principes eius,* Prover. XXVIII*. Aliquando propter peccata regis ipse rex removetur a regno, sicut accidit Sauli, quem amovit Deus a facie sua[1], ut habetur
*v. 11. I. Reg. XVI. et II. Reg. VII. et Act. XIII. Ideo dicit ipse Dominus Osee XIII*:
*f. 253d. *Dabo tibi regem in furore meo et *auferam in indignatione mea.* Sic etiam accidit
1239. Helye pessimo, quem papa Gregorius nonus absolvit, ne esset generalis minister, eó quod ordinis beati Francisci esset maximus dissipator[2], necnon et ordinis dominium contra ministrorum provintialium et custodum, ad quos secundum regulam[3] spectat electio, voluntatem violenter et fraudulenter tenere volebat. Sed dicit
*v. 3. †v. 5. sapiens in Proverbiis XII*: *Non roborabitur homo ex impietate,* quia, sicut dicit Abacuch II†:
*v. 18. *Quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus et non decorabitur.* Item Prover. XVI*:
*v. 12. *Contritionem precedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.* Item Prover. XVIII*: *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, et antequam glorificetur, humiliatur.* Notandum, quod conservatio religionum est frequens mutatio prelatorum triplici de causa. Prima, ne nimis insolescant, si diu prefuerint, ut patet in abbatibus ordinis sancti Benedicti, qui quia quousque vivunt durant et non deponuntur, vilificant subditos suos et tantum reputant eos quantum quintam rotam plaustri, que nichil est; et abbates cum secularibus carnes manducant, monachi vero in refectorio legumina comedunt. Et alia multa incomoda[a] et disconvenientia faciunt erga subditos suos, que non sunt facienda, cum ipsi velint splendide vivere et in maxima libertate. Et quod subditos non affligant nec eis mala inferant, a scriptura divina precipitur et a natura et a curialitate humana et ab exemplo patris et filii et
*v. 20. etiam spiritus sancti. A scriptura divina precipitur Deutero. XVII.* de rege Iudaici
*f. CCLIIII[a]. populi, quod non *elevetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque *declinet in dex-*
*v. 24. *teram partem vel sinistram.* Item Eccli. X.* dicitur de prelato: *In medio fratrum rector illorum in honore.* Nota, quod dicit *in medio,* non in angulo, non in latibulis, ut faciunt
*v. 19. hi *qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes,* ut dicitur Iude II*[a]. Unde super
*v. 26. illo loco Io. XX*: *Stetit Iesus in medio* discipulorum suorum dicit beatus Bernardus[b, 4]:
Bernardus[b]. *Falleris, Thoma, faleris*[c]*, si videre Deum speras ab apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulum, non ei diversoria placent. In medio stat, communi vita,*
*v. 1. *communi disciplina, communibus studiis delectatur.* Item Eccli. XXXII*: *Rectorem te posuerunt: noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis.* Nota, quod dicit *te posuerunt,* quia prelatus
*v. 8. a subditis eligi debet. Nam *qui potestatem sibi assumit*[d] *iniuste, odietur,* Eccli. XX*. Quod patuit in Abymelech filio Gedeonis, de quo habetur Iudicum IX, et in Absalon et Adonia. Nota etiam, quod dicit *Noli extolli.* Quod male servavit Adonias filius Aggyth, qui *eleva-*

a) *sic c.* b) B[5] *c.* c) *sic h. l. c.* d) sumit *Vulg.*

1) *Cf. supra p.* 97, *n.* 1. 2) *Vide apud Thomam de Eccleston coll. XIII* (12), *Anal. Francisc. I, p.* 242 *sq., quare papa Eliam a ministerio absolverit,* comendans personam suam *(scil. Eliae).* 3) *Regula secunda c.* 8: electio . . . fiat a ministris provincialibus et custodibus. 4) *In sermone V. de ascensione Domini, Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 933.

*F. 254ᵇ.* Quod singularitas est vitanda et communitas diligenda.
De curialitate cuiusdam regis Anglie.

---

*batur*[a] *dicens: 'Ego regnabo'*, III. Reg. I*. Sed dicitur Iere. XXII†: *Numquid regnabis, quo-* *v. 5. †v. 15.
*niam confers te cedro?* Certe non regnavit Adonias, quia Salomon frater suus ex volun-
tate divina et patris sui David habuit regnum et fecit eum interfici. Ideo dicitur
Eccli. XI*: *In die honoris tui ne*[b] *extollaris.* Quod male servavit Herodes, de quo habetur *v. 4.
Act. XII*, quod *statuto die vestitus veste regia sedit pro tribunali et contionabatur ad eos;* *v. 21–23.
*populus autem acclamabat*[c] *Dei voces et non hominis. Confestim autem percussit eum angelus*
*Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, et consumptus a vermibus expiravit.* Ideo dicit
Eccli. XI*: *In vestitu non*[d] *glorieris unquam nec in die honoris tui extollaris.* †Item Eccli. X**: *v. 4. †f. 254ᵇ. **v. 29.
*Noli te extollere in faciendo opere tuo.* Sed dicitur de malo prelato Abdie I*: *Superbia* *v. 3.
*cordis tui extulit te.* Item a natura precipitur, ut diligatur proximus, quia naturaliter
*omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sui*
*coniungetur, et omnis homo simili sui sociabitur*, Eccli. XIII*. Item Eccli. XVII†: *Mandavit* *v. 19. 20. †v. 12.
*illis unicuique de proximo suo.* Ideo dicit Io. prima 4*: *Hoc mandatum habemus a Deo, ut,* *v. 21.
*qui diligit Deum, diligat et fratrem suum.* A curialitate humana etiam habetur, quod pro-
ximus diligi debet. Caritas enim et curialitas sorores sunt. *Caritas non querit que sua*[e] *sunt*,
prima ad Cor. XIII*, et curialitas aliis consuevit impendi. Ideo dicit sapiens Prover. XII†: *v. 5. †v. 26.
*Qui negligit dampnum propter amicum, iustus est.* De curialitate habes exemplum
cuiusdam regis Anglie[1], qui cum esset in nemore cum militibus iuxta Exemplum.
fontem et cenare deberet, allatum est ei vasculum vini, quod illi de Tuscia flasco-
nem dicunt, Lombardi vero botacium[2]. Cumque quesisset, utrum plus de vino
adesset, et responsum ei fuisset, quod non, dixit: 'Sufficienter habemus pro omni-
bus'. Et quod in vasculo erat effudit in fontem dicens: 'Omnes communiter bibant'.
Et magna fuit curialitas reputata. Non sic facit avarus, qui in Ecclesiastico
dicit XI*: *Inveni requiem michi, et nunc manducabo de bonis meis solus.* Non sic *v. 19.
faciunt illi prelati, qui coram subditis et cum eis in eádem domo comedentibus
panem albissimum comedunt et optimum vinum et precipuum bibunt et nichil
dant penitus subditis suis; que rusticitas maxima reputatur. Sic etiam de aliis
comestibilibus faciunt. Ideo dicit sapiens Prover. IIII*: *Comedunt panem impietatis* *v. 17.
*et vinum iniquitatis* *bibunt. Subditi etiam pessimum panem habebunt, de quo *f. 254ᶜ.
habetur Eccli. XXXI*: *In nequissimo pane murmurabit civitas, et testimonium nequitie* *v. 29.
*illius verum est.* Item vinum precipuum bibunt aliqui prelati coram subditis et
non dant eis, qui ita libenter biberent sicut ipsi, cum omnes gule sint sorores.
Certe isti tales, qui ita faciunt, non sunt Anglici, qui soliti sunt dicere[3]: 'Ge bi
a vo'. Quod est dicere: 'Oportet vos tantum bibere, quantum ego bibi'. Et quam-
vis dicatur Eccli. XXXI*: *Diligentes in vino noli provocare, multos enim exterminavit* *v. 30.
*vinum*, et Hester I*: *Non*[f] *erat qui nolentes cogeret ad bibendum*, tamen curialitatem *v. 8.
maximam credunt Anglici facere, quod libenter bibunt et aliis dant libenter. Sed
prelati nostri temporis, qui Lombardi sunt, libenter volunt sibi que gula et appe-
titus requirit, et aliis dare nolunt; que[g] maxima rusticitas reputatur. Ideo dicit

a) eleuatur *corr.* eleuabatur *c.* b) *cf. infra l.* 10. c) acclamat *corr.* acclamabat *c.* d) ne *Vulg.*
e) sua *a Sal. in marg. suppl.* f) Nec *Vulg.* g) *sequitur* ÷ (est) *multo post linea perducta deletum.*

1) *Eadem fabella iterum infra f.* 338ᵇ. *narrata est.* 2) *Nunc Italice* bottaccio.
3) *Idem infra f.* 301ᶜ·ᵈ. *repetit Sal., ubi:* Ge bi a vu, *i. e. in lingua Francogallica veteri:* Je buis a vous *vel* vos.

*v. 18. †v. 31. Ecclesiasticus 31*: *Intellige que sunt proximi tui ex te ipso.* Item Luc. VI†: *Prout*
*v. 36. *vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter.* Item Levitici XXV*:
*v. 10. *Time Deum tuum, ut vivere possit frater tuus apud te.* Item Neemie VIII*: *Mulsum*[a]
*v. 44. 45. *mittite eis qui non preparaverunt sibi.* Item Act. II*: *Omnes etiam qui credebant*
*erant pariter et habebant omnia communia et dividebant illa omnibus, prout cuique*
*opus erat.* . . . . . .[b] non fit, [sed[c] ut in evange]lio: *Habenti dabitur, et abundabit,*
*v. 26. Luc. XIX*. Unde cum in c[onventu] . . siensi[d] quidam novitius audien[s] . . . .
. . . . . .[e] dixisset: 'Meum est', et reprehens[us] . . . . . . .[f] suo fuisset:

'Nil proprium, pro . . . . .[g] communia queque',

respondit novitius:

'Sic loquimur, sed non utimur communibus eque'.

*v. 14. Ideo dicit Eccli. V*: *Si est tibi intellectus, responde proximo.* Revera nostris temporibus videtur impleta maledictio illa, quam transgressoribus legis Moyses impre-
*v. 31. catur; ait enim Deutero. XXVIII*: *Bos tuus immoletur coram te, et non comedas*
*f. 254d. *ex eo.* Ideo divina scriptura misero guloso, qui partem suam et aliorum comedit, taliter
*v. 14. 15. comminatur Iob XX*: *Panis eius in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Divitias, quas devoravit, évomet, et de ventre eius extrahet eas Deus.* Ab exemplo patris celestis habent prelati, quod subditos non affligant neque contemnant. Deus enim pater, cui
*v. 5. potentia attribuitur, *potentes non abicit, cum et ipse sit potens,* Iob XXXVI*. Deus enim
*v. 8. *pusillum et magnum ipse fecit, et equaliter cura est illi de omnibus,* Sap. VI*. Ideo dicit
*v. 10. Malachias II*: *Numquid non pater unus omnium nostrum? Numquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?* Ideo
*v. 35. prelato dicit Ecclesiasticus IIII*: *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi.* Quod quia prelati audire contemnunt[h], ideo de eis conqueritur
*v. 4. Dominus Eze. XXXIIII*: *Cum austeritate imperabatis eis et cum potentia.* Et ibidem multa dicit Dominus superius et inferius de malis et incomodis[i], que faciunt mali prelati subditis suis. Ab exemplo etiam filii Dei habent prelati, quod debent diligere subditos
*v. 11. suos. Nam filius Dei dicit Io. X*: *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit*[k] *pro ovibus suis.* Sic et prelatus pro subditis sibi commissis facere debet, quia
*v. 15. Dominus dicit Io. XIII*: *Exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, ita et vos*
*v. 15. *faciatis.* Hoc faciebat apostolus, qui dicebat II. Cor. XII*: *Ego autem libentissime impendam*[l] *et superimpendar ego ipse pro animabus vestris*[m], *licet plus vos diligens minus*[m] *diligar.* Hoc etiam fecit sanctus Paulinus Nolane civitatis episcopus, qui seipsum dedit, ut pro filio vidue in Affrica venderetur. De quo in principio tertii libri Dialogorum[1] Gregorius
*f. CCLVa. narrat. *Hoc similiter Sanctulus presbiter fecit, de quo beatus Gregorius in IIII[0] libro Dialogorum[2] narrat, quod exposuit se morti, ut quendam diaconem a morte eriperet, quem Longobardi volebant occidere. Cumque Longobardi circa Sanctulum fecissent spectaculum, et fortissimus spiculator eorum spatam elevasset ad amputandum Sanctulo caput, dixit presbiter Sanctulus: 'Sancte Iohannes, suscipe illam!' Et statim cepit manus

a) *nonnulla huius paginae evanuere, ut difficillime legantur, alia medicina adhibita deleta sunt, ut iam non legi possint. Pauca verba, quae antea legere nequivi, versibus Bibliae adhibitis cognovi.* b) Sed ita *fortasse scriptum erat, quod legi nequit.* c) *uncis inclusa conieci, legere nequivi.* d) *duae fere litterae nominis legi nequeunt: fortasse* Esiensi. e) *duo fere verba medicina superlita deleta sunt.* f) *supplendum fortasse* a guardiano. g) *quatuor sillabas deletas esse, quarum posteriores* ium *fuerint, e versu sequente elucere videtur. Nescio, quid bene supplere posses.* h) contempnunt, p *erasum c.* i) *sic c.* k) dat *Vulg.* l) endam et super *legere nequivi.* m) *hoc vocabulum legi nequivit.*

1) *Cap.* 1 *(SS. Lang. p.* 528 *sq.).* 2) *L. III, cap.* 37 *(SS. Lang. p.* 537*), quae Sal. aliis verbis narrat.*

eius cum gladio obrigescere, et brachium eius factum est aridum, nec potuit illud cum ense deponere, sed stabat attonitus et stupefactus; et omnes Longobardi, qui hec videbant, ultra quam credi potest admirabantur. Cum autem rogarent Sanctulum, quod rogaret Deum suum et Iohannem Baptistam, ut carnifex sanaretur, dixit, quod tali pacto rogaret, si vellet promittere et iurare, quod decetero cum brachio illo nullum Christianum occideret. Fecit quod dixerat, et statim fuit pristine redditus sanitati. Longobardi[a] vero, cum vidissent hec omnia, erga Sanctulum et Iohannem Baptistam postea devotiores fuerunt. Nam prius eum in devotione habebant, éo quod oleum coram eis multiplicasset in prelo[1]. Fecit Sanctulus quod Iohannes dicit prima III*: *In hoc cognovimus caritatem* *v. 16.
*Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Sed dicit beatus Gregorius[2]: *Qui non dat substantiam suam, quomodo* — sive *quando* — *dabit animam suam?* Ideo subdit Io. III*: *Qui habuerit substantiam mundi huius et viderit* *v. 17. 18.
*fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei,* ***non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate.* Item fecit Sanc- *f. 255b.
tulus quod docet sapiens in Prover. XXIIII*: *Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui* *v. 11. 12.
*trahuntur ad interitum liberare non*[b] *cesses. Si dixeris: vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem anime tue nichil fallit, reddetque*[c] *homini iuxta opera sua.* Hoc similiter beatus Nicholaus fecit, quando liberavit et eripuit stratilates, qui ducebantur ad mortem. Isti fuerunt tres milites innocentes, qui occidebantur iniuste[3]. Liberavit etiam tres principes de manibus prefecti et imperatoris Constantini, qui similiter interfecti fuissent[4]. Ideo potuit dicere beatus Nicholaus verbum Iob XXIX*: *Conterebam* *v. 17.
*molas iniqui et de dentibus illius auferebam predam.*

Porro filius Dei de se dicit Luc. XIX*: *Venit enim filius hominis querere et salvum* *v. 10.
*facere quod perierat.* Prelati vero nostri temporis pro[d] maiori[e] parte *veniunt*[f], *ut furentur et mactent et perdant*, ut habetur Io. X*. Et *qui optimus in eis est, quasi paliurus, et qui* *v. 10.
*rectus, quasi spina de sepe*, ut dicit Micheas VII*. Et si quis modo vellet facere dialo- *v. 4.
gum prelatorum, ut fecit Gregorius, potius feces invenire posset quam sanctos prelatos; *periit* enim *sanctus de terra, et rectus in hominibus non est*, ut dicit Micheas VII*. *v. 2.
Item filius Dei dicit, quod *non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis*, Mat. XX*. Et Luc. XXII.† dicit: *Ego autem in medio vestrum* *v. 28 †v. 27.
*sum sicut qui ministrat.* Quod prefiguratum fuit II. Reg. VI*, ubi dicitur, quod, quando *v. 19.
David cum populo Israel deducebant archam federis Domini in iubilo, quamvis esset rex, circumstante[g] exercitu non fecit sibi ministrari, sed potius *ministrabat, *et partitus* *f. 255c.
*est universe multitudini Israel, tam viro quam mulieri, singulis collyridam panis unam et assaturam bubule carnis unam et similam frixam oleo. Et abiit omnis*[h] *populus, unusquisque in domum suam.* Et ex hac humilitate despexit eum Michol filia Saul, uxor sua. Sic sinagoga Iudeorum Christum despexit, pro eo quod *semetipsum exinanivit*[i] *formam servi accipiens, in similitudine hominum factus et habitu inventus ut homo; humiliavit semetipsum*

a) Logõbardi, ~ (= r) *erasum c.* b) ne *Vulg.* c) reddeque *corr.* reddetque *c.* d) pro *in loco raso.* e) *penna mutata.* f) Fur non venit nisi ut furetur et mactet et perdat *Vulg.* g) cirɔstante *c.* h) omnis *bis scriptum in fine versus et initio sequentis, alterum expunct.* i) exinauit *corr.* exinaniuit *c.*

1) *Ut Gregorius in eodem Dialogorum capitulo III, 37. narrat.* 2) *Nescio ubi.* 3) *Haec e Vita Nicolai episcopi Myrensis, Surius, Vitae SS. (Coloniae 1575) VI, p. 805—807, vel Mombritius, Vitae SS. II, f. 162 sqq.* 4) *Haec ex Iacobi Leg. Aurea c. III. 6, ed. Grässe p. 25 sq., ubi de iisdem stratilatibus supradictis, a Iacobo principibus vocatis, relatum est.*

*v. 7. 8. *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,* Philipen. II*. Ideo ad laudem eius
cantatur in prosa:

*Hic est David patriarcha*
*nudus saltans coram archa,*
*sese vilem reputans.*

2 Reg. 6, 21. 22. *Dixitque David ad Michol: 'Vivit[a] Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius*
*quam patrem tuum et quam omnem domum eius, et precepit michi, ut essem dux super populum*
*Domini in Israel. Et ludam et vilior fiam[b] plusquam factus sum, et ero humilis in oculis*
Gregorius. *meis'*[c]. Ubi dicit beatus Gregorius[1]: *Quem enim non extolleret ora leonum*
*frangere, ursorum brachia superare[d], despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni*
*gubernacula inungi, timendum cunctis uno lapide Goliam sternere, extinctis allophilis numerosa*
*preputia reportare, regnum ex promissione percipere cunctumque Israeliticum populum sine ulla*
*postmodum contradictione possidere?* Et tamen in cunctis se despicit, qui in suis oculis
humilem se esse confitetur[2]. Sic et tu exemplo David et Christi humilia valde spiritum
tuum, sciens, quoniam, *quantumcumque te humiliaveris, humilior Christo non eris,* ut dicit
*v. 20. Augustinus[3]. Ideo dicit Ecclesiasticus III*: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et*
*f. 255d. †v. 29. *coram Deo invenies gratiam* et etiam gloriam. Dicitur enim in Iob XXII†: *Qui humiliatus*
*fuerit, erit in gloria, et qui inclinaverit oculos suos[e], ipse salvabitur.* Igitur exemplo Christi
prelati ministrare debent subditis suis. Quod in ordine Petri Peccatoris bene fit,
quia diebus ieiuniorum ad collationem priores subditis suis propinant in memoriam
Luc. 22, 27. exempli dominici, ut ostendatur verum esse quod Dominus dixit, quoniam *maior*
*est qui recumbit quam qui ministrat.* Ordinis autem Petri Peccatoris capud est
Ravenne in Sancta Maria in Portu. Cuius ordinis etiam est Sancta Felicula in
episcopatu Parmensi[4] prope Montilium et plures alie domus in diversis partibus
mundi. In regula quoque beati Francisci[5] dicitur, quod *ita debet esse, quod ministri*
*sint servi omnium fratrum.* Nota, quod dictum est de Michol filia Saul in fine capi-
*v. 23. tuli, de quo sumpsimus supradicta, II. Reg. VI*, quod *non est ei natus filius usque ad*[f]
*diem mortis sue,* in figura factum fuit, quia sinagoge Iudeorum, que Christum humiliatum
despexit, proles spiritualis non nascetur, quousque Iudaismo[g] totaliter moriatur[c]. Sic
et prelatis accidet, illis dico, qui exemplo filii Dei humiliari nolunt. De quibus scriptum
*v. 3. 4. est Mat. XXIII*: *Dicunt enim et non faciunt. Alligant onera gravia et importabilia et impo-*
*nunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere;* ubi dicit Crisostomus[6]: *Vis*
Crisostomus. *apparére et esse sanctus? Circa vitam tuam austerus esto, circa aliorum*[h]
*benignus. Audiant te homines gravia facientem et parva mandantem.* Ideo de Iulio Cesare
legitur, quod nunquam dicebat militibus suis: 'Ite et facite hoc', sed: 'Eamus et facia-
*f. CCLVIa. mus hoc'[7]. Unde Ambrosius ait[8]: *Libenter facit inferior quod videt a potiore fieri.* Ideo

a) Vivit — ludam *om. Vulg.* b) fi::ā *duabus litteris* (li?) *erasis c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) dissipare *Greg.* e) suos *om. Vulg.* f) in *Vulg.* g) *sic c. pro* Iudaismus. h) alienam *Ps.-Chrys.*

1) *Moralium in Iob XXVII, 46, 77, ed. Maur. I, col.* 888. 2) *Haec verba summam sequentium dictorum Gregorii reddunt, qui pergit:* Et tamen, cum arcam Dei in Ierusalem revocat, quasi oblitus praelatum se omnibus, admixtus populis ante arcam saltat *etc.* 3) *Nescio ubi.* 4) *Eadem fere infra f.* 413b. *repetita sunt, ubi vide quae adnotavi.* 5) *Reg. secunda c.* 10. 6) *Pseudo-Chrysosth., Opus imperf. in Math., Hom.* 43, *Opera ed. Montfaucon VI, p. CLXXXIV. Qui locus iisdem verbis a vero textu paulo recedentibus infra bis (f.* 285a. 335d) *allatus est.* 7) *Nescio, unde Sal. hoc didicerit. In Dialogo creaturarum* 23, *Th. Grässe, 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des litter. Vereins in Stuttgart' CXLVIII, p.* 164, *legitur:* prout in laude ipsius Caesaris dicitur, quod nunquam dixit militibus suis 'Ite', sed 'Venite'. 8) *Pseudo-Ambr., Comment. in Epist. ad Rom. c.* I, *Opera Ambr. ed.*

congruit huic loco quod legitur Iudicum IX*: *Quod me vidistis facere, cito facite.* Item *v. 48.
in Io. habetur II*, quod mater Iesu dixit ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite*[a]. *v. 5.
Sed miseri potius volunt esse imitatores Phariseorum quam Dei. Nam de Deo scriptum
est Ephe. V*: *Estote imitatores Dei sicut filii karissimi et ambulate in dilectione, sicut et* *v. 1. 2.
*Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavi-
tatis.* De Phariseis Dominus dicit Mat. XXIII*, quod *amant primos recubitus in cenis* *v. 6.
et cetera que secuntur[a]. Quod ad litteram prelati nostri temporis cotidie faciunt,
quando possunt, cum Dominus dicat Luc. XIIII*: *Vade, recumbe in novissimo loco.* Quod *v. 10.
beatus Bernardus in expositione Canticorum sufficienter exponit[1].

Item filius Dei assimilavit se galline pullos habenti. Cuius natura talis est, quia
amore filiorum infirmatur. Sic et prelatus facere debet amore subditorum, qui filii
sui sunt. Unde apostolus II[a] ad Cor. XI*: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* Sed de *v. 29.
malo prelato dicitur Iob XXXIX*: *Duratur ad filios suos, quasi non sint sui.* Sed dicitur *v. 16.
Eccli. III*: *Cor durum male habebit in novissimo. Iuditium* enim *durissimum in his qui pre-* *v. 27.
*sunt fiet,* Sap. VI*. *v. 6.

Item gallina filios suos ferventer defendit. Sic et Deus facit, et prelatus facere
debet. Ideo dicit sapiens Prover. XXII*: *Non facias violentiam*[b] *pauperi, quia pauper est,* *v. 22 23.
*neque cónteras egenum in porta, quia Dominus iudicabit causam eius et configet eos qui con-
fixerunt animam eius.* Item Prover. XXIII*: *Ne attin†gas terminos parvulorum et agrum* *v. 10. 11. †f. 256[b].
*pupillorum ne introeas. Propinquus*[c] *enim illorum fortis est, et ipse iudicabit contra te causam
illorum.* Propinquus[c] enim parvulorum est filius Dei, de quo dicit apostolus ad Hebre. II*: *v. 14. 15.
*Quia enim*[d] *pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut
per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, et liberaret eos qui
timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Nota, quod diabolus est milvus[e],
contra quem specialiter[f] gallina pugnat et pullos defendit. Nota etiam, quod, quando
pulli parvi sunt et sub custodia matris, impugnantur et persecuntur[2] a milvo, quando
vero sunt grandes et absque matris custodia, impugnantur et persecuntur[2] a vulpe, que[g]
est animal fetidum et fraudulentum[h]. Per vulpem enim vel diabolus vel tyrannus potest
intelligi. Unde Dominus appellavit Herodem vulpem, Luc. XIII*: *Ite et dicite vulpi illi* *v. 32.
et cet.

Item gallina omnes filios suos, qui vadunt ad eam, sub alas suas congregat[3] nec
aliquem repéllit. Sic et Deus facit, et prelatus facere debet. Ideo orat propheta dicens:
*Sub umbra alarum tuarum prótege me.* Quod facit Deus libenter, sed miseri peccatores *Ps. 16, 8.*
nolunt[i] ad eum accedere, cum dicat propheta: *Accedite ad eum et illuminamini, et fa[cies]*[k] *Ps. 33. 6.*
*v[estre] non confundentur.* Item cum vocet eos dicens: *Venite, filii, audite me, ti[morem]* *ib. v. 12.*
*Domini do[cebo] v[os].* Et iterum: *Venite ad me omnes,* Mat. XI*. Item Io. VI†: *Eum* *v. 28. †v. 37.
*qui venit ad me non eitiam foras.* Et ideo conqueritur de eis Dominus Mat. XXIII*: *Quo-* *v. 37.
*tiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti*[a].
Sed miseri peccatores cognoscent stultitiam suam in die iuditii, quando eam non pote-
runt emendare. *Tunc,* sicut *dicit Micheas III†, *clamabunt ad Dominum, et non exaudiet* *f. 256[c]. †v. 1.
*eos et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinventionibus*

a) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* b) uiotiam, le *superscripto corr.* uiolentiam *c.* c) Propinq⁹ *c.*
d) ergo *Vulg.* e) miluus *manu recenti corr.* milvus *c.* f) spal'r *c., quod et* spiritaliter *legi potest.*
g) qđ (quod) *corr.* q (que), đ *expuncto, c.* h) *sequitur* ₵ *atramento nigro scriptum.* i) nolu *corr.*
nolut *c.* k) *compluria verba per litteras seu sillabas initiales indicata sunt in c.*

*Maur. (Parisiis* 1690*) II, App. col.* 29. *Omnia haec a l.* 30 (De quibus) *infra f.* 335[d]. 336[a]. *repetita sunt.* 1) *In sermone XXXVII,* § 6. 7, *Opera ed. Mabillon I, col.* 1407 *sq.* 2) *Nota* persequi *passive positum.* 3) *Cf. infra l.* 38.

*v. 20. *suis.* Item Deutero. XXXII*: *Abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum.* *v. 17. Item Iere. XVIII*: *Dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* Item *v. 24—30. Prover. I*: *Quia vocavi, et renuistis: extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret: despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis quod timebatis advenerit, cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia: tunc invocabunt, et non exaudiam, mane consurgent et non invenient me, eó quod exosam habuerint disciplinam et timorem Domini non susceperint nec acquieverint consilio meo et detraxerint universe* *v. 1. *correctioni*[a] *mee.* Item pro prelatis et subditis dicit apostolus ad Ro. XV*: *Debemus* *v. 7. *autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere,* et infra*: *Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit nos*[b] *in honorem Dei.*

Item quarta proprietas galline pullos habentis est, ut inventum granum non occultet, immo vociferatur et clamat, ut filii congregentur ad eam. Quibus congregatis, proicit ante eos granum inventum nec discernit inter album et nigrum et rubeum, sed omnibus exponit communiter. Sic et Deus communiter quedam sua bona largitur malis et bonis, *v. 45. ut ad diligendum ipsum tam boni quam mali ferventius animentur. Unde dicitur Mat. V*, quod *solem suum oriri facit super bonos et malos et pluvit*[c] *super iustos et iniustos.* Item *v. 8. Sap. VI*: *Pusillum et magnum ipse fecit, et equaliter est illi cura de omnibus.* Ideo miratur *f. 256d. †v. 34. 35. Petrus in Actibus *dicens X†: *In veritate comperi, quoniam*[d] *non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum et operatur iustitiam acceptus est illi.* Idem dixit Iosa- *v. 7. phath rex Iuda II. Paralipo. XIX*: *Non est enim apud dominum Deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.* Prelati vero nostri temporis non equaliter subditos suos diligunt, sed privato amore, et aliquos reputant filios, aliquos vero privignos sive filiastros, et quibus hodie in comestibilibus bene faciunt, cras etiam eisdem similiter bene facere non desistunt[e]. Alii vero, qui cantant invitatorium, et quorum est refectorium, semper musant et musitant et murmurant et dicunt:

*Dente timetur aper, defendunt cornua cervum,* Versus.
*Imbelles dáme, quid nisi preda sumus?*

Quod est dicere: Ad equum macillentum vadunt musce[1]. Intellectus autem supra- *v. 4. 6. 7. dictorum verborum talis describitur in Prover. XIX*: *Divitie addunt amicos plurimos; a paupere autem et hi quos habuerat*[f] *separantur. Multi colunt personam potentis et amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo.* Et nota, quod de verbis Domini parum curat prelatus, qui singulari et privato *v. 12—14. amore aliquos subditos diligit. Dicit enim ei Dominus Luc. XIIII*: *Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos neque cognatos neque fratres neque vicinos divites, ne forte et ipsi te reinvitent, et fiat tibi retributio. Sed, cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos et cecos, et beatus eris, quia non habent unde retribuere tibi. Retribuetur enim tibi* *Iac. L. Aur.* *in retributione*[g] *iustorum.* Hoc fecit beatus Laurentius, qui[2] pauperes, claudos et cecos collegit, quibus bene fecerat, et eos in palatio Salustiano coram Decio presentavit dicens: *f. CCLVIIa. 'Ecce isti sunt thesauri eterni, qui nunquam *minuuntur, sed crescunt, qui in singulis disperguntur et in omnibus inveniuntur. Horum enim manus thesauros in celum deportaverunt'. Prelati vero nostri temporis nec verbis Domini instruuntur nec exemplo beati Laurentii provocantur, ut pauperibus bene facere velint. Dilexerunt enim magis gloriam homi-

a) correptioni *Vulg.* b) vos *Vulg.* c) *sic* (pluuit) *c.* d) quia *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) habuit *Vulg.* g) resurrectione *Vulg.*

1) *A. Gloria in 'Atti del R. Istituto Veneto, serie' VI, t. III* (1884/5) *p.* 117, *nr.* 177. *inter antiqua proverbia edidit hoc:* Ai chan *(canes)* magri va' le mosche. *Quod et hodie Itali paululo mutatis verbis dicere solent, ut A. Gloria adnotavit.* 2) *Ex Iacobi Leg. Aurea c. CXVII* (112), *ed. Grässe p.* 491, *haec exscripta sunt.*

num quam gloriam Dei, et ideo confundentur. *Quoniam Deus dissipabit ossa* Ps. 52, 7.
*eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* Dicunt enim:
'Hodie dabo vobis bonum prandium, quia spero, quod cras dabitis michi bonam
cenam'. De talibus Dominus dicit Mat. V*: *Amen, dico vobis, receperunt mer-* *6, 2.
*cedem suam.* Vidimus, qualiter exemplo filii Dei prelati subditos diligere debent. Vi-
deamus etiam, qualiter exemplo spiritus sancti. Ipse enim spiritus sanctus amor est
et, ut dicit apostolus ad Ro. VIII*: *testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* *v. 16. 17.
*Si autem filii, et heredes. Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur,
ut et conglorificemur.* Filii autem Dei cum magna reverentia sunt tractandi a prelatis et
ab omnibus qui diligunt Deum, quia et hoc Deus facit, ut dicitur Sap. XII*: *Tu autem,* *v. 18.
*dominator virtutis, cum tranquilitate*[a] *iudicas et cum magna reverentia disponis nos. Subest
enim tibi, cum volueris, posse.* Et infra XV*: *Etenim, si peccaverimus, tui sumus, scientes* *v. 2.
*magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus, quoniam apud te sumus computati.* Nota
quod dicit Osee I.* de his qui diligunt Deum: *Dicetur eis: filii Dei viventis.* Idem pro- *v. 10.
mittit Dominus Mat. V*: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Quod impletum Io. *v. 9.
dicit prima IIII*: *Videte, qualem caritatem dedit nobis Deus pater, ut filii Dei nominemur et* *3, 1. 2.
*simus. Karissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam,
cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* *Hinc propheta ait: *f. 257b.
*Quoniam quis in nubibus equabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei.* Ps. 88, 7.

Diximus, quod servi Dei honorati fuerunt a patre et filio et spiritu sancto, iuxta
verbum quod scriptum est Ps.*: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est* *138, 17.
*principatus eorum.* Et adhuc plus honorabuntur, quando in celesti patria verificabitur
illud, quod regi Salomoni dixit regina Sabba III. Reg. X*: *Beati viri tui et beati servi tui,* *v. 8.
*hi qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam.* A patre honorati fuerunt servi
et amici et electi Dei, quia a patre dati sunt filio, sicut ipse filius profitetur[b] Ys. VIII*: *v. 18.
*Ecce ego et pueri mei, quos michi dedit Dominus* et cet. Et Io. XVII*: *Pater, quos* *v. 24.
*dedisti michi, volo, ut, ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem, quam dedisti
michi* et cet. A filio honorati fuerunt, qui precipit, ne contemnantur, Mat. XVIII*: *v. 10.
*Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis.* A spiritu sancto honorati fuerunt, qui *testi-
monium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei,* Ro. 8*. Ab angelis etiam honorantur *v. 16.
servi Dei, quia *omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui here-
ditatem capient salutis,* Hebre. I.* Ideo dicit ipse filius Dei Mat. XVIII†: *Dico enim vobis,* *v. 14. †v. 10.
*quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei, qui in celis est.* Item*: *Non est* *v. 14.
*voluntas ante patrem nostrum, qui est in celis, ut pereat unus de pusillis istis.* Cum igitur
servi Dei sic honorentur a patre et a filio et a spiritu sancto et etiam ab ipsis angelis,
qui eorum custodes existunt, erubescere debet malus prelatus, qui eos inhonorat, affligit,
vilificat, vituperat, persequitur et conculcat[c]. Ideo possunt dicere boni subditi malo pre-
lato, qui subditos suos vilificat et affligit, verbum quod habetur in Iob *XVIII†: *Quare* *f. 257c. †v. 3.
*reputati sumus ut iumenta et sorduimus coram te*[d]*?* Deus etiam promittit, quod *cito faciet
vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte* et *vindicabit eos de adversario
suo,* Luc. XVIII*. Nam ipse dixit servis suis Zacharie II†: *Qui enim tetigerit vos, tanget* *v. 8. 7. 3. †v. 8.
*pupillam oculi mei.* Promisit etiam cuilibet servo suo quod habetur I. Reg. XXII*: *Mane* *v. 23.
*mecum, ne timeas. Si quis quesierit animam meam, queret et animam tuam, mecumque servaberis.*

Possumus[e] etiam adhuc tribus rationibus demonstrare, quod subditi a prelatis male
tractandi non sint, immo in maxima reverentia sunt habendi. Prima ratio est propter
illud, quod de Domino legitur Luc. V*: *Ascendens* Iesus *in unam navem, que erat Symonis,* *v. 3.
*rogavit eum a terra reducere pusillum.* Ubi dicit expositio: *In hoc quod dicitur 'rogavit' con-*

a) *sic c.* b) profit. *in loco raso.* c) 9culat *c.* d) vobis *Vulg.* e) *littera maior initialis* P *post demum in marg. a Sal. picta,* o *in loco raso, ubi igitur* Po *simplici modo antea scriptum erat.*

*v. 4. *funditur superbia prelatorum, qui semper imperant et vix aut nunquam rogant.* Eze. XXXIIII*:
*Cum austeritate imperabatis eis et cum potentia.* Ecce imperator celi et terre, qui imperat
Iob 9, 7. Luc. 8, 25. *soli, et non oritur, imperat ventis et mari, et obediunt ei,* rogat, non imperat, et vilis pulvi-
*v. 2. culus oblitus sui contra coequales intonat auctoritate, erigitur potestate[1]. Gen. IX*:
*Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terre.* Ubi dicit Gregorius[2]: *Homo quippe*
Gregorius. *brutis animalibus, non autem ceteris hominibus natura prelatus est, et idcirco ei*
*dicitur, ut ab animalibus et non ab hominibus timeatur, quia contra naturam superbie*[a] *est ab*
*equali velle timeri*[b]. Secunda ratio est propter illud, quod de Petro et Cornelio legitur
*v. 25. 26. Act. X*: *Et factum est, cum introisset Petrus, obvius ei venit Cornelius et procidens ad pedes*
*eius adoravit* eum. *Petrus vero levavit eum dicens: 'Surge, et ego ipse homo sum'.* Tertia[c]
*f. 257d. †22, 8. 9. ratio est propter illud, quod de Iohanne *et angelo legitur Apoc. ultimo†: *Postquam*
*audissem et vidissem, cecidi, ut adorarem, ante pedes angeli, qui michi hec ostendebat. Et dixit*
*michi: 'Vide, ne feceris. Conservus tuus sum et fratrum tuorum, qui servant verba prophetie*[d]
*libri huius. Deum adora!'* Ecce Deus et apostolus Petrus et angelus servos Dei re-
*v. 5. 6. verentur, et miseri prelati super eos in superbiam elevantur? Nam, ut dicit Amos VI*:
*Sicut David putaverunt se habere vasa cantici, bibentes in fialis vinum et optimo unguento*
*delibuti, et nichil patiebantur super contritione Ioseph.* Ideo Dominus ostendit ibi hoc se
ib. v. 7. 8. pro malo habere, dicens: *Quapropter detestor ego superbiam Iacob et domos eius odi.* Nota,
quod in aliqua religione aliquando erunt homines, qui in seculo fuerunt nobiles,
divites et potentes, in religione vero sunt antiqui et quo ad etatem et quo ad
ordinis ingressum[3], sunt etiam, quod melius est, spirituales et contemplativi et
Deo devoti et amabiles fratribus, sunt etiam prediti sapientia et doctrina, littera-
turam et linguam disertam et naturalem sensum habentes necnon et mores hone-
stos. Et tamen talibus aliquis preficietur prelatus, qui natus erit ex genere non
satis claro et in omnibus que supra dicta sunt insufficiens et inutilis erit, et ad
Deut. 17, 20. tantam superbiam et stultitiam devolvetur, quod *elevabitur*[e] *cor eius in superbiam*
*super fratres suos,* neminem reverendo. Omnibus enim in singulari numero dicet
'tu'. Quod non nisi V rationibus conceditur, ut dicatur. Primo[c] ratione excel-
lentie, sicut soliti sumus dicere Deo: *Tu es Deus, qui facis mirabilia, et tu solus*
*altissimus super omnem terram.* Secundo ratione ydiomatis, sicut faciunt illi de
*f. CCLVIIIa. Apulia et Sicilia et Romani, *qui imperatori et summo pontifici dicunt 'tu'. Et
tamen appellant eum dominum dicentes: 'Tu messor'. Tertio[f] ratione iuventutis.
Congruum enim et conveniens est, ut uni gartioni dicatur 'tu', eó quod puer et
iuvenis sit. Sed Lombardi non solum uni puero, verum etiam uni galline et uni
mirilego[g] dicunt 'vos' et etiam uni ligno. Quarto ratione detestationis peccati
alicuius, sicut interdum a prelato dicitur uni seni: 'Ecce tu miser, nunquam cor-
riges vitam tuam nec emendabis te, sed ubique relinques signa stultitie tue'. Sic
*v. 52. Daniel dixit Babylónico seni Dan. XIII*: *Inveterate dierum malorum, nunc venerunt*
*peccata tua* et cet. Quinto et ultimo ratione familiaritatis et amicitie, sicut de Deo
*v. 11. et de Moyse legitur Exo. XXXIII*: *Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad*
*faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum.* Hoc est etiam quod de Moyse Do-

a) superbire *Greg.* b) tim. *a Sal. in marg. suppl.* c) *hinc versus novus coeptus praemisso minio* ℭ. d) libri proph. *corr.* proph. libri *c.* e) elevetur *Vulg.* f) *hinc novus versus coeptus cum* ℭ *minio scripto.* g) *sic c. pro* murilego.

1) *Haec* (Ecce imp. — potestate) *non a fratre Salimbene ipso scripta, a cuius stilo aliena sint, sed aliunde descripta esse opinor.* 2) *Regulae pastor. II,* 6. 3) *Apparet auctorem de se ipso loqui, qui ex gente nobili natus, qui, cum haec scriberet (a.* 1283. *post Sept.* 9), *senex* 62 *annorum et iam* $45\frac{1}{2}$ *annis in ordine Minorum erat.*

minus dicit Numeri XII*: *Ore enim ad os loquor ei, et palam, non per enigmata et* *v. 8. *figuras Dominum videt.* Sic etiam dicit amicus amico, quando habet aliquem intimum et familiarem, quem diligit, et de quo multum confidit: 'Tu es, *quem* Cant. 3, 1. *diligit anima mea,* tu es *refugium meum in die tribulationis* mee'. Hinc sapiens ait Ier. 16, 19. Prover. XXV*: *Causam tuam tracta cum amico tuo et secretum extraneo non*[a] *reveles.* *v. 9.

Sed dicet aliquis: 'Ecce de prelatis et subditis multa dixisti. Rogamus nunc, ut prelatum sufficientem nobis describas, quatinus ex descriptione tua ydoneus et sufficiens cognoscatur prelatus'. Dico ergo secundum meum iuditium, quod ad hoc, quod prelatus sufficiens iudicetur *et sit, positive debet habere tria et priva- *f. 258[b]. tive tribus carére debet. Debet enim habere sapientiam et sanctam vitam et bonos mores; quibus positis omnia bona ponuntur, et excluduntur omnia mala. Sed privative tribus carére debet, que si in prelato aliquo fuerint, omnino insufficiens iudicabitur et erit penitus deponendus. Nunc de singulis videamus. Dico, quod prelatus

Primo[b] debet habere sapientiam, ut sapienter regat subditos sibi commissos. Hanc Salomon postulavit a Deo, ut habetur III. Reg. III*: *Dabis ergo servo tuo cor docile,* *v. 9. *ut iudicare possit populum tuum et discernere inter bonum et malum.* Ideo Iacobus dicit I*: *v. 5. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat, et dabitur ei.* Hoc est quod dixit Dominus Salomoni: *Ecce feci tibi secundum sermones* 3. Reg. 3, 12. *tuos et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit nec post te surrecturus sit.* Facile[c] potuit Dominus postulata concedere, quia *dives* est *in omnes qui invocant illum,* ut dicit apostolus ad Ro. X*. Nam in ipso *sunt omnes thesauri sapientie* *v. 12. *et scientie absconditi,* ut dicit ad Colo. II*. Verumtamen Salomon bene usus est sapientia *v. 3. in principio, quia, *cum esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum et enarravit que fecerat, et investigans composuit parabolas multas, quesivit verba utilia et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos,* Eccle. ultimo*. In fine vero abusus est sapientia, et ideo recessit ab *12, 9. 10. eo[1]; et cum dixit Eccle. II*: *Sapientia quoque perseveravit mecum,* falsum dixit, quia, *v. 9. si perseverasset secum, non ydolis immolasset nec templa eis edificasset nec uxores alieni- 3. Reg. 10. 11. genas acce*pisset nec equos multiplicasset *nec auri* nec *argenti immensa pondera* habuisset, *f. 258[c]. *nec cor eius in superbiam super fratres suos elev*atum fuisset, eis iugum durissimum imponendo, que sibi omnia in lege expresse prohibita fuerant, Deutero XVII*. Verius *v. 16. 17. 20. ergo dixit Salomon, cum dixit: *Stultissimus sum virorum,* Prover. XXX*. Nam quid stul- *v. 2. tius quam cum aliis bene facere et seipsum negligere? Hoc et candela facit. Consumit enim seipsam, ut aliis deserviat, quos illuminat. Sic Salomon multa docuit alios facere, que facere noluit ipse. Docuit enim, quod *qui custodit preceptum, non experietur quicquam mali,* Eccle. VIII*, et ipse preceptum custodire contempsit, ut ostendimus supra, Deu- *v. 5. tero. XVII*. Item docuit: *Si esurierit*[d] *inimicus tuus, ciba illum* et cet., Prover. XXV†. *v. 19. †v. 21. Hoc Salomon non implevit, sed Helyseus, de quo habetur IIII. Reg. VI*, quod inimicos *v. 19. 22. 23. suos, qui iverant ad capiendum ipsum, duxit in Samariam et optime fecit eis dari comedere. Salomon vero persecutus est Ieroboam servum suum, timens, ne ei regnum 3. Reg. 11, 40. auferret, et tamen docuerat Prover. XX*: *Ne dicas: 'Reddam malum pro malo', expecta* *v. 22. *Dominum, et liberabit te.* Item Prover. XXIIII*: *Ne dicas: 'Quomodo fecit michi, sic faciam* *v. 29.

a) ne *Vulg.* b) *sic c., versu novo incepto cum* ℭ *minio praemisso.* c) *penna mutata.* d) esuerit, ri *superscripto corr.* esurierit *c.*

1) *Cf. Eccli.* 7, 24: Cuncta tentavi in sapientia, . . . et ipsa longius recessit a me.

*ei et reddam unicuique secundum opus suum*. Item docuit a mulieribus abstinendum,
*v. 27. ut habetur in Proverbiis in pluribus locis et in Eccle. VII*: *Inveni amariorem morte*[a]
*mulierem, que laqueus venatorum est, et sagena cor eius* et cet. Et tamen de eo legitur,
*v. 4. quod, *cum iam esset senex, depravatum est per mulieres cor eius*, III. Reg. XI*. Sic et
medici faciunt cum infirmis. Multa enim imponunt infirmis, que, cum infirmantur, facere
*f. 258[d]. ipsi nolunt. Sic prelati multa sciunt docere subditos, *que facere nolunt. Ideo Dominus
*v. 3. dixit Mat. XXIII*: *Dicunt enim et non faciunt*. Ideo dicit beatus Gregorius[b. 1]: *Bene*
Gregorius[b]. *loqui et male vivere nichil aliud est quam seipsum sua voce dampnare*. Non[c]
enim sufficit prelato habere sapientiam[d] solummodo pro subditis, nisi habeat etiam et
pro semetipso, quia audire posset[2]:

*Sic vos non vobis mellificatis apes,*
*Sic vos non vobis fertis aratra boves,*
*Sic vos non vobis vellera fertis oves.*

Prelatus enim sine[e] scientia est sicut asinus coronatus[3]. Habet enim dignitatem et
stoliditatem simul coniunctam. Debet igitur habere prelatus sapientiam pro se et pro
*v. 1. aliis. Pro se, ut prius faciat et postea doceat iuxta illud Act. I*: *Cepit Iesus facere et*
*v. 19. *docere*. Unde illud Mat. V*: *Qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno*
*celorum*. *Plus* enim *ad manum quam ad linguam respicitur prelatorum*[4]. Ideo dicit
*v. 19. †v. 15. 16. Ecclesiasticus XVIII*: *Antequam loquaris, disce*. Item Eccli. XXXII†: *Precurre autem in*
*domum tuam prior et illuc*[f] *advocare et illic lude et age conceptiones tuas et non in delictis et*
*v. 10. *in verbo superbo*. Item Exo. XXXV*: *Quisquis vestrum est sapiens, veniat et faciat quod*
*v. 1. *Dominus imperavit*. Item Exo. XXXV*: *Hec sunt que iussit Dominus fieri*, scilicet ut dili-
*v. 21. gatur Deus et proximus. Ideo dicit Io. prima IIII*: *Hoc mandatum habemus a Deo, ut*
*v. 40. *qui diligit Deum diligat et fratrem suum*. Hinc Dominus ait Mat. XXII*[g]: *In his duobus*
*mandatis universa lex pendet et prophete*. Quapropter, cum Deus diligentes se diligat[5], ut
*v. 17. †v. 28. dicit ipse Prover. VIII*, et in libro Sapientie VII.† dicatur, quod *neminem diligit Deus*
*nisi eum qui cum sapientia inhabitat*, oportet prelatum habere sapientiam pro se et pro sub-
*v. 14. ditis sibi commissis, ne, *si cecus cecum ducat*[h], *ambo in foveam cadant*[i], Mat. XV*. Pre-
*v. 15. cipitur enim prelatis, ut sapientiam habeant. Unde Petrus prima III*: *Dominum Christum*
*f. CCLIX[a]. *sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem *de*
*ea, que in vobis est,* fide et *spe*. Item Ieronimus in primo prologo Biblie[6]: *Malachias pro-*
*pheta, immo per Malachiam Dominus interrogavit*[k] *sacerdotes legem. In tantum sacerdotis offi-*
*32, 7. *cium est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio** *legimus: 'Interroga patrem*
*tuum, et annuntiabit tibi, maiores tuos, et dicent tibi'*. Gregorius quoque dicit[7] prelato illit-
Gregorius[b]. terato: *Turpe est nimis et indecórum, si tunc queris discere, cum questionem debeas*

a) mortē *radendo corr.* morte *c.* b) G*. *c.* c) *penna mutata.* d) sap. *a Sal. in marg. suppl.* e) sine *a Sal. in marg. suppl.* f) illic avocare *Vulg.* g) XXIII. *radendo corr.* XXII. *c.* h) caeco ducatum praestet *Vulg.* i) cadunt *Vulg.* k) interroga ait *Hier.*

1) *Hunc locum non reperi.* 2) *Hi versus, quos infra f.* 313[a]. *cum aliis repetit, dicuntur a Vergilio compositi esse in Vita Vergilii ampliata, C. Suetoni Tranquilli Reliquiae ed. Aug. Reifferscheid (Lipsiae* 1860*) p.* 67. *Eosdem vide in Donizonis Vita Mathildis I, v.* 723 *sq. (codd.* 3. 4*), SS. XII, p.* 366. 3) *In Dialogo creaturarum* 25, *Th. Grässe. 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des litter. Vereins in Stuttgart' CXLVIII, p.* 166, *fabula de regibus Romanorum et Francorum narratur, ubi dicitur:* rex illiteratus est quasi asinus coronatus. 4) *Idem Sal. dixit infra f.* 335[d]; *quod verbum est Thomae de Celano, Vita Francisci secunda III, c.* 108, *ed. L. Amonius p.* 111. 5) *Prov.* 8, 17: Ego diligentes me diligo. 6) *Epist.* 53. *ad Paulinum, quae Bibliae praefigi solet.* 7) *Regulae pastor. II,* 11: ignominiosum valde est, si tunc quaerat discere, cum quaestionem debet enodare.

*denodare.* Ideo prelato illitterato, qui vult se saturare cum cocleario aliorum et vult
esse prelatus, et non studuit nec didicit, dum potuit, Dominus dicit Osee IIII*: *Quia tu* *v. 6.
*scientiam repulisti, repellam et ego te, ne sacerdocio fungaris michi.* Cum autem aliquis
cognoscit insuffitientiam suam quantum ad scientiam scripturarum et videt, quod eligitur
in prelatum, debet resistere quantum potest et contradicere et facere, ne penitus eligatur,
iuxta verbum quod scriptum est Ys. III*: *Apprehendet vir fratrem suum, domesticum patris* *v. 6. 7.
*sui,* et dicet: '*Vestimentum tibi est, princeps esto noster*'. Et *respondebit in die illa dicens:*
'*Non sum medicus, et in domo mea non est panis neque vestimentum. Nolite constituere me*
*principem populi*'. Gravissimum est enim habere facere cum prelato ydiota et insen-
sato, quia, sicut dicit sapiens Prover. XXVIII*: *dux indigens prudentia multos opprimet per* *v. 16.
*calumniam.* Ideo dicit Ecclesiasticus XXII*: *Arenam et salem et massam ferri facilius est* *v. 18.
*ferre quam hominem imprudentem et fatuum et impium.* Habere autem facere cum pre-
lato discreto et sensato magnum refrigerium est subdito et consolatio iocundissima[a].
Ideo Paulus regi Agrippe dixisse legitur Act. XXVI*: *De omnibus, quibus accusor a* *v. 2. 3.
*Iudeis, rex Agrippa, estimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie, sciente te maxime*
*omnia que apud Iudeos* ***sunt, consuetudines et questiones. Propter quod obsecro te, patienter me* *f. 259b.
*audias.* Item gravissime peccant illi qui prelatum insufficientem servis Dei preficiunt.
Sed non est mirum, si ita faciunt, tum propter amorem privatum, quem habent, tum
etiam quia unus ydiota diligit alium ydiotam iuxta verbum quod scriptum est Eccli. XIII*: *v. 19.
*Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi.* Item Eccli. XXVII*: *v. 10.
*Volatilia ad sibi similia conveniunt.* Quod autem diximus, quod ille qui eligitur in pre-
latum debet cognoscere insufficientiam suam, si insufficiens est, dicimus, quod raro
potest hoc fieri, quia, quicumque habet dominium et auctoritatem, credit se[b] statim
omnino sufficientem et quo ad sapientiam et quo ad eloquentiam et quo ad omnia que
prelato necessaria sunt. Ideo dicit sapiens in Prover. XXVIII*: *Sapiens sibi videtur vir* *v. 11.
*dives, pauper autem prudens scrutabitur eum.* Item Prover. XXVI*: *Sapientior sibi piger* *v. 16.
*videtur septem viris loquentibus sententias.* Verumtamen, quomodocumque sit tam de pre-
lato insufficienter[c] dato quam[d] de his qui eum dederunt, certissimum est, quod Deus
sapientiam diligit, maxime in his qui preesse debent, et quibus iudicare et rationem
tenere incumbit[e] et iustitiam facere, quod fieri sine sapientia nullátenus potest. Ideo
Dominus precepit Iudaico populo Deutero. XVI*: *Iudices et magistros constitues in omnibus* *v. 18. 19.
*portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum*
*iusto iuditio nec in alteram partem declinent.* Hoc[f] Iosaphath rex Iuda implevit, ut
habetur II. Paralipo. XIX*: *Constituit indices terre in cunctis civitatibus Iuda munitis per* *v. 5—7.
*singula loca. Et precipiens iudicibus ait: 'Videte, quid faciatis. Non enim hominis exercetis*
*iuditium, sed Domini, et quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobis-*
*cum, et* ***cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum Deum nostrum iniquitas* *f. 259c.
*nec personarum acceptio nec cupido munerum*'. Item Iere. XXIII.* promittit Dominus: *Ecce* *v. 5.
*dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen iustum, et regnabit rex et sapiens erit*
*et faciet iuditium et iustitiam in terra.* Item Sapientie VI.* dicitur, quod *multitudo sapien-* *v. 26.
*tium sanitas est orbis terrarum, et rex sapiens populi stabilimentum est.* Item Sap. VII*: *v. 28.
*Neminem enim diligit Deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Nam per sapientiam sanati*
*sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio,* dicitur Sapientie IX*. Est autem *v. 19.
valde necessaria sapientia viris religiosis, quoniam multos habent mordaces et detractores
et inimicos et persecutores, qui libenter ponunt *maculam in electis,* ut habetur Eccli. XI*[1]. *v. 33.

a) io9dissima c. b) se *a Sal. alio atram. superscr.* c) insufficiente, r *superscripto corr.* insufficienter *c.* d) quam *in loco raso.* e) ten. in9bit *in marg. a Sal. suppl.* f) *penna mutata.*

1) *Eccli.* 11, 33: et in electis imponet maculam, *quae verba saepissime Sal. attulit.*

*v. 5. 6. Ideo docet eos apostolus ad Colo. IIII.* dicens: *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt,
tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat
vos unicuique respondere.*

Secundo[a] prelatus debet habere sanctam vitam, sine qua non valebit unam festucam, quantumcumque[b] aliter sit litteratus et sapiens. Ideo dicit Iere. in fine epistole
Baruch 6, 72. sue: *Melior est homo iustus, qui non habet simulacra. Nam erit longe ab opprobriis.* Simulacra dicitur habere prelatus sive quicumque alius, quando habet solummodo scripturam
*v. 21. librorum et non habet sanctam vitam, que continetur in libris. Item Eccli. XIX*:
*Melior est homo qui minuitur sapientia et deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu et
transgreditur legem altissimi.* De sanctitate enim summi prelati et boni pastoris dicit
*v. 26. apostolus ad Hebre. VII*: *Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, im-
*f. 259d. pollutus, segregatus a peccatoribus et excelsior celis factus.* *Tales etiam requirit et vult alios
*v. 3. esse secundum modum possibilitatis humane, quia, ut dicitur Amos III*: *Non[c] ambu-
*v. 31. labunt duo pariter, nisi convenerit eis.* Ideo ipse Dominus dicit Exo. XXII*: *Viri sancti
*v. 13. eritis michi.* Item Deutero. XVIII*: *Perfectus eris et absque macula cum domino Deo tuo.*
*v. 22. Item Exo. XIX*: *Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos.* Item
*v. 2. †v. 26. Levit. XIX*: *Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus vester.* Item Levi. XX†:
*Eritis sancti michi, quia sanctus ego sum Dominus, et separavi vos a ceteris populis, ut essetis
*v. 6. mei.* Item Deutero. VII*: *Populus sanctus es domino Deo tuo. Te elegit dominus Deus tuus,
*v. 11. ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* Item[d] Ys. LII*: *Mundamini qui fertis vasa Domini.* Verbum propositum[e] potest dici specialiter sacerdotibus.
*v. 42. 43. De quibus dicitur I. Macha. IIII*, quod *elegit Iudas sacerdotes sine macula, habentes voluntatem in lege Dei, et mundaverunt sancta.* Generaliter vero[e] potest omnibus dici, quia
corpora Christianorum appellantur vasa et menbra Christi et templum spiritus sancti. De
*v. 4. 5. primo dicit apostolus ad Thessa. prima IIII*: *Sciat unusquisque vestrum suum vas possidere
in sanctificatione et honore, non in passione desiderii sicut et[f] gentes, que ignorant Deum.* De
*5, 5. quibus[g] dicit Iacobus ultimo*: *Epulati estis super terram et in luxuriis enutristis corda vestra.*
*v. 20. 21. Item apostolus II. ad Timotheum II.* dicit, quod *in magna domo non solum sunt vasa
aurea et argentea, sed et lignea et fictilia. Et quedam quidem in honorem, quedam autem in
contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum et utile
Domino ad omne opus bonum paratum.* Ista emundatio est a malis et perversis recedere
*v. 7. †f. CCLXa. et se in sanctitate vite diligenter custodire. De primo dicit Zacha. II*: †*O Syon, fuge.
*v. 20. que habitas apud filiam Babylonis.* Item Ys. XLVIII*: *Egredimini de Babylone, fugite a
Chaldéis.* [Ideo[h] dicit Seneca[i] [1]: *Magna pars sanctitatis est hortatores insanie reliquisse.*
Item exemplum de Arsenio [2], cui dictum est a Domino: 'Arseni, fuge homines, tace, et
*v. 9. salvus eris']. De secundo Deutero. IIII*: *Custodi igitur temetipsum et animam tuam sollicite.* Item Prover. IIII*: *Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Item
*v. 15. Eccli. XXX*: *Salus anime in sanctitate iustitie.* Item sapiens in Proverbiis XXV.* docet,
*v. 4. 5. qualiter pulcherrimum vas fiat, dicens: *Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur iustitia thronus eius.* Quia,

cui non est pietas, debetur nulla potestas.

a) *littera initialis* S *nigro et rubro colore in marg. a Sal. picta, cum antea* S *simplici modo scriptum esset.* b) q̃ȳ c. c) Numquid *Vulg.* d) *penna mutata.* e) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* f) et *a Sal. superscr.* g) quibus *a Sal. in marg. suppl.* h) Ideo — eris *in marg. super. a Sal. suppl.* i) sen̈ *c.*

1) *Locum sequentem in operibus L. Annaei Senecae non reperi.* 2) *Hoc ex Iacobi Leg. Aurea c. CLXXVIII* (173), *ed. Grässe p.* 807.

Igitur, si rubigo tollatur, id est amoveatur macula peccati ab anima, erunt *vasa puerorum*
*sancta*, ut dicitur I. Reg. XXI*, id est corpora pura et munda et sancta erunt, que *v. 5.
*menbra sunt Christi* et *templum spiritus*[a] *sancti*, ut dicit apostolus I. ad Cor. VI*. De *v. 15. 19.
quibus nichil ad presens. Indicitur autem sanctificatio fidelibus omnibus, maxime
autem religiosis, sacerdotibus et prelatis. Unde Dominus ait ad Moysen Numeri XI*: *v. 18.
*Populo dices: 'Sanctificamini, cras comedetis carnes'*. Non utique illas carnes, de quibus
dicitur: *Et pluit super eos sicut pulverem carnes.* De quibus etiam dicitur: *Adhuc esce eorum* Ps. 77, 27. ib. v. 30. 31.
*erant in ore ipsorum, et ira Dei ascendit super eos*, sed carnem illam, que est agni inma-
culati, *qui tollit peccata*[b] *mundi*. De qua dicit ipse agnus Io. VI*: *Caro mea vere est cibus.* Ioh. 1, 29. *v. 56.
Pro qua conficienda et administranda et comedenda et requiritur et indicitur sanctificatio
et est penitus necessaria. Ideo Dominus precepit Moysi Exo. XIX*: *Sacerdotes qui acce-* *v. 22.
*dunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos.* Percussit enim Dominus Ozam, eó quod
archam Domini tetigisset, ut habetur II. Reg. VI.* Tradunt Hebrei, †quod illa nocte cum *v. 6. 7. †f. 260b.
uxore dormierat[1], id est uxorem cognoverat. Et[c] quia *pestilente*[d] *flagellato stultus sapientior*
*erit*, ut dicit sapiens in Prover. XIX*, ideo primo Paralipo. XV.† dicitur: *Sanctificati sunt ergo* *v. 25. †v. 14.
*sacerdotes et Levite, ut portarent archam domini Dei Israel.* Igitur prelatus sanctam vitam
debet habere, quia ille, cuius locum tenet, sanctus sanctorum est, et ideo debet implere quod
dicitur: *cum sancto sanctus eris.* Ut autem sanctus sit, faciat quod Ecclesiasticus XXI.* docet[e]: 2. Reg. 22, 26. *v. 2.
*Quasi a facie colubri fuge peccata.* Nam, ut dicitur Tobie XII*: *qui faciunt peccatum et iniquitatem,* *v. 10.
*hostes sunt anime sue. Qui* enim *diligit iniquitatem, odit animam suam.* Ideo dicit Io. prima III*: Ps. 10, 6. *v. 4. 5.
*Omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. Et scitis, quoniam ille*
*apparuit, ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est.* Ideo dixit Achior Iudith V*: *Deus enim* *v. 21.
*illorum* — scilicet Iudeorum et Christianorum — *odit iniquitatem.* Tu quoque fac simile
quisquis dominaris in orbe. Ideo dicit psalmista*: *Iniquitatem odio habui et abhominatus* *118, 163.
*sum, legem autem tuam dilexi.* Et quoniam qualis pater, talis filius, ideo sicut perfec-
tionem preceperat pater in veteri Testamento dicens[c] Deutero XVIII*: *Perfectus eris et* *v. 13.
*absque macula cum domino Deo tuo*, sic et filius in novo perfectionem indicit, Mat. V*: *v. 48.
*Estote perfecti, sicut et pater vester celestis perfectus est.* Vult etiam, quod *abundet iustitia*
perfectorum *plusquam scribarum et Phariseorum*, ut habetur ibidem Mat. V*. Sic iustitia *v. 20.
et sanctitas vite prelatorum et sacerdotum et religiosorum amplius abundare debet quam
hominum secularium. Ideo dicit beatus Bernardus[f, 2]: *Altissima est pro-* Bernardus[f].
*fessio vestra, fratres. Celos transit, par angelis, angelice similis puritati. Non enim solum*
*vovistis omnem sanctitatem, sed et omnis sanctitatis perfectionem et omnis consummationis finem.*
*Non est nostrum*[g] *circa*[h] *communia precepta languere.* **Aliorum est Deo servire, nostrum*[g] *est* *f. 260c.
*Deo adherere. Aliorum est Deum credere, scire, amare et revereri, nostrum*[g] *est sapere, cogno-*
*scere, intelligere et frui.*

Tertio[i] prelatus debet habere bonos mores. De quibus dicit apostolus ad Hebre. XIII*: *v. 5.
*Sint mores sine avaritia contenti presentibus.* Cognoscuntur autem boni mores in homine
secundum doctrinam Eccli. XIX*: *Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur* *v. 26. 27.
*sensatus. Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enuntiant de illo.* Nota,
quod dicit: *Ex visu cognoscitur vir.* Ideo dicit sapiens Prover. XXVI*: *Vidisti hominem* *v. 12.

a) spir. *in marg. a Sal. suppl.* b) peccatum *Vulg.* c) *penna mutata.* d) pestil *in loco raso.* e) docet *in marg. a Sal. suppl.* f) .B'. *c.* g) *sic c.*; vestrum *Guigo.* h) cc̄a *c.* i) *penna mutata*; Te *in loco raso cum littera* T *initiali magna, quae ut a Sal. postea inseratur, locum rasum esse patet; fuit igitur antea* T *simplici modo scriptum.*

1) *Haec verba descripsit Sal. ex Petri Comest. Hist. scolast., Reg. II. c. 9.* 2) *Potius Guigo prior maioris Carthusiae in epist. ad fratres de Monte-Dei, falso Bernardo attributa, cap. 2, Opera Bernardi ed. Mabillon (Paris.* 1719) *II, col.* 206 *sq.*

*v. 20. *sapientem sibi videri, magis illo spem habebit stultus*[a]. Item Prover. XXIX*: *Vidisti hominem*
*v. 19. *velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quam illius correctio*[b]. Item XXVII*: *Quomodo*[c] *in aquis resplendent vultus prospitientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Nota etiam, quod dicit, quod *ab occursu faciei cognoscitur sensatus,* quia, sicut
*v. 24. dicit sapiens in Prover. XVII*: *In facie prudentis lucet sapientia.* Nota, quod dicit: *Amictus corporis.* Ex hoc enim Samaritana cognovit Christum esse Iudeum. Vidit enim, quod in habitu finbrias habebat[1], sicut Iudei habere tenentur ex lege[2]. Voluit enim
*v. 17. *per*[d] *omnia fratribus similari,* sicut dicit apostolus ad Hebre. II*, ne dicerent: 'Dissimilis
*v. 12. es patribus, et ideo nolumus credere tibi'. Deutero. XXII*: *Funiculos in finbriis facies per IIII*[or] *angulos pallii tui, quo operiris.* Alium enim habitum habent layci seculares, alium hystriones, et alium sacerdotes et religiosi habere tenentur. Quod autem additur in
*19, 27. †v. 23. auctoritate Eccli.*: *et risus dentium,* hoc est quod alibi[e] dicit Eccli. XXI†: *Fatuus in risu*
Eccli. 19, 27. *exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix tacite ridebit.* Quod autem sequitur: *et in-*
*f. 260d. *gressus hominis enuntiant de illo,* hoc verum est tam cor*poraliter quam spiritualiter. De
*v. 6. corporali[f] ingressu dicitur III. Reg. XIIII*: *Ingredere uxor Ieroboam. Quare aliam te esse*
*v. 18. 19. *simulas?* De spirituali ingressu dicit apostolus ad Phili. III*: *Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis. Nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.* Verumtamen quantum ad intentionem nostram pertinet, possumus dicere, quod aliqui ita inhoneste ambulant, ut magis videantur iumenta, que trottant, ut ita loquar, quam homines honestate compositi.

*v. 2. 3. Difficile tamen est iudicare alieni cordis occulta. Ideo Ecclesiasticus dicit XI*: *Non laudes virum in specie sua neque spernas hominem in risu suo. Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.* Nota, quod dicit: *Non laudes virum in specie sua,* quia in hoc deceptus fuit Samuel, qui, cum vidisset Helyab fratrem David maio-
*v. 6. 7. rem, ait I. Reg. XVI*: *'Num coram Domino est christus eius?' Et dixit Dominus ad Samuel: 'Ne respicias vultum eius neque altitudinem stature eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. Homo enim videt ea que parent, Dominus autem intuetur cor'.* Et sic dixit Dominus de singulis usque ad David, qui minimus erat. Quod autem additur
*11, 2. in auctoritate Eccli.*: *neque spernas hominem in risu suo,* in hoc decepti fuerunt illi qui
*v. 27. Saul contempserunt, dicentes I. Reg. X*: *'Num salvare nos poterit iste?' Et despexerunt eum et non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire.* Ideo dicit sapiens
*v. 3. †v. 16. Prover. XXII*: *Callidus videt malum et abscondit se.* Item Prover. XII†: *Fatuus statim*
*f. CCLXI[a]. *indicat iram suam; qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.* Nota[g], *quod[h] illi
*I. †v. 27. qui Saul contempserunt in libro Regum* X.† filii Belial appellantur; qui 'absque iugo'[3] vel 'absque domino' interpretantur. Mali enim nec sub iugo nec sub dominio esse volunt. Per quod datur intelligi, quod prelati etiam boni persecutores et oblocutores et contemptores habent. Contempserunt autem eum propter tria. Primo, quia cognoverant, ubi natus et quemadmodum fuerat educatus. *Nimia enim familiaritas parit contemptum*[4]. Ioseph enim a fratribus contempnitur et venditur et ab Egyptiis

a) insipiens *Vulg.* b) correptio *Vulg.* c) Quō in *in loco raso.* d) per omnia *in marg. a Sal. suppl.* e) alibi *in loco raso.* f) corpa *corr.* corpali *c.* g) Nota *in loco raso.* h) *penna mutata.*

1) *Petrus Comest., Hist. scolast., Evang. c.* 58: cognoscens ex fimbriis pallii Dominum Iudeum esse. 2) *Num.* 15, 38: Loquere filiis Israel . . . ., ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum. 3) *Cf. Iudic.* 19, 22: filii Belial, id est absque iugo. 4) *Pseudo-Augustin. de scala paradisi c.* 8, *Opera ed. Maur. VI, App. col.* 165: Vulgare proverbium est, quod nimia familiaritas parit contemtum. *Inde et Sicardi Mitrale III,* 9, *Migne, Patrol. Lat. CCXIII, col.* 148: quia familiaritas parit contemptum.

honoratur. Gen. XXXVII. habes de venditione Ioseph et de adoratione ab Egiptiis[a] Gen. XLI. Secundo, quia, quando datum est regnum Sauli, ibat asinas querendo, non regnum, ut habetur I. Reg. IX. Tertio, quia post sibi datum regnum eamdem[b] conservabat humilitatem, quam prius habuerat. Ibat enim post boves, ut habetur I. Reg. XI*. Et ex hoc magis erat honorandus iuxta verbum Eccli. III†: *Quantó magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* *v. 5. †v. 20. Non autem erat contempnendus Saul propter tria. Primo, quia dabatur a Deo, ut habetur I. Reg. IX*, *v. 16. quod Dominus Samueli dixit: *Hac ipsa, que nunc est, hora cras mittam ad te virum de terra Beniamin, et unges eum ducem super populum meum Israel, et salvabit populum meum de manu Phylistinorum, quia respexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me.* Et infra habetur X*: *Certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non est*[c] *similis ei in omni populo.* *v. 24. Secundo, quia mediante sancto propheta dabatur, qui eum inunxit, ut habetur I. Reg. X*: *Tulit autem Samuel lenticulam olei et effudit super caput* *v. 1. *eius et deosculatus eum ait: 'Ecce unxit te Dominus super hereditatem suam in principem. Et tu liberabis populum eius*[d] *de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt'.* De sanctitate autem Samuelis *habetur I. Reg. III†: *Cognovit universus Israel a Dan usque* *f. 261b. †v. 20. *Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.* De inunctione vero Saul[e] et David in principes habetur I. Reg. X. et XVI. et Eccli. XLVI*: *Dilectus a domino Deo suo* *v. 16. *Samuel propheta Domini renovavit imperium et unxit principes in gente sua.* Tertio, quia Saul habebat apparentiam et existentiam. De apparentia dicitur I. Reg. X*, quod *v. 23. 24. *stetit in medio populi et altior fuit universo populo ab humero et sursum. Et ait Samuel ad omnem populum: 'Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non est*[c] *similis ei in omni populo'.* De existentia vero eius tam corporali quam spirituali habetur similiter. Et primo de corporali dicamus, sicut dicit apostolus I. ad Cor. XV*: *Non prius quod spiri-* *v. 46. *tuale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale* est. Existentia autem corporalis Saulis fuit, quia fuit vir magnifici cordis. Viriliter enim pro liberatione populi sui agressus[e] est hostes, quod in primo prelio et in ultimo patet. Nam in primo prelio, quo pugnare incepit, *utrumque bovem in frusta concidit misitque in omnes terminos Israel per manus nuntiorum dicens: 'Quicumque non exierit secutusque fuerit Saul et Samuelem, sic fiet bobus eius'. Invasit ergo timor Domini populum, et egressi sunt quasi vir unus. Et dixerunt nuntiis qui venerant: 'Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol'. Et ingressus est Saul media castra in vigilia matutina, et percussit Ammon, usque dum incalesceret dies. Reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter*, I. Reg. XI*. Istius beneficii memores viri Iabite honoraverunt Saulem in *v. 7. 9. 11. morte, ut habetur I. Reg. in fine*. Impleverunt enim †quod dicit apostolus ad Colo. III*†: *31, 11—13. †f. 261c. *†v. 15. *Et grati estote.* Nam *ingratus sensu dereliquit*[f] *liberantem se*, ut habetur Eccli. XXIX*. De *v. 22. qua materia dicit sapiens Eccle. IX*: *Civitas parva, et pauci in ea viri. Venit contra eam* *v. 14. 15. *rex magnus et vallavit eam et extruxit munitiones per gyrum, et perfecta est obsidio. Inventusque est in ea vir pauper et sapiens, qui*[g] *liberavit urbem per sapientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* In ultimo vero prelio patuit magnificentia cordis Saulis; sciebat enim, quod mori debebat, et nichilominus ivit ad bellum et pro populo suo morti se tradidit. Ideo multipliciter in hoc loco commendatur a Iosepho: Saul[1] autem sciens et prudens festinabat ad mortem et viriliter dimicabat. Soli quippe Iosephus. *Petr. Com.* magnanimes rerum terribilium sunt contemptores. Hec magnanimitas maxime convenit regibus, quos pro cumulo principatus non solum malos non licet esse circa subiectos, sed nec mediocriter bonos esse.

a) *sic h. l. c.* b) eadc *c.* c) sit sim. illi *Vulg.* d) suum *Vulg.* e) *sic c.* f) derelinquet *Vulg.* g) et *Vulg.*

1) *Haec non sunt verba Iosephi, ut nomine in margine adscripto indicari videtur, sed ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum II. c. 27. exscripta, qui Iosephum hoc loco laudat.*

*F.* 261[d]. De humilitate quorumdam hominum.
*F.* CCLXII[a]. De quorumdam prelatorum stultitia, qui in Saul prefigurati fuerunt.

---

*v. 22. 23. Commendatur etiam a David II. Reg. I*: *Sagitta Ionathe nunquam rediit retrorsum, et gladius*
*Saul non est reversus inanis. Saul et Ionathas amabiles et decori in vita sua, in morte quoque*
*non sunt divisi, aquilis velociores, leonibus fortiores.* Existentia vero spiritualis, que fuit
*v. 17. in Saule, et quam Deus maxime requirit in homine, specificatur primo Reg. XV*: *Cum*
*parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, unxitque te Dominus in regem*
*super Israel.* Humilitas enim Saulis magna monstratur in hoc, quod asinas patris sui
ibat querendo, et tunc datum est sibi regnum, et post datum regnum eamdem conser-
*f. 261d. va*bat humilitatem, quam prius habuerat, quando erat persona privata. Sequebatur
*v. 5. enim boves, cum mane reverteretur ab agro, ut habetur I. Reg. XI*. Et ideo *oculus Dei*
*respexit illum in bono et erexit eum ab humilitate ipsius et exaltavit caput eius, et mirati sunt*
*v. 13. *in illo multi et honoraverunt Deum,* Eccli. XI*. De admiratione autem multorum propter
*v. 11. exaltationem ipsius habetur I. Reg. X*: *Videntes autem omnes qui noverant eum heri et*
*nudiustertius, quod esset cum prophetis et prophetaret, dixerunt adinvicem: 'Quenam res accidit*
*filio Cys? Num et Saul inter prophetas?'* Et nota, quod humilitas aliquarum perso-
narum superbis in exemplum monstratur, ut discant non altum sapere[1], sed *sub* omni-
*v. 6. *potenti manu Dei humiliari*, I. Petri V*. Nam *melius est humiliari cum mitibus quam divi-*
*v. 19. *dere spolia cum superbis,* Prover. XVI*. Fuit autem[a] primus Abraham, cui[b] cum facta
esset de Christo promissio et de semine multiplicando et benedicendo, ut habetur
Gen. XVII. et XXII, non subrepit perversa cogitatio, ut ex hoc[c] in superbiam levaretur
*v. 27. cor eius, sed dixit Gen. XVIII*: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis.* Se-
*v. 14—16. cundus fuit Gedeon, cui Dominus dixit Iudic. VI*: *'Vade in hac fortitudine tua, et liberabis*
*Israel de manu Madian. Scito, quod miserim te'. Qui respondens ait: 'Obsecro, Domine mi,*
*in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse, et ego minimus in domo*
*patris mei'. Dixitque ei Dominus: 'Ego ero tecum, et percuties Madian quasi unum virum'.*
Tertius fuit Saul, qui valde humiliavit se, cum ei a Samuele magna promitterentur,
*v. 20. 21. †f. CCLXII[a].[d] I. Reg. IX*. Dixit enim Samuel Sauli: *'Et †cuius erunt optima queque Israel? Nonne tibi*
*et omni domui patris tui?' Respondens autem Saul ait: 'Numquid non filius Gemini*[e] *ego sum,*
*de minima tribu Israel, et cognatio mea novissima inter omnes familias* et cognationes *de tribu*
*Beniamin? Quare ergo locutus es michi sermonem istum?'* Quartus fuit David, qui valde
humiliavit se, cum Saul vellet eum facere generum suum dando ei Merob filiam suam
maiorem. *Ait autem David ad Saul: 'Quis ego sum, aut que est vita mea, aut cognatio patris*
*v. 18. *mei in Israel, ut fiam gener regis?'* I. Reg. XVIII*. Item alia vice humiliavit se David
coram Domino, quando promisit sibi Dominus, quod confirmaret sibi regnum dando ei
*v. 18—20. filium, qui post eum regnaret et domum sibi edificaret, II. Reg. VII*. Dixit autem
David sedens coram Domino: *Quis ego sum, domine Deus, et que domus mea, quia adduxisti*
*me hucusque? Sed et hoc parum visum est in conspectu tuo, domine Deus, nisi loquereris etiam*
*de domo servi tui in longinquum. Ista est enim lex Adam, domine Deus. Quid ergo addere*
*poterit adhuc*[f] *David, ut loquatur de te?* Beata quoque virgo Maria humiliavit se coram
Domino, quando Gabriel angelus annuntiabat ei, quod ex ea volebat nasci filius Dei.
*v. 38. Dixit enim Luc. I*: *Ecce ancilla Domini, f[iat] michi secundum verbum tuum.* Prelati
vero nostri temporis, quando datur eis dominium super subditos, statim reputant

a) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* b) cui *in marg. a Sal. suppl.* c) ho *corr.* hoc *c.* d) CCLII. *corr.* CCLXII. *c.* e) Iemini *Vulg.* f) adh[c] *c. saepe pro* adhuc.

1) *Rom.* 11, 20: noli altum sapere.

_F._ 262[d]. De viris morigeratis, qui in veteri Testamento fuerunt.

se sufficientes, et _elevatur_[a] _cor_ eorum _in superbiam super fratres suos,_ quod a Domino
prohibetur Deutero. XVII*, et _cum austeritate imperant_[b] _eis et cum potentia,_ quod *v. 20.
Dominus ostendit se pro malo habere Eze. XXXIIII*, et _sicut David putant_[c] _se_ *v. 4.
_habere vasa cantici, bibentes in fialis vinum et optimo_ *_unguento delibúti, et nichil_ *f. 262b.
_patiuntur_[d] _super contritione Ioseph,_ Amos VI*; nec volunt facere quod eos scriptura *v. 5. 6.
facere docet Eccli. XXXII*: _Rectorem te posuerunt, noli extolli! Esto in illis quasi_ *v. 1.
_unus ex ipsis._ Quorum figura in Saul demonstratur, qui in principio regni sui habuit
se humiliter, processu autem temporis superbivit, Deo inobediens fuit, sacerdotes Domini
interfecit, regnum violenter tenuit contra Domini voluntatem, David malitiose et sine
culpa persecutus fuit, usque quo ultimum diem clausit, Gabaonitis pactum et iuramen-
tum a Iosue datum non servavit, immo eos occidit, quamvis non impune, Iosue IX. et
II. Reg. XXI. Phytonissam etiam Saul consuluit, quod lege prohibebatur, Levitici XIX*: *v. 31.
_Ne_[e] _declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos._ Qua-
propter[f], quia scilicet predicta mala commisit, evénit ei quod scribitur I. Paralipo. X*: *v. 13. 14.
_Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eó quod prevaricatus sit mandatum Domini, quod_
_preceperat, et non custodierit illud, sed insuper etiam phytonissam consuluerit nec speraverit in_
_Domino; propter quod et interfecit eum et transtulit regnum eius ad David filium Ysai._ Quod
bene prefiguratum fuit in lenticula olei, cum qua inunctus fuit Saul a Samuele, ut
habetur I. Reg. X*, quod regnum Saulis duraturum non erat, sed cito casurum. Est *v. 1.
enim lenticula vas terreum, quod leviter frangitur. Hinc est, quod Samuel dixit Sauli
I. Reg. XV*: _Scidit Dominus regnum Israel a te hodie et tradidit illud proximo tuo meliori_ *v. 28.
_te._ Porro David cum cornu pleno olei fuit inunctus ad significandum, quod regnum *v. 1.
eius in eternum duraret, I. Reg. XVI.* Unde Dominus Ps.†: *†_Veritas mea et miseri-_ †88, 25. *†f. 262c.
_cordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius._ Item II. Reg. VII.* Dominus *v. 16.
taliter promittit David: _Fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in eternum ante faciem_
_meam, et thronus tuus erit firmus iugiter._ Nec mirum. Prefigurabat enim regnum David
regnum illius, de quo dicitur Luc. I*: _Dabit illi dominus Deus sedem David patris eius, et_ *v. 32. 33.
_regnabit in domo Iacob in eternum, et regni eius non erit finis._ Unde Ys. IX*: _Super solium_ *v. 7. 8.
_David sedebit et super regnum eius, ut confirmet illud et corroboret in iuditio et iustitia amodo_
_et usque in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc. Verbum misit Dominus in_
_Iacob, et cecidit in Israel._ Item Ys. XVI*: _Et preparabitur in misericordia solium, et se-_ *v. 5.
_debit super eum_[g] _in veritate in tabernaculo David, iudicans et querens iuditium et velociter_
_reddens quod iustum est._ Hinc habetur Iob XXXVI*: _Reges in solio collocat in perpetuum,_ *v. 7.
_et illic_[h] _eriguntur._ Item Dan. 4*[i]: _Cognoscant viventes, quoniam dominatur excelsus in regno_ *v. 14.
_hominum et cuicumque voluerit dabit illud, et humillimum hominem constituet super illud_[k]. Et
nota, quod cornu aliquando sumitur pro superbia, aliquando pro regno, ut[l] ibi: _Cornua_ Ps. 74, 11.
_peccatorum confringam, et exaltabuntur cornua iusti._ De primo habetur Amos VI*: _Numquid_ *v. 14.
_non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?_ De secundo Luc. I*: _Erexit cornu_ *v. 69. 70.
_salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt,_
_prophetarum eius._ Item Eccli. X*: _Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias_ *v. 8.
_et iniurias et contumelias et diversos dolos,_ ut accidit Babyloniis, quorum regnum datum
est Medis et Persis, ut habetur Dan. V*: _Eádem nocte interfectus est Balthasar rex Chal-_ *v. 30. 31.
_deus, et Darius Medus successit_ *_in regnum, annos natus sexaginta duos._ Idem factum fuit *f. 262d.

a) Nec elevetur _Vulg._ b) imperabatis _Vulg._ c) putaverunt _Vulg._ d) patiebantur _Vulg._ e) Non _Vulg._ f) _penna mutata._ g) _sic c.;_ illud _Vulg._ h) illi _Vulg._ i) 4 _in loco raso._ k) eum _Vulg._ l) ut _in loco raso._

de regno Persarum, quod datum Macedonibus fuit, Alexandro pugnante; quod a Daniele
*v. 21. fuerat iam predictum, Dan. VIII*. Porro de domo in domum translatum fuit tam
regnum quam sacerdotium. Regnum de domo Saul ad domum David, ut diximus supra,
*v. 14. I. Paralipo. X*: *Interfecit* Dominus Saulem *et*[a] *transtulit regnum eius ad David filium Ysai.*
*v. 27. De translatione vero sacerdotii habetur III. Reg. II*: *Eiecit ergo Salomon Abyathar, ut non*
*esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Hely in Sylo.*
*v. 35. Et infra eodem capitulo*: *Sadoch sacerdotem posuit Salomon pro Abyathar.* Et nota,
quod sacerdotii translatio duplex fuit: Una de domo ad domum, de qua diximus hic.
Alia de ritu ad ritum sive de genere sacrifitii ad aliud genus. Primus modus sacrifi-
candi fuit secundum ordinem Aaron, qui de animalibus sacrificium offerebant[b]; secundus
fuit secundum ordinem Mechisedech[c], in quo offertur panis et vinum, sicut prefiguratum
*v. 18. †v. 12. fuit Gen. XIIII*. Ideo apostolus dicit Hebre. VII†: *Translato enim sacerdotio necesse est,*
*ut et legis translatio fiat.* Sic etiam prelatorum translatio fieri debet, maxime autem,
quando reperiuntur[d] insufficientes et mali.

Quia[e] igitur de bonis moribus prelatorum in isto titulo inchoavimus, ideo prosequa-
mur quod cepimus. Notandum autem, quod in Biblia tres valde morigerati leguntur.
Quorum unus fuit Onias summus pontifex Iudeorum. De quo II. Macha. habetur in
*15, 12. fine*[f]: *Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum et benignum, verecundum visu, mode-*
*f. CCLXIII[a]. *stum moribus et eloquio decorum, et qui a puero in *virtutibus exercitatus sit, manus proten-*
2. Mach. 6, 18. *dentem orare pro omni populo Iudeorum* et cet. Secundus fuit Eleázarus, *unus de prioribus*[g]
*scribarum, vir etate provectus et vultu decorus,* qui creditur fuisse pater illorum VII fratrum,
qui ab Antiocho diversis supplitiis interempti sunt propter patrias et Dei leges servandas.
De quibus II. Macha. habetur capitulo VII. Hic cum cogeretur facere contra legem —
volebant enim emissarii Antiochi, quod carnem porcinam comederet —, *cogitare cepit etatis*
*ac senectutis sue eminentiam dignam et ingenue*[h] *nobilitatis canitiem atque a puero optime con-*
*versationis et secundum sancte et a Deo cóndite legis constituta. Respondit cito dicens premitti*
*se velle in infernum* quam hec committere. *'Quam ob rem fortiter vitam excedendo senectute*
*quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac*
*fortiter pro gratissimis*[i] *et sanctissimis legibus honesta morte perfungar'. Et iste quidem hoc*
*modo vita decessit, non solum iuvenibus, sed et universe genti memoriam mortis sue ad exem-*
*v. 23. 27. 28. 31. *plum virtutis et fortitudinis derelinquens*[k]. De hoc habetur II. Macha. VI*. Porro tertius[l]
*v. 34. fuit Gamaliel Phariseus, *doctor legis, honorabilis universe plebi.* De quo habetur Act. V*.
Hic fuit magister apostoli Pauli. De quo Ieronimus in primo prologo Biblie[1] ita dicit:
*Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi et prophetas didicisse se gloriatur, ut armatus*
*v. 3. *spiritalibus telis postea doceret confidenter.* Hoc habetur Act. XXII*. Fecit apostolus Paulus
*v. 19. quod Ecclesiasticus docet XVIII*: *Antequam loquaris, disce!* De hac materia sufficienter
*1, 2. tractat beatus Bernardus[m] super Cantica in illo loco*: *Oleum effusum nomen tuum.* Dicit
*f. 263[b]. Bernardus[m]. enim[2]: *Tante caritatis sunt, per quos nobis fluenta ce*lestia manant, ut ante effun-*
*dere quam infundi velint, loqui quam audire paratiores et promti docere quod non didicerunt*
*et aliis preesse gestientes, qui seipsos regere nesciunt*[k]. *Ego*[n] *nullum ad salutem pietatis*
Eccli. 30, 24. *gradum illi gradui anteponendum existimo, quem sapiens posuit dicens: 'Miserere anime tue*

a) et *bis scriptum in fine versus et initio sequentis, alterum expunctum.* b) *sic* (offerebāt) *c.* c) *sic c. pro* Melchis. d) re|periuntur *alia manu corr.* rep||periuntur *c.* e) *penna mutata;* Qu *in loco raso cum magna littera initiali* Q, *pro qua antea simplex* Q *scriptum fuisse patet.* f) in fi *in loco raso.* g) primoribus *Vulg.* h) ingenitae *Vulg.* i) gravissimis *Vulg.* k) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* l) ℂ Porro ℂ tertius *duabus rubricis minio positis c.* m) B⁴. *c.* n) *penna mutata.*

1) *Epist.* 53. *ad Paulinum, Bibliae ex more praemissa, Opera ed. Vallarsius I, col.* 270.
2) *Sermo in Cantica* 18, § 3, *Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 1326.

*F.* 263[d]. De quibusdam viris morigeratis, qui in novo Testamento fuerunt.

---

*placens Deo'. Quod si non habeo nisi parumper olei, quo ungar, putas, tibi debeo dare et remanere inanis? Servo illud michi et omnino nisi ad prophete iussionem non prófero. Si institerint rogitantes aliqui ex his, qui forte existimant de me supra id quod vident in me aut audiunt aliquid ex me, respondebitur eis: 'Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad* (*Matth.* 25, 9.) *vendentes et emite vobis'.* Fuerunt etiam adhuc in Iudaico populo viri valde morigerati et morum honestate sollemnes, ut Áaron, Ioiada, Iosedech, Iesus sacerdos magnus et Symon Onie filius. De quibus non est dicendum per singula, duobus exceptis, scilicet Aaron et Symone. Sciendum de Aaron, quod ipse fuit talis vir, qualem Dominus querit Eze. XXII*: *Quesivi de eis virum, qui interponeret sepem et staret oppositus contra me* (*v. 30. 31.) *propter eam*[a], *ne dissipparem*[b] *eam, et non inveni. Et effudi super eos indignationem meam et in igne ire mee consumpsi eos. Viam eorum in caput eorum reddidi, ait dominus Deus.* Considera, quoniam prelatus potest avertere iram divinam a subditis suis, si fuerit Dei amicus. Et ideo de Moyse legitur, quod ad preces eius Dominus pepercit populo suo. Dixit enim Domino Exo. XXXII*: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut, si non facis, dele me* (*v. 31. 32.) *de libro tuo, quem scripsisti.* Hoc idem dicit apostolus ad Ro. IX*: *Optabam enim ipse* (*v. 3—5.) *ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelite, quorum adoptio est filiorum et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa, *quorum patres, et ex quibus*[c] *Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* (*f. 263[c].) *benedictus in secula. Amen.* De Áaron quoque sic habetur Sap. XVIII*: *Properans homo* (*v. 21.) *sine querela deprecari pro populis, proferens servitutis sue scutum orationem, et per incensum deprecationem allégans, restitit ire et finem imposuit necessitati, ostendens, quoniam tuus est famulus.* Hec historia habetur Numeri XVI*, quando Áaron stetit *inter mortuos et* (*v. 48.) *viventes* et *pro populo deprecatus est, et plaga cessavit.* Talia potest prelatus, qui amicitiam habet cum Deo, pro subditis impetrare. Sin aliter, adimpletur quod Gregorius[1] dicit: *In gravibus peccatis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. Cunctis liquet,* [Gregorius[d].] *quia, si is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora pro-* [Gregorius[d].] *vocatur.* Item in Ecclesiastico Aaron multipliciter commendatur, Eccli. XLV. Tu vide ibi, si vis. De Symone quoque Onie filio in Ecclesiastico sic habetur L*: *Symon Onie* (*v. 1. 2.) *filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum et in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex edificatio et excelsi parietis*[e] *templi* et cet. *Quasi stella matutina in medio nebule, et quasi luna plena in diebus suis lucet, et quasi sol* (*ib. v.* 6—11.) *refulgens, sic ille refulsit*[f] *in templo Dei. Et quasi arcus refulgens inter nebulas glorie, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia que sunt in transitu aque, et quasi thus redolens in diebus estatis, quasi ignis effulgens et thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Quasi oliva pullulans et cypressus in altitudinem se extollens.*

In populo autem Christiano fuit maxima multitudo virorum nominatorum, qui tam *vita quam scientia et morum honestate et gravitate fulserunt, et qui *in diebus suis habentur* (*f. 263[d]. *Eccli.* 44, 7.) *in laudibus.* De quibus tantummodo causa[g] brevitatis sufficit nobis specificare de tribus, scilicet de sancto Silvestro et de sancto Nicholao et de sancto Thoma Cantuariensi archiepiscopo. Silvester[2] a matre re et nomine Iusta genitus et a Cyrino presbitero eruditus (*Iac. L. Aur.* c. 12.)

a) *sic* (pp eā) *c.;* pro terra *Vulg. et infra f.* 383[a]. b) *sic c.* c) *seq.* est *Vulg.* d) G*. *c.* e) parietes *Vulg.* f) effulsit *Vulg.* g) causa *in loco raso.*

1) *Utrumque hunc locum Gregorii desumpsit Sal. ex Decr. Gratiani l. II, C. III, q.* 7, *c.* 5. *Quorum prior exstat Moral. in Iob praef. c.* 3, § 8, *Opera ed. Maur. I, col.* 11; *alter Regulae pastor. I,* 10. *et Registr. I,* 24; *cf. supra f.* 246[c], *p.* 96, *n.* 4. 2) *Haec ex Iacobi Leg. Aurea c. XII,* 1. 3, *ed. Grässe p.* 70. 71. 79.

*F.* CCLXIIII[a]. Quod vitande sint mulieres, ostenditur hic. [Require[a] infra similiter carta CCCXX3].

---

*Iac. L. Aur. c. 12.* hospitalitatem summopere exercebat. Hic omnium orphanorum, viduarum et pauperum matriculam scriptam habebat et omnibus necessaria providebat. Tandem beatus Silvester morti apropinquans[b] clerum de tribus ammonuit, scilicet ut inter se caritatem haberent, ecclesias suas diligentius gubernarent et gregem a luporum morsibus custodirent. Post hec in Domino feliciter obdormivit. De prelatis vero nostri temporis dicitur Ys. I*: *Pupillo non iudicant, causa vidue non ingreditur ad eos.* Melius ergo faciebat Iob, qui de seipso dicit XXIX*: *Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat michi, eo quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor vidue consolatus sum.*

**v. 23.* — **v. 11—13.*

De sancto Nicholao sic habes, quod eamdem morum gravitatem servabat factus episcopus, quam prius servaverat, cum esset persona privata. Dicitur enim sic in legenda ipsius[1]: *Ipse autem eamdem quam prius humilitatem et morum gravitatem in omnibus sectabatur. In oratione pervigilabat, corpus macerabat[c], mulierum consortia fugiebat. Humilis erat in omnes suscipiendo, efficax in loquendo, ala*cer in exortando, severus in corripiendo.* Nota quod dictum est: *eamdem humilitatem et morum gravitatem in omnibus sectabatur*: quod magnum fuit, quia honores mutant mores[2]. Inde Patecclus in libro Tediorum dixit:

*Iac. L. Aur. c. 3.* — **f. CCLXIIII[a].*

*Si me noia hom ki desdigna*
*l'altra yente per honor ke lu fia.*

Item nota quod dictum est: *mulierum consortia fugiebat.* Et hoc sapienter fecit, quia mulieres fuerunt, *que filios Israel deceperunt,* Numeri XXXI*. Ideo dicit Ecclesiasticus XLII*: *In medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, et a muliere iniquitas viri.* Item Eccle. VII*: *Inveni amariorem morte mulierem, que laqueus venatorum est, et sagena cor eius; vincula sunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccator est, capietur ab illa.* Item Prover. V*: *Quare sedúceris, fili mi, ab aliena et[d] fovéris in sinu alterius?* Item Prover. VI*: *Non concupiscat pulcritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Pretium enim scorti vix unius est panis, mulier autem viri pretiosam animam capit.* Item Prover. XXIII*: *Fovea enim profunda est meretrix, et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, et quos incautos viderit, interfitiet.* Item Ieronimus[3]: *Periculose tibi ministrat, cuius vultum frequenter attendis.* Ieronimus[4]: *Michi crede, quod non potest toto corde esse cum Deo, qui feminarum accessibus copulatur.* Ieronimus[5]: *Flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis.* Ieronimus[6]: *Ubi femina erit cum viris, non deerit viscarium diaboli.* Item:

**v. 16.* — **v. 12. 13.* — **v. 27.* — **v. 20.* — **v. 25. 26.* — **v. 27. 28.*

Ieronimus. — Ieronimus. — Ieronimus. — Ieronimus.

*Vis diffinire aut, quid sit femina, scire?*
*Est fetidum cenum, rosa fetens, dulce venenum,*
*Semper pro*na rei, que prohibetur ei*[7].

**f. 264[b].*

a) *uncis inclusa alio subfusco atram. post a Sal. add. c.* b) *sic c.* c) *hoc loco hoc signum* ·/., *neque tamen quidquam in marg. suppletum est, neque apud Iac. plura leguntur.* d) et *in fine versus et initio sequentis bis scriptum, prius deletum linea subducta.*

1) *Iacobi Leg. Aurea c. III, 2, ed. Grässe p.* 23. 2) *In Speculi perfectionis c.* 80, *ed. P. Sabatier (Paris* 1898*) p.* 156, *Franciscus hoc dicit:* propter honores non mutentur eius mores. 3) *Epist.* 52, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1735*) I, col.* 258. *Sequentes quatuor loci etiam infra f.* 323[a]. *allati sunt, ad quod folium Sal. etiam in superscriptione columnae lectores remisit.* 4) *Epist. ad Oceanum de vita clericorum falso Hieronymo attributa, Hier. Opera ed. Vallarsius XI, col.* 271. 5) *Ibid. col.* 270 *sq.* 6) *Ibid. col.* 271: si cum viris feminae habitent, visc. non deerit diab. 7) *In codice Aquicinctino saec. XII,*

Item:

*Est adamas mulier, pix, ramnus, carduus asper,*
*Lappa tenens, vesspa*[a] *pungens, urtica perurens.*

*Sunt tria grandia: laus, sapientia, gloria rerum.*
*Hec tria destruit, hec tria diruit ars mulierum*[1].

Augustinus[2]: *Oleum enútrit flammam lucerne, et ignem luxurie accendit collo-* Augustinus.
*cutio mulierum.* Ysidorus[2]: *Sicut herba viridis iuxta aquas, ita concupiscentia* Ysidorus.
*in mulierum consideratione.* Iohannes Os-aurei[3]: *Quid est aliud mulier nisi* Crisostomus.
*amicitie inimica, ineffugabilis pena, necessarium malum, naturalis temptatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni coloris*[b] *depicta. Ergo dimittere illam peccatum est, tenere autem vere tormentum est.* Augustinus[4]: *Mala ab initio*
*fuit mulier, porta mortis, discipula serpentis, diaboli consiliaria*[c], *fons decep-* Augustinus.
*tionis, canicula operum divinorum, rubigo sanctorum. Homines iam pene angelos factos facies*
*periculosa deiecit.* Origenes[5]: *Et ecce mulier caput peccati, arma diaboli, expulsio* Origenes.
*paradisi, delicti mater, corruptio legis antique.*

De sancto Thoma Cantuariensi archiepiscopo sciendum[6], quod subito in virum alterum permutatur, postquam contra voluntatem suam archiepiscopus factus fuit; et caro eius cilitio *Iac. L. Aur. c. 11.*

a) *sic c.* b) *sic c.;* colore *Pseudochrys.* c) consciliočia, *alterum* c *expunctum c.*

*nunc Duacensi nr.* 351 *('Catalogue des mss. des départ.' VI, p.* 186*) leguntur hi versus, qui et repetiti sunt in Raimundi de Biterris Libro Kalilae et Dimnae, L. Hervieux, 'Les fabulistes Latins' V, p.* 762 *(ubi lege* fetens rosa*):*

Femina fraus Satanae, rosa fetens, dulce venenum,
Semper prona rei, quae prohibetur ei.

*Et in 'Anzeiger f. Kunde d. deutschen Vorzeit. N. F.' XVIII* (1871), *col.* 306. *W. Wattenbach hunc edidit versum:*

Femina vas demonum, fetens rosa, dulce venenum.

*Cf. ib. col.* 339. *In codice Oxoniensi, 'N. Archiv' XXII, p.* 614:

Femina fex Satanae, rosa fetens, dulce venenum,
Semper prona rei, que prohibetur ei.

*Fr. Novati, Carmina medii aevi (Firenze* 1883*) p.* 23, *v.* 2. 3. *habet hos versus:*

Est fellis plenum mulieris dulce venenum
Et fedans (*l.* fetens) cenum, mors et destructio renum.

1) *Fr. Novati l. l. p.* 23, *v.* 14. 15. *et in 'Anzeiger N. F.' XXX* (1883), *col.* 123. *hi versus:*

Sunt tria gaudia: pax, sapientia, copia rerum.
Hec tria diruit, hec tria destruit ars mulierum.

*(In 'Anzeiger'* diluit *pro* diruit.*) Ex cod. Wirziburg. 'N. Archiv' XXVII, p.* 199 *sq., n.* 4. *edidi versus:*

Sunt tria gaudia: pax, sapientia, copia rerum.
Sunt tria tedia: lis et inedia, ars mulierum.

2) *Nescio, ubi hoc dictum legatur.* 3) *Pseudo-Chrysosth., Opus imperfectum in Matth. hom.* 32, *Ioh. Crysosth. Opera ed. B. de Montfaucon VI, p. CXXXV.* 4) *Neque in libris Augustini neque in operibus Pseudo-Augustinianis sequentia reperiuntur.* 5) *Sequentem locum, qui infra f.* 320[c]. *iterum allatus est, in operibus Origenis non reperi nec credo eum ab hoc scriptum esse. Boncompagnus vero in Rethorica novissima, ed. A. Gaudenzi, Bibliotheca iuridica II (Bononiae* 1892*), p.* 283, *scribit:* Dicitur etiam *(mulier speciosa)* membrum diaboli, caput peccati et expulsio paradisi. *Qui etiam versus supra p.* 132, *l.* 37. 38. *allatos legisse videtur, cum dixerit ibidem:* transsumi posset *(mulier speciosa)* in rosam fetidam, et amor ipsius in dulce venenum. 6) *Sequentia ex Iacobi Leg. Aurea c. XI,* 1, *ed. Grässe p.* 67, *descripta sunt.*

Iac. L. Aur. c. 11. et ieiuniis maceratur. Non solum enim cilicium pro camisia deferebat, sed etiam femoralia cilicina usque ad poplitem baiulabat. Sanctitatem autem suam ita subtiliter occultabat, ut, salvo semper hone- *f. 264c. statis rigóre, sub decentia vestium et apparatu utensilium concordaret mo*ribus singulorum. Tredecim pauperum pedes cotidie curvatis genibus abluebat et refectos, datis cuilibet IIIIor argenteis, remittebat. *v. 16. 17. Et ideo ex hoc convenit ei quod dicitur a Iob XXIX*: *Pater eram pauperum et causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Contercbam molas iniqui et de dentibus illius auferebam predam.* Hoc ad regem Artáldum[1] referri potest, qui credebat invadere eccle- Iac. L. Aur. c. 11. siasticam libertatem, sicut dicitur in legenda[2]: *Rex autem ad voluntatem suam in detrimentum ecclesie ipsum*[a] *inflectere nitebatur, volens, ut consuetudines*[b], *quas contra libertatem ecclesie predecessores sui habuerant, ab eodem similiter confirmarentur.* Hoc nullo modo beatus Thomas sustinuit, et *29, 18. ex hoc martyrium promeruit; et ideo sequitur in Iob*: *Dicebamque: In nidulo meo moriar* — quia in ecclesia sua mortuus est —. *Et sicut palma multiplicabo dies.* Inde est illud *91, 13. †v. 28. Ps.*: *Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Item Eccli. XXXVII.† *v. 5. dicitur: *Vita viri in numero dierum* — iuxta illud Iob XIIII*: *Constituisti terminos eius, qui preteriri non poterunt* —, *dies autem Israel*, id est videntis Deum[3], *innumerabiles sunt.* Palma *v. 9. signum victorie est iuxta illud Apoc. VII*: *Et palme in manibus eorum.* Item adimplevit *v. 33. beatus Thomas illud quod precipit Ecclesiasticus IIII*: *Pro iustitia agonizare pro anima tua et usque ad mortem certa pro iustitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

De beato vero Gregorio[4] Diálogo pretermittendum non est, qui omnes bonos mores Iac. L. Aur. c. 46, 5. in se habuit congregatos. De quibus aliquos ad utilitatem et exemplum audientium breviter proferamus. Tante[5] autem humi*litatis beatus Gregorius extitit, ut se laudari nullo *f. 264d. modo permitteret[c]. Nam Stephano episcopo, qui eum in suis epistolis laudaverat, ita scribit[6]: *Multum michi et ultra quam audire debui indignus favorem in vestris epistolis demonstratis, et inde*[d] *scriptum est:* Eccli. 11, 30. *'Ne laudes hominem, quamdiu vivit'. Tamen, et si audire talia dignus non fui, orationibus vestris, peto, ut dignus efficiar, et ut, si bona ideo in me dixistis, quia non sunt, ideo sint, quia dixistis.* Item in epistola ad Narsum patricium[7]: *Quod cause et nominis similitudinem faciendo per scripturas clausulas declamationesque formatis, certe, frater karissime, simiam leonem vocas, et quod eo modo vos agere conspicimus, quo scabiosos sepe catulos pardos vel tygrides vocamus.* Item in epistola ad Anastasium patriarcham Antiochenum[8]: *Quod vos me os Domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodesse*[e] *multisque posse lucere perhibetis, extimationem michi meam, fateor, in dubitationem maximam perduxistis. Considero namque, qui sum, et nichil in me ex huius boni signo deprehendo. Considero autem, qui estis, et vos mentiri posse non arbitror. Cum ergo credere volo quod dicitis, contradicit michi infirmitas mea. Cum disputare volo quod in laude mea dicitur, contradicit michi sanctitas vestra*[f]. *Sed queso, vir sancte, nobis*[g] *aliquid de hoc certamine nostro conveniat, ut, si non quod dicitis ita est, sit ita, quia dicitis.* Vocabula etiam iactantiam et vanitatem sonantia omnino respuebat. Unde Eulogio patriarche Alexandrino, qui eum universalem papam vocaverat, ita scribit[9]: *In prephatione epistole, quam ad me direxistis,* *f. CCLXVa. *superbe appellationis*[h], *universalem me *papam*[i] *dicentes, imprimere curavistis: quod, peto, dulcissima sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit prebetur*[c]. *Ego verbis prosperari non quero, sed moribus, nec honorem esse deputo, in quo fratres honorem suum*

a) ipm *in loco raso.* b) ɔsu||tudines *c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sic* (m̄) *c. pro* tn (tamen), *ut Iac. habet.* e) prod *in loco raso.* f) *e corr.* g) nobis ad (aliquid) *a Sal. in marg. suppl.* h) verbum *omisit Sal.* i) *penna mutata.*

1) *Cf. supra f.* 208[a], *p.* 1, *n.* 6. 2) *Iacobi Leg. Aurea l. l.* 3) *Ut inter alias interpretationes Petrus Comest., Hist. scolast., Gen. c.* 81. *habet.* 4) *Supra f.* 263[d], *p.* 131, *l.* 39. *Sal. sibi proposuerat de tribus tantum viris bonis moribus ornatis disserere, sed iam consilio mutato Gregorium addit. — De cognomine Dialogi cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 515; *SS. XXXI, p.* 281, *l.* 25. 5) *Haec de Gregorio M. cum epistolarum fragmentis omnia ex Iacobi Leg. Aurea c. XLVI, ed. Grässe p.* 192—195, *desumpta sunt, qui ea ex Iohannis diac. Vita Gregorii exscripsit. Sal. neque Iohannis librum nec Registrum adhibuit. Hic textus multo melior est quam editus Iacobi.* 6) *Reg. VII,* 8; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1454; *Ioh. diac. IV,* 62. 7) *Reg. I,* 6; *Jaffé nr.* 1073; *Ioh. diac. I,* 48. 8) *Reg. I,* 25; *Jaffé nr.* 1093; *Ioh. diac. I,* 49. 9) *Reg. VIII,* 29; *Jaffé nr.* 1518; *Ioh. diac. III,* 60.

*perdere cognosco. Recedant ergo verba, que vanitatem inflant, caritatem vulnerant.* Hinc est, quod, cum Iohannes[a] episcopus Constantinopolitanus hoc vocabulum vanitatis sibi usurpare et se universalem papam vocari fraudulenter a synodo obtinuisset, inter cetera sic de eo scribit Gregorius[1]: *Quis est iste, qui contra statuta evangelica, contra canonum decreta novum sibi nomen usurpare presumit? Utinam vel si non*[b] *inminutione sit unus, qui esse appetit universus.* Verbum etiam iussionis sibi a coepiscopis dici nollebat[c]. Unde ait in epistola ad Eulogium episcopum Alexandrinum[2]: *Vestra michi caritas loquitur dicens: 'Sicut iussistis'. Quod verbum iussionis peto a meo auditu removeri*[d], *quia scio, qui sum, et qui estis: Loco enim michi fratres estis, moribus patres.* Insuper ob nimiam humilitatem, qua erat preditus, nollebat[c], quod matrone se ancillas suas dicerent. Unde Rusticiane patricie scribens ait[3]: *Unum in tuis epistolis egre suscepi, quia, quod semel esse poterat, sepius dicebatur 'ancilla vestra' et 'ancilla vestra'. Ego enim, qui per episcopatus onera omnium servus factus sum, qua ratione te michi ancillam dicis*[e], *cuius ante episcopatum susceptum proprius fui? Et ideo rogo per omnipotentem Deum, ne hoc verbum aliquando in scriptis tuis inveniam.* Primus in suis litteris se servum servorum Dei nominavit et alios nominari instituit. Libros suos, dum adhuc viveret, ob nimiam humilitatem publicari *nolebat et in aliorum comparatione suos nichil valere extimabat. Unde Innocentio prefecto Affrice sic scribit[4]: *Quod expositionem sancti Iob vobis transmitti voluistis, vestro studio congaudemus; sed si delitioso cúpitis pabulo saginari, beati Augustini, compatriote vestri, opuscula legite, et ad comparationem illius similaginis nostrum furfurem non queratis. Neque enim volo, dum in hac carne sum, si qua dixisse me contigit, ea facile hominibus innotesci*[5]. Legitur quoque in quodam libro de Greco in Latinum translato, quod quidam sanctus pater nomine Iohannes, cum Romam ad visitanda apostolorum limina venisset et beatum Gregorium papam per medium civitatis transire vidisset, voluit ei occurrere ac, ut decebat, reverentiam exhibere. Cernens vero beatus Gregorius, quod se in terram vellet prosternere, festinavit et primo se coram ipso in terram prostravit, nec inde surrexit, quoadusque abbas primo surrexit. In quo maxima eius humilitas commendatur. Tante autem largitatis et elemosinarum extitit, ut non solum presentibus, sed etiam longe positis, etiam in monte Synai monachis necessaria ministraret. Nam omnium indigentium nomina scripta habebat et eis liberaliter subveniebat. Cotidie etiam ad suam mensam peregrinos quoslibet invitabat; inter quos die quadam unus accessit, in cuius manibus dum ipse ex humilitate aquam fundere vellet, conversus urceum accepit. Sed repente, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non invenit. Cumque hoc factum secum miraretur, eádem nocte Dominus per visionem ei dixit: 'Ceteris diebus me in menbris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti'. Gregorius cum apud Mauricium imperatorem et filios[f] eius super mortem cuiusdam episcopi falsó accusaretur, sic ait in epistola, quam *apocrisario[g] mittit[6]: *Unum est, quod breviter suggeras dominis nostris, quia, si ego servus eorum in mortem Longobardorum vel damnum*[h] *me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec regem nec ducem nec comites haberet atque in sua*[i] *confusione esset. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.* Ecce quante humilitatis, quia, cum esset summus pontifex, imperatoris se servum vocabat et dominum suum eum appellabat. Ecce quante innocentie, quia in mortem suorum inimicorum consentire nollebat[c]. Cum Mauritius imperator Gregorium et ecclesiam Dei persequeretur, inter cetera sic ei scripsit Gregorius[7]: *Quia ego peccator sum, credo, quod omnipotentem Deum tantó vobis amplius placabitis, quantó me ei male servientem affligitis.* Patet[k] igitur ex predictis, qualiter beatus Gregorius optime fuit morigeratus. Dicit enim[8]: *Ego verbis prosperari non quero, sed moribus.* Nam

*moribus et vita quisquis vult esse facetus,*
*Me legat et discat que mea musa notat*[9]

Iac. L. Aur. c. 46, 5. — *f. 265b. — ib. 46, 6. — ib. 46, 8. — *f. 265c.

a) Io. *c.* b) *sic* (si n i minutione) *c.;* sine imminutione *Iac. et Greg.* c) *sic c.* d) *sic etiam Iac.;* removete *Ioh., Greg.* e) *signum interrogationis* (~) *hoc loco erasum.* f) os *in loco raso.* g) *sic c. cum Iac.* h) *sic etiam Iac.;* vel damnum *deest Ioh., Greg.* i) *sic etiam Iac.;* summa conf. e. divisa *Ioh., Greg.* k) *penna et atram. mutata.*

1) *Reg. V,* 37; *Jaffé nr.* 1360; *Ioh. diac. III,* 53. 2) *Reg. VIII,* 29; *Jaffé nr.* 1518; *Ioh. diac. III,* 60. 3) *Reg. XI,* 26; *Jaffé nr.* 1816; *Ioh. diac. IV,* 58. 4) *Reg. X,* 16; *Jaffé nr.* 1785; *Ioh. diac. IV,* 78. 5) *Verba* Neque enim — innotesci *non ex epistola Innocentio data, sed ex epistola Iohanni subdiacono directa (Reg. XII,* 6; *Jaffé nr.* 1857), *quam Ioh. diac. eodem capite IV,* 78. *affert, Iacobus descripsit.* 6) *Reg. V,* 6; *Jaffé nr.* 1322; *Ioh. diac. IV,* 64. 7) *Reg. V,* 36; *Jaffé nr.* 1359; *Ioh. diac. IV,* 16. 8) *In epist. Eulogio data, supra p.* 134, *l.* 39. *allata.* 9) *His versibus incipit liber qui vocatur Facetus, qui exstat in codicibus Vaticano* 6966, *Laurentiano XCI, sup.* 11, *aliis; cf. 'N. Archiv' IV, p.* 618; *Hubich in Progr. gymn. Ernestini (Gotha* 1860) *p.* 15.

dixit quidam poeta, et usquequaque non dixit verum, quia multas inmunditias[a]
docuit. Si quis autem vult habere optimos mores, Ecclesiasticum legat et corde
*Petr. Com.* retineat et opere adimpleat, qui non sine causa a Grecis Panarethos appellatur, a
pan, quod est totum, et arethos[b], quod[c] est virtus, quasi liber totus virtuosus[1]. Ideo Ecclesia-
*50, 29–31. sticus dixit XLIX*: *Doctrinam sapientie et discipline scripsit in codice isto Iesus filius Syrach*
*Ierosolimita, qui renovavit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis. Qui*
*ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hec fecerit, ad omnia valebit, quia lux*
*v. 31. *Dei vestigium eius est.* Et LI*: *Apropiate*[d] *ad me indocti et congregate vos in domum disci-*
*f. 265d. †v. 47. *pline* *et cetera usque ad finem libri. Item alibi dicit Eccli. XXIIII†: *Videte, quoniam non*
*solum michi laboravi, sed et omnibus exquirentibus veritatem.* Optimi autem mores sunt,
quando amore summi Dei excelsi is qui habet divitias bene facit pauperibus Christi.
*v. 12. Hoc Ecclesiasticus docuit XXIX*: *Propter mandatum assume pauperem, et propter inopiam*
*eius ne dimittas eum vacuum.* Et multa prosequitur de ista materia Ecclesiasticus ibidem.
*v. 36. 37. Ubi autem hoc mandet Deus, audi Levit. XXV*: *Time Deum tuum, ut vivere possit frater*
*tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram et frugum superabundantiam non ex-*
*v. 4. *iges.* Item Deutero. XV*: *Omnino indigens et mendicus non erit inter vos, ut benedicat tibi*
*v. 11. *Dominus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem*[e]. Et infra*: *Non deerunt pauperes*
*in terra habitationis tue. Idcirco ego precipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi,*
*31, 20. *qui tecum versantur*[f] *in terra.* De hoc laudatur mulier fortis Prover. ultimo*[g]: *Manum*
*suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem.* Merito quidem, quia, sicut ait
*v. 17. sapiens Prover. XIX*: *Feneratur Domino qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddet*
*ei.* Quod patuit in Gregorio, cui dixit angelus, quod ex illa hora, qua argenteos nau-
frago dari fecit, destinavit eum Deus[h] summum pontificem fieri[2]. Dabat enim beatus
*v. 16–18. Gregorius libenter pauperibus. Ideo congruit ei quod de Iob legitur XXXI*: *Si negari*
*quod volebant pauperibus et oculos vidue expectare feci, si comedi bucellam meam solus, et non*
*comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea crevit mecum miseratio et de utero matris mee*
*f. CCLXVIa. ib. v. 19. 20. *egressa est mecum.* — Hoc multum convenit beato *Nicholao. — *Si despexi pretereuntem,*
*eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt michi*
*latera eius, et de velleribus ovium mearum calefactus est.* Hoc multum convenit beato Mar-
tino, qui divisit cum paupere clamidem[3]. Contrarium facit ille, de quo dicitur
*v. 5. Prover. XVII*: *Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius.* De quibusdam etiam Dominus
*v. 12. conqueritur Ys. XXVIII*: *Hec est requies mea: reficite lassum, et hoc est meum refrigerium:*
*v. 13. *et noluerunt audire.* Ideo dicitur Prover. XXI*: *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis,*
*et ipse clamabit et non exaudietur.* Exemplum illius divitis, qui nil dabat egenis, et totus
gule et luxurie deditus erat, nec missam nec evangelium audire volebat. Cumque pro mortuo
presbiteri et clerici *Requiem eternam* cantarent, crucifixus posuit digitos in auriculas suas dicens,
quod nullo modo audiret illum, qui vocem suam audire contempserat. Ideo Tobias docuit
*v. 7–9. filium suum dicens IIII*: *Ex substantia tua fac elemosinam et noli avertere faciem tuam ab ullo*
*paupere,* et multa alia que de elemosina ibi dicuntur. *Ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies*
*Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si*
*exiguum fuerit tibi, etiam exiguum libenter impertiri stude.* Rationem istorum assignat Gre-
Gregorius[i]. gorius dicens[4]: *Dum quelibet necessaria damus indigentibus, non nostra largimur,*
Gregorius[i]. *sed sua illis reddimus.* Idem[5]: *Qui facit elemosinam, non ei dat qui accipit,*

a) ıinditias *c.* b) thos *in loco raso.* c) quod *in marg. a Sal. suppl.* d) *sic c.* e) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* f) *sic c.*; versatur *Vulg.* g) ul't. *c.* h) deus *in marg. a Sal. suppl.* i) G^r. *c.*

1) *Haec ex Petri Comest. Hist. scolast., Hester c.* 8. 2) *Haec ex Iacobi Leg. Aurea c. XLVI,* 6, *ed. Grässe p.* 194. 3) *Ex eadem c. CLXVI* (161), *ed. Grässe p.* 742. 4) *Lib. Regulae pastoralis III,* 21. 5) *Hunc locum non reperi.*

_sed illi cuius amore impendit._ Quod autem dicitur in Iob XXXI*: _Foris non mansit_ *v. 32. _peregrinus, hostium meum viatori patuit,_ *totum[a] hoc adimplevit Gregorius et multi alii; *f. 266b. de quibus habetur in epistola ad Hebre. XIII*: _Caritas fraternitatis maneat in vobis, et_ *v. 1. 2. _hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt[b] quidam, angelis hospitio receptis._ Ideo dicit beatus Petrus prima IIII*: _Hospitales invicem sine murmuratione._ Ex hoc enim *v. 9. Dominus commendabit electos, Mat. XXV*: _Hospes eram, et colle[gistis] me._ Quod *v. 35. autem dicit Ecclesiasticus XIX*, quod _ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur_ *v. 26. _sensatus,_ in hoc concordat alius sapiens, qui dicit Eccle. VIII*: _Sapientia hominis lucet in_ *v. 1. _vultu eius, et potentissimus faciem illius commutabit._ Habui quendam ministrum[1] in ordine fratrum Minorum[c], qui dictus est frater Aldevrandus, et fuit de oppido Flaniani, quod est in episcopatu Imole, de quo frater Albertinus de Verona[2], cuius est 'Sermonum memoria', ludendo dicebat, quod turpem ydeam in Deo habuerat. Habebat enim caput deforme et factum ad modum gálee antiquorum et pilos multos in fronte. Cum autem aliquando in octava epyphanie occurreret sibi inchoanda illa antiphona: _Caput draconis_[3], fratres ridebant, et ipse turbabatur et erubescebat. Ego vero recordabar illius auctoritatis Senece[4]: _Qualem_ Seneca. _putas intus esse animam, cuius extra ymago tam feda est?_

Quod autem dicit Ecclesiasticus XI*: _ne spernas hominem in visu suo,_ optime docet, *v. 2. quia, sicut dícit beatus Augustinus[5]: _multi contempserunt humilem Christum, sed non pervenerunt usque ad altitudinem Christi._ Quare hoc? Ysaias assignat rationem dicens LIII*: *v. 3. _Et quasi absconditus vultus eius et despectus, unde nec reputavimus eum._ Ne autem hoc fiat, Ecclesiasticus XI.* ponit exemplum dicens: _Brevis in volatilibus est apis, et initium dul†coris_ *v. 3. †f. 266c. _habet fructus illius._ Ad[a] idem facit exemplum, quod ponit poeta modernus[6]:

_In tenui calamo mel latitat sepe suave,_
_Et modici fontis temperat unda sitim._

Unde nota, quod in prohibitione superius ab Ecclesiastico* facta, qua dicit: _ne spernas_ *11, 2. _hominem in visu suo,_ fuerunt decepti illi qui contempserunt Alexandrum[7] et Zacheum[8] et beatum Martinum[9] et Constantium mansionarium ecclesie sancti Stephani iuxta Anconitanam civitatem, de quo dicit beatus Gregorius primo Dialogorum[10], quod _erat pusillus valde et exili forma atque despecta,_ et tamen humilitatem habebat altissimam; quod est contra illud, quod consuevit dici[11]:

_Vix humilis parvus, vix longus cum ratione,_
_Vix repperitur homo ruffus sine proditione._

Istius Constantii humilitatem quidam rusticus fuit expertus, qui de eo dixit: 'Ego grandem _Greg. Dial. I, 5._ hominem eum credidi, iste autem de homine nichil habet'. Et ex hoc Constantius non est tur-

a) _penna mutata._ b) latuerunt _Vulg._ c) _manus digito haec demonstrans in marg. adpicta._

1) _Scil. provinciae Bononiensis, ut infra f. 378b. refertur. Ab a._ 1249. _c. Iul. Sal. in conventibus provinciae Minorum Bononiensis, scilicet Ferrariae, Mutinae, Burgi S. Domnini etc., moratus est. A._ 1261. _Aldevrandus iam non minister Bononiensis erat._ 2) _De quo vide infra f. 347a._ 3) _Chevalier, Repert. hymnolog. (Anal. Bolland.) nr._ 2625 _(I, p. 154)._ 4) _Hunc locum in operibus L. Annaei Senecae non reperi._ 5) _Nescio, ubi hoc dixerit._ 6) _Henricus Septimellensis, De divers. fort. et phil. cons. II,_ 209. 210, _Leyser, Hist. poet. p._ 474; _Fabricius, Bibl. Lat. med. et inf. aet. (Florentiae 1858) VI, p._ 670. 7) _Cf. Iuli Valeri Alex. Polemi Res gestae Alex. Maced. I,_ 11. 8) _Luc._ 19, 3: statura pusillus erat _(Zachaeus); cf. ib. v._ 7. 9) _Iacobi Leg. Aurea c. CLXVI_ (161), _ed. Grässe p._ 743: Quidam autem ex episcopis, qui convenerant, eo quod deformis esset habitu et vultu despectabilis, resistebant, _ne Martinus eligeretur episcopus._ 10) _Cap._ 5. 11) _Eosdem versus affert Sal. infra f._ 307a.

*Greg. Dial. I. 5.* batus, sed potius amplexatus et osculatus est rusticum. Ex qua re pensandum est, cuius apud Gregorius[1]. se humilitatis fuit, qui despicientem se rusticum amplius amavit. *Qualis enim quisque apud se lateat, contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus, sic pleramque humiles sua despectione gratulantur. Cumque se et in alienis oculis viles aspiciunt*[a], *idcirco gaudent, quia hoc iudicium confirmare*[b] *intelligunt, quod de se et ipsi apud semetipsos habuerunt.* Iste Constantius tante sanctitatis fuit, sicut ibidem beatus Gregorius narrat, quod loco olei aquam in lampádibus ardére fecit.

Diximus[c] supra[2], quod prelatus ad hoc, ut sit ydoneus et sufficiens, positive debet habere tria, scilicet sapientiam, sanctam vitam et bonos mores. Sapientiam debet *v. 20. †f. 266a. habere, quia, sicut dicit Ecclesiasticus XXI*: *Os prudentis queritur †in ecclesia, et verba* *v. 26. 27. 29. *illius cogitabunt in cordibus suis.* Item Eccli. XXXVII*: *Vir sapiens plebem suam erudit, et fructus sensus illius laudabiles*[d] *sunt. Vir sapiens replebitur benedictionibus, et videntes illum laudabunt. Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen illius erit vivens in eternum.* Item *v. 12. Eccli. XXXIX*: *Collaudabunt multi sapientiam eius, et usque in seculum non delebitur.* Hinc *Yram rex Tyri dixit per litteras, quas miserat Salomoni: 'Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum'. Et addidit dicens: 'Benedictus dominus Deus Israel, qui fecit celum et terram, qui dedit David regi filium sapientem et eruditum et sensatum atque pru-* *v. 11. 12. *dentem, ut edificaret domum Domino et palatium sibi'*, II. Parali. II*. Sanctam[e] vitam Augustinus. debet habere, quia, sicut dicit beatus Augustinus[3]: *Vilissimus computandus est et ab omni cetu fidelium segregandus, nisi precellat scientia et honestate*[f], *qui est dignitate* Beda. *prestantior.* Item Beda[4]: *Non sufficit sacerdoti vota una sine altera, nec sufficit ad ambulandum pes unus sine altero. Mundicia sacerdotis sine sapientia est tamquam ignis, qui evanuit in fumum, et uva, que detumuit*[g] *in acetum. Sapientia enim eius sine mundicia est* Beda. *quasi cibus sine sale et lucerna sine lumine.* Item Beda: *Quomodo potest predicare mundiciam sacerdos immundus aut sapientiam sacerdos ignarus? Quomodo poterit hortator esse viduitatis et castitatis qui fornicationes et coniugia frequentare non timet?* Item Illarius[5]: Illarius. *Exemplaria debent esse sacerdotes*[h] *propter munditiam et sapientiam.* De munditia *Matth. 5, 8. Mal. 2, 7.* dicitur: *Beati mundo corde* et cet. De sapientia dicitur: *Labia sacerdotis custodiant scien-* *f. CCLXVIIa. *tiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* Item Gregorius[6]: Gregorius[i]. *Quomodo potest preses ecclesie auferre malum de medio eius, cum taciturnus sibi respondeat ea commisisse que corripit, et qua libertate populo predicare presumit, cum in* Gregorius[i]. *simile ipse corruerit?* Item Gregorius[7]: *Vulnerato pastore quis curandis ovibus adhibet medicinam?* Item Gregorius[8]: *Quomodo orationis clipeo tuetur populum,* Gregorius[i]. *qui se ictibus hostium nudum prebuit feriendum? Et qualem de se fructum producturus est,* Ambrosius[k]. *cuius radix gravi peste infecta est?* Item Ambrosius[l. 9]: *Scire prelati debent, quia*

a) aspiunt, ci *superscripto corr.* aspiciunt *c.* b) *sic c.:* confirmari *Gregor.* c) *littera initialis maior* D *in loco raso picta, in quo antea simplicem litteram* D *scriptam fuisse patet.* d) fideles *Vulg.* e) *penna mutata.* f) honostate *post corr.* honestate *c.* g) detmuit, u *superscripto corr.* detumuit *c.* h) sacerdoctes, *corr.* sacerdotes c *expuncto c.* i) G'. *c.* k) ab° *c.* l) amb° *c.*

1) *Loco laudato Dial. I, 5.* 2) *F. 258*[b], *p.* 121. 3) *Haec descripsit Sal. ex Decr. Gratiani l. II, C. 1, q. 1, c. 45, ubi ea falso Symmacho papae tributa sunt (cf. Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 760). Augustino haec perperam adscripsit, quia in sequenti capitulo Gratiani* idem Augustinus *laudatur.* 4) *Cum non habeamus editionem operum Bedae indice verborum ac rerum ornatam, supersedi inquirere, ubi sequentes loci legantur.* 5) *Sequentem locum non reperi.* 6) *Haec Sal. desumpsisse videtur ex Gratiani Decr. l. I, Dist. XXV, c. 6, verbis quibusdam transpositis et mutatis, ubi ea non ex Gregorio, sed ex Hieronymi Comment. in Epist. ad Titum (Opera ed. Vallarsius VII, col. 696) allata sunt.* 7) *Registr. IX, 215, MG. Epist. II, p. 202; Jaffé ed. 2. nr. 1744.* 8) *Ibidem.* 9) *Hoc dictum non est Ambrosii, sed Gregorii M., Regula pastor. III, 4, Opera ed. Maur. II, col. 31.*

*tot mortibus digni sunt, quot exempla malorum transmittunt ad posteros.* Item Augustinus[1]: *Meritis prelatorum damnatur adeo*[a] *vita subditorum, quia, dum errata corrigere* Augustinus. *negligunt, seipsos obiciendos ostendunt.* Item Augustinus[2]: *Qui consentit sub-* Augustinus. *iecto in errore et negligit emendare, non est censendus episcopus, sed canis impudicus.* Item Gregorius[3]: *Compassio quippe homini, et rectitudo vitiis debetur, ut in uno eodemque* Gregorius. *homine et diligamus bonum quod factum est et persequamur mala que fecit, ne, dum culpas incaute remittimus, non iam per caritatem compati, sed per negligentiam condescendisse videamur.* Nota, quod Hely fuit amotus a sacerdotio, pro eo quod noverat indigne agere filios suos et non corripuit eos, I. Reg. II. et III. et IIII. Item: *Corripiet me iustus in misericordia et in-* Ps. 140, 5. *crepabit me.* Quod impletum est in Moyse et Iosue, cui Moyses dixit Numeri XI*: *Quid,* *r. 29. *inquit, emularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus spiritum suum.* Item Prover. XXVIII*: *Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis* *r. 23. *quam ille qui per lingue *blandimenta decipit.* Quod patet in Petro et Marco. Nullus ita *f. 267b. expressit peccatum negationis Petri sicut Marcus[4]. Et beatus Petrus postea appellat eum filium suum, dicens prima ultimo*: *Salutat vos ecclesia que est in Babylone coelecta* *5, 13. *et Marcus filius meus.* Ideo[b] dicit sapiens Prover. XVII*: *Plus proficit correctio*[c] *apud pru-* *r. 10. *dentem quam centum plage apud stultum.* De stulto autem et peccatore dicit Ecclesiasticus XXXII*: *Peccator homo vitabit correptionem et secundum voluntatem suam inveniet com-* *r. 21. *parationem.* Item Ysidorus[5]: *Is qui preest, si preter voluntatem Dei vel preter* Ysidorus. *quod in sacris scripturis manifeste et evidenter ostenditur dicit aliquid vel imperat, tamquam falsus testis Dei aut sacrilegus habetur.* Item Ysidorus[6]: *Omnis magister, qui* Ysidorus. *scandalizat discipulos suos malis operibus vel*[d] *exemplis, claudit ante*[e] *eos regnum celorum, nec intrat nec qui volunt intrare permittit.* Item Bernardus[f, 7]: *Quem michi dabis* Bernardus[f]. *de numero prelatorum, qui non magis vigilet marsupiis subditorum evacuandis quam vitiis extirpandis? Utinam sic vigilent ad animarum curam, quam alacres currunt ad cathedram.* Item idem[8]: *Mirum est de clericis, cuius ordinis sint. Nam aliud esse, aliud videri* Bernardus[f]. *volunt. Habitu milites, questu rustici, actu neutrum exhibent. Non enim pugnant ut milites, non laborant ut rustici nec evangelizant ut clerici. Quia ergo nullum secuntur ordinem, erunt ubi nullus erit ordo, sed sempiternus orror inhabitat.* Item Bernardus[f, 9]: *Quicquid est in genere rerum*[g] *delitiosum homini, sibi assumunt clerici. A mulieribus molliciem* Bernardus[f]. *habitus, a mimis ioculatoria verba, a militibus phaleras, a trapecitis pecuniam, a regibus et principibus potestates et honores.* **Et ideo, quia in labore hominum non sunt, cum hominibus* *f. 267c. *non flagellabuntur.* Item Bernardus[f, 10]: *Venient, venient ante tribunal Christi* Bernardus[f].

a) *fort.* a Deo *legendum.* b) *penna mutata.* c) correptio *Vulg.* d) et *expunct., et in marg. a Sal. corr.* ul' *c.* e) an (ante) *a Sal. in marg. suppl.* f) .B'. *c.* g) rerum *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Sequens dictum corruptum videtur esse, quod neque Augustini esse credo neque in libellis Pseudo-Augustinianis reperi.* 2) *Cf. Decr. Gratiani I, Dist. LXXXIII, c.* 2: Episcopus . . . qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quam episcopus; *et eadem fere ib. III, C.* 2, *q.* 7, *c.* 32; *quae modo Augustino modo Gregorio attribuuntur, apud neutrum tamen leguntur.* 3) *Homil. in Evang. II,* 32, *Opera ed. Maur. I, col.* 1589. 4) 14, 66—72. 5) *Haec ex Decr. Gratiani l. II, C. XI, q.* 3, *c.* 101, *ubi ea falso sub nomine Isidori allata sunt.* 6) *Non credo sequentem locum, quem in operibus Isidori non reperi, ab eo scriptum esse.* 7) *In Cantica sermo* 77, § 1. 2, *Opera ed. Mabillon (Parisiis* 1719*) I, col.* 1541. 8) *De consideratione III,* 5, 20, *l. l. I, col.* 440 *sq. Sed verba haud parum differunt a textu edito.* 9) *Eadem fere, sed pleraque verba ab hoc loco laudatis recedentia leguntur in Gaufridi Declamationibus ex sermonibus Bernardi collectis X,* 10—12, *Bern. Opera ed. Mabillon II, col.* 301. 10) *Haec leguntur in Gaufridi Declamat. XVI,* 19, *l. l. II, col.* 305.

*sacerdotes, et tunc audietur populorum accusatio gravis et allegatio dura, quorum vixere stipendiis nec diluére peccata. Duces ceci et fraudulenti mediatores, qui*[1] *nondum reconciliati officium reconciliationis sumpserunt. In veteri Testamento unum solum prophetam invenio equitasse et eum* Bernardus[a]. *a leone devoratum fuisse.* Item Bernardus[a, 2]: *Heu! purpurati saccum predicant, ieiunium splendide epulantes. Olim Hesdras audito, quod manus principum et magistratuum esset in transgressione prima, scidit pallium, sedit merens, clamavit ad Dominum et gemitu suo populum provocavit ad gemitum*[b]. *Sed hodie audito flagitio ridet prelatus. Condam rex Israel transiens per murum cilicio utebatur, hodie prelatus circuit ecclesiam faleratus. Condam pro-* Bernardus[a]. *phete in atriis habitabant, modo prelati palatia sibi edificant.* Item Bernardus[a, 3]: *Res ecclesiarum res pauperum sunt. Sacrilega crudelitate subripiunt, quicquid non domini, sed dispensatores preter necessarium victum et simplicem vestitum suscipiunt.* Item Bernardus[a, 4]: Bernardus[a]. *Plus fulgent calcaria quam altaria, citius inveniuntur in stabulo quam in templo, citius currunt ad coquinam quam ad ecclesiam, ad mensam quam ad missam.* Item Bernar- Bernardus[a]. dus[a, 5]: *Deus se hominibus subdidit, et tu dominare*[c] *gestiens hominibus tuo te* Bernardus[a]. *preponis auctori.* Item idem[6]: *Quotiens hominibus preesse desidero, totiens* Bernardus[a]. *Deum meum preire contendo.* Item idem[7]: *Qui primatum desiderat in terris,* *f. 267d. *confusionem accipiet in celis.* Inde etiam commendatur vere martyr, [de[d] quo dicitur, quod minas iudicum non timuit] nec terrene dignitatis gloriam quesivit. Item Gregorius[e]. Gregorius[8]: *Mirabile est cecum cecis in ducatum suscipere, et mirabilius tales* Bernardus[a]. *cuilibet scienter committere.* Item Bernardus[a, 9]: *Monstruosa res est gradus summus, animus infimus: sedes prima, vita ima; lingua magniloqua, manus ociosa: cultus gravis, actus levis; sermo multus, fructus nullus; ingens auctoritas, nutans stabilitas.* Item Grego- Gregorius[e]. rius[e, 10]: *Turpe nimis est ibi nos negligendo cadere, unde predicando conati sumus* Cassiodorus. *alios levare.* Item Cassiodorus[11]: *Nichil me docere potest, in quo nichil in-* Gregorius[e]. *venio imitandum.* Item Gregorius[e, 12]: *Timere debet qui vult aliis predicare, ne proprio iaculo seipsum percutiat, cum predicatio sine opere contemnatur.* Nota[f], quod plures rationes assignantur, quare Deus Iudam ad apostolatum elegit, [quem[g] sciebat in bono non perseveraturum], quarum V[a] et ultima est, ut non presumamus, si ad dignitates eligimur. Unde Bernardus[a] in epistola ad Coloniensem archiepiscopum[13]: *Si* Bernardus[a]. *tantum qui eliguntur ad ministerium constat eligi ad regnum, securus est talis*[h] *archiepiscopus. Quod si Iudam in sacerdotio et Saulem in regno non legitur reprobasse [nisi*[i]*]* *r. 14. *Deus, timeat necesse est taliter*[k] *archiepiscopus.* Unde valde terribile est illud Mat. XXII*:

a) B˜. *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sic c.* d) de — timuit *in super. marg. alio atram. a Sal. suppl.* e) G˜. *c.* f) *penna mutata.* g) *uncis inclusa a Sal. alio atram. in infer. marg. suppl.* h) Coloniensis *Bern.* i) n̄ (nisi) *in marg. a Sal. suppl.*; legitur elegisse non alius quam ipse Deus *Bern.* k) *sic* (talit) *c.* (*pro* talis); Coloniensis *Bern.*

1) *Haec* (qui — fuisse) *neque in Gaufridi libello neque in operibus Bernardi reperi.* 2) *Sequentem locum in operibus Bernardi non reperi.* 3) *In Gaufridi Declamat. XVII, 20, l. l. II, col.* 306, *haec leguntur, sed multa verba ab hoc loco differunt.* 4) *Verba* Plus — altaria *leguntur In Cant. serm.* 33, § 15, *l. l. I, col.* 1397. *Reliqua neque ibidem neque alibi in operibus Bernardi reperi.* 5) *Nescio, ubi haec dixerit.* 6) *Neque hunc locum, qui iam supra f.* 236[a, b], *p.* 68. *allatus est, in operibus Bernardi reperi.* 7) *Haec fere leguntur in Decr. Gratiani I, Dist. XLVI, c.* 12. *allata ex Pseudo-Crysosth. Opere imperf. in Matth. hom.* 36, *Opera ed. Montfaucon VI, p. CLIII.* 8) *Nescio ubi.* 9) *De considerat. II, 7, Opera ed. Mabillon I, col.* 427. 10) *Homil. in Ezech. II,* 6, 6. *Opera ed. Maur.* (1705) *I, col.* 1366. 11) *Nescio, ubi hoc dixerit.* 12) *Idem locus allatus est infra f.* 388[a], *quem in operibus Gregorii non reperi.* 13) *Epist.* 9, *Opera ed. Mabillon I, col.* 27. *Sed haud pauca immutata sunt verba.*

*F.* CCLX8[a. b]. Ostenditur hic auctoritatibus et exemplis, quod valde insipienter facit, quicumque intromittit se de aliqua prelatione habenda.

---

*Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Item ad Ro. XI*: *Noli altum sapere, sed time.* Item *v. 20.
Bernardus[a] loquens ambitioso[1]: *Age miser, sequere ducem tuum, multiplica* Bernardus[a].
*prebendas, accelera ad archiepiscopatum, ad episcopatum aspira. Paulatim ascendis, sed non paulatim descendes. 'Videbam', inquit, 'Sathan sicut fulgur de celo cadentem'.* Ideo econtra *Luc.* 10, 18.
dicit Seneca[2]: *Redige te ad parva, a quibus cadere non potes.* *Similiter Eccle- Seneca. *f. CCLX8a.
siasticus 29.* utile consilium dat: *Minimum pro magno placeat tibi, et improperium peregri-* *v. 30.
*nationis non audies.* Quod accidit domno Guillielmo de Foliano, qui sub contentione electus fuit in episcopum Reginum cum domno Guiçólo de Albriconibus[3], 1243.
et oportuit eum ire Mantuam occasione partium imperatoris et ecclesie M°CCXLIII°. Idem accidit domno Matheo de Pio, qui, cum esset canonicus Mutinensis ecclesie et dominus ecclesie de Ganacéto, procuravit, ut haberet episcopatum Mutinensem, 1264.
et habuit[4]; et erat homo gibosus et deformiter inclinatus; et provocate sunt partes occasione sui, et expulsa fuit pars imperialis de Mutina[5], ex qua parte ipse erat; et ivit peregrinando per Romagnolam, ut vidi oculis meis apud Ravennam et apud Faventiam et apud Furlivium[6], quando guerra erat ibi validior. Nota, quod valde insipienter facit, quicumque intromittit se de prelatione aliqua habenda, in qua animarum cura committitur, si salva conscientia vitare eam potest. Quod potest probari rationibus et exemplis. Rationibus sic[b]: *Noli[c] laborare, ut diteris, sed prudentie tue pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient sibi pennas quasi aquile et volabunt in celum,* Prover. XXIII*. Item Eccle. VII†: *Quid necesse est homini maiora se* *v. 1. 5. †v. 1.
*querere, cum ignoret, quid conducat sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis sue et tempore, quod velud umbra preteriit[d]?* Ideo dicit Ecclesiasticus III*: *Altiora te ne quesieris* *v. 22.
*et fortiora te ne scrutatus fueris, sed que precepit tibi Deus, cogita illa semper.* *Item *f. 268b.
Eccli. VII*: *Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte exti-* *v. 6.
*mescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate[e] tua.* Item Iudicum VIII*: *Dixerunt* *v. 22. 23.
*omnes viri Israel ad Gedeon: 'Dominare nostri, tu et filius tuus et filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian'. Quibus ille ait: 'Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus'.* Item de Saule habetur, quod, quando querebatur ad dandum sibi regnum, *absconditus est domi,* I. Reg. X*. De sancto Marco dicit Iero- *v. 22.
nimus[7], quod *amputavit sibi pollicem, ut sacerdotio reprobus haberetur.* De sancto Nicholao, qui in episcopum divinitus fuit electus, habetur[8], quod fecit quicquid potuit, ne episcopus fieret. Similiter de sancto Ambrosio, qui et ipse divinitus fuit electus, habetur[9], quod quicquid potuit fecit, ne episcopus fieret, profitendo scilicet philosophyam et fugiendo

a) .B*. *c.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) *penna mutata.* d) *sic c.*; praeterit *Vulg.* e) aequitate *Vulg.*

1) *Haec leguntur in Gaufridi Declamat. ex Bern. XXI,* 25, *Bern. Opera ed. Mabillon II, col.* 307. *Sed multa verba discrepant.* 2) *Nescio, ubi hoc dixerit.* 3) *Cf. infra a.* 1243, *f.* 283[b]; *Alberti Milioli Liber de temp. c.* 246, *p.* 515. 4) *A.* 1264. *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 61. 5) *A.* 1264. *Dec.* 14. *Cf. infra f.* 386[c. d]. *et a.* 1264, *f.* 405[d]. 406[a]; *SS. XXXI, p.* 528, *n.* 5. 6) *Furlivii a.* 1271. *Ian.* 1. *dedicationi ecclesiae Matheus adfuit: cf. Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' XV, p.* 279. 7) *Non apud Hieron. hoc legitur, sed idem dicit Pseudo-Isidorus, De ortu et obitu patrum c.* 54, *Isidori Hispal. opera rec. F. Arevalus VII, p.* 395: Qui post fidem pollicem dicitur amputasse, ut sacerdotio reprobus haberetur, *et inde Sicardus, SS. XXXI, p.* 104. 8) *Iacobi Leg. Aurea c. III,* 2, *ed. Grässe p.* 23. 9) *Ibidem c. LVII* (55), 1, *l. l. p.* 251.

versus Papiam et mulieres publicas hospitium suum introducendo, ut, infamatus propter *v. 2. eas, contemnerent eum et cessarent ab eo. Nec curavit de illa auctoritate Eccle. VII*: *v. 15. *Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa.* Item nec de illa Eccli. XLI*: *Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri magni et pretiosi.* Cumque istis modis non posset vitare, quin vellent eum habere episcopum, abscondit se in possessione cuiusdam sui amici. Item de sancto Gregorio, qui et ipse divinitus fuit electus, habetur in legenda sua[1], quod quicquid potuit fecit, ne summus pontifex fieret. De sancto etiam Amonio Alexandrino habetur[2], quod amputavit sibi ipsi auri- *f. 268c. culas, *ne[a] eum episcopum facerent. Cumque hoc retulissent patriarche, dixit eis: 'Etiam si nasum habuerit amputatum, dabo eum vobis, dummodo litteraturam habeat et fuerit sancte vite'. Reversi sunt ergo ad eum tam clerici quam populares civitatis cuiusdam, rogantes eum ex parte patriarche, ut eorum episcopus fieri dignaretur. Quibus ille respondit: 'Scio, quod propter linguam meam me episcopum vultis habere. Noveritis, quia, nisi quiescatis, amputabo eam, et inutilis ero vobis et aliis'. Et ita dimiserunt eum in pace sua, timentes, ne faceret quod dicebat. Quod quidem, sicut fecerat de auriculis, sic et de lingua fecisset[b]. Erat enim homo magne litterature et sanctissime vite et disertam linguam habebat et multos libros scribebat et solitariam vitam ducebat. Et nota, quod iste sanctus homo fecit sicut facit fibus sive castor, qui cognoscens, quod venatores persecuntur eum propter testiculos eius habendos, redimit se a parte. Dentibus enim evellit sibi testiculos et dimittit eis, et sic permittunt eum evadere[3]. Sed de misero clericunculo, qui voluntarie ad prelationes ascendit et mali- Bernardus[c]. tiose et indigne, dicit beatus Bernardus[c, 4]: *Circuit, circuit sedulus explorator, simulat, dissimulat, manibus et pedibus reptans, si quo modo se possit ingerere in patrimonium* Gregorius[d]. *crucifixi.* Quod non docet beatus Gregorius, immo in Pastorali dicit[5]: *Pollens virtutibus invitus et coactus accedat ad regimen animarum.* Possunt autem ad detestationem huius vitii duo valere exempla. Primo ponamus exemplum domini nostri Iesu *v. 15. Christi, de quo legitur Io. VI*: *Iesus[e] ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent* *f. 268d. *eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Que*rentibus eum ad mortem ipse se ultro obtulit; querentes autem se ad regimen fugit, ut ostenderet, quod quibusdam potius expediret esse mortuos quam esse in loco dignitatis. Hoc ipsum confitentur aliqui nobiles et potentes, quod potius vellent esse leprosi quam esse in statu, *v. 1. 2. in quo sunt. Hoc exemplo utitur apostolus ad Hebre. XII.* dicens: *Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in actorem[f] fidei et consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* De Augustino etiam legitur[6], quod fugiebat ab omni civi- Exemplum. tate, que non habebat episcopum, ne in episcopum caperetur. Invenitur etiam de quodam priore, quod, cum electus esset in episcopum Tornacensem[g] et ab Eugenio papa et ab abbate suo Bernardo cogeretur onus episcopatus subire, ipse prostratus ad pedes abbatis et clericorum, qui eum elegerant, in modum crucis ait: 'Monachus fugitivus, si me eligitis, esse potero, episcopus vero nunquam ero'. Cui laboranti in extremis quidam monachus ei karus assidens ait: 'Kare mi, quia

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) .B˙. *c.* d) .G˙. *c.* e) *sequitur* cum vidisset *expunctum et linea perducta deletum.* f) *sic c. pro* auctorem. g) tornaceū c.

1) *Iacobi Leg. Aurea c. XLVI, 4, l. l. p.* 191. 2) *De Vitis patrum VIII,* 12, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 1103 *sq. Sed Sal. haec e memoria, ut videtur, narrans ab illa relatione in quibusdam recedit.* 3) *Haec ex Isidori Etym. XII,* 2, 21. 4) *Haec leguntur in Gaufridi Declamat. ex Bern. XIII,* 14, *Bernardi Opera ed. Mabillon II, col.* 303. 5) *I,* 9. *Verba Gregorii paulo immutata sunt.* 6) *In Iacobi Leg. Aurea c. CXXIV* (119), *ed. Grässe p.* 554, *Sal. haec legit.*

nunc corpore separamur, oro te, si potes, salva voluntate Dei, statum tuum post mortem michi reveles'. Cui oranti post mortem eius coram altari apparuit in visione Galfredus[1] dicens: 'Ecce assum Galfredus frater tuus'. Cui ille: 'Kare mi, quomodo est tibi?' Cui ille: 'Bene, sed revelatum est michi a sancta trinitate, quod, si promotus essem in episcopum, fuissem de numero reproborum'.

Item retrahere debent miserum clericum et ambitiosum, ne ad prelationes velit ascendere, comminationes, que sibi fiunt a Deo. Dicit enim Deus prelato, cui cura animarum committitur, III. Reg. XX*: *Custodi virum istum. Qui si lapsus fuerit, erit anima* *v. 39.
*tua pro anima eius.* Item Eze. III*: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui* †*Israel. Et* *v. 17. 18. †f. CCLX9ᵃ.
*audies de ore meo verbum et annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: 'Morte morieris', non annuntiaveris ei neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Habet enim ambitiosus clericus, qui prelationes cupit invadere, multa excusationis exempla. Et primo potest se exemplo Moysi excusare. De quo legitur Numeri XII*, quod *erat vir* *v. 3.
*mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Et tamen excusavit se, quando Dominus voluit eum mittere ad Pharaonem et facere ducem populi sui, dicens Exo. IIII*: *v. 10.
*Obsecro, Domine, non sum eloquens. Ab heri et nudiustertius, et ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris lingue sum.* Et in tantum se excusavit, quod Dominus iratus est contra ipsum.

Secundo exemplo Ieremie, quem cum Dominus vellet mittere, excusavit se dicens Iere. I*: *Á, á, á, domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* *v. 6.

Tertio exemplo Ione, qui preoccupavit fugere in Tarsis, ne mitteretur ad dicendum Ninevitis, quod subverterentur. Sciebat enim, quod non faceret hoc Deus, si peniterent, et ipse cum erubescentia remaneret tamquam in mendatio deprehensus. Qui in tantum erubuit, quod noluit amplius in terra sua habitare, ne noti eius hoc ei improperarent. Sed postea impletum est in eo quod propheta predixerat: *Letabitur iustus, cum viderit* Ps. 57, 11.
*vindictam.* Nam submersi sunt processu temporis, postquam reversi sunt ad priora peccata. Ideo dicit Ambrosius[2]: *Novit Deus mutare sententiam, si tu noveris* Ambrosius.
*emendare delictum.* Idem habetur Iere. XVIII*: *Repente loquar adversum gentem et adversum* *v. 7. 8.
*regnum, ut eradicem* ***et destruam et disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa a malo suo,* *f. 269ᵇ.
*quod locutus sum adversum eam, agam et ego penitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.*

Quarto[a] exemplo illius qui dixit Ys. III*: *Non sum medicus, et in domo mea non est* *v. 7.
*panis neque vestimentum. Nolite constituere me principem populi.*

Diximus[b] supra[3], quod prelatus ad hoc, ut sit ydoneus et sufficiens, debet habere sapientiam et sanctam vitam, de quibus iam dictum est. Tertio debet esse bonis moribus adornatus, de quibus nunc dicendum est. Dicit enim Ysidorus[c, 4]: *Sit* Ysidorus.

a) *penna mutata.* b) *littera initialis* D *maior colore nigro et rubro in loco raso picta, in quo antea procul dubio simplex* D *scriptum erat.* c) ysid'. *h. l. c.*

1) *Nusquam alibi quidquam de hac narratione reperire potui nisi pauca in Odonis de Ceritona fab., prol., Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 590. 2) *Expos. evang. Lucae II,* 33, *Opera ed. Maur. (Paris.* 1686*) II, col.* 1292, *quae sententia allata est in Decr. Gratiani l. II, C. XXXIII, q.* 3. *De poen. dist. I, c.* 64. 3) *F.* 258ᵇ. 266ᵈ, *p.* 121. 138. 4) *Synonimorum II,* 43. *Opera ed. Arevalus VI, p.* 508 = *Pseudo-Isidor., De contemptu mundi, Opera ed. du Breul p.* 327: Sit in ingressu tuo simplicitas . . . nihil levitatis in incessu tuo appareat. *In altero libello sequitur:* Non prebeas de te aliis spectaculum, non des de te aliis obtrectandi locum.

---

*ingressus tuus simplicitas, nichil levitatis in incessu tuo appareat. Incessus tuus alterius oculos non offendat.* Imitetur autem prelatus illum David, cuius[a] commendatur mansuetudo:
Ps. 131, 1. *Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius.* Nam *in mansuetudine suscipitur*[b] *in-*
*v. 21. *situm verbum, quod potest salvare animas* nostras[c], Iacobi I*. Et ideo precipitur auditori
*v. 13. verbi Dei, ut mansuetudinem habeat, si intelligere vult, Eccli. V*: *Esto mansuetus ad audiendum verbum* Dei, *ut intelligas, et cum sapientia proferes*[d] *responsum verum.* De man-
Ps. 89, 10. suetudine dicit propheta: *Quoniam supervenit mansuetudo, et corripiemur.* Unde Augustinus[1]:
Augustinus. *Sive plectendo sive ignoscendo, hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur.* Aliquis vero maledictus prelatus, nisi malitiose insurgat contra subditum et furibunde et indignabunde ei precipiat, non credit, quod possit eum sub dominio suo tenere, et quicquid ei precipit, rationabiliter precipere credit iuxta illud[2]:

*Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.* Versus.

Qualis autem debeat esse prelatus, subsequentibus versibus demonstratur:

*Prelatus mitis, affabilis atque benignus* Versus.
*f. 269c. **Sit patiens, iustus, sit dulcis compatiensque.*
*Ut crimen proprium celet peccata reorum.*
*Sit piger ad penas, sit velox ad miserendum*
*Et doleat, quotiens facit illum culpa ferocem.*
*Infundat mulcens oleum vinumque flagellans.*
*Nunc virgam patris, nunc ϵxerat ubera matris.*
*Sibilet et cantet, stimulet, cum cogit, oportet*[e].

Nota, quod tria debet habere qui populis preest, scilicet intellectum, sermonem et vitam
*v. 14. 15. honestam. De intellectu dicit Ecclesiasticus V*: *Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subversio est ipsius.* Qui intel-
Ps. 118, 34. lectum non habet, petat a Deo, sicut fecit propheta, qui dixit: *Da michi intellectum, et*
ib. v. 73. *scrutabor legem tuam et custodiam illam in toto corde meo.* Item: *Da michi intellectum, ut discam mandata tua.* Et quia humiliter et utiliter petiit, ideo Dominus curialiter et
ib. v. 100. abundanter dedit iuxta illud quod confitetur: *Super senes intellexi.* Que fuit causa? Quia
Ps. 50, 8. Ps. 15, 7. *incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.* Et ideo *benedicam Dominum, qui tribuit*
*v. 12. *michi intellectum.* Item Prover. IX*: *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor,*
*v. 32. *solus portabis malum.* Item Eccli. III*: *Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis et*
*v. 12. 13. *in operibus iustitie successus habebit.* Item Eccli. IIII*: *Sapientia filiis suis vitam inspirat et suscipit exquirentes se, et preibit in via iustitie. Et qui illam diligit, diligit vitam* et cet.
Bernardus[f]. Bernardus[g, 3]: *Si sapiens fueris, deest tibi ad sapientiam, si tibi ipsi non*
Bernardus[f]. *fueris.* Item Bernardus[f, 4]: *Homo litteratus et non morigeratus est inimicus Dei armatus.*

*v. 19. 20. De sermone dicit apostolus ad Ephe. VI*: *Orate*[h] *pro me, ut detur michi sermo in*
*f. 269d. *apertione oris mei, cum fi*ducia notum facere ministerium*[i] *evangelii, pro quo legatione fungor*

a) i'(ius) *in loco raso.* b) suscipite *Vulg.* c) vestras *Vulg.* d) proferas *Vulg.* e) cog opꝫ *c.* f) .B'. g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) orantes *Vulg. v.* 18. i) misteriu *c.*; mysterium *Vulg.*

1) *Epist. CLIII,* § 19, *Opera ed. Maur. (Venetiis* 1729*) II, col.* 531. 2) *Iuvenalis Sat. VI,* 223. 3) *De consideratione II,* 3, *Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 423. 4) *Nescio, ubi sequentia dixerit.*

*F.* CCLXX[a]. Exemplum de Cassio Narniensi episcopo, de quo dicit Gregorius[a] III[o] Dialogorum libro. Inde Dominus ait Io. VII*: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iuditium iudicate.* *v. 24.
*F.* 270[b]. De verbis Augustini contra detractores.

---

*in catena, ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.* Item II[a] ad Thessa. III*. *Decetero,* *v. 1. 2.
*fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat et clarificetur sicut et apud vos, et ut liberemur*
*ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides.*
De vita autem honesta sciendum est, quod faciliter potest homo maculare vitam
suam, *quia,* ut dicit apostolus I. ad Cor. V*, *modicum fermentum totam massam corrumpit.* *v. 6.
Ille etiam qui *in electis imponit*[b] *maculam,* hoc libenter procurat. Nam *bona in mala con-*
*vertens insidiatur,* ut habetur Eccli. XI*. Nam scriptum est de eo, quod *semper interficere* *v. 33.
*gentes non parcet,* Aba. I*. Callide enim insidiatur nobis[1], I. Reg. 23†. *Non enim igno-* *v. 17. †v. 22.
*ramus cogitationes eius,* II. ad Cor. II*. Ipse enim adversarius noster *diabolus tamquam* *v. 11.
*leo rugiens circuit, querens quem devoret,* I. Petri V*. *Cui resistite fortes in fide,* dicit Petrus[c], *v. 8. 9.
*scientes eamdem passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri.* Quasi diceret: Non
estis soli, qui ab eo temptamini. Et ideo viriliter resistamus nec *inferamus crimen glorie*
*nostre,* I. Macha. IX*. Nam[d] facilius est destruere quam construere, et citius mun- *v. 10.
danus homo et animalis et carnalis sumit malum exemplum quam bonum; quod duobus
exemplis possumus demonstrare. Et primo in Cassio episcopo Narniensi, de quo refert
Gregorius III. Dialogorum[2] hoc modo[e]: *Eodem namque Gothorum tempore, cum* Gregorius[f].
*prefatus rex Tótila Narniis venisset, ei vir vite venerabilis Cassius, eius urbis episcopus, occurrit. Cui*
*quia ex consparsione semper facies rubere consueverat, hoc rex Tótila non consparsionis esse credidit,*
**sed assidue potationis, eumque omnino despexit. Sed omnipotens Deus, ut, quantus vir esset, qui despi-* *f. CCLXX[a].
*ciebatur, ostenderet, in Narniensi campo, quo rex advenerat, malignus spiritus coram omni exercitu eius*
*spatarium invasit eumque vexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad venerandum virum Cas-*
*sium fuisset adductus, hunc ab eo vir Domini, oratione facta, signo crucis expulit. Qui in eum ingredi*
*ulterius non presumpsit. Sicque factum est, ut rex barbarus servum Dei ab illo iam die veneraretur ex*
*corde, quem despectum valde iudicabat ex facie. Nam quia virum tante virtutis vidit, erga eum illa mens*
*éffera ab elationis fastu detumuit.* Nota[d], quod isti regi Tótile non profuit quod Ecclesia-
sticus docet XI*: *Ne spernas hominem in visu suo.* Profuit autem ei quod Ysaias dixerat *v. 2.
XXVIII*: *Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.* Nota etiam, quod proni *v. 19.
sunt mali homines ad infamandum bonos et libenter ponunt *maculam in electis.* Et ideo Eccli. 11, 33.
dicit beatus Augustinus[g, 3]: *Quod enim ait apostolus: 'Spectaculum facti sumus* Augustinus. 1. Cor. 4, 9.
*mundo et angelis et hominibus', qui nos amant, querunt, quid laudent in nobis, qui autem nos*
*oderunt, detrahunt nobis. Nos autem in utroque medio constituti adiuvante domino Deo nostro*
*et vitam nostram et famam sic custodire debemus, ut non erubescant de detractoribus lauda-*
*tores.* Item Augustinus ad Felicem et Ýllarum[4]: *Quid mirum, si homines* Augustinus.
*servis Dei detrahunt, et quia eorum vitam pervertere non possunt, famam decolorare conantur,*
*cum ipsum Deum et dominum eorum cotidie blasphemare non cessent, cum eis displicet quicquid*
*contra eorum vo*luntatem iusto et occulto iuditio facit?* Item ad clerum ecclesie Ypo- *f. 270[b].
nensis[5]: *Quem diabolus non potest devorare seductum ad nequiciam, famam ipsius inquinare*

a) g*gri9 *c.* b) imponet *Vulg.* c) dicit Petrus *a Sal. in marg. suppl.* d) *penna mutata.*
e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) .G*. *c.* g) a9 *c., in marg.* aug9 *ut plerumque.*

1) I. *Reg.* 23, 22: quod callide insidier ei. 2) *Cap.* 6, *SS. Langob. p.* 530 *sq.*
3) *Non ab Augustino sequentem locum scriptum esse opinor, quem in operibus eius non reperi.*
4) *Epist. LXXVII, Opera ed. Maur. (Venetiis* 1729) *II, col.* 181 *sq.* 5) *Epist. LXXVIII,*
§ 5, *ibid. col.* 184.

*F.* 270[c]. De Isaac, qui habuit gratiam ad cognoscendum futura, et tamen propter aliquam levitatem contemptibilis videbatur.

*F.* 270[d]. Quod aliqui huiusmodi levitates diversis respectibus habent.

---

*conatur, ut, si fieri potest, opprobriis hominum et malarum linguarum detractione deficiat et in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei persuadere temptat, ut per malivolas suspitiones de fratre suo videlicet*[a], *et sic ab illo implicatus absorbeatur. In*[1] Ps. 68, 13. *persona corporis Christi tantó ante predictum est: 'Adversus me insultabant qui sedebant in porta'.* Et infra[2]: *Ad quid enim aliud sedent isti et quid aliud captant, nisi ut, quisquis episcopus vel clericus vel monachus vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari? Et tamen etiam ipsi, cum aliqua maritata invenitur adultera, nec proiciunt uxores suas nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis vel falsi sonuerit vel iuri*[b] *patuerit, instant, sattagunt*[c], *ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. Nos*[d] *ergo de nostris*[e] *doloribus suavitatem sue male lingue captantes, facile est, ut illos canibus comparemus, si forte in malo intelligendi sunt, qui lingebant vulnera pauperis illius,* Augustinus. *qui ante ianuam divitis iacebat.* Idem[3]: *Orate quidem pro me, ne forte aliis predicans ipse reprobus inveniar. Verumtamen, cum gloriamini, non in me, sed in Domino gloriemini. Quantumlibet enim vigilet disciplina domus mee, homo sum et inter homines vivo, nec michi arrogare audeo, ut domus mea melior sit quam archa Noe, ubi tamen inter octo* *f. 270c. Gen. 21, 10. *homines reprobus unus inventus est, aut*[f] *melior sit quam domus Abrahe, *ubi dictum est: 'Eice ancillam et filium eius', aut*[f] *melior sit quam domus Ysaac, cui*[g] *de duobus geminis dictum* Mal. 1, 2. 3. *est: 'Iacob dilexi, Esau autem odio habui'.* Et infra[4]: *Simpliciter fateor caritati vestre: Quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores quam qui in monasteriis ceciderunt. Quapropter etsi contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite etiam*[h] *propter amurcam, qua oculi vestri offenduntur, torcularia detestari, unde apothece dominice fructu olei luminosioris implentur.*

Nunc de Ysaac[5] est dicendum, qui de Syrie partibus ad Ytaliam veniens habitavit iuxta Spolitinam urbem. Hic habuit gratiam a cibis abstinendi sive gratiam ieiunandi, orandi, temporalia contemnendi et futura predicendi, ita ut de eo posset dici illud *v. 8. Sap. VIII*: *Scit preterita et de futuris extimat*[c]. Hic itaque cum tot virtutibus esset preditus, id est excellens et summus et adornatus, unam levitatem habebat, per quam ab ignotis levis persona poterat iudicari. Nam vultus eius faciliter ad letitiam solvebatur, et nimis libenter ridebat. Sic in ordine meo, qui est ordo beati Francisci et fratrum Minorum, vidi aliquos lectores optime litteratos et magne sanctitatis, et tamen aliquam merditatem habent, per quam leves persone iudicantur ab aliis; libenter enim ludunt cum murilego vel cum cátulo vel cum avicula aliqua, [sed[i] non] sicut beatus Franciscus cum fasiáno et cicáda ludebat et delectabatur in Domino[6]. Unde sciendum est, quod[k] aliqui faciunt huiusmodi levitates diversis respectibus. Quidam enim ideo talia faciunt, quia habent cor vanum. De quibus dicitur *v. 5. Ps. 77, 33. Iere. II*: *Ambulaverunt post vanitatem et vani facti sunt.* Quia *defe†cerunt in vanitate dies* †f. 270d. *eorum, et anni eorum cum festinatione.* Secundo ideo aliqui faciunt huiusmodi levitates,

a) *sic* (uidelȝ) *c.;* iudicet *August.* b) veri *August.* c) *sic c.* d) Hos *August.* e) *penna mutata.* f) Aut *cum maiore littera* A *c.* g) cuius *August.* h) ergo *August.* i) sed non *post a Sal. in marg. suppl.* k) quod *a Sal. superscr.*

1) *Ibid.* § 6, *col.* 185. 2) *Ibid.* 3) *Ibid.* § 8, *col.* 186. 4) *Ibid.* § 9, *col.* 186. 5) *De quo Gregorius M., Dial. III,* 14. *narrat quae hoc loco dicuntur. Sed Sal. Gregorii verba, quae infra integra exhibet, hoc loco mutavit.* 6) *Cf. Leg. Francisci auct. Bonaventura cap. VIII,* 9. 10, *Bonav. Opera ed. Peltier XIV, p.* 322.

ut a se tristitiam removeant. Nam, ut dicit sapiens in Prover.*: *in merore animi*[a] *deicitur* *15, 13. *spiritus*, et iterum XII*: *Meror in corde iusti — [vel*[b] *viri] — humiliabit eum, et sermone* *v. 25. *bono letificabitur.* Item Prover. XXIIII*: *Si desperaveris lapsus*[c] *in die angustie, imminuetur* *v. 10. *fortitudo tua.* Sed audi remedium Prover. XVII*: *Animus gaudens etatem floridam facit,* *v. 22. *spiritus tristis exsiccat ossa.* Item Eccli. XXX*: *Tristitiam non des anime tue et non affligas* *v. 22—25. *temetipsum in consilio tuo. Iocunditas cordis hec est vita hominis et thesaurus sine defectione sanctitatis, et exultatio viri est longevitas. Tristitiam longe expelle*[d] *a te. Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa.* Ideo docet poeta[1]:

*Interpone tuis interdum gaudia curis.*

Tertio[e] aliqui fatiunt huiusmodi levitates ex permissione divina, ut patet in isto Ysáác, de quo incepimus dicere, et de quo beatus Gregorius in tertio Dialogorum[2] taliter narrat[f]: *'Hic itaque cum virtute abstinentie, contemptu rerum transeuntium, prophetie spiritu, orationis intensione*[g] *esset incomparabiliter préditus, unum erat, quod in eo reprehensibile esse videbatur, quia non nunquam tanta ei letitia inerat, ut, in*[h] *illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus, nullo modo crederetur'. Petrus*[f]*: 'Quidnam, queso te, hoc esse dicimus? Sponte sibi leticie frena laxabat, an tot virtutibus pollens aliquando ad presens gaudium etiam renítens eius animus trahebatur?' Gregorius: 'Magna est, Petre, omnipotentis Dei dispensatio, et plerumque cóntigit*[i]*, ut, quibus maiora bona prestat, quedam minora non tribuat, ut semper eorum animus habeat, unde *se ipse reprehendat, quatinus, dum appetunt perfecti esse nec possunt* *f. CCLXXI[a]. *et laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen elaborando prevalent, in his que accepta habent se minime extollant, sed discant, quia ex semetipsis maiora bona non habent, qui in semetipsis vincere parva vitia atque extrema non possunt. Hinc est enim, quod perducto Dominus ad terram promissionis populo, cunctos fortes atque prepotentes adversarios eius extinguens, Phylisteos atque Chananeos diutius reservavit, ut, sicut scriptum est, in eis experiretur Israel. Quia non nunquam, ut dictum est, eis etiam, quibus magna dona tribuit, parva quedam reprehensibilia relinquit, ut semper habeant, contra quod bellum gerant, et devictis magnis hostibus mentem non erigant, quando eos adhuc adversarii etiam minimi fatigant. Fit itaque, ut miro modo una eademque mens et virtute polleat et ex infirmitate lasescat*[k]*, quatinus*[l] *et ex parte constructa sit et ex parte se conspiciat esse destructam, ut per bonum, quod querit et habere non valet, illud servet humiliter quod habet*[f]*. Sed quid mirum, quod hoc de homine dicimus, quando illa superna regio in civibus suis ex parte damna pertulit et ex parte fortiter stetit, ut electi angelorum spiritus, dum alios per superbiam cecidisse conspicerent, ipsi tantó robustius, quantó humilius starent? Illi ergo regioni sua etiam detrimenta profecerunt, que ad eternitatis statum ex parte sue destructionis est solidius instructa*[f]*. Sic ergo et in unaquaque anima agitur, ut in humilitatis custodia aliquando ad lucra maxima ex nimio* — sive **ex minimo*[m] — *damno servetur'. Petrus: 'Placet quod dicis'.* Item *f. 271[b]. ad hunc sensum reducit beatus Augustinus verbum quod dicit[3], quando rogat hominem, *ne frangatur in difficultatibus rerum, que necesse est existant, ut ostendatur* | Augustinus. *homini, quia homo est.* Hinc propheta ait: *Sciant gentes, quoniam homines sunt.* Item Eccle- Ps. 9, 21. siastes I*: *Cuncte res difficiles, non potest eas homo explicare sermone.* Item Ecclesiastes VII†: *v. 8. †v. 24. 25. *Cuncta temptavi in sapientia, dixi: 'sapiens efficiar', et ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat. Et alta profunditas, quis inveniet eam?* Item Eccle. VIII*: *Intellexi, quod* *v. 17. *omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum que fiunt sub sole. Et quantó plus laboraverit ad querendum, tantó minus inveniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit repperire.* Item Sap. IX*: *Difficile estimamus que in terra sunt, et que in prospectu* *v. 16. *sunt invenimus cum labore. Que autem in celis sunt, quis investigabit?* Item Eccli. XVII*: *v. 29. *Nec enim omnia possunt esse in hominibus.* Nota[n], quantum ad istam materiam pertinet, quod aliquando permittit Deus aliquam merditatem inesse alicui misero et avaro propter miseriam et avaritiam et merditatem suam, quia dignus est, ut talia patiatur. Ideo dicit

a) aīe (e *erasum*) *c.* b) vel viri *alio atram. a Sal. in marg. suppl.; Vulg. habet* viri. c) lassus *Vulg.* d) repelle *Vulg.* e) to *in loco raso.* f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* g) *sic c.;* intentione *Greg.* h) in *delendum.* i) *sic* (ꝯtigit) *c.;* contingit *Greg.* k) *sic c.* l) q⁹ *c.* m) *sic habet Gregor.;* nimio *falsa est lectio.* n) *penna mutata.*

1) *Cato, Dist. III, 7. Quod dictum iam supra f. 220[c], p. 31, a Sal. usurpatum est.* 2) *Cap. 14.* 3) *Sermo 351. de poenitentia, § 4, Opera ed. Maur. (Venetiis 1731) V, col. 1354.*

*F.* 271c. De duobus qui se stultos simulaverunt sancta intentione, ne vanam gloriam incurrere possent.

---

*v. 10. Ecclesiastes V*: *Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis?* Item Eccle- *v. 1. 2. siastes VI*: *Est et aliud malum, quod vidi sub sole, et quidem frequens apud homines. Vir, cui dedit Deus divitias et substantiam et honorem, et nichil deest anime sue ex omnibus que desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.* *v. 26. *Hoc vanitas et magna miseria est.* Item Eccle. II*: *Homini bono in conspectu suo dedit Deus*[a] *f. 271c. *sapientiam *et scientiam et letitiam, peccatori autem dedit afflictionem et curam superfluam, ut addat et congreget et tradat ei qui placuit Deo. Sed et hoc vanitas et cassa sollicitudo mentis.* *v. 18—21. Item Eccle. II*: *Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboravi, habiturus heredem post me, quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit, et dominabitur in laboribus meis, quibus desudavi et sollicitus fui. Et est quicquam tam vanum? Unde cessavi, renuntiavitque cor meum ultra laborare sub sole. Nam cum alius laboret in sapientia et doctrina et sollicitudine*[b]*, homini otioso quesita dimittit*[c]*. Et hoc ergo vanitas et magnum malum.* Ad litteram hoc vidi frequenter in diebus meis, quia aliqui congregant divitias et nullam utilitatem inde consecuntur, et alii superveniunt, qui dissippant[d] illas. Ideo dicit Eccle- *v. 15. 16. siasticus XIIII*: *Nonne aliis relinques dolores et labores tuos?*[e] *In divisione sortis da et accipe et iustifica animam tuam.*

Quarto et ultimo aliqui faciunt huiusmodi levitates [1] ex industria, ut fatui reputentur, ne vanam gloriam incurrant et laudem humanam ex bonis operibus, que fecerunt. *v. 18. 19. Ideo dicit apostolus I. ad Cor. III*: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est* *v. 13. †v. 14. *enim: 'Comprehendam sapientes in astutias*[f] *eorum'.* Hoc habetur Iob V*; et Ys. XXIX†: *Peribit sapientia a sapientibus eius, et intellectus prudentium eius abscondetur.* Sed de hac *f. 271d. materia ponamus duo exempla. Et sit primum illius sancti patris [2], qui cum esset *magne sanctitatis et magni nominis, ob quam causam iudex provintie cum tota familia sua veniebat ad videndum eum, dixerunt ei discipuli sui: 'Honeste te habeas, pater, quia iudex istius provintie te videre desiderat'. Quibus ipse respondit: 'Benedicamini, filii, a summo Deo, quia bene dixistis'. Et indutus sacco sedit super hostium celle et cepit comedere panem et caseum prima hora diei in sexta feria, ac si esset puerulus, nec iudici venienti assurgere voluit. Quod cum iudex vidisset[g], contempsit eum et recessit ab eo indignatus dicens: 'Est iste ille heremita, de quo mirabilia multa audivi? Magis videtur fatuus quam vir sapiens'. Audientes hoc discipuli[h] erubuerunt et dixerunt patri suo: 'Pater, peccasti, quia et malum exemplum dedisti et te fatuum reputari fecisti'. Quibus ipse respondit: 'Ideo taliter feci, filii, ut me fatuum reputaret et ad me visitandum amplius non veniret'. Alia vice [3] quidam secularis rogavit quendam sanctum patrem, cui devotus erat, ut amore Dei et sui ingrederetur civitatem et iret ad domum

a) deus *in loco raso.* b) *sequitur* ⁊ (et) *expunctum.* c) dimittet *corr.* dimittit *c.* d) *sic c.* e) *hoc loco signum interrogationis in c., sequente maiore littera* I *nec distinctum est inter* sortis da. f) *sic c.;* astutia *Vulg.* g) iu|disset, dex ui *in marg. a Sal. suppl. c.* h) *penna mutata.*

1) *Cf. supra f.* 270c, *p.* 146, *l.* 37 *sq.* 2) *Simonis. Sequentia leguntur in Vitis patrum V,* 8, 18. *et VII,* 12, 8, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 908. 1035. *Sed Sal. e memoria haec aliis verbis et fusius narravit. Odo de Ceritona, Parabolae c.* 91, *Hervieux, 'Les fabulistes Latins' IV, p.* 300, *haec de Moyse abbate narravit.* 3) *Sequentia quoque relata in Vitis patrum VII,* 12, 7, *l. l. LXXIII, col.* 1035, *Sal. e memoria narravit. Cf. Odo de Ceritona c.* 90, *l. l. p.* 300.

*F.* CCLXXII[a]. Consulitur prelato, qui aliis ponitur in exemplum, quod a levitatibus abstineat quantum potest.

*F.* 272[b]. De levitate cuiusdam archiepiscopi, que imitanda[a] non est.

---

eius et orationem faceret super filium eius, qui infirmabatur[b]. Quod cum promisisset libenter facturum, precessit secularis et congregavit amicos et vicinos, volens cum eis occurrere sancto patri ad honorandum ipsum. Quos cum de civitate exire vidisset, erubuit et timuit, ne vana gloria sibi surréperet. Ibat enim solus per viam, que erat iuxta fluvium. Et totaliter denudans se cepit in flumine vestimentum suum lavare. Quod videns secularis ille, qui alios ducebat, erubuit et sociis *dixit: 'Revertamur in civitatem, *f. CCLXXII[a]. quia ille sanctus pater, ad quem ducebam vos, modo sani capitis non videtur'. Et reversi sunt[c]. Postea invenit eum in cella sua et dixit ei: 'Pater, quare te fatuum reputari fecisti?' Cui ille respondit: 'Fili, studiose hoc feci, ut fatuus reputarer, quia cum turba hominum veniebas, qui michi vanam gloriam intulissent. Sed eamus modo nos duo silenter ad filium tuum visitandum, quia scriptura dicit Eccli. VII*: *Non te pigeat* *v. 39. *visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis.* Et iterum Iob V*: *Visitans speciem* *v. 24. *tuam non peccabis*'. Cumque ibi fuissent, imposita manu super puerum et fusa a sancto patre oratione ad Deum, statim puer pristine restitutus est sospitati iuxta verbum quod scriptum est Mar. ultimo*: *Super egros*[d] *manus imponent, et bene habebunt.* Item nota, *16, 18. quod isti duo patres impleverunt quod docet poeta[1]:

*Stultitiam simulare loco prudentia summa est.* Versus.

Quod etiam David fecisse dignoscitur, quando simulavit se stultum coram Achis et servis suis, et hac cautela periculum mortis evasit, 1. Reg. XXI.

Consulimus[e] itaque prelato, qui aliis ponitur in exemplum, ut a levitatibus abstineat quantum potest, et si levitatibus usus fuit, quando fuit persona privata, eas factus prelatus omnino dimittat; sicut fecit quidam, quem monachi cuiusdam monasterii post decessum abbatis sui elegerunt in abbatem tamquam monachum magis omnibus dissolutum, sperantes sub eo remissius vivere. Cum autem factus fuisset abbas, regulam et statuta maiorum fecit nobiliter *observari. Cumque *f. 272[b]. monachi plus solito gravarentur, abbati suo dixerunt: 'Ideo te elegimus in abbatem, quia speramus[f] sub tuo dominio complere desideria cordis[2] nostri, tu autem in virum alium mutatus vidéris. Que sit ergo causa mutationis tue, per te cognoscatur a nobis'. Quibus ille respondit: 'Filii mei, *hec* est *mutatio dextere excelsi.* Ps. 76, 11. *Deus* enim *mollivit cor meum, et omnipotens conturbavit me,* Iob XXIII*. Nam prius, *v. 16. cum essem persona privata, non habebam reddere rationem Deo nisi de anima mea iuxta verbum quod scriptum est Ro. XIIII*: *Unusquisque pro se rationem* *v. 12. *reddet Deo.* Nunc autem et pro me et pro vobis rationem Deo sum redditurus iuxta verbum quod scriptum est Luc. XVI*: *Redde rationem villicationis tue.* Et *v. 2. ideo, filii karissimi, apostolus precipit ad Hebre. ultimo*[g]: *Obedite prepositis vestris* *13, 17. *et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis*'. Sunt autem non nulli, qui ita faciunt levitates, quando sunt prelati, sicut faciebant

a) imitada *radendo corr.* imitada *c.* b) infirmatur, ba *a Sal. superscripto corr.* infirmabatur *c.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) egreos, e *expuncto corr.* egros *c.* e) Cosulumus *c., penna mutata.* f) *sic c., quod perperam pro* speravimus *scriptum videtur.* g) ul't. *c. saepe.*

1) *Cato, Dist. II,* 18. 2) *Ps.* 80, 13: secundum desideria cordis eorum; *Rom.* 1, 24: in desideria cordis eorum.

*F.* 272[d]. Quod prelatus debet carere tribus, scilicet iracundia[a], avaritia et superbia.

---

prius, quando erant persone private. Qualis fuit sanctus Lupus archiepiscopus
*Iac. L. Aur. c.* 128. Senonensis, de quo sic legitur[1]: *Cum autem omnes de curia sibi vehementer detraherent, quod*
*virginem Dei, filiam predecessoris sui, nimis inmoderate amaret, coram detrahentibus ipsam virginem*
*apprehendens osculatus est eam, dicens: 'Nichil nocent homini verba aliena, quem propria non maculat*
*conscientia'. Quia enim ipsam Deum ardenter amare cognoverat, eam mente purissima diligebat.* Sed
*v. 11. †*f.* 272[e]. dicitur in Prover. XXVI*: *Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic* †*imprudens qui*
*iterat stultitiam suam.* Quantum ergo ad istam materiam pertinet, faciendum est quod
docet beatus Franciscus. Dicit enim[2]: *Bonum est multa dimittere, ne ledatur opinio. Non*
*v.* 31. *enim omnia omnibus expediunt, et non omni anime omne genus placet,* Eccli. XXXVII*. Ideo
**v.* 12. †*v.* 23. dicit apostolus I. Cor. VI*: *Omnia michi licent, sed non omnia expediunt.* Item infra X†:
**v.* 11. *Omnia licent, sed non omnia ediffican*t[b]. Ideo dicit I. Cor. XIII*: *Cum essem parvulus,*
*loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: quando autem factus sum*
*vir, evacuavi que erant parvuli.* Nota, quod in Pontificali Ravenne[3] frequenter legi,
quod quidam archiepiscopus Ravennás[4] ad tantam devenerat senectutem, quod verba
puerilia loquebatur. Nam factus fuerat cum puero puer. Cumque Magnus Karolus
imperator venturus esset Ravennam et cum eo pransurus, rogaverunt eum clerici sui, ut
propter honestatem ostendendam et bonum exemplum dandum coram magno imperatore
a levitatibus abstineret. Quibus ipse dixit: 'Bene dicitis, filii, bene; et ego ita faciam'.
Cumque iuxta se sederent ad mensam, tetigit familiariter archiepiscopus manu sua sca-
pulas Karoli dicens: 'Pappa, pappá[c], domne imperator!' Cum autem imperator quereret
ab astantibus, quid diceret, dixerunt ei, quod 'pre nimia senectute modo puerili invitat[d]
*Ioh.* 1, 47. [vos[e]] ad comedendum'. Tunc imperator álacri vultu amplexatus est eum dicens: *Ecce*
*vere Israelita, in quo dolus non est.* Non tale iuditium de Iohanne evangelista quidam
*Iac. L. Aur. c.* 9. habuit adolescens, dum cum avicula lúderet sicut puer. De quo sic habetur[f, 5]: *Cum*
**f.* 272[d]. *avis que perdix dicitur viva beato *Iohanni*[g] *a quodam oblata fuisset, et ille eam quasi demulcendo tangeret*
*et contrectaret, quidam adolescens hoc videns ad coevos suos ridendo dixit: 'Videte, quomodo ille senex cum*
*avicula sicut puer ludit'. Quod beatus Iohannes*[g] *per spiritum cognoscens iuvenem ad se vocavit et, quid*
*in manu teneret, requisivit. Cui cum se arcum tenere diceret, ait: 'Quid inde facis?' Et iuvenis: 'Aves*
*inde ac bestias sagittamus'. Cui apostolus: 'Qualiter?' Tunc iuvenis cepit tendere arcum et tensum in*
*manu tenere. Sed cum nichil ei apostolus diceret, iuvenis arcum distendit. Cui Iohannes*[g]*: 'Quare, fili,*
*arcum distendisti?' Cui iuvenis: 'Quia, si diutius tenderetur, ad iacienda iacula infirmior redderetur'.*
*Et apostolus ad hec: 'Sic et humana fragilitas ad contemplationem minus valida fieret, si semper in suo*
*rigore persistens fragilitati sue interdum condescendere recusaret. Nam et aquila cunctis avibus celsius*
*volat et solem clarius conspicit, et tamen nature necessitate ad ima descendit. Sic et humanus animus,*
*cum se modicum a contemplatione retrahit, crebra innovatione ardentius ad celestia tendit'.* Quasi
simile exemplum habetur in Vita sancti Antonii de quodam sagittario[6]. Versus:

*Fortius ut feriat, fortis*[h] *distenditur arcus.*

Redeamus ad cursum nostrum.

a) iraɔdia *c.* b) *sic c.* c) pappa pá *c., tum* pap *a Sal. in marg. suppl.* d) inuitabat, ba *expunct. c.* e) uos *erasum.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) Io. *c.* h) fortis *alio atram. in loco raso.*

1) *In Iacobi Leg. Aurea c. CXXVIII* (123), *ed. Grässe p.* 579. 2) *In Thomae de Celano Vita Francisci secunda III, c.* 66. *Idem dictum iam supra f.* 241[d], *p.* 82. *allatum est.* 3) *Agnelli c.* 165, *SS. Langob. p.* 383 *sq. Sal. e memoria haec narrans a verbis eius multo recedit.* 4) *Gratiosus.* 5) *In Iacobi Leg. Aurea c. IX,* 8, *ed. Grässe p.* 60 *sq.* 6) *In Iacobi Leg. Aurea c. XXI,* 3, *ed. Grässe p.* 105.

*F.* CCLXXIII^a^. De ira que prohibetur.

*F.* 273^b^. De ira que conceditur, et de Moyse, qui legitur quater iratus.

---

Privative[a] ad hoc, ut prelatus sit ydoneus et sufficiens, debet carére tribus[1], scilicet iracundia, avaritia et superbia. De iracundia sciendum est, quod prohibetur amicitia hominis iracundi, quantó magis eius dominium? Ideo dicit sapiens in *Prover. XXII†: [*f. CCLXXIIIa. †v. 24. 25.] *Noli[b] esse amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue.* [Non[c] sine causa prohibetur amicicia hominis iracundi, quia Ecclesiasticus dicit XXVIII*: [*v. 11.] *Homo enim iracundus[d] incendit litem, et vir peccator conturbabit amicos et in medio pacem habentium inmittet inimiciciam*]. Item Prover. XV*: [*v. 18.] *Vir iracundus provocat rixas, qui patiens est, mitigat suscitatas.* Item Prover. XVIII*: [*v. 14.] *Spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere?* Sed dicit aliquis: Indignantis sum nature, non possum facere aliud, si irascor, quia dedit michi Deus talem complexionem. Contra hoc habemus multiplicem responsionem. Et primo, quia Ieronimus ita [Ieronimus.] dicit[2]: *Legimus in David propheta 'ad excusandas excusationes in peccatis',* [Ps. 140, 4.] *quod multi peccatorum suorum quasi iustas pretendant excusationes, ut quod voluntate delinquunt videantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis et renum futuras cogitationes in singulis contuetur.* Secundo, quia Dominus reprehendit Caym de ira dicens Gen. IIII*: [*v. 6.] *Quare iratus es, et cur cóncidit facies tua?* Et addidit post pauca* [*v. 7.] de dominio ire: *Sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius.* Item Iob XXXVI*: [*v. 18.] *Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas, nec multitudo donorum inclinet te.* Item: [Ps. 36, 8.] *Desine ab ira et derelinque furorem, noli emulari, ut malignéris.* Item Ecclesiastes XII*: [*11, 10.] *Aufer iram a corde tuo et ámove malitiam a carne tua.* Ideo nota, quod, si homo resistere ire non posset, tot auctoritatibus iram Deus[e] non prohiberet. Ideo dicit beatus Iacobus I*: [*v. 19. 20.] *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.* Ideo dicit sapiens Prover. XXVII*: [*v. 3. 4.] *Grave est saxum, et onerosa est arena, sed ira stulti utroque gravior.* *[*f. 273b.] *Ira non habet misericordiam nec erumpens furor, et impetum concitati ferre quis poterit?* Item super illud Prover. XII*: [*v. 16.] *Fatuus statim indicat iram suam,* dicit glosa: *Natura ire est, ut prolata magis ferveat, occultata languescat.* Item Prover. XXVI*: [*v. 10.] *Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.* Imponere stulto silentium est non promovere eum ad prelationis dignitatem, quia, sicut dicit Ecclesiastes X*: [*v. 5–7.] *est malum, quod vidi sub sole quasi per errorem egrediens a facie principis: positum stultum in dignitate sublimi et divites sedere seorsum. Vidi servos in equis et principes ambulantes quasi[f] servos super terram.* Hoc cotidie videmus fieri, quia aliquis preficitur, qui non valet tres denarios, nisi illos haberet in ore, et hoc fit amore privato; et alius, qui erit ydoneus et sufficiens, nullam poterit gratiam invenire. Et hoc totum predixit sapiens in Eccle. IX*: [*v. 11.] *Vidi sub sole nec velocium esse cursum nec fortium bellum nec sapientium panem nec doctorum divitias nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus.* Notandum autem, quod iuxta psalmistam[3] et apostolum ira conceditur, dum modo sol non occidat[g] super iracundiam nostram. Unde apostolus ad Ephe. IIII: [*v. 26.] *Irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram.* Conceditur ergo ira que ex çelo Dei procedit et proximo utilis

a) *in versu praecessit tantum* ₵, *littera* P *simplici modo scripta, sed postea Sal. in margine litteram initialem* P *colore nigro et rubro pinxit.* b) *penna mutata.* c) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.;* No sn ca ꝓhibet *c. pro* No sn ca ꝓhibet̃, *signis compendii a bibliopego abscisis.* d) ira9d9 *c.* e) deus *in marg a Sal. suppl.* f) quasi *in loco raso.* g) at super *in loco raso.*

1) *Cf. supra f.* 258^b^, *p.* 121, *l.* 13. 2) *Comment. in Matth. I,* 10, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1737*) VII, col.* 66. 3) 4, 5: Irascimini et nolite peccare.

*F. 273[c].* De malis prelatis, qui nunquam volunt a subditis satisfactionem recipere.

---

*v. 4. invenitur. Ideo dicit sapiens Eccle. VII*: *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus*
*v. 5. *animus corrigitur delinquentis.* Hinc Dominus legitur iratus Mar. III*: *Et circumspiciens*[a] *eos in ira contristatus* est *super cecitatem cordis eorum.* Item Moyses, de quo dicitur
*v. 3. Numeri XII*, quod *erat vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra,* legitur
*f. 273c. *quater iratus, sicut in alia cronica posuimus, nec ex illa ira Deo displicuisse legitur, immo magis placuisse.
Ps. 105,19.20. Primo, quando filii Israel *fecerunt vitulum in Oreb et adoraverunt sculptile et muta-*
*v. 19. *verunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.* Exo. XXXII*: *Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum et choros. Iratusque valde proiecit de manu tabulas et confregit eas ad radices montis.* Iratus est ergo Moyses primo propter peccatum ydolatrie.
*v. 16–20. Secundo propter negligentiam circa divinum cultum, Levi. X*: *Inter hec hyrcum, qui oblatus fuerat pro peccato, cum quereret Moyses, exustum repperit. Iratusque contra Eleazar et Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: 'Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quia*[b] *sancta sanctorum est et data vobis, ut portetis iniquitatem multitudinis et rogetis pro ea in conspectu Domini, presertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, et comedere eam debueratis in sanctuario, sicut preceptum est michi?' Respondit Áaron: 'Oblata est hodie victima pro peccato et holocaustum coram Domino, michi autem accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam aut placere Domino in cerimoniis mente lugubri?' Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.* Aliqui vero prelati ita superbi et protervi et maledicti sunt et filii Belial, quod nunquam a subditis volunt satisfactionem accipere, sed semper
*v. 7. 8. eos confundere et super eos clamare, faciendo contra scripturam que dicit Eccli. XI*: *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; et cum interrogareris, corripe iuste. Priusquam*
*f. 273d. **audias, ne respondeas verbum, et in medio seniorum ne adiitias loqui.*
*v. 15. Tertio iratus est Moyses in seditione Dathan et Abyron et Chore, Numeri XVI*: *Iratusque Moyses valde ait ad Dominum: 'Ne respicias sacrificia eorum. Tu scis, quia*[c] *nec asellum*[d] *quidem unquam acceperim ab eis nec afflixerim quempiam eorum'.*
Quarto iratus est Moyses contra principes, qui reversi de bello feminas reserva-
*v. 14–19. verant, Numeri XXXI*: *Iratusque Moyses principibus exercitus, tribunis et centurionibus, qui venerant de bello, ait: 'Cur feminas reservastis? Nonne iste sunt, que deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam et prevaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, unde et percussus est populus? Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini, etiam in parvulis, et mulieres, que noverunt viros in coitu, iugulate. Puellas autem et omnes feminas virgines reservate vobis et manete extra castra septem diebus.*
De avaritia, que excludere debet hominem a prelatione, dicitur[1]: *Avaricia est detestabile malum, perorrendum facinus, reciaculum diaboli, servitus abominabilis, cuiuslibet religionis tinea omniumque virtutum extirpatrix.* Vel sic[2]: *Avaritia est inmoderatus ardor habendi.* Hec merito a prelatione excludere debet, quia excludit a regno Dei. Unde apostolus ad
*v. 5. Ephe. V : *Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut inmundus aut avarus, quod est ydolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.* Item alibi dicit prima[e]
*f. CCLXX4a. †v. 10. *Timothei VI†: *Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt*

a) cospiciens c. b) quae *Vulg.* c) quia *in marg. a Sal. suppl.;* quod *Vulg.* d) *sic c.* e) prima *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Nescio ubi.* 2) *In Tractatu de septem vitiis, Augustini Opera ed. Maur. VI (Venetiis* 1731*), App. col.* 217: Avaritia est immoderata habendi cupiditas.

*F.* 274[b]. Quod homo apostata inutilis est Deo, sibi et proximo.
*F.* 274[c]. Quod superbus propter duo debet confundi.

---

*a fide et inseruerunt se doloribus multis.* Item Ecclesiastes V*: *Avarus non implebitur pecunia,* *v. 9.
*et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Item Eccli. X*: *Avaro nichil est scelestius.* *v. 9. 10.
*Quid superbit terra et cinis? Nichil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et animam
suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua.* Item Abacuch II*: *Ve qui* *v. 9–11.
*congregat avaritiam malam domui sue, ut sit in excelso nidus eius, et liberari se putat de manu
mali. Cogitasti confusionem domui tue, concidisti populos multos, et peccavit anima tua, quia
lapis de pariete clamabit, et lignum, quod inter iuncturas edificiorum est, respondebit.* Item
Prover. XXVIII*: *Qui odit avaritiam, longi fient dies eius.* Merito igitur a prelatione est *v. 16.
excludendus, cui hec pestis maledicta inheret. Ideo dicit sapiens Prover. XXIX*: *Rex* *v. 4.
*iustus erigit terram, vir avarus destruet eam.* Item Prover. XV*: *Conturbat domum suam qui* *v. 27.
*sectatur avaritiam: qui autem odit munera, vivet.* Item Eccli. XIIII*: *Viro cupido et tenaci* *v. 3. 4.
*sine ratione est substantia, et homini livido ad quid aurum? Qui acervat ex animo suo iniuste,
aliis congregat, et in bonis illius alius luxuriabitur.* Hoc ad litteram frequenter videmus,
quia unus prelatus habebit multas divitias congregatas, nec *tribuit ei Deus potestatem, ut* *Eccl. 5, 18.*
*comedat ex eis,* sed alius superveniens dissippabit[a] eas. Habetur simile Ecclesiastes VI*. *v. 2.
De superbia, que excludere debet hominem a prelatione, dicitur Tobie 4*: †*Super-* *v. 11. †*f.* 274[b].
*biam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit
omnis perditio.* Item Eccli. X*: *Initium superbie hominis apostatare a Deo, quoniam ab eo* *v. 14. 15.
*qui fecit illum recessit cor eius, quoniam initium peccati est omnis*[b] *superbia.* Ideo [1] dicit sapiens
Prover. VI*: *Homo apostata vir inutilis.* Revera inutilis, quia inutilis Deo, inutilis sibi *v. 12.
et inutilis proximo. Inutilis Deo, quia *dereliquit Deum factorem suum et recessit a Deo* *Deut. 32, 15.*
*salutari suo.* Et ideo dicitur ei Deutero. XXXII*: *Deum, qui te genuit, dereliquisti et oblitus* *v. 18.
*es Domini creatoris tui.* Inutilis sibi, quia, sicut dicit Ecclesiasticus X*: *Peccantem in* *v. 32.
*animam suam quis iustificabit, et quis honorificabit exhonorantem animam suam?* Ideo dicit
sapiens Prover. IX*: *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris; si autem illusor, solus portabis* *v. 12.
*malum.* Inutilis[c] proximo, quem scandalizat per malum exemplum. Ideo dicit Eccle-
siasticus XIX*: *Extolletur in exemplum maius, et tolletur de numero anima eius.* Item[d] *v. 3.
Iob XI*: *Vir vanus in superbiam erigitur et tamquam pullum ónagri se liberum natum putat.* *v. 12.
Item Abacuch II*: *Quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus et non decorabitur.* *v. 5.
Item Prover. XXI*: *Superbus et árrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* *v. 24.
Item Prover. XXIX*: *Vir iracundus provocat rixas, et qui ad indignandum facilis est, erit ad* *v. 22. 23.
*peccata proclivior,* id est magis inclinatus. *Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu
suscipiet gloria.* Item Ys. XVI*: *Audivimus superbiam Moab, superbus est valde.* †*Superbia* *v. 6. †*f.* 274[c].
*eius et arrogantia eius et indignatio eius plusquam fortitudo eius.* Ideo de superbo conque-
ritur Dominus Ys. XXXVII*: *Cum fureres adversum me, superbia tua ascendit in aures meas.* *v. 29.
Item Abdie I*: *Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris*[e] *petrarum, exaltantem* *v. 3. 4.
*solium tuum. Qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut
aquila et si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Item Iob XX*: *v. 6–9.
*Si ascenderit usque ad celum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in
fine perdetur, et qui eum viderant, dicent: Ubi est? Velut somnium ávolans non invenietur,
transiet sicut visio nocturna. Oculus qui eum viderat non videbit, neque ultra intuebitur eum*

a) *sic c.* b) omnis pecc. est *Vulg.* c) *versus novus hoc loco coeptus in c. cum* ℂ *minio scripto.* d) *penna mutata, versus novus hinc coeptus in c. cum* ℂ *minio scripto.* e) scisuris *corr.* scissuris *c.*

1) *Haec* (— anima eius *l.* 29) *ad verbum fere repetita sunt infra f.* 318[c. d].

*F.* 274[d]. Quod prelatus debet cognoscere insuffitientiam suam et se emendare. Qualiter prelatus se debet habere erga subditos et e converso[a].

---

*locus suus.* Hoc merito eveniet ei propter duo. Primo, *quoniam,* sicut dicit Eccle-
*r. 15. siasticus X*, *ab eo qui fecit illum recessit cor eius.* Secundo, quia oppressit subiectos
*r. 35. suos, faciens contra illud quod Ecclesiasticus IIII.* docet: *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi.* Quod quia non fecit, ideo dicitur ei
*r. 20. Ys. XIIII*: *Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti.*

Cum[b] igitur miser prelatus cognoscit se insufficientem propter predicta peccata,
Luc. 23, 39. quamvis dictum sit ei a subditis: *Salvum fac temetipsum et nos,* cognoscens, quod non
*r. 39. potest sic incedere, quia nec consuetudinem habet, I. Reg. XVII*[1], aut debet deponere arma Saulis, scilicet iracundiam, avaritiam et superbiam, aut debet cogitare de statu suo,
*r. 5. dicens Cant. I*: *Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi.* Et qui vineam
*f. 274d. suam non custodivit, *quomodo custodiet alienam? Et qui sua facta bene non facit,
*r. 5. quomodo bene faciet aliena? Ideo dicit Ecclesiasticus XIIII*: *Qui sibi nequam est, cui*
*r. 5. *alii bonus erit?* Ideo dicit apostolus I. ad Timo. III*: *Si quis autem domui sue preesse nescit, quomodo ecclesie Dei diligentiam habebit?* Sed hoc miser prelatus et insufficiens non
Ps. 91, 7. potest cognoscere, quia scriptum est: *Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hec.*
*r. 2. †r. 7. Item Prover. XXI*: *Omnis via viri recta sibi videtur.* Sed dicitur ibidem†: *Perversa via*
*r. 25. *viri aliena est; qui autem est mundus, rectum* est *opus eius.* Item Prover. XVI*: *Est via, que videtur homini recta, et novissima eius ducunt ad mortem.*

Quia vero omnino subditi sine prelato esse non possunt, quia testante sapiente
*11, 14. Prover. X*: *Ubi non est gubernator, populus corruet,* faciat qui eligitur in prelatum quod
Gregorius[c]. beatus Gregorius docet[2]: *Pollens virtutibus invitus et coactus accedat ad regimen*
Augustinus[d]. *animarum.* Item Augustinus[3]: *Qui alendorum subditorum curam recipere noluerit, ut suscitet semen fratri suo Christo, discalciati opprobrium sustinebit.*

Cum[e] igitur bonus prelatus bonos subditos habet, debent se mutuo diligere et
*r. 24. revereri, sicut scriptura docet. Nam de[f] prelato erga subditos Ecclesiasticus dicit VII*:
*r. 23. 24. *Pecora tibi sunt, attende illis, et si sunt utilia, perseverent apud te.* Item Prover. XXVII*: *Diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosque greges considera. Non enim habebis iugiter pote-*
*r. 1–3. *statem, sed corona tribuetur tibi in generatione generationum*[g]. Item Eccli. XXXII*: *Rectorem te posuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe et sic considera*[h]
*f. CCLXXVa. *et omni cura *tua explicita recumbe, ut leteris propter illos et ornamentum gratie accipias coronam*
*r. 21. *et dignitatem*[i] *consequaris congregationis* — vel *corrogationis*[k]. Item Iudith VIII*: *Et nunc, fratres, quoniam vos qui*[l] *estis presbiteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint, quia temptati sunt patres nostri, ut*
*r. 1–4. *probarentur, si vere colerent Deum suum.* Item prima Petri V*: *Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et eius que in futuro revelanda est glorie communicator. Pascite qui est in vobis gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in cleris, sed formefacti*[m]

a) eꝰ *c.; cf. supra f.* 250[d], *p.* 105, *n.* d. b) *penna mutata;* Cum *in loco raso, littera initialis* C *colore nigro et rubro picta, antea* Cum *simplici modo scriptum fuisse patet.* c) .G[r]. *c.* d) .A[9]. *c.* e) *penna mutata.* f) de *bis scriptum in fine versus et initio sequentis, alterum expunctum.* g) generationem et generationem *Vulg.* h) conside *Vulg.* i) dignationem *Vulg.* k) *sic habet Vulg.;* congreg. *falsa lectio est.* l) *sic c.;* qui *deest Vulg.* m) *sic etiam infra f.* 305[c]; forma facti *Vulg.*

1) 1. *Reg.* 17, 39: si armatus posset incedere, non enim habebat consuetudinem.
2) *Lib. Regulae pastor. I,* 9. *Idem supra f.* 268[c], *p.* 142. 3) *Nescio, ubi hoc dixerit.*

F. 275b. Quod prelati debent frequenter mutari propter tria.
Quod meliores sunt prelati qui dantur a Deo quam qui ab hominibus eliguntur.

---

*gregis ex animo, ut*[a], *cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis immarcessibilem glorie coronam.* Item de apostolo Paulo legitur Act. XX* [*v. 17. 18.], quod *a Mileto mittens Ephesum vocavit maiores natu ecclesie. Qui cum venissent ad eum et simul essent, dixit eis* et cet.[b]: '*Attendite* [ib. v. 28—32.] *vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam* lupi graves, *lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se; propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte et die non cessavi cum lacrimis monens unumquemque vestrum. Et nunc commendo vos Deo et verbo gratie ipsius, qui potens est edificare et dare hereditatem sanctificatis hominibus*[c]'. Item IIIa Io.* [*v. 4.] vox prelati ad subditos: *Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in* *[*f. 275b.] *veritate ambulare.* Item subditis precipitur, ut bene se habeant erga prelatos, prima ad Thessa. V* [*v. 12. 13.]: *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos et presunt vobis in Domino et monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate, et*[d] *propter opus illorum pacem habete cum eis.* Item ad Hebre. ultimo* [*13, 17. 18.]: *Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis!* Notandum autem, quod meliores sunt prelati qui dantur a Deo quam qui ab hominibus eliguntur, ut patet in beato Ambrosio et beato Nicholao et aliis multis, qui divinitus sunt electi[1], et in beato Severo archiepiscopo Ravennate, qui per columbam fuit electus[2], sicut et alii plures pontifices Ravennates. De quibus videtur Dominus predixisse Iere. III* [*v. 15.]: *Dabo vobis pastores iuxta*[e] *cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt,* Iere. VI* [*v. 3.]. Quia igitur meliores sunt prelati qui dantur a Deo quam qui ab hominibus eliguntur, ideo dixerunt apostoli Domino, quando Mathyam in apostolum elegerunt, Act. I* [*v. 24.]: *Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris.* [Verumtamen[f] si contingat subditos prelatos debere eligere, eligant eos secundum formam, quam assignat beatus Bernardus[g] dicens[3]: *Tales eligendi sunt, qui regibus Iohannem exhibeant, Egyptiis Moysen, fornicantibus Finéés, Heliam idolatris, Helyseum avaris, Petrum mentientibus, Paulum blasfemantibus, Christum negotiantibus*].

Diximus[h] supra[4], quod conservatio religionum est frequens et conveniens mutatio prelatorum. Et hoc propter tria. Primo ex parte prelatorum, quia, quando diu presunt, nimis insolescunt, id est superbiendo stultizant; quod patet in Saule, de quo legitur I. Reg. XIII* [*v. 1.]: *Filius unius anni erat Saul, cum regnare cepisset,* id est anniculus quasi parvus[5], quia humilis fuit in principio regni, in tantum ut, cum querebatur ad regnum, *absconditus est domi*[6]. Cui postea Samuel dixit I. Reg. XV* [*v. 17. †f. 275c.]: *Nonne,* †*cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Unxitque te Dominus in regem super Israel.* Vide, quomodo humilitas exaltavit eum. Quando autem violenter voluit tenere regnum, a Samuele audivit I. Reg. XV* [*v. 26.]: *Proiecit te Dominus, ne*

a) et . . . percipietis *Vulg.* b) *sequitur* ¶ *minio scriptum.* c) in sanctif. omnibus *Vulg.* d) et *deest Vulg.* e) iuxta cor meum *in loco raso.* f) *uncis inclusa in infer. marg. alio atram. a Sal. suppl.* g) B⁴. c. h) Dix *in loco raso, littera initali* D *coloribus nigro et rubro picta, ubi antea* Dix *simplici modo procul dubio scriptum erat.*

1) *Cf. supra f.* 268b, *p.* 141, *n.* 8. 9. 2) *Cf. Agnelli lib. pontif. Ravenn. c.* 17, *SS. Langob. p.* 285; *infra p.* 169, *n.* 7. 3) *De consideratione IV*, 4, 12, *Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719) *I, col.* 446. 4) *F.* 253d, *p.* 112. 5) *Ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum I. c.* 11. *haec assumpta sunt.* 6) 1. *Reg.* 10, 22. *Cf. supra f.* 268b, *p.* 141, *l.* 30. 31.

*F.* 275[d]. De Tyberio, qui raro procuratores mutabat.
*F.* CCLXXVI[a]. Quod frequens mutatio prelatorum conservatio est religionum et consolatio subditorum.

---

*v. 28. *sis rex super Israel*[1]. Et post pauca*: *Scidit Dominus regnum Israel a te hodie et tradidit illud* *v. 1. *proximo tuo meliori te.* Sequitur in XIII[0] capitulo*: *Duobus autem annis regnavit super* Petr. Com. *Israel,* hoc est iuste rexit populum, in reliquis regni annis quasi tyrannus fuit et non rex[2]. Tyrannus est, qui violenta dominatione populum premit. Secundo ex parte subditorum, quia magna consolatio fit subditis, qui habent malum prelatum, quando removetur ab eis. *v. 27. Ideo congregationi subditorum promittit Dominus dicens Ys. X*: *In die illa auferetur onus de humero tuo et iugum eius de collo tuo, et computrescet iugum a facie olei.* Tertio[a] ex parte iterum prelatorum, quia, si boni sunt, non est congruum, quod bonitas eorum debeat eis nocere. Ideo magna consolatio est eis[b] vel debet esse, quando non imponuntur homines super capita sua[3], et quando a malis subditis separantur, sicut separavit se beatus Benedictus ab illis monachis, qui eum toxicare volebant[4]. Tunc quilibet bonus prelatus a malis subditis separatus potest dicere verbum, quod dixit Iacob *v. 30. Gen. XXX*: *Iustum est, ut aliquando provideam etiam domui mee.* Si quis autem dederit instantiam de Tyberio, qui raro procuratores mutabat, poterimus optime respondere, dando Petr. Com. et nos instantiam nostram. Sed prius historiam Tyberii videamus. Refert[5] Iosephus, *f. 275d. Exemplum. quod Tyberius imperator in omnibus negotiis suis morosus erat. *Unde, cum statueret procuratores in provintiis, vix aut nunquam mutabat eos. Quod cum sepius quesitum esset ab eo, quare scilicet non mutaret procuratores, respondit se in hoc parcere plebecule. Scientes enim procuratores se ad modicum habituros procurationem emungunt usque ad sanguinem et tantó dominantur gravius, quantó brevius. Qui recentes superveniunt, dissipant quicquid inveniunt[c]. Quod ostendit exemplo cuiusdam vulnerati, qui cum iaceret in via nec amoveret multitudinem muscarum a vulnere, superveniens alter putavit, quod omitteret ex imbecillitate[d], et abégit muscas, que cooperuerant vulnus. Ad quem ille vulneratus: 'Malefecisti michi, quia musce, quas amovisti, iam plene erant sanguine et partius molestabant me. Que superveniunt recentes, acrius pungent me'. Sic procuratores et officiales recenter substituti acrius in subditos deseviunt. Dicimus de isto exemplo Tiberii[e], quod Tiberius[e] bene faciebat raro procuratores mutando, quia revera procuratores noviter instituti, cum constat eis, quod cito a procuratione removeri debent, exhauriunt marsupia subditorum et emungunt quicquid possunt, cognoscentes, quod modicum tempus habent, et quod ultra non poterunt villicare. Secus autem est de his qui habent conscientiam et Deum pre oculis. Nam nos videmus diebus nostris, quod in Ytalia in *f. CCLXXVI[a]. civitatibus capitanei et potestates bis in anno mutantur, et optime faciunt iu*stitiam et regimina sua. Iurant enim, quando veniunt, servare statuta, que a sapientibus civitatis, ad quam veniunt, ordinata fuerunt. Insuper habent iudices et sapientes secum, qui reguntur lege maiorum, quorum consilio faciunt universa. Eccl. 1, 15. Sap. 6, 26. Nam sicut *stultorum infinitus est numerus*, sic *multitudo sapientum*[e] *sanitas est orbis terrarum.* Igitur si seculares bene regunt civitates in paucis diebus, quanto magis religiosi, qui habent regulam et statuta maiorum et conscientiam et Deum pre oculis, sua regimina poterunt bene facere? Itaque propter rationes predictas conservatio religionum est frequens mutatio prelatorum. Quantum ad hoc capi-

a) *hinc versus novus coeptus cum* ℭ *minio scripto.* b) eis *in marg. a Sal. suppl.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) ībellitate, ci *a Sal. superscripto corr.* ībecillitate *c.* e) *sic h. l. c.*

1) *Cf. supra f.* 261[c], 262[b], *p.* 128 *sq.* 2) *Haec sunt verba Petri Comest. l. l.* 3) *Ps.* 65, 12: imposuisti homines super capita nostra. 4) *Cf. Gregorii M. Dial. II.* 3. 5) *Haec ad verbum exscripta sunt ex Petri Comest. Hist. scolast., In Actus apost. c.* 56.

*F.* 276[b]. De superfluo modo vivendi, quem frater Helyas habebat.

---

tulum satis sit dictum, transeamus ad aliud. Et[a] poterit totus tractatus iste, qui pertinet ad fratrem Helyam, appellari liber de prelato. In quo posuimus defectus fratris Helye et malorum prelatorum et sufficientias bonorum. Nam contraria iuxta se posita magis elucescunt. Unde poeta[1]:

*Namque per oppositum noscitur omne bonum.* Versus.
*Non sine felle suo dulcet fortuna nec albet*
*Absque nigredine, nec mons sine valle fuit.*

[Hinc[b] Ieronimus dicit[2]: *Nisi enim ex comparatione virtutum vitium non ostenditur*].

Porro septimus[c] defectus[3] fratris Helye fuit, quia nimis volebat splendide et delitiose et pompatice vivere. Raro enim ibat quoquam, nisi dumtaxat ad papam Gregorium nonum et ad imperatorem Fridericum secundum, quorum intimus erat[4], et ad Sanctam Mariam de Portiuncula, in quo loco beatus Franciscus ordinem fratrum Minorum inchoavit[5], et ibi obiit, et ad conventum Assisii, ubi beati patris *Francisci corpus venerationi habetur, et ad locum Celle de Cortona, qui est locus *f. 276b.
pulcherrimus et delectabilis, quem in episcopatu Aretino fecit fieri de industria[6]. Aut enim inveniebatur ibi aut in conventu Assisinate. Et habebat palafrédos pingues et quadratos[7]; et semper ibat eques, etiam si transibat ab una ecclesia ad aliam per dimidium miliare, faciens contra regulam, que dicit[8], quod fratres Minores *non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur.* Item domicellos habebat pueros seculares[9], sicut habent episcopi, vestitos diversicoloribus indumentis, qui ei in omnibus assistebant et ministrabant. Item raro comedebat in conventu cum aliis fratribus, sed semper seorsum in camera sua solus iuxta verbum illius avari Eccli. XI*: *Inveni requiem michi, nunc manducabo de bonis meis* *v. 19.
*solus;* que erat rusticitas maxima secundum meum iuditium, quia

*nullius sine sotio* Versus.
*iocunda fit possessio*[10].

Item specialem coquum habebat in conventu Assisii, fratrem Bartholomeum Paduanum, quem vidi et cognovi, qui cibos delicatissimos faciebat. Hic inseparabiliter ei adhesit, quousque ipse Helias ultimum diem clausit. Sic fecerunt omnes alii 1253.
qui de familia sua fuerunt. Nam familiam habuit specialem XII vel XIIII fra-

a) *penna et atramentum mutata.* b) *uncis inclusa in marg. infer. alio atram. a Sal. suppl.* c) ℭ Porro *in praecedente versu, tunc novus versus coeptus et* Se *in loco raso, littera initiali* S *coloribus nigro et rubro picta, ubi antea* S *simplici modo procul dubio scriptum erat.*

1) *Henricus Septimell. De divers. fort. III,* 44. *I,* 31. 32, *Leyser, Hist. poet. p.* 478. 455; *Fabricius, Bibl. Lat. mediae et infimae aetatis (Florentiae* 1858*) V, p.* 672. 665. 2) *Comment. in Matth. I,* 9, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1737*) VII, col.* 53. 3) *Iam resumit filum longe inde a f.* 251[c], *p.* 107. *interruptum.* 4) *Cf. supra f.* 246[c], *p.* 96, *l.* 8. 9. 5) *Cf. Leg. Francisci auct. Bonaventura c.* 2, *Opera Bonav. ed. Peltier XIV, p.* 300. 6) *Cf. supra f.* 250[b], *p.* 104. 7) *Cf. Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *Analecta Francisc. I, p.* 242; *SS. XXVIII, p.* 564; *Spec. Vitae* (1505) *f.* 167[b]. 169[a. b] *(ed. Sabatier, 'Opuscules de critique historique'* 1904. *p.* 193. 201 *sq.) = Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 44. 229 *sqq.* 8) *Regula secunda cap.* 3. 9) *Cf. Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 230: famulos quasi domicellos tenebat; *ib. p.* 229: Et cepit thesaurizare et habere equum magnum et domicellos et lautam vitam tenere. *Eademque fere in Speculo Vitae f.* 168[a]. 169[a]. 10) *Iidem versus repetiti sunt infra f.* 338[b], *ubi* iocunda est poss.

---

trum, quos in loco Celle de Cortóna secum tenebat, et nunquam mutaverunt habitum; et post mortem mali pastoris vel potius seductoris, quando cognoverunt se deceptos, ad ordinem sunt reversi. Item habuit Helyas in societate sua quen-
*f. 276c. dam Iohannem, *qui dicebatur de Laudibus[1], qui frater laycus erat[a], durus et acer et tortor et pessimus carnifex. Dabat enim disciplinas fratribus sine misericordia
*v. 2. ex precepto Helye, ut videretur illud impletum Eccli. X*: *Secundum iudicem populi sic et ministri eius, et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea.*

Octavus defectus fratris Helye fuit, quia violenter voluit tenere dominium ordinis; quod ut melius tenere posset, plures sagacitates habebat: Primam, quia frequenter mutabat ministros, ne nimis radicati fortius insurgerent contra ipsum[2]. Secundam, quod illos fratres faciebat ministros, quos reputabat amicos. Tertiam, quia non faciebat capitula generalia[3] nisi [particularia[b], id est] cismontanorum. Non enim vocabat ultramontanos ministros, timens, ne deponeretur ab eis[c]. Sed quando Domino placuit, a quo cuncta bona procedunt, tam isti
1239. (c. Maii 15). quam illi pariter congregati deposuerunt eum, ita ut posset dicere illud Iere.
*v. 19. Tren. I*: *Vocavi amicos meos, et ipsi deceperunt me.* Ad hoc autem, ut ista congregatio in generali capitulo[4] fieret omnium ministrorum ad deponendum Helyas[d], multum laboravit frater Arnulfus Anglicus[5] ex ordine Minorum, homo sanctus et litteratus et zelator ordinis et promotor; erat enim tunc temporis penitentiarius in curia domni Gregorii pape noni.

Nonus defectus fratris Helye fuit, quia cognoscens, quod contra eum congregabantur ministri, misit obedientias per totam Ytaliam omnibus fratribus laycis fortibus, quos reputabat amicos, ut ad generale capitulum accedere non negligerent. Sperabat enim, quod cum baculis eum deberent defendere[c]. Quod intelli-
*f. 276d. gens frater *Arnulfus ordinavit cum papa Gregorio, quod ad capitulum generale non venirent nisi illi fratres, quibus ex regula incumbebat[e, 6], cum sociis ydôneis et discretis; et fecit cassari omnes obedientias missas laycis ab Helya. Et ipse met papa capitulo interfuit et audivit voces fratrum[7] de depositione Helye et de electione successoris, generalis ministri fratris Alberti Pisani. Et in[f] illo capi-

a) erat *in marg. a Sal. suppl.* b) part. .i. (id est) *in marg. a Sal. suppl.* c) *sequitur* ℭ *atram. nigro scriptum.* d) *sic c.* e) inꝯbebat *c.* f) in *a Sal. superscr.*

1) *Cf. Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 225 *sq.*: Claruit etiam frater Iohannes de Laudibus, corpore fortissimus et vita preclarus, *qui et laudibus effertur ibid. p.* 254. *et in Libro de laudibus b. Francisci, ibid. p.* 668. 2) *Cf. supra f.* 250d, *p.* 105. 3) *Cf. Iordanus de Giano c.* 61, *ed. G. Voigt, 'Abh. d. phil.-hist. Cl. d. Sächs. Ges. d. Wiss.' V, p.* 544; *Analecta Francisc. I, p.* 18: Infra septem enim annos capitulum generale secundum regulam non tenuit. 4) *Romae a.* 1239. *circa pentecosten (Maii* 15*) celebrata: cf. supra p.* 98. 111, *n.* 1. 5) *Idem asserit Thomas de Eccleston, Coll. XIII (12), Analecta Francisc. I, p.* 242 *sq.*; *SS. XXVIII, p.* 564 *sq.*; *cf. Spec. Vitae f.* 168b *(ed. Sabatier l. l. p.* 200*)* = *Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 230. 6) *Regula secunda c.* 8. *decretum est, ut soli ministri provinciales et custodes in capitulo ad eligendum ministrum generalem conveniant.* 7) *Cf. supra f.* 253b, *p.* 111, *n.* 2.

tulo facta est maxima multitudo constitutionum generalium[1], sed non erant ordi- 1239.
nate; quas processu temporis ordinavit frater Bonaventura generalis minister[2], et
parum addidit de suo, sed penitentias taxavit in aliquibus locis. Item eodem anno
post illud capitulum facta est gravissima solis eclipsis[3], ut vidi oculis meis, de *(Iun. 3).*
qua infra suo loco dicemus[4]. Item frater Helyas, cum adhuc minister generalis
existeret, videns, quod universale capitulum ordinis contra eum congregabatur, misit
dicendo per loca fratrum, ut singulis diebus in capitulis suis congregati fratres
post *Pretiosa* alternatim intelligibiliter legendo dicerent illum psalmum*: *Qui* *79.
*regis Israel, intende,* pro eo quod sub methafora vinee videtur facere de ordine men- **v.* 9—12.
tionem, ibi: *Vineam de Egypto transtulisti, eiecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris
fuisti in conspectu eius et p[lantasti]*[a] *ra[dices] eius, et imp[levit] terram. Operuit
montes umbra eius, et ar[busta] eius ce[dros] Dei. Extendit pal[mites] s[uos] usque
ad mare, et usque ad flumen propagines eius.* Et breviter totus psalmus[b] videtur ad
religionem beati Francisci et ordinem pertinere. [Et[c] habet tot versus, quot annis
beatus Franciscus vixit in ordine, scilicet XX[ti] [5]]. Et quod ibi dicitur: *Extermi-* *v.* 14.
*narit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam,* hoc absque dubio ad
malum generalem ministrum ordinis cognoscitur pertinere. qualis fuit Helyas, qui
fuit de*structor et exterminator et dissipator ordinis fratrum Minorum. Et **f.* CCLXX7[a].
nota, quod nullus fuit malus generalis minister in ordine fratrum Minorum nisi
ipse; et in hoc fuit deceptus, quia credidit semper tenere dominium ordinis, sicut
facit papa Romanus quamdiu vivit. Ille autem versiculus, qui in predicto psalmo* *79, 18.
habetur, scilicet: *Fiat manus tua super virum dextere tue et super filium hominis,
quem confirmasti tibi,* ad bonum generalem refertur, quales fuerunt omnes alii preter
Helyam. Diximus ergo diebus illis predictum psalmum ante generale capitulum *(Apr.).*
bene per integrum mensem; quod nec postea nec ante fieri vidi. Quod si fieret
ante quodlibet generale capitulum, non reputarem incongruum, maxime autem
post generalis ministri decessum. Et post psalmum et *Gloria patri* et *Sicut erat*
diceretur antiphona: *Plange, turba paupercula.* Versus: *Ora pro nobis, beate F[ran-
cisce].* Oratio: *Deus, qui ecclesiam tuam beati Francisci*[d]. Aliis[e] autem tempo-
ribus, quando generalis vivit, dicatur post psalmum versus: *Fiat manus tua super* *Ps.* 79, 18.
*virum dextere tue.* Responsorium[f]: *Et super filium hominis, quem confirmasti tibi.
Domine, exaudi o[rationem] meam. Dominus vobiscum.* Oremus: *Omnipotens sempi-
terne Deus, miserere famulo tuo ministro nostro* et cet. *Vota, quesumus*[g], *Domine,
supplicantis populi celesti pietate prosequere, ut et que agenda sunt videant et ad im-
plenda que viderint convalescant. Per Christum dominum nostrum.*

Decimus defectus fratris Helye fuit, quia, postquam fuit absolutus a generali officio, nec humiliter nec patienter se habuit, sed imperatori Friderico a Gregorio papa nono excommunicato totaliter adhesit[6], equitando cum ipso et cum eo

a) *nonnulla verba per litteras vel sillabas tantum initiales indicata in c.* b) p̄s. *c.* c) Et — XX[ti] *in marg. laterali et infer. a Sal. suppl.* d) franci. *in fine versus c.* e) *penna mutata.* f) ℞. *c.* g) qs *c.*

1) *Cf. Fr. Ehrle, 'Archiv f. Literatur- u. Kirchengesch.' VI, p.* 19—29. 2) *In capitulo generali Narbonensi a.* 1260. *celebrato, quas edidit Fr. Ehrle l. l. p.* 87—138. 3) *A.* 1239. *Iun.* 3. 4) *F.* 279[a], *p.* 164. 5) *Cf. supra f.* 221[d], *p.* 35. 6) *Cf. Matth. Paris. a.* 1239, *SS. XXVIII, p.* 182; *Rycard. de S. Germano a.* 1239, *SS. XIX, p.* 379; *Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *Analecta Francisc. I, p.* 243; *SS. XXVIII, p.* 565; *Catal. min. gen. c.* 2, *Analecta Francisc. III, p.* 695; *litteras Friderici imp., Huillard-Bréholles V, p.* 346 *sqq., Rep. Imp. V,* 1, *nr.* 2685; *dicta testium edita ab Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 179 *sqq.*

*F.* 277[b]. Quod papa Gregorius nonus excommunicavit fratrem Heliam, eo quod imperatorem F[redericum] excommunicatum sequebatur.

*F.* 277[c]. Quod frater Helyas voluit se excusare de defectibus suis ordinem infamando[a].

---

morando in habitu ordinis cum quibusdam fratribus, qui erant de familia sua;
*f. 277[b]. quod redundabat in scandalum pape, in scanda*lum ecclesie et in scandalum ordinis
sui, presertim quia imperator excommunicatus iam erat[1], et illis diebus obsedit
1240/41. Faventiam[2] et Ravennam[3], et iste miser semper in imperatoris exercitu morabatur
dando imperatori consilium et favorem. Rusticis vero et aliis secularibus usque
*v. 3. ádeo malum dedit exemplum, ut illud Eccli. XIX.* videretur impletum: *Tolletur de
numero anima eius, et extolletur in exemplum maius.* Nam rustici et pueri et puelle,
quotiens obviabant fratribus Minoribus, per vias in Tuscia, ut centies audivi, cantabant[4]:

*Hor atorno fratt Helya*[b],
*Ke pres' ha la mala via.*

Et tristabantur boni fratres et irascebantur vere usque ad mortem, dum talia
*v. 13. audiebant. Videbant enim illud dominicum verbum impletum Mat. V*: *Vos estis
sal terre. Quodsi sal evanuerit, in quo salietur? Ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.* Igitur propter predicta provocatus papa
Gregorius excommunicavit Heliam[5].

Undecimus[c] defectus fratris Helye fuit, quia infamatus fuit, quod intromitteret se de alchimia[d, 6]. Revera, ubicumque audiebat aliquos fratres esse in ordine, qui in seculo aliquid de materia illa sive de artifitio illo scivissent, mittebat pro eis et retinebat eos secum in palatio Gregoriano. Fecerat enim papa Gregorius nonus magnum palatium fieri in loco fratrum Minorum de Assisio, tum propter honorem beati Francisci, tum etiam ut ibi habitaret, quando veniret Assisium[d]. In illo ergo palatio plures erant camere et diverticula multa, in quibus Helyas retinebat iam dictos necnon et alios multos; quod erat quasi phytonissam consulere. Sibi imputetur, viderit ipse!

*f. 277[c]. *Duodecimus defectus fratris Helye fuit, quia, postquam erat depositus et
ibat cum imperatore vagabundus, quadam die venit ad quendam locum fratrum
Minorum et congregatis fratribus in capitulo cepit velle ostendere innocentiam
suam, et quomodo fratres iniuste deposuerant eum. Et sic exorsus est loqui:
*Timor, quem timebam, evénit michi, et quod verebar accidit. Nonne dissimulavi? Nonne*
*v. 25. 26. *silui? Nonne quievi? Et venit super me indignatio.* Iob III*. Postmodum prosecutus est verba sua, sicut voluit et visum sibi fuit, semper se laudando et ordinem vituperando[d]. Et responsum fuit ei consequenter ad omnia que dixerat, quia
*v. 5. *tempus et responsionem cor sapientis intelligit.* Eccle. VIII*. Dixit ergo respondens[e]:
*v. 24. '*Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustis dabitur.* Prover. X*. Nec
dissimulasti nec siluisti nec quievisti, sed ordinem tuum[f] vituperasti et personam

a) *inscriptionem columnae* 277[d]. *vide p.* 161, *l.* 38. 39. b) halya *h. l. c.; cf. infra p.* 161. c) *penna mutata.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* f) tuum *in marg. a Sal. suppl.*

1) *A.* 1239. *Mart.* 20. 24. 2) *A.* 1240. *Aug.* 26 — 1241. *Apr.* 14. 3) *A.* 1240. *Aug.* 15 — 22. 4) *Hi versus infra f.* 278[a]. *repetiti sunt.* 5) *Cf. Thomas de Eccleston l. l.* 6) *Vide quae hac de re collegit Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 121 *sq.*

*F.* CC78[a]. Quod frater Helyas nunquam ordini suo voluit reconciliari[a].

---

tuam infamasti et malum exemplum secularibus dedisti et totum mundum turbasti. Idcirco merito *venit super* te *indignatio.* Quia enim multa mala fecisti, *propterea* Iob 3, 26. *circumdatus*[b] *es laqueis, et conturbat te formido súbita. Et putabas te tenebras non visurum et impetu aquarum inundantium non oppressum iri.* Iob XXII*. Noveris itaque, *v. 10. 11. quod excusationem tuam nullo modo suscipimus, quia scriptum est Eccli. XXXII*: *Peccator*[c] *homo vitabit correptionem et secundum voluntatem suam inveniet* *v. 21. *comparationem.* Sic, tu miser, excusas te, cum deberes cognoscere culpam tuam, quia scriptura dicit Eccli. XX*: *Quam bonum* †*est correptum manifestare penitentiam!* *v. 4. †f. 277d. *sic enim effugies voluntarium peccatum.* Ecce imperatorem sequeris excommunicatum et ordinem tuum dimisisti, cum Dominus dicat Luc. IX*: *Nemo mittens manum ad* *v. 62. *aratrum et aspiciens*[d] *retro aptus est regno Dei.* Unde apostolus ad Phili. III*: *Unum* *v. 13. 14. *autem, que quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero que sunt priora extendens meipsum, ad destinátum prosequor*[e], *ad bravium superne vocationis Dei in Christo Iesu*'[f]. Audiens hec Helyas respondit: 'Ut video, non es meus amicus'. Respondit frater et dixit: 'Vere non sum tuus amicus, quia scriptura dicit Eccli. XX*: *Fatuo non erit amicus,* *v. 17. *et non erit gratia in bonis illius*'. Respondit Helyas et dixit: 'Nonne times talia dicere?' Cui frater ait: 'Non, quia ad honorem Dei mei et ordinis mei loquor. Insuper et sapiens in Prover. dicit XXIX*: *Qui timet hominem, cito corruet; qui* *v. 25. *sperat in Domino, sublevabitur*[g]. Et Ys. LI*: *Quis tu, ut timeas ab homine mortali* *v. 12. *et a filio hominis, qui quasi fenum ita arescet?* Nonne, miser, ut dicit sapiens in Prover. XVI*, *melius* erat *humiliari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis?*'[f] *v. 19. Audiens hec Helyas erubuit et recessit confusus, nesciens, quid respondere rationabiliter posset. Cum autem egrederetur, dixit ei frater: '*Egredere, egredere, vir sanguinum et vir Belial! Reddidit tibi Dominus universum* malum tuum, *et ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es* et vir Belial, II. Reg. XVI.*' Conversus *v. 7. 8. Helyas dixit ei: 'Quis te recepit ad ordinem?' Cui frater: 'Non tu, qui dimisisti religionem tuam et vadis vagabundus per mundum; et ideo rustici de te[h] cantant[1]:

*Hor *atorno fratte Helya,* *f. CC78a.
*Ke preso há la mala via.*

Vade ergo viam tuam, frater musca[2], et considera, quid sapiens in Prover. dicit XIIII*: *In malitia sua expellitur impius, sperat autem iustus in morte sua,* qualis ero *v. 32. Domino concedente, quoniam *hec* est *requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* Ps. 131, 14. De te autem scriptura dicit Eccli. XIII*: *Que communicatio sancto* *v. 22. *homini ad canem?* Certe nulla, quia de sancto dicitur: *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Ps. 21, 4. De canibus vero dicitur Apoc. ultimo*: *Foris canes et venéfici et impudíci et homicídе et ydolis servientes et omnis qui amat et facit mendatium*'[f]. *22. 15. Audiens hec Helyas obmutuit et recessit confusus. [Quod[i] iste, qui sic secure respondit fratri Helye, fuit frater Bonaventura de Furlivio[3], sicut ab ore suo audivi].

a) *inscriptionem columnae* 278d. *vide p.* 163, *l.* 38. 39. b) c9datus *c.* c) *penna mutata.* d) *sic et supra p.* 40, *l.* 8; respiciens *Vulg.* e) persequor *Vulg.* f) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* g) subleuatur, bi *a Sal. superscripto post corr.* subleuabitur *c.* h) te *a Sal. superscr.* i) *uncis inclusa in marg. superiore folii* 277d. *tanquam inscriptio huius columnae, linea rubra subducta, scripta sunt, sed ibidem signum* ⁞: *praefixum, quod et hoc loco post* confusus *invenitur, quo signo Sal. inscriptionem hoc loco inserendam esse indicavit, cum perspexisset se in textu de Bonaventura nihil dixisse.*

1) *Eosdem versus vide iam supra f.* 277b, *p.* 160. 2) *Haec est dictio s. Francisci, qua usus esse in Vitis eius persaepe dicitur; ex. gr. Leg. auct. Bonaventura c.* 7, 3, *Bonav. Opera ed. Peltier XIV, p.* 316: Vade viam tuam, frater musca. 3) *Hunc vidit Sal. a.* 1249.

Tertius decimus defectus fratris Helye fuit, quia nunquam voluit ordini suo
reconciliari, sed semper usque ad ultimum diem vite sue permansit in pertinatia
sua[a]. Cum autem misisset ad eum frater Iohannes de Parma generalis minister
fratrem Gerardum de Mutina[1], qui erat de primitivis fratribus et familiaris sibi,
rogans eum, ut amore Dei et beati Francisci et pro bono anime sue et pro bono
exemplo dando rediret ad religionem suam, et ipse faceret ei omnem gratiam et
misericordiam, quam posset, respondit et dixit fratri Gerardo: 'Tot bona audivi
de illo venerabili patre Iohanne de Parma, quod non recusarem proicere me ad
pedes suos et dicere meam culpam, confidens de benignitate ipsius; sed sollicitus
*f. 278b. sum propter ministros provinciales, quos offendi, ne illudant michi ponendo *me
Is. 30, 20. in compedibus et in carcere et dando michi[b] *panem artum et aquam brevem*. In-
super[c], quia curiam Romanam offendi, constat michi, quod cardinalis qui est
ordinis gubernator[2] intromitteret se de penitentia michi danda[3]. Nolo etiam per-
dere gratiam imperatoris, quam habeo'[d]. Igitur frater Gerardus de Mutina fuit
tota die integra in loco Celle de Cortona[4] in familiari colloquio cum fratre Helya
et laboravit quantum potuit, ut eum attraheret et converteret cum tota familia
*v. 12. sua, ut preceptis ordinis obedirent, iuxta verbum quod scriptum est Prover. XXI*:
*5, 19. 20. *Excogitat iustus de domo impii, ut detrahat impios a malo.* Et Iacobi ultimo*: *Fratres
mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet, quoniam
qui converti fecerit peccatorem ab errore vie sue, salvabit animam suam*[e] *a morte et operit*[f]
*multitudinem peccatorum*[d]. Laboravit itaque frater Gerardus incassum, quia noluit
consentire Helyas propter rationes predictas, et ut impleretur verbum quod scriptum
Ps. 108, 18. *22, 11. est: *Noluit benedictionem, et elongabitur ab eo:* et Apoc. ultimo*: *Qui nocet, noceat
adhuc, et qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Porro frater Gerardus totam se-
quentem noctem ibidem duxit insomnem, et ut retulit postea, videbatur sibi, quod
demones per domum et locum per totam noctem sicut vespertiliones discurrerent;
Luc. 1, 12. audiebat enim eos voces emittere, *et timor* et tremor *irruit super eum*, et *inorruerunt*
*v. 15. 14. *pili carnis* sue, *et omnia ossa* eius *perterrita sunt*, Iob IIII*. Et mane facto et vale
*f. 278c. dicto recessit festinanter *cum socio, et que viderat et audierat omnia per ordi-
1253. (Apr. 22). nem retulit generali. Igitur processu temporis mortuus est frater Helyas[5]. Ex-
communicatus erat prius a papa Gregorio nono. Si fuit absolutus[6] et si bene
ordinavit de anima sua, modo cognoscit. Viderit ipse! Nam[g], sicut scriptum est
*v. 4. de Deo I. ad Timo. II*, quod *vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veri-*

a) *sequitur* ℂ *atram. nigro scriptum.* b) m̄ (michi) *in marg. a Sal. suppl.* c) *penna mutata.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) eius *Vulg.* f) operiet *Vulg.* g) m *in loco raso.*

*Mart. April. Lugduni (infra f. 343[d]), sed cum iste aeque ac Sal. provinciae Bononiensis fuerit, saepius eum videre potuit.* 1) *Quod inter a.* 1247—1250. *factum est, antequam Fridericus imperator moreretur, cuius mentio infra facta est.* 2) *Qui a.* 1247—1250. *fuit Rainaldus episcopus Ostiensis (postea Alexander IV. papa).* 3) *Bencius archipresbyter Cortoniensis a.* 1253. *Maii* 2. *testis interrogatus dixit, Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 179: quod etiam, antequam infirmaretur, audivit ipsum Heliam pluries dixisse, quod libenter vellet ire ad dominum papam pro absolutione petenda, nisi quia timebat incarcerari. 4) *Ibidem Eliam depositum habitasse dicunt Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *Analecta Francisc. I. p.* 243, *SS. XXVIII, p.* 565, *et Speculum Vitae* (1509) *f.* 170[b]; *quod et confirmatur duabus tabulis datis Cortonae a.* 1245. *Ian.* 23. *et* 1246. *Ian.* 7, *quas ediderunt Azzoguidi, S. Antonii Patavini Serm. in Psalmos p. LXV sqq., et Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 174 *sqq.* 5) *Mortuus est Cortonae a.* 1253. *Apr.* 22. 6) *Elias reconciliatus fuit ecclesiae et absolutus a Bencio archipresbytero Cortoniensi a.* 1253. *Apr.* 20, *eucharistiam accepit sequente die*

*tatis venire.* sic etiam scriptum est, quod *non salvat impios.* Iob XXXVI.* *v. 6. Sunt enim non nulli, qui nolunt continuare bonam vitam, et in fine sperant concordare cum Deo, sed inveniunt se deceptos, ut dicit apostolus ad Ro. I*: *v. 28. *Sicut non probaverunt Deum habere in notitiam*[a], *tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea que non conveniunt,* scilicet ut desperent. Ideo dicit Beda[1]: Beda. *Quia homo noluit bene facere, dum potuit, inflictum est ei, ut non possit, dum velit.* Unde Dominus Deutero. XXXII*: *Abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum.* *v. 20. Item Iere. XVIII*: *Dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.* *v. 17. [Et[b] hoc non sine causa, quia idem fecerunt michi, ut habetur Iere. II*: *v. 27. *Verterunt ad me tergum et non faciem*]. Aliter vero facit cum iustis. Unde Tobias II*: *v. 18. *Filii sanctorum sumus et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Porro processu temporis, quia *omni negotio tempus est et oportunitas,* ut dicitur Eccle. VIII*, *v. 6. quidam custos fecit corpus fratris Helye exhumari et in sterquilinium proici, secundum quod de Ioachym, filio Iosie, rege Iuda dictum fuit a Ieremia XXII*: *v. 19. *Sepultura asini sepělietur, putrefactus et proiectus extra portas Ierusalem.*

Si autem aliquis querat, cui quantum ad effigiem corporis similis fuit iste frater Helyas, dicimus, quod totaliter assimilari *potest fratri Ugoni[c] de Regio, *f. 278d. qui dictus est Hugo[c] Pauca-palea, et fuit magister in gramatica in seculo et magnus truphator et magnus prolocutor et in ordine fratrum Minorum sollemnis et optimus predicator, et qui mordaces ordinis confutabat et confundebat predicationibus et exemplis. Nam quidam magister Guido Bonattus de Furlivio, qui se philosophum et astrólogum esse dicebat, et predicationes fratrum Minorum et Predicatorum vituperabat[2], ita ab eo fuit confusus coram universitate et populo Liviensi, ut toto tempore, quo frater Ugo fuit in partibus illis, non solum non loqui, verum etiam nec apparére auderet. Hic[3] erat totus plenus proverbiis, fabulis et exemplis, et optime sonabant in ore suo, quia hec omnia reducebat ad mores, et habebat linguam disertam et gratiosam, et libenter audiebatur a populo[d]. Ministri vero et prelati ordinis non diligebant eum, eo quod parabolice loqueretur et confundebat eos proverbiis et exemplis. Sed parum curabat de talibus, quia homo optime vite erat. Et hec de fratre Helya dicta sufficiant. Quia enim intentionis nostre fuit loqui de generalibus ministris ordinis beati Francisci, cum tempus occurreret oportunum, et Helias, qui fuit unus ex illis, qui etiam me recepit ad ordinem, grandem materiam historie continebat, ideo me prius volui expedire de ipso, ut eius deposita sarcina facilius historiam prosequerer inchoatam. Recepit enim me frater Helyas anno Domini M°CCXXXVIII°, indictione XI[a]. 1238. Febr. 4. Iam nunc ad sequentem millesimum[e] accedamus.

EXPLICIT[f] LIBER DE PRELATIS.

In quo multa utilia continentur tam de bonis quam de malis prelatis.

a) *sic* (notitia) *c. h. l. et infra f.* 285[d], *p.* 181, *l.* 28, *sed hoc loco linea super* a *scripta adrasa esse videtur;* notitia *Vulg.* b) Et — faciem *in marg. super. a Sal. suppl.* c) *sic c. h. l.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) m̃ *c.* f) Expl. — malis prelatis *in marg. superiore folii* 278[d], *tanquam inscriptio huius columnae nigro atramento scripta sunt, linea rubra subducta.*

*Apr.* 21. *a fratre Deustefecit ordinis Minorum, ut patet ex dictis horum et aliorum testium interrogatorum diebus Maii* 2—6. *eiusdem anni, quae edidit Ed. Lempp, 'Frère Élie de Cortone' p.* 179—187. 1) *Cf. supra p.* 138, *n.* 4. 2) *Tempore Alleluiae a.* 1233. *Cf. C. Sutter, 'Johann v. Vicenza' p.* 86 *sqq.* 180. *Vide locum supra ad f.* 240[a]. *adnotatum p.* 78, *n.* 4. 3) *Hugo Pauca-palea.*

*F.* CC79[a]. De magna eclypsi solis.
*F.* 279[b]. De operibus imperatoris Frederici secundi.

---

**f. CC79a.* 1239. *Anno Domini millesimo CC°XXXIX° excommunicatus est Fridericus imperator a papa Gregorio nono. *(Mart. 20. 24).* Devicti sunt Gallici ultra mare[1]. Depositus est *(c. Maii 15).* frater Helyas generalis minister ordinis fratrum Minorum, et substitutus est frater Albertus Pisanus. Facta est solis eclipsis, in qua sol orribiliter et terribiliter obscuratus fuit; et stelle apparuerunt, ut[a] vidi oculis meis ego frater Salimbene de Parma, cum essem in civitate Lucensi[2], que est civitas Tuscie; et iam in ordine fratrum Minorum steteram per annum unum et tantum plus, quantum est a festo *Febr. 2. L. temp. c. 241.* purificationis[3] usque ad diem, qua sol obscuratus fuit in sexta feria, in hora nona, in *Iun. 3.* mense Iunii, tertio die intrante; et videbatur, quod esset nox obscura: et omnes homines et mulieres magnum timorem habuerunt et ibant amentes cum magna tristicia et pavore[4]. Et multi timore percussi venerunt ad confessionem et penitentiam fecerunt de peccatis suis. Et pacem fecerunt ad invicem qui discordes erant. Et domnus Manfredus de Cornaçáno de civitate Parmensi, qui erat potestas Lucensis tunc temporis, accepit crucem in manibus suis et processionaliter ibat per civitatem Lucensem cum fratribus Minoribus et aliis religiosis et clericis, et predicabat ipse potestas de passione Christi et faciebat pacem inter discordes. Hec vidi[b] oculis meis, quia[c] ibi eram; et frater meus frater Guido de Adam mecum erat ibidem, et frater Egidius Fassus de Parma similiter; et domnus Dommafol de Mijano[d] et domnus Iacobus de Maluso, consobrinus matris mee, advocati erant **f. 279b.* sive assessores *predicti domni Manfredi potestatis Luce. Hic domnus Manfredus precipuus benefactor erat fratrum Minorum cum domina Ánda, uxore sua, que erat soror domni Bertoli Tavernerii. Hec vidi oculis meis in loco fratrum Minorum de Medhexána[5], in quo castro erant alii nobiles milites et nobiles domine, que multa bona[e] fratribus Minoribus contulerunt. Retribuat eis Dominus in retributione iustorum!

*L. temp. c. 241. Iul.—Sept.* Eodem millesimo imperator Fridericus obsedit castrum Plumátium et castrum Crevacóri cum Parmensibus et Mutinensibus et cum CC^tis^ militibus Reginis et mille peditibus in mense Iulii[6], Augusti et Septembris. Et destructa fuerunt ambo dicta castra, que Bononiensium erant. Inde exivit proverbium, ut dicerent hi qui in ludo scaccorum ludebant: *Scaccó per Vignola aven Plumaço*[7]. Et eodem anno, dum imperator staret in obsidione castrorum Plumatii[8] et Crevacóri cum Parmensibus, Mutinensibus et Reginis, Bono- *(Aug. 4).* nienses venerunt et conbusserunt burgum Sancti Petri extra civitatem Mutine usque ad dictam portam

a) ut *a Sal. superscr.* b) vidi oculis *fere penitus detrita recenti manu rescripta sunt.* c) q̃ *hoc loco c.* d) *sic cum* j *longo c.* e) bona *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Haud procul a Gaza die Nov.* 13. 2) *Cf. supra f.* 225[c]. 276[d], *p.* 44. 159. 3) *Rectius a die Febr.* 4; *cf. supra f.* 246[c], *p.* 96. 4) *Cf. infra f.* 452[d]. 5) *Nescitur, quo anno Sal. ibi fuerit. Fortasse ibi erat, cum a.* 1247. *(ante Iun.) Pisis Cremonam iret. Nam Manfredus de Cornazzano iam a.* 1247. *Iun.* 16. *occisus est. Sed etiam forte post obitum Manfredi ibi fuit, ut a.* 1259, *cum Sal. in conventu Burgi S. Domnini habitaret. Conventus Medesanensis Minorum iam non invenitur in Provinciali edito a C. Eubel (Ad Claras-aquas* 1892*) p.* 57. 6) Iunii *Liber de temp., quod Sal. e coniectura procul dubio correxit; sed vide quae SS. XXXI, p.* 513, *n.* 1. *adnotavi.* 7) *Bononienses enim circa Sept.* 29. *castrum Vignolam obsederunt, ubi die Oct.* 2. *victi sunt, ut infra relatum est.* 8) *Hoc male inseruit Sal.: nam Piumazzo iam mense Iulio captum, sed burgum S. Petri die Aug.* 4. *a Bononiensibus combustum est: cf. 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 260.

---

dicte civitatis. Eodem millesimo debellati sunt Bononienses apud Vignolam a 1239. *(Oct. 2).*
Mutinensibus et Parmensibus, et multi necati et submersi sunt in flumine [1], et
multi ducti captivi. Rebellaverunt quidam principes et barones in marchia
Trivisina, ex quibus principalis fuit Aço marchio Estensis cum parte sua, et Trivixani [2].

Anno Domini M⁰CCXL⁰ mortuus *est frater Albertus Pisanus, generalis mini- 1240. **f.* 279[c].*
ster ordinis fratrum Minorum, et substitutus est frater Aymo Anglicus [3]. Siquidem *(Ian. 23). (Nov. 1).*
frater Helyas appostataverat [a] adherens Friderico. [Et [b] eodem anno in mense 1241?
Ianuarii, die XVI⁰ intrante dicto mense congelavit flumen Padi, ita quod homines *Ian.* 16.
transibant equestres et pedestres ab utraque parte dicti fluminis [4]]. Et [5] eo anno *L. temp. c.* 241.
obsessa fuit Feraria in mense Februarii et Marcii et Aprilis a marchione Hestensi, qui dicebatur 1240.
Aço, et a Gregorio de Monte-longo legato in Lombardia et a duce Veneciarum [6]. Et omnes isti *Febr.—Apr.*
fuerunt ibi cum magno exercitu. Et tunc erat domnus Raymundus de Sesso potestas Ferarie civi-
tatis. Et Ferarienses reddiderunt dictam civitatem cum domno Salinguerra dictis domnis Gregorio *(Iun. 2).*
de Monte-longo et marchioni et duci. Et missus est domnus Saginguerra [c] Venecias
captus, et alii nobiles de parte sua cum eo. Et stetit dictus Salinguerra in confinibus in
civitate Venetiarum et mortuus est ibi et sepultus. Potens homo fuit et famosus et
nominatus et magne sapientie reputatus. Dominium Ferarie optime habuit, sicut
Guillielmus de Markesella condam habuerat et marchioni Hestensi [7] dederat, qui
prius in Feraria nichil quod suum esset habebat. Revera civitas Ferarie Romani
pontificis est et terra ecclesie; et hoc audivi centies, quia septem annis ibi habi-
tavi [8], et etiam ab ore pape Innocentii quarti in plena predicatione hoc audivi, 1251. *(c. Oct. 4).*
quia semper tangebam eum, quando super fenestram palatii episcopi Ferarie pre-
dicabat [9]. Porro domnus Salinguerra solitus erat dicere: 'Celum celi Domino,
terram autem dedit filiis hominum' [10], quasi per hoc volens gloriari, quod potens
esset in terris; et tamen in aquis Venetiarum mortuus est; et cum esset sapiens, 1244.
fili*um habuit stultum [11], sicut Salomon Roboam, de quo [d] dixit Eccle. I†[e]: *Habi-* **f.* 279[d]. †2, 18. 19.*

a) *sic c.* b) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* c) *sic h. l. c. et semel etiam Liber de temp. c.* 241. d) quo *in marg. a Sal. suppl.* e) *sic c. pro* II

1) *Scultenna, nunc dicto Panaro.* 2) *Cf. tabulam datam a.* 1239. *Dec.* 20; *Reg. Imp. V, nr.* 13310. 3) *In capitulo generali Nov.* 1. *Romae celebrato.* 4) *Eadem fere ad a.* 1235, *supra f.* 243[a], *p.* 88. *post addita sunt. Quae et Alb. Milioli ad Libri de temp. c.* 242, *p.* 514. *post in margine addidit. Illo loco initium anni non a nativitate Domini vel a Ian.* 1, *sed ab annunciatione, ut videtur, factum est. Unde hoc frigus a.* 1241. *fuisse conicio.* 5) *Sequentia in Libro de temp. c.* 241. *male ad a.* 1239. *relata Sal. recte sub hoc anno posuit.* 6) *Iacobo Teupulo.* 7) *Opizoni I, sponso Marchesellae filiae Thedelgardi fratris Guillielmi Marchesellae. Cf. Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 124 *sq., Chron. parva Ferrar., ib. VIII, col.* 481. 8) *A.* 1249. *c. Aug. (vel Oct.)* — 1256; *cf. infra f.* 337[d]. 348[c]. 366[d]. 9) *Tribus locis Sal. infra de hac praedicatione a.* 1251. *c. Oct.* 4. *habita plura narrat, f.* 282[c], *p.* 174, *f.* 360[a], *ubi repetit quae hoc loco leguntur, f.* 395[d]. 396[a]. 10) *Idem dictum affert Boncompagnus in formula epistolae iuvenis monialem amantis in libello qui inscribitur Rota Veneris, C. Sutter, 'Aus Leben u. Schriften des Mag. Boncompagno' p.* 91, *n.* 1, *et in Rhetorica novissima, ed. A. Gaudenzi, Bibliotheca iuridica medii aevi II, p.* 288. 11) *Chron. parva Ferrar., Muratori, SS. VIII, col.* 484: Iacobus Taurellus . . . fatuus et delirus.

*F.* CC80[a] [a]. De domno Thomasio de Foliano, quem papa Innocentius IIII[us] fecit comitem Romagnole.

---

*turus heredem post me, quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit* et cet. Hic dictus est Iacobus Torrellus, qui et ipse proverbium suum solitus erat dicere: *L'asen da per la pare: botta da, botta receve*[1]. Quod est dicere: 'Asinus percutit per parietem, quando recalcitrat: ictum dat et ictum recipit', id est: percussuram dat et percussuram recipit. Quod rustici sapientissimum verbum reputabant, eo quod de papa et imperatore dictum esse credebant, [qui[b] tunc temporis discordes

*L. temp. c.* 241. erant ad invicem]. Et tunc temporis erat papa Gregorius nonus et imperator Fridericus se-

1240. cundus. Et capta est Ravenna a dicto imperatore, postquam mortuus est Paulus Traversarius[2]. Et[c] nota, quod in Ravenna antiquitus fuerunt IIII[or] nobilia casalia, sicut in Pontificali Ravenne pluries legi[3]. Habitavi enim ibi per quinquennium[4]. Et omnia illa casalia, que erant nobiliora et super alia, ad nichilum sunt redacta; quorum ultimum, quod plus duravit, fuit casale domni Pauli Traversarii, quod diebus meis omnino defecit. Fuit autem Paulus Traversarius pulcherrimus miles et magnus baro et ditissimus valde et dilectus a civibus. Verumtamen habuit emulum et contradicentem sibi quendam Anastasium[5] in Ravenna[6]. Porro domnus Paulus filium[7] habuit, ex quo remansit filia non legittime nata, que dicta est Traversaria, a casali suo nomen sortita. Hanc sepe vidi[8]. Et fuit pulcherrima[d]

**f.* CC80[a]. domina et bene *morigerata, mediocris tamen stature, id est nec nimis longa nec nimis parva. Hanc papa Innocentius quartus legittimavit, ut posset hereditare, et dedit eam in uxorem domno Thomasio de Foliano[9], qui erat de Regio et attinebat sibi, quem etiam in Romagnola comitem fecit[10], et placuit Ravennatibus. Genuit autem domnus Thomasius ex ea filium nomine Paulum, quem vidi pulcherrimum puerum et spetiosum valde; qui cum pervenisset ad bivium pytagórice littere, ultimum diem clausit. Cumque devenisset ad mortem[11], instituit sibi here-

a) *hoc loco et infra f.* CCC80. *et f.* CCCC80. *Sal. scripsit numerum Arabicum* 0, *hoc modo* 8. *Aliis omnibus locis, quibus signum Arabicum* 0 *scribi potuisset, numeros Romanos posuit.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) *penna mutata.* d) pucherrima *corr.* pulcherrima *c.*

1) *Cf. Boccaccio, 'Decamerone' VIII,* 8: quale asino da in parete, tal riceve. 2) *Ravenna capta est a.* 1240. *Aug.* 22, *mortuo Paulo a.* 1240. *Aug.* 10; *Spicil. hist. Ravenn., Muratori, SS. I,* 2, *p.* 578. 3) *In Agnelli Libro pontif. eccl. Rav., quem Sal. Ravennae legit (cf. supra f.* 272[c], *p.* 150*), nihil hac de re legitur. Sed codex, quem Sal. legit, praeter hunc librum alios continuisse videtur, sicut et in codice Estensi saec. XV, qui Agnelli librum continet, alii exstant libelli ad historiam Ravennatem spectantes (velut historia translationis s. Apollinaris a Sal. lecta), editi a Muratorio, SS. I,* 2, *p.* 529 *sqq. II,* 1, *p.* 188 *sqq., neque tamen in his haec reperi.* 4) *Cf. infra f.* 289[d]. 389[b]. *Iam quidem a.* 1264. *Oct. Sal. Ravennae fuit (infra f.* 390[d]*), a.* 1265. *vero in conventu Faventino vixit, a.* 1268. 1269. *eum Ravennae moratum esse constat (infra f.* 410[c]. 343[a]*).* 5) *Anastasii. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13743. 6) *Cf. infra f.* 362[b], *ubi brevius repetita sunt, quae hoc loco de Paulo Traversario eiusque gente narrantur.* 7) *Guillielmum.* 8) *A.* 1264, *quo Sal. Ravennae fuit (infra f.* 390[d]. 391[a]*), et fortasse iam a.* 1262. 1263. 9) *Vide quae Wilhelmus rex a.* 1249. *Oct.* 2, *Reg. Imp. V, nr.* 4987, *et Innocentius IV. papa, qui Thomasium dicit nepotem suum, a.* 1249. *Dec.* 15, *Potthast nr.* 13882, *ei dederunt. Cf. Ann. Caesen. a.* 1251, *Muratori, SS. XIV, col.* 1102. 10) *Wilhelmus rex a.* 1253. *Iun.* 17. *Thomasium rectorem Romagnae constituit; Reg. Imp. V, nr.* 5157; *cf. ibid. nr.* 5158; *Innocentii IV. epistolam datam a.* 1254. *Nov.* 7, *MG., Ep. pont. sel. III, p.* 304, *nr.* 333; *Fantuzzi, 'Monumenti Ravennati' III, p.* 333, *nr.* 135. 11) *Scil. Thomasius.*

*F. 280b.* De domno Stepháno, filio regis Ungárie, qui multa perpessus est infortunia.

---

dem domnum Matheum de Foliano[1], qui processu temporis bona occupavit
ipsius. Sane post mortem domni Thomasii uxor que fuerat eius iterum est mari- 1262.
tata[2]; quam in uxorem accepit nepos marchionis Hestensis[3], scilicet domnus
Stephánus, filius regis Hungárie[4], sancte Elysabeth frater, sed non ex eadem
matre[5], sed tantum ex patre. Qui[a] genuit ex ea filium spetiosum, qui processu
temporis mortuus est[6]; et uxor domni Stephániı mortua est[b] et sepulta in sepulcro
domni Pauli Traversarii in ecclesia sancti Vitalis in artica apud Ravennam. Ipse
vero domnus Stephánus postmodum ivit Venetias et ibi in altissima paupertate et
summa miseria ultimum diem clausit[7]. Et ut tradidit Iosephus de Herode Agrippa *Petr. Com.*
loquens: *Non erat homo, in quo mutabilitas fortune ádeo posset deprehendi*[8], et exemplificat de
tribus eius infortuniis: sic de domno Stepháno possumus *exemplificare. Primo **f. 280b.*
in hoc male contigit ei, quia post mortem Andree regis Hungárie mater eius 1235.
de Hungária fugit pregnans, timens, ne interficeretur ab Húngaris[9], sicut aliam 1236.
reginam occiderant, scilicet sancte Elysabeth matrem[10]. Secundo, quia imposuerunt ei, quod ex Dionisio quodam[11] conceperat; et ideo filii regis Hungárie
fratrem eum non appellabant nec ad habendam paternam hereditatem admittebant. Et hoc dubium multis annis apud regem Hungárie[12] fuit. Et multi fratres
Minores de Hungária, qui transibant per Ferariam, volebant ipsum videre et
dicebant, quod regi Hungárie, patri suo, in habitudine corporis optime similis
videbatur. Tertio, quia, cum nutriretur Ferarie in marchionis Hestensis[13]
curia, et speraretur, quod ei propinquitatis iure deberet succedere[14] tamquam
[filius neptis, filie[c] [15] Aldevrandini fratris], portatus fuit quidam [puer[d] parvus[16] de 1252.
Apulia supra asinum vel sumarium, natus ex quadam nobili muliere de Neapoli
et ex quodam Rainaldo principe, quondam[e] filio Açonis marchionis Estensis de
Ferraria, ut tunc dictum fuit; quem Rainaldum] imperator obsidem[f] tenebat in

a) *penna mutata.* b) ē (est) *a Sal. in marg. suppl.* c) filie aldeuran *in marg. suppl.*, filius neptis *et* ||dini fratris *in loco raso scripta sunt a Sal., ut censeo.* d) *uncis inclusa* puer — — Rainaldum *in loco raso scripta certe alia manu circa a.* 1300. e) filio quondam *corr.* quondam filio *c.* f) obside, *linea compendii forte erasa, c.*

1) *Cf. tabulam Bonifacii archiepiscopi Ravennatis datam a.* 1278. *Nov.* 12, *editam a G. Levi, 'Atti e Memorie della R. deput. di st. patria per le prov. Modenesi e Parmensi', serie III, t. IV, p.* 482 *sqq., quam infra ad f.* 281c, *p.* 171, *n.* 3. *attuli.* 2) *Cf. Ann. S. Iustinae Patav. a.* 1262, *SS. XIX, p.* 182 *sq.; Reg. Imp. V, nr.* 14194*a.* 3) *Aldobrandini.* 4) *Andreae II.* 5) *Mater huius Gertrudis de Merania, mater Stephani Beatrix filia Aldobrandini de Este.* 6) *Cf. Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 128. 7) *Eadem verba infra f.* 281c; *vide quae ibi adnotavi.* 8) *Haec ex Petri Comest. Hist. scolast., Actuum c.* 59. *exscripta sunt.* 9) *Cf. Ann. S. Iustinae Patav. a.* 1236, *SS. XIX, p.* 155; *Ann. Patav., Muratori, Antiq. Italiae IV (Mediolani* 1741*), col.* 1133. 10) *Gertrudem a.* 1213. 11) *Comite palatino Ungariae, quem Bela IV. rex* privari fecit lumine oculorum, *Roger., Carmen. miser. c.* 4, *SS. XXIX, p.* 550. 12) *Belam IV.* 13) *Azzonis III. (VII).* 14) *Cf. Ann. S. Iustinae Patav. a.* 1263, *SS. XIX, p.* 183. 15) *Beatricis.* 16) *Opizo II. Qui a.* 1252. *ab Apulia Ferrariam adductus est. Cf. Ann. S. Iustinae Patav., SS. XIX, p.* 162; *Ann. Patav., Muratori, Antiq. Italiae IV, col.* 1139; *Chron. parva Ferrar., Muratori, SS. VIII, col.* 487; *epist. Innocentii IV. papae datae a.* 1252. *Iul.* 9. 18, *Potthast nr.* 26481. 26482. (14659*a.* 14668*a*); *Reg. Imp. V, nr.* 13870*a.*

vinculis [in civitate Neapoli[a, 1]]. Si fuit res fictitia, malitiose[b] composita, an veritas, ignoro[c]. Verum quomodocumque fuerit, Stephánus de Feraria fuit expulsus et habitavit Ravenne. Puer vero [noviter conductus[d]] dominium tenuit marchionis Hestensis[2]. Et[e] factus est pessimus homo, imitatus Icilinicos mores.
*f. 280d. Nam matrem propriam submergi fecit in aquis Adriaticis vel in vallibus, *eó quod erubescebat matrem se talem habuisse, que lavandaria extiterat[3]. Nam ioculatores ei de hac macula[f] verecundiam faciebant, eo quod[g] illegittime natus esset, et quod matrem ignobilem habuisset. [Aliqui[h] dixerunt istum Opiçonem filium fuisse Açonis marchionis Hestensis . . . . . . . . . . . . . . . . erat domine Beatricis[i] . . . . . . . . . tpis . . . nos . . . . . . . . . Quod si . . . . . . . . fuit sibi pater . . . . . . . . illi . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Hestensi. Et tamen[i] prefuit . . . . . . . . . . Notandum presertim . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Malaspina . . . . . . . . . . . tribus vicibus maritata[k]]. Hic est Opiço Hestensis marchio, qui modo in Feraria dominatur, qui peccatis suis facientibus factus est monoculus. Nam cum in parasceue in hastiludio luderet, ab hastili haste fracto dexstrum[l] oculum sibi destruxit et lumen ex toto amisit. Faciebat enim talia[m] amore cuiusdam muliercule, que presens áderat. Item dictum fuit de eo, quod filias et uxores tam nobilium quam ignobilium de Feraria constupraret. Item diffamatus fuit, quod proprias sorores cognoverit necnon et sororem uxoris. Item illos de [Fontana[n]], qui eum nutrierant et sublimaverant
1273. et exaltaverant[4], destruxit et delevit et de Feraria expulit[5]. Multa alia[o] mala fecit, et multa a Deo recipiet, nisi convertatur ad ipsum. Cum domno Octobono, qui postea[6] papa Adrianus fuit, talem habuit amiciciam, quod propinquam
1263. eius accepit uxorem[7], ex qua tres filios genuit et filiam unam[8]. Et fuit primogenitus eius Aço, qui uxorem[9] habuit de parentela pape Nicholai tertii, natione

a) in civ. Neap. *in loco raso alia manu circa a.* 1300. *scripta.* b) malitio *a Sal. in loco raso.* c) ignoro *a Sal. in loco raso.* d) nov. cond. *in loco qui evanuit vel rasus est posteriore manu scripta.* e) Et — ignobilem habuisset *medicina superlita difficilia lectu ideoque in ed. Parm. omissa sunt.* f) *haec vox certe legi nequit.* g) eo quod *certe legi nequit.* h) *uncis inclusa in septem longis lineis et minutis litteris in infer. marg. a Sal. suppleta, sed erasa et postea medicina superlita ita deleta sunt, ut paucissima legere potuerim.* i) *hanc vocem nescio an recte legerim.* k) *litterae* ata *legi nequeunt.* l) destrum *corr.* dexstrum *c.* m) talie *corr.* talia *c.* n) *haec vox recenti manu super alia erasa vel quae evanuerat scripta est; neque tamen dubito hoc loco* Fontana *scriptum fuisse, cum eadem fere verba infra f.* 360a. *recurrant.* o) mala alia *corr.* alia mala *c.*

1) *Eadem fere vide infra f.* 360a. *Beneventi Rainaldum mortuum esse tradit Chron. Ferrar. ineditum codicis Estensis O* 7, 10, *(olim VI A* 13*), saec. XV, f.* 13. 2) *Demum ab a.* 1264. *mortuo Azzone III.* 3) De quadam puella nobili *vel* de quadam domicella nobili *natum eum fuisse tradunt Ann. S. Iustinae Patav. et Patav. l. l. Prior locus ex Ann. S. Iustinae exscriptus mutatus est in Chron. Est., Muratori, SS. XV, col.* 313: de quadam formosissima puella et militari stirpe genita. *Vide quod alius quidam supra p.* 167, *l.* 25. *dixit.* 4) *Cf. Chron. parva Ferrar., Muratori, SS. VIII, col.* 487 *sq.* 5) *Cf. Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 139; *Ann. Mantuani, SS. XIX, p.* 27; *App. ad Chron. parvam Ferrar., Muratori, SS. VIII, col.* 488. 6) *A.* 1276. 7) *Iacobinam vel Iacominam de Flisco. Cf. Ann. S. Iustinae Patav. a.* 1263, *SS. XIX, p.* 183; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 135. 8) *Beatricem.* 9) *Iohannam de Ursinis.*

*F.* CC81[a]. De fratre Latino, qui fuit cardinalis et legatus in Lombardia, et de constitutionibus suis.

---

Romani, qui dicebatur prius domnus Iohannes Gaietanus, cum cardinalis existeret; et remansit[1] cardinalis domnus Matheus Rubeus[2], filius domni Ursi, fratris germani pape. Iste Matheus Rubeus est ordinis fratrum Minorum secundum eorum regulam gubernator, protector et corrector; et papa Nicholaus assignavit eum et ordini dedit, cum prius domnum Ieronimum *petivissent, qui fuerat generalis *f. 280[d].
minister eorum[3].

Secundus cardinalis[4] de parentela pape fuit domnus Iacobus de Columna, qui totaliter est amicus ordinis fratrum Minorum. Et cum esset iuvenis et persona privata, id est non habens aliquam dignitatem, a Bononia, ubi studebat, venit Ravennam causa devotionis, ut ecclesias visitaret, quia in Ravenna per totum mensem Maii sunt in ecclesiis maxime indulgentie[5], et multi vadunt illuc de diversis partibus mundi, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Venit ergo Ravennam domnus Iacobus causa predicta; et habitabam Ravenne tunc temporis in conventu fratrum Minorum ecclesie sancti Petri Maioris[6], in qua corpus sancti Liberii per columbam electi[7] venerationi habetur, et fui ei assignatus socius et duxi eum ad omnia sanctuaria intus et extra, id est per civitatem et extra.

Tertius cardinalis[8] de parentela pape Nicholai tertii fuit domnus Latinus ex ordine fratrum Predicatorum. Hic quantum ad similitudinem corporis Petro Capritio[a] de Lambertinis de Bononia similis videbatur secundum meum iuditium. Hunc papa Nicholaus fecit legatum in Lombardia et in Tuscia et in 1278.
Romagnola[9]; et turbavit mulieres omnes cum quadam constitutione, quam fecit; in qua continebatur, quod mulieres haberent vestimenta curta usque ad terram et tantum plus, quanta est unius palme mensura[10]. Trahebant enim prius caudas vestimentorum per terram longas per brachium et dimidium. De quibus dicit Patecclus[11]:

*Et truppi longhi, ke[b] la polver menna.*

*Et fecit hoc per ecclesias predicari et imposuit mulieribus sub precepto, et *f. CC81[a].
quod nullus sacerdos posset eas absólvere, nisi ita facerent; quod fuit mulieribus amarius omni morte. Nam quedam mulier familiariter dixit michi, quod plus erat ei kara illa cauda quam totum aliud vestimentum, quo induebatur. In-

a) captio *c.* b) *non apparet num* ki *an* ke *scriptum sit in c.*

1) *Scilicet de gente Ursinorum, quando Nicolaus III. a.* 1277. *papa creatus est. Matheus enim iam ab Urbano IV. papa a.* 1262. *cardinalis factus erat.* 2) *Card. diaconus S. Mariae in Porticu.* 3) *Cf. infra f.* 417[c]. 4) *Diaconus S. Mariae in Via-lata.* 5) *Cf. indulgentias ecclesiarum Ravennatum, Muratori, SS. I,* 2, *p.* 580 *sq., ubi omnibus fere ecclesiis adscriptum:* per totum mensem Maii. 6) *Quae ecclesia a.* 1261. *Ian.* 4. *fratribus Minoribus donata est a Philippo archiepiscopo; I. A. Amadesii In Antistitum Ravennatum chronotaxim III, p.* 193 *sq., App. nr.* 53. *Cf. infra f.* 376[d]. *Sive a.* 1264. *sive inter annos* 1266. *et* 1269. *hoc factum esse videtur.* 7) *Ravennae tradebatur duodecim priores episcopos per columbam e caelo descendentem electos esse; cf. Agnell. c.* 17, *SS. Langob. p.* 285, *n.* 4; *Vita S. Liberii, Muratori, SS. I,* 2, *p.* 557; *supra f.* 275[b], *p.* 155. 8) *Episcopus Ostiensis.* 9) *A.* 1278. *Sept.* 25; *Potthast nr.* 21459. 10) *Iterum de his constitutionibus Latini legati infra f.* 392[a.b]. *traditur.* 11) *In libro Taediorum procul dubio.*

super cardinalis Latinus precepit in illa constitutione, quod omnes mulieres, tam iuvencule sive domicelle quam maritate[a] et vidue et matrone, in capitibus vela portarent[1]. Quod grave horribiliter fuit eis. Sed isti tribulationi remedium invenerunt, quod minime potuerunt caudis. Nam vela faciebant fieri de bisso et serico, auro intexta, cum quibus in decuplum melius apparebant et magis ad lasciviam videntium oculos attrahebant.

Quartus cardinalis[2] de parentéla pape Nicholai fuit domnus Iordanus, frater germanus pape, homo parve litterature et quasi laycus. Sed *quia caro et sanguis revelavit* hoc pape, ideo fecit istos IIII^or cardinales de parentela sua[3]. Edificavit enim Sion in sanguinibus, sicut et aliqui alii Romani pontifices fecerunt aliquando; de quibus dicit Micheas III*: *Qui edificatis Sion in sanguinibus et Ierusalem in iniquitate.* Credo certissime in conscientia mea, et est michi firmiter persuásum, quod mille fratres Minores sunt in ordine beati Francisci, cuius ordinis modicus et infimus frater sum ego[a], qui magis ydonei essent ad cardinalatum habendum ratione scientie et sancte vite, quam multi qui ratione parentéle a Romanis pontificibus pluries sunt promóti. Non longe petatur exemplum. Papa Urba*nus quartus, natione Trecensis, ad cardinalatum promóvit domnum Angérum[4], nepotem suum, et sublimávit et exaltavit eum super omnes cardinales curie quantum ad divitias et honores; et erat prius vilis scolaris[5] in tantum[b], ut etiam aliorum scolarium, cum quibus studebat, carnes a macello portaret. Et processu temporis repertum est, quod filius pape esset. Et ita prómovent et exaltant bastardos sive spurios suos et dicunt, quod sunt nepotes sui, fratrum suorum filii. Non sic fecit beatus Iob, qui de seipso dicit XXXI*: *Si abscondi*[c] *quasi homo peccatum meum et celavi*[d] *in sinu meo iniquitatem meam.* Et certe isti tales, cum promóti sunt ad dominium et dignitates et habent divitias et accessum ad papam, maximi reputantur[e]. Sed audi remedium in consolationem de aliquo prebendáto, qui in filiis spuriis delectatur, Iob 27*: *Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt; et nepotes eius non saturabuntur pane.* Igitur . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . a in . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[f]

dilig[itur][g], pro eo quod turpis est et deformis nec non et gibbosa et illegittime nata.

Porro quartum infortunium domni Stephani fuit[6], quia domina Traversaria, uxor eius, ex qua in civitate Ravenne et per Romagnolam habebat divitias, gloriam et honorem, uná cum filio ex ea progenito ultimum diem clausit. Quocirca opor-

Marginalia: *Matth.* 16,17. — 1278. *(Mart.)* — *v. 10. — **f.* 281b. — *v. 33. — *v. 14. — *c.* 1265.

a) ego qui *in loco raso.* b) in tantum *a Sal. in marg. suppl.* c) abscondi *in loco raso.* d) celavi *in loco raso.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sex versus et dimidius radendo penitus deleti sunt, medicina etiam superlita; sequens etiam versus erasus difficillimus est lectu.* g) *litterae uncis inclusae legi nequeunt.*

1) *Cf. Riccobaldi Pomerium c.* 90, *Muratori, SS. IX, col.* 141. 2) *Diaconus S. Eustachii.* 3) *Anno* 1278. *Mart.* 12. *vel* 19. *hi tres (non quatuor) cardinales creati sunt. Cf. Alberti Milioli Liber de temp., SS. XXXI, p.* 549; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 420; *Martini Cont. Rom., SS. XXII, p.* 476. 4) *A.* 1261. *Qui card. presbyter tit. S. Praxedis factus est.* 5) *Sed archidiaconus Laudunensis fuit, cum in cardinalatum promovebatur.* 6) *Cf. supra f.* 280^a.^b, *p.* 167.

*F.* $281^{c}$. De Guillielmotto Apulo, qui domno Paulo Traversario in hereditate successit.

---

tuit eum ire Venecias ad habitandum, *et ibi in magna paupertate et miseria **f.* $281^{c}$. ultimum diem clausit*[1]. Ideo dicit Iob XXI*: *Iste moritur robustus et sanus, dires* **v.* 23—26. *et felix. Viscera eius plena sunt adipe, et medullis ossa illius irrigantur. Alius* quidem *moritur in amaritudine anime sue*[a] *absque ullis opibus. Et tamen simul in pulvere dorment, et vermes operient eos.*

Post[b] hec, scilicet post mortem domni Stepháni[2], venit quidam Guillielmóttus[3] 1265/6. de Apulia cum quadam pedissequa, que prius Paschetta dicebatur, et imposuit ei nomen Aycam[c] et dicebat eam uxorem suam esse et domni Pauli Traversarii filiam[d][4]. Revera imperator Fridericus acceperat Aicam[c] domni Pauli Traversarii filiam et miserat eam obsidem in Apuliam. Postmodum vero iratus imperator contra patrem ipsius puelle fecit eam precipitari in fornacem ignis ardentis[5], et sic animam celo

*) *In marg. manu paulo recentiore saec. XIII ex. — XIV. adnotatum:* Falsum est quod ibi ponit autor.

a) sue *deest Vulg.* b) *littera initialis* P *colore nigro et minio picta.* c) *sic h. l. c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Eadem verba iam supra f.* $280^{a}$, *p.* 167, *quae iure quidam nota marginali castigavit. Nam Stephanus Venetiis in uxorem duxit Thomasinam de Morosinis, ex qua genuit Andream regem Ungariae a.* 1290—1302. *Cf. G. Levi, 'Atti e Memorie della R. deput. di st. patria per le prov. Modenesi e Parmensi', ser. III, t. IV, p.* 463. 2) *Potius post mortem Traversariae, ut videtur.* 3) *Guillielmus Francisius vocatur in tabulis Ravennatibus a.* 1268. *Febr.* 5. *Mart.* 2, *Fantuzzi, 'Monum. Ravennati' III, p.* 110 *sq., nr.* 74. 75, *et aliis.* 4) *Infra f.* $362^{b}$. *Sal. tantum dicit creditum esse hoc fraudulenter factum, uxorem scilicet Guillielmotti non veram Aicam filiam Pauli Traversarii fuisse, quod non pro certo illic affirmat ut hoc loco. De his rebus cf. A. Tarlazzi in 'Atti e Memorie della R. deput. di st. patria per le prov. di Romagna' IX* (1870), *p.* 37—56; *G. Levi in 'Atti e Memorie della R. deput. di st. patria per le prov. Modenesi e Parmensi', serie III, t. IV* (1886), *p.* 459—471. *Qui p.* 485 *sqq. edidit tabulam datam a.* 1280. *Nov.* 30, *qua Matheus de Foliano supra p.* 167. *dictus eadem contendit, quae Salimbene narrat:* Coram vobis d. Petro vicario illustris viri d. Bertholdi de filiis Ursi, comitis provincie Romaniole, dicit, denunciat et accusat d. Matheus de Foliano Pascetam, que se facit nominari Aycham filiam quondam d. Pauli Traversarii, dicens, quod falsum comisit dupliciter, in eo videlicet quod, cum vocaretur Pasceta et esset sclava, se nominari facit et fecit Aycham et filiam dicti d. Pauli, ut bona et hereditates quondam dicti d. Pauli et filii eius Guillelmi et eorum heredum et successorum occuparet et haberet tamquam filia et heres predicti d. Pauli, cum non esset Aycha nec filia neque heres, et ipsa bona et hereditates occasione predicta et tali pretextu nequiter occupavit et habuit, cum dicta Aycha . . . iamdiu esset viam universe carnis ingressa; que omnia redundant . . . in grande damnum, preiudicium et gravamen ipsius d. Mathei, ad quem dicte hereditates . . . . pertinent pleno iure, tam ex successione quondam Pauli filii quondam d. Tomaxii de Foliano et d. Traversarie eius matris et uxoris predicti d. Thomaxii et filie quondam d. Guillelmi Traversarii, quam ex aliis iuribus. . . . . Quarum falsitatum et quorum criminum . . . Guillelmotus, qui eam tenet pro uxore, fuit autor conscius, minister et particeps, accipiendo et detinendo una cum dicta Pasceta pretextu fraudis et falsitatis predicte bona predicta. . . . Et predicta dicit fuisse in civitate Ravenne et Forlivii et aliis terris et locis provincie Romagnole sub millesimo ducentesimo LXV. et LXVI. et ab inde citra singulis annis. 5) *Dan.* 3, 11: mittatur in fornacem ignis ardentis.

dedit[a][1]. Nam quidam frater Minor, nobilis homo de Ravenna, frater domni
Segnorelli[b], qui in Apulia habitabat, nomine Ubaldinus presens fuit et eam in
confessione audivit. Et erat pulcherrima domina; nec mirum, quia patrem pulcher-
rimum habuit. Vide Paulum Traversarium et vide regem Iohannem[2], et diiudica,
si potes, quis pulchrior sit eorum[a]. Ista vero Paschetta, que se domni Pauli
filiam esse dicebat et sibi Aicam nomen imposuerat, turpis erat atque deformis et
ultra modum misera et avara. Nam cum ea[c] locutus fui in civitate Ravenne, ubi
habitabam tunc temporis, quando venit illuc, et vidi eam cencies[3]. Hec a domina
*f. 281d. sua mores paternos didicerat *et conditiones civitatis Ravenne. Insuper quidam
homo de Ravenna, quem bene cognovi, ibat frequenter in Apuliam et eam de
supradictis malitiose instruxit, sperans, quod ab ea, si sublimaretur, premium ob-
tineret. [Hic[d] dicebatur in vulgári domnus Hugo de Barci, et fuit notus meus].
1265/6. Venit itaque Guillielmóttus cum uxore sua Ravennam[4]. Et audientes Ravennates
cf. Iudith 5, 4. letati sunt et exiverunt obviam eis, ut cum gaudio susciperent eos. Exivi[e] et
ego cum uno fratre socio usque extra portam Sancti Laurentii et steti super
fluminis[5] pontem expectans et volens videre, quidnam vellet hoc esse. Cumque
expectarem, currebat quidam iuvenis, qui dixit michi: 'Et quare non venerunt alii
fratres? In veritate, si papa esset Ravenne, cum cardinalibus deberet occurrere
ad istam letitiam contemplandam'. Audiens hec prospexi eum et subrisi dicens:
'Benedicaris tu, fili, bene dixisti![a]' Cum autem ingressi fuissent Ravennam, ad
ecclesiam sancti Vitalis statim iverunt, ut locum sepulcri Pauli Traversarii primitus
visitarent. Cumque Paschetta coram archa domni Pauli staret, elevata voce cepit
flere, quasi plangeret patrem suum, domnum Paulum, virum nobilem, strenuum et
prudentem. Et cepit facere nauseam dedignans, quod in sepulchro patris Tra-
versaria esset sepulta. Postmodum autem iverunt ad hospitia ordinata. Hec
omnia retulit michi qui presens fuit et vidit domnus Iohannes monachus, sacrista
Sancti Vitalis, amicus meus. In crastinum autem Guillielmóttus locutus est in
consilio Ravennatum. Erat enim pulcher miles et magnus prolocutor. Cumque
*f. CC82a. perorasset *et concionando verba sua dixisset, plus promiserunt ei et obtulerunt
Ravennates, quam ipse postulasset ab eis. Gaudebant enim, quod casale domni
Pauli reviviscere posset. Consensit etiam in hoc domnus Phylippus archiepiscopus
Ravennas[6], qui erat de Tuscia[7]. Et habuit Guillielmottus possessiones et terras
domni Pauli, sicut unquam domnus Paulus habuerat melius[8], et abundavit
pecunia et redditibus et edificavit curtes et casalia et muralia et palatia, et pros-
peratus est multis annis, ut vidi oculis meis[9]. Post hec elevavit se contra
1275. partem ecclesie, et ideo de Ravenna fuit expulsus, et omnia sua palatia et edificia
*v. 16. fuerunt destructa iuxta verbum quod in Proverbiis scriptum est XVII*: *Qui altam*

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) segrelli c. c) ea *a Sal. in marg. suppl.* d) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* e) *penna mutata; praecedit* ℭ *minio scriptum.*

1) *A.* 1249. *Ian.* 13. *curatores constituti sunt heredum Pauli Traversarii; Fantuzzi, 'Monumenti Ravennati' III, p.* 86, *nr.* 56. *p.* 294, *nr.* 132, § 33. 2) *Hierosolymitanum. Cf. supra f.* 225[b], *p.* 43. 3) *Nam et a.* 1268. 1269. *Sal. Ravennae erat.* 4) *Potius crediderim haec a.* 1266. *facta esse quam a.* 1265, *ut e tabula Mathei de Foliano supra p.* 171, *n.* 4. *citata colligi videtur. Nam per totum annum* 1265. *(Ian.* 24 — *Dec.* 27*) Sal. Faventiae fuisse videtur.* 5) *Montonis.* 6) *Cf. tabulam eius datam a.* 1268. *Mart.* 1, *editam a G. Levi l. l. p.* 477 *sq.* 7) *Cf. infra f.* 373[c]. 389[c]. 8) *A.* 1268. *et* 1270. *etiam Ferrariae statutum est,* ut Ayca Traversaria habeatur pro filia et herede legitima quondam d. Pauli Traversarii, *tabula edita a G. Levi l. l. p.* 479 *sq.* 9) *Nam a.* 1273. *iterum (brevi tempore, ut videtur) Ravennae fuit. Cf. infra f.* 410[b. c].

*facit domum suam, querit ruinam.* Et Eccli.[a] XXI*: *Qui edificat domum suam im-* *v. 9.
*pendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.* Porro illa Paschetta, uxor
sua, que se Aicam nominari faciebat, filium ex eo non habuit, sed mittebat in
Apuliam et[b] pueros V annorum et VII inde portari sibi faciebat, quos filios suos
esse dicebat. Tandem mortuus est unus ex illis, quem cum[c] in archa domni Pauli
sepelisset, cepit eiulando clamare et dicere: 'Magnitudines domni Pauli, ubi vos
derelinquo? Magnitudines domni Pauli, ubi vos derelinquo? Magnitudines domni
Pauli, ubi vos derelinquo?' Tandem, superabundantibus guerris, Furlivii ultimum
diem clausit, et Guillielmóttus in Apuliam est reversus, *vadens spoliatus et nudus*[1], Mich. 1, 8.
ita ut illud poeticum[2] dicere posset:

*Non eodem cursu respondent ultima primis*[d]. Versus.

*Quod autem huiusmodi fraudulentie et derisiones et deceptiones possint fieri in *f. 282b.
hoc mundo, minime dubitamus, quia inde plura habemus exempla. Et primum[e]
de simulato Alexandro tempore Augusti Cesaris, de quo in Historiis[3] continetur.

Secundum de comite Frandie[f, 4], qui in ultramarinis partibus ultimum diem 1204.
clausit. Post plures annos venit quidam, qui habitudinem corporis comitis in omnibus 1225.
videbatur habere, et obtulit se comitisse Flandrie[5] dicens, quod pater suus esset;
et multas conditiones referebat, per quas coniecturari poterat, quod diceret verum.
Cum autem de consilio suorum quesisset ab eo, quis eum militem fecisset[6], respondere nescivit; et ideo iudicavit, quod suspendi deberet. Quod et factum fuit.
Ideo dicit sapiens Eccle. VII*: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* *v. 18.

Tertium[b] exemplum patet in Friderico imperatore deposito, post cuius mortem
repertus est quidam heremita reclusus[7], qui quantum ad effigiem corporis imperatori 1261.
similis in omnibus videbatur, et multas conditiones regni et imperii curieque regalis peroptime noverat. Hunc quidam principes et barones Sicilie et Apulie regnum invadere et occuppare[g] volentes, ipso consentiente, de heremitorio extraxerunt, divulgantes, quod viveret imperator[h]. Ideo enim iste heremita istis consentiebat, quia ex hoc sperabat assequi divitias et honores. Sed Manfredus filius
Friderici, qui princeps appellabatur[i], fecit eum capi et diversis suppliciis occidi 1262.
precepit. Ideo congruit isti heremite quod Amasie regi Iudá a Ioas rege Israel
*dictum fuit IIII. Reg. XIIII†: *Contentus esto gloria et sede in domo tua.* Quod si *f. 282c. †v. 10.
iste heremita fecisset, nequaquam interfectus fuisset. Ideo consulit Ecclesiasticus
XXIX*[k]: *Minimum pro magno placeat tibi.* Item[b] sapiens docet Prover. I†: *Fili mi,* *v. 30. †v. 10. 11.
*si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint: 'Veni nobiscum', fili mi, ne* *v. 15. 16.

a) ecc̀ XXI. *demum post in loco vacuo relicto a Sal. suppl.* b) *penna mutata.* c) cum *in marg. a Sal. suppl.* d) *littera maiuscula* N (Nota) *ornata in marg.* e) ℂ Et ℂ Primum *c.* f) *sic h. l. c.* g) *sic* (occup|pare) *c.* h) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* i) appellatur, ba *superscripto corr.* appellabatur *c.* k) *numerus in loco vacuo relicto paulo post a Sal. suppl.*

1) *Cf. de hoc loco G. Levi l. l. p.* 468. 2) *Catonis Dist. I,* 18. *Idem versus infra f.* 293[a]. *allatus est cum eodem mendo* (eodem *pro* uno). 3) *Scil. Petri Comest. Hist. scolast., Evang. c.* 21. 4) *Balduino IX, I. imperatore Constantinopolitano.* 5) *Iohannae.* 6) *Hac de re, ut refert Vinc. Bellovac., Spec. hist. XXX,* 127, *aut potius, ubi miles factus sit (Phil. Mouskes v.* 24964 *sqq., SS. XXVI, p.* 773; *Robert. Autissiod. Add., ib. p.* 287; *Alb. Stad., SS. XVI, p.* 358*) interrogatus est Pseudobalduinus inter alia a Ludovico VIII. in colloquio Peronae a.* 1225. *Maii* 30. *habito. Captus et comitissae traditus et suspensus est aliquanto tempore post hoc colloquium.* 7) *Iohannes de Cocleria mendicus, non eremita (cf. Saba Malaspina II, 6). Eremita fuit Pseudobalduinus Bertrannus de Rais. Mentionem huius Pseudofriderici etiam fecit frater Minor Erphordensis in Cronica Minore, Monum. Erphesfurt. p.* 667.

*F.* 282[d]. De obsidione et captione Faventie, et de morte pape Gregorii noni et substitutione Celestini.

---

*ambules cum eis. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim eorum ad malum currunt et festinant, ut effundant sanguinem.* Nota, quod ista deceptio de Friderico faciliter presumebatur posse fieri, pro eo quod in Sibilla[1] legitur: *Sonabit et in populis: 'Vivit' et 'non vivit'.* Nam et ego ipse usque ad multos dies vix potui
1251. *(c. Oct. 4).* credere, quod mortuus esset, nisi cum auribus meis ab ore Innocentii pape quarti
audivi, cum in pleno populo Ferarie predicaret[2] in suo reditu de Lugduno. Eram enim iuxta eum et semper eum tangebam, cum in predicatione dixit: 'Domnus ille condam imperator, adversarius noster et Dei et ecclesie inimicus, ultimum diem clausit, ut firmiter nuntiatum est nobis[a]'. Horrui, cum audirem, et vix potui credere. Eram enim Iohachíta et credebam et expectabam et sperabam, quod adhuc Fridericus maiora mala esset facturus quam illa que fecerat, quamvis multa fecisset[3].

Quartum exemplum patet in quodam, qui se Manfredum esse dicebat filium Friderici, quem rex Karolus, frater Lodoyci regis Francie, in bello prostraverat. Et ideo rex Karolus simulatum principem Manfredum oblatum sibi occidi mandavit[4]. Et multos tales diebus illis occidit Manfredos[5]. Quibus convenit illud
**v. 13. †f. 282[d].* Iob XXXVI*[b]: *Simulatores et callidi provocant iram Dei.* †Item cuilibet talium
**v. 1.* dicit Ecclesiasticus VII*: *Noli facere mala, et non te apprehendent.* Et iterum ibi-
**v. 3.* dem*: *Non semines mala in sulcis iniusticie[c], et non metes ea in séptuplum.*

Sed de hac materia satis sit dictum. Diximus enim hec omnia occasione Pauli
*Ioh. 3, 8. Eccl. 8, 8.* Traversarii preter intentionem nostram, quia *spiritus ubi vult spirat,* nec *est in hominis dictione[d] prohibere spiritum.* Nunc autem ad inchoatum millesimum reverta-
1240. mur. Igitur millesimo CC$^{0}$XL$^{0}$ obsessa est Faventia per dictum imperatorem;
1241. et tradiderunt se ei[6], et ingressus non servavit eis pactum.

*(Apr. 14).* Anno Domini M$^{0}$CC$^{0}$XLI$^{0}$ capta est Faventia sive concordavit cum dicto
*(Aug. 21).* imperatore, et non servavit eis fidem[7], ut dictum est. Mortuus[e] est papa Gregorius nonus, qui fuit amicus et pater et benefactor ordinis fratrum Minorum.
*Martin. Opp.* Et substitutus est ei Celestinus quartus, natione Mediolanensis, qui cito obiit, scilicet infra spatium XVII dierum[8]. Et cessavit episcopatus ab anno M$^{0}$CC$^{0}$XLI$^{0}$ usque ad
1243. M$^{m}$CCXLIII$^{m}$, quia et cardinales discordes erant et dispersi, et Fridericus vias clauserat usque ádeo, ut multi caperentur. Timebat enim, ne aliquis transiret qui papa fieret. Nam et ego ipse tunc temporis captus pluries fui. Et tunc didici et excogitavi scribere litteras diversis modis sub cautela.

1242. *L. temp. c. 245.* Anno Domini M$^{0}$CC$^{0}$XLII$^{0}$ domnus Lamberteschus de Lamberteschis de Florentia potestas Reginus fuit, qui libenter faciebat iustitiam et rationem hominibus iuxta verbum quod de
**v. 15.* David scriptum est II. Reg. VIII*: *Faciebat quoque David iuditium et iustitiam omni*

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *numerus in loco vacuo relicto paulo post a Sal. suppl.* c) iniustici *corr.* iniusticie *c.* d) *sic c. h. l. et infra f.* 287[b]. *pro* ditione; potestate *Vulg.* e) *penna mutata.*

1) *Dicta Erithea, 'N. Archiv' XV, p.* 168. *XXX, p.* 334. 2) *A.* 1251. *c. Oct.* 4; *cf. supra f.* 279[c], *p.* 165, *infra f.* 360[a]. 395[d]. 396[a]. 3) *Credebat enim cum Ioachitis Fridericum esse Antichristum.* 4) *Cf. Del Giudice, 'La famiglia di re Manfredi' p.* 219 *sqq.* 5) *Cf. Minieri-Riccio, 'Il regno di Carlo I. di Angió'* 1283. *p.* 18. 6) *A.* 1241. *Apr.* 14. 7) *Reg. Imp. V,* 1, *p.* 562, *nr.* 3196[b]. *adnotatum est nusquam alibi quidquam de pacto non servato relatum esse. Sed vide v.* 36. *vaticinii quod dicitur Michaelis Scoti, 'N. Archiv' XXX, p.* 362, *et ibid. p.* 373. 8) *Eadem vide in Libro de temp. c.* 244.

*F.* CC83ª. De electione pape Innocentii quarti et de operibus eius.
*F.* 283ᵇ. De morte domni Nicholai Regini episcopi.

---

*populo suo.* Et ideo dixit in psalmo*: *Feci iuditium et iustitiam.* †Sciebat enim, *118, 121. †f. CC83ª.
quod *beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore.* Quia igitur *Ps.* 105, 3.
predictus potestas libenter faciebat iuditium et iustitiam, ideo quidam de Regio
fecerunt rithmos de eo dicentes:

*Venúto n' e 'l*[a] *lióne*
*de terra Florentína*
*per tenir raxóne*
*in la cita Regina.*

Et tunc consilium Regii concessit ei libertatem faciendi quicquid vellet, ita quod omnes fuerunt in *L.temp.c.*245.
hoc concordes quasi. Et eodem anno fecit fieri stratam de Raçólo et pontes supra flumen
taleáte et cavári fecit castrum Raçóli et ex turre dicti castri XXX brachia fieri fecit.

Anno Domini M⁰CC⁰XLIII⁰ electus est Innocentius quartus, natione Lom- 1243.
bardus de comitibus de Lavania[1], que est in episcopatu Ianuensi, exeunte mense Iunio,
in festo sancti Petri[2]; et sedit annis XI, men. V, di. X[3]. Hic fuit canonicus *Iun.* 29.
Parmensis ecclesie et causa destructionis Parme. Hic ut posset concilium con-
gregare, fugit Lugdúnum, que est nobilis civitas Galliarum in Burgundia iuxta 1244.
Ródanum[b] sita; et fuit ibi annis multis, scilicet usque ad obitum Friderici.
Quam civitatem intravit M⁰CC⁰XLIIII⁰. Hic suo tempore fecit magnum *L.temp.c.*248. *ex Mart. Opp.*
tractatum cum predicto imperatore Friderico de pace componenda. Et dum ipsius adversus
ecclesiam contumatiam perpendisset, cum Ianuensium auxilio devénit in Gallias. Et celebrans concilium 1245.
in Lugdúno ipsum Fridericum velut hostem privando imperio condemnavit. Procuravit etiam,
quod langravium Thuringie in regem Alamannie eligi fecit. Post cuius mortem electus 1247.
*fuit Guillielmus de Hollandia[4]. Hic Lugdúni canoniçavit sanctum Emundum confessorem, **f.* 283ᵇ.
Cantuariensem archiepiscopum. Ipse etiam canoniçavit Perusii beatum Petrum ordinis fratrum
Predicatorum, natione Veronensem, quem heretici propter ipsius contra ipsos predicationem inter
Cumas et Mediolanum occiderunt. Canoniçavit etiam sanctum Stavillanum Assisii in ecclesia
beati Francisci, Cratoviensem[c] episcopum, qui ab iniquo principe Friderico[d, 5] fuerat inter-
fectus. Innocentius[e] mortuo Friderico imperatore Apuliam cum magno exercitu ingreditur[f], 1254.
post paululum Neapolim[g] moritur et sepelitur. Per anticipationem ista hic dicta sunt. His
temporibus floruit vita et scientia venerabilis domnus Hugo cardinalis, frater Predicatorum ordinis, qui
doctor theologus[6] doctrina sana et prelucida totam Bibliam pustillavit[e]. Concordantiarum in
Bibliothéca primus auctor fuit. Sed processu temporis facte sunt Concordancie me-
liores. Hunc papa Innocentius Sancte Sabine instituit presbiterum cardinalem. In quo statu
laudabiliter se habuit usque ad diem ultimum vite sue[7].

Item millesimo supraposito mortuus est domnus Nicholaus episcopus Reginus in *L.temp.c.*246. 1243.
curia domni Friderici imperatoris in Apulia in civitate Melfi et sepultus fuit ibidem. Eodem
anno et tempore electus fuit domnus Guiçólus Albricónum, prepositus Sancti Prosperi de Castéllo,
in Reginum episcopum, et domnus Guillielmus de Foliano similiter in Reginum episcopum.

a) Venúto nel *c.* b) ródonum *corr.* ródanum *c.* c) *sic c.* d) *haec vox recenti atramento expuncta est.* e) *penna mutata.* f) *sic Martin.*; ingrediente *Alb. Mil.* g) *sic c.*; Neapolin *Alb. Mil.*

1) *Sic Liber de temp. c.* 248. *ex Mart. Oppav., ubi* natione Ianuensis. 2) *Electus die Iun.* 25, *consecratus est Iun.* 28. 3) *Hoc neque ex Chronico Martini neque ex Libro de temp., qui habent minus bene* ann. XI, men. VI. *Numeros a Sal. adnotatos habet Chronici dicti Gilberti Cont. III, SS. XXIV, p.* 136. 4) *Recte correxit Sal. errorem Libri de temp., ubi:* mortuo ipso comitte Holandie, *fortasse ex Chronico Martini, SS. XXII, p.* 471. 5) *Alucinatur frater Sal., cui Fridericus imperator omnium malorum auctor visus est.* 6) *Sic correxit Sal. corrupta verba Libri de temp.* doctus eximiis; doctor eximius *Martin.* 7) *Obiit a.* 1264. *Nota fratrem Sal. repetere noluisse laudabilia quae Alb. Milioli ex Chronico Martini de hoc fratre ordinis Praedicatorum scripsit.*

*F.* 283[d]. De interfectione Christianorum, qui erant in Terra Sancta, per Saracenos proditorie facta.

---

1243. *Sept.* Et propter hoc fuit magna discordia inter Albricones et illos de Foliano et potestatem in mense
*f. 283c. 1244. Septembris. *Et postea confirmatus fuit dictus domnus Guillielmus in Reginum episcopum[1],
eó quod esset de parentela pape domni Innocentii quarti, qui tunc Romane
1243. ecclesie presidebat. Sic etiam predictus papa abstulit episcopatum Parmensem
Bernardo Vicio de Scotis[2], qui erat frater de Martorano, et iam habebat illum
sibi datum a Gregorio de Monte-longo in Lombardia legato; et dedit Alberto de
*Matth.* 16, 17. Sancto Vitale[a], ex sorore sua[3] suo nepoti, *quia caro et sanguis revelar*erat sibi, ut
*v. 10. iuxta verbum propheticum *Sion in sanguinibus* posset *edificare*, Michéé III° [4]. Et
1244. domnus rex Hencius, filius domni Friderici imperatoris, accepit palatium Regini
episcopi et non permisit dictum Guillielmum episcopum in dictum palatium ascendere in odium pape et partis adverse.

1244. *(Iun.?)*. Anno Domini M°CC°XLIIII° mortuus est frater Aymo Anglicus[5], generalis
*(Oct. 4)*. minister ordinis fratrum Minorum, et substitutus est ei frater Crescentius de marchia Anchonitána[b], qui vetulus erat. Hic precepit fratri Thome de Cellano, qui primam legendam beati Francisci fecerat, ut iterum scriberet alium librum[6], eó quod multa inveniebantur de beato Francisco, que scripta non erant. Et scripsit pulcherrimum librum tam de miraculis quam de vita, quem appellavit *Memoriale beati Francisci in desiderio anime*[7]. Sed processu temporis a fratre Bonaventura generali ministro ex his omnibus compilatus est unus optime ordinatus. Et adhuc multa repperiuntur, que scripta non sunt[8]. Dominus enim cotidie
*f. 283d. in diversis partibus mun*di per servum suum Franciscum magna miracula operari non desinit. Hic[c, 9] vocatus fuit ad concilium ab Innocentio papa quarto per
1245. speciales litteras, quas ego vidi, ob depositionem Friderici, sed excusavit se propter senectutem et misit loco sui fratrem Iohannem de Parma, virum sanctum et litteratum, et qui ei postea in ordinis successit regimine. In hoc millesimo misse sunt littere omnibus Christianis per totum mundum a Roberto patriarcha

a) vitali *statim corr.* vitale *c.* b) *manus in marg. adpicta.* c) *penna mutata.*

1) *Demum a.* 1244. *Cf. E. Berger, 'Les registres d'Innocent IV.' I, nr.* 92. 176. 200. 264. 427. 439. 2) *A.* 1243. *Cf. supra f.* 233[b]. 236[c], *p.* 61 *sq.* 69. 3) *Margareta: cf. supra f.* 233[a], *p.* 61. 4) qui aedificatis Sion in sanguinibus. *Eadem fere verba supra f.* 281[a], *p.* 170. 5) *A.* 1244. *mense Iunio eum Anagniae obiisse tradit Album generale ordinis Minorum (Romae* 1894. *p.* 203*), quocum satis bene convenit, quod Catalogus ministrorum generalium, SS. XIII, p.* 392, *et Glassberger, Analecta Francisc. II, p.* 65, *dicunt, eum annis* 3½ *ordini praefuisse, anno* 1244. *obiisse. Errant igitur, qui eum iam a.* 1243. *mortuum esse opinantur, cum Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *Analecta Francisc. I, p.* 244, *scripserit:* Ad quem *(Aymonem)* etiam, cum decumberet, visitandum dominus papa Innocentius IIII. venire dignatus est. *Potuit enim Aymo iam aegrotare, cum papa Anagniae a.* 1243. *Iun. — Oct. moraretur. Quod P. Sabatier, S. Francisci legendae veteris fragm. ('Opuscules de critique historique'* 1902*) p.* 127 *sqq., contra hanc opinionem proponit, nihil valere mihi videtur.* 6) *Haec ex prologo Vitae secundae Sal. ediscere potuit.* 7) *Potius* Memoriale in desiderio anime de gestis et verbis sanctissimi patris nostri Francisci. *Cf. K. Müller, 'Die Anfänge des Minoritenordens' (Freiburg i. B.* 1885*) p.* 175 *sqq.: W. Goetz, 'Quellen z. Gesch. des Franz von Assisi' (Gotha* 1904*) p.* 57 *sqq.* 8) *Hinc colligere potes fratrem Salimbene legendam trium sociorum et Speculum perfectionis non legisse.* 9) *Crescentius scilicet.*

*F.* CC84[a]. De depositione imperatoris Frederici secundi.
*F.* 284[b]. De expulsione partis ecclesie de Regio et de Parma ab imperatore deposito facta.

---

Ierosolimitáno, pessimos continentes rumores, hoc modo[1]: *L. temp. c. 247.*
*Ego Robertus patriarcha de Ierusalem, licet indignus, notum facio cunctis qui Christiano censentur* 1244.
*nomine, quod in anno Domini M°CC°XLIIII°* XV° Kal. Octobris, hoc est *in vigilia sancti Luche evangeliste*[2], *Sept. 17. Oct. 17.*
*facta fuerunt bella et traditiones multe apud nos,* hoc est videlicet in Terra Sancta. *Prima destructio,*
*que facta fuit in*[a] *Augusto, quando civitas Ierusalem destructa fuit a Colosininis. Secunda destructio, que* *Aug.*
*facta fuit in vigilia* sancte Lucie[3] *in planicie de Gadár*[b], *hoc est 'sabulo albo', quando de domo Templi*
*fuerunt CCC$^{ti}$XII fratres milites et CCC$^{ti}$XXIIII$^{or}$ turropli*[c] *penitus occisi. De domo sancti Iohannis*
*CCC$^{ti}$XXV fratres milites et CC$^{ti}$*[d] *turropli*[c] *similiter occisi sunt. De domo Alamannorum*[e] *non reman-*
*serunt nisi tres fratres, alii omnes occisi* s u n t, *videlicet CCCC$^{ti}$ de eadem*[f] *domo. De domo sancti*
*Láçari milites leprosi*[g] *omnes fuerunt occisi. Domnus Cayphas cum tota gente sua fuit occisus. Comes*
*Gualtérius de Zaphes captus fuit, et omnes homines eius interfecti. Milites principis* **Antiochie, qui* **f. CC84a.*
*erant CCC$^{ti}$, occisi fuerunt. Milites regis Cypri, qui erant CCC$^{ti}$, similiter* f u e r u n t *occisi. Archiepi-*
*scopus Tyri cum tota gente sua fuit*[h] *occisus. Episcopus de Ramá fuit occisus. Insuper, quod peius est,*
*XVI milia Francorum et tantus numerus aliorum, qui pro Christo sanguinem proprium effuderunt,*
*quod quasi sine numero possint*[i] *enarrari. Et notandum, quod soldánus de Damásco et soldanus de*
*Caméle et quidam magnus Saracénus, qui vocatur Nas, et omnis militia domine de Allap, qui nobiscum*
*vinculo sacramenti et fidelitate erant astricti, in quorum numero erant plusquam XXV milia Saracenorum,*
*qui traditores nostri fuerunt in fine belli; quorum nomina maledicantur in secula seculorum! Amen.*

Anno[k] Domini M°CC°XLV° depositus est Fridericus predictus imperator ab 1245. *(Iul. 17).*
imperio ab Innocentio papa IIII° apud Lugdúnum civitatem Galliarum in pleno
congregato concilio. Ob quam causam expulit dictus imperator omnes amicissimos
dicti pape de Parma[4] et Regio maxime[5] et quosdam cepit; et fecit exercitum *(Sept.) (Oct. Nov.)*
super Mediolanum, sed non prospere ei cessit. Item predicto millesimo Lodoycus
rex Francie venit Cluníacum ad domnum papam Innocentium quartum et habuit *(Nov.)*
cum eo familiare colloquium[6]. Item predicto millesimo in civitate Regii in die *L. temp. c. 249.*
anni novi, in dominica die fuit maximum sturmum circa domum Scaçáni et die Lune sequenti inter *Ian. 1. Ian. 2.*
Robertos et illos de Sesso. Et dedecus habuerunt tunc illi de Sesso. Et domus illorum de Calegáriis
fuit conbusta, et sturmum erat. Et propter hoc ex*pulsi fuerunt de civitate Gibertus Tarascónum et **f. 284b.*
Ascherius de Ascheriis et Viviánus Melioráti, qui dicebantur conbuxisse[l] vel consensisse, et fuerunt
graviter condemnáti. Et quodam[m] die Lune, tertio intrante Iulio venerunt domnus Symon Iohannis *Iul. 3.*
Bonifacii[7] de Manfredis et domnus Maravónus[n] de Bónicis cum multis peditibus et balesteriis[o]
Regium et conbusserunt portam Sancti Petri et intraverunt civitatem violenter. Et illa die Lune
et die Martis sequenti fuerunt maxima sturma per civitatem. Et pro illo facto fuerunt expulsi de *Iul. 4.*
civitate per imperatorem omnes Roberti et illi de Foliáno et[k] Lupicíni[p] et filii domni Iohannis Boni-

a) mense *om. Sal.* b) Gadara *Alb. Mil.* c) turropoli *Alb. Mil.* d) CCXXIIII *Alb. Mil.* e) Elemanorum *Alb. Mil.* f) eodem *Alb. Mil.* g) et sani *om. Sal.* h) fui *statim corr.* fuit *c.* i) possunt *Alb. Mil.* k) *penna mutata.* l) *sic h. l. c. ut Alb. Mil.* m) quadam *Alb. Mil.* n) marouónus *corr.* marauónus *c.* o) balasteriis *Alb. Mil.* p) Lupisini *Alb. Mil.*

1) *Sequentem epistolam Sal. procul dubio ex Libro de temp. c. 247. transscripsit, non alio exemplari eius usus, sed quaedam mendose contra grammaticam in illa scripta suo more correxit.* 2) *Vide quae ad Librum de temp. c. 247, SS. XXXI, p. 516, n. 2. adnotavi.* 3) *Male mutavit Sal. hunc locum; Liber de temp. c. 247. habet:* in vig. sancti Luce, secundum quod supra diximus. *Proelium hoc Oct. 17, non Dec. 12, vigilia s. Luciae, commissum est.* 4) *Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p. 670, ubi nobiles Parmenses partis ecclesiasticae timore imperatoris Parma exiisse dicuntur; cf. quae infra ad f. 288[b]. 293[b]. adnotavi.* 5) *Vide quae infra l. 36 — p. 178, l. 6. ex Libro de temp. exscripta sunt.* 6) *Mense Novembri: Potthast p. 1015.* 7) *Hic fuit amicus auctoris (cf. infra f. 348[a]. 404[d]), unde nomen patris addere facile potuit; cf. infra l. 37. Cf. 'Cronache Modenesi' p. 45.*

*F.* $284^c$. Quod Tebaldus Franciscus rebellavit imperatori.
De Parma que imperatori deposito rebellavit.
*F.* $284^d$. De bello quod apud Fanum fuit, et de destructione Berselli et Berutti[a] et aliarum villarum in episcopatu Parmensi.

---

1245. facii et Manfredus de Palúde et Canini, et quam plures dicte partis de Parma et quam plures de
*L. temp. c.* 249. Regio fuerunt ducti cum imperatore. Et eo anno Innocencius papa quartus erat Lugduni[1] supra
Ródanum cum curia et cardinalibus, qui dictum imperatorem Fridericum de imperio
privavit et excommunicavit et deposuit. Et dictus imperator bannivit papam et cardinales
*Oct.* atque legatos. Et tunc in mense Octobris ivit imperator contra Mediolanenses supra Tisinum, et
Hençus eius filius supra taleátam Adde cum Parmensibus, Cremonensibus et Reginis, et ceperunt
Gorgunçólam. Ad cuius obsidionem fuit captus rex et recuperatus per populum Parmensem et
Reginum.
1246. Anno Domini MºCCºXLVIº rebellaverunt Tebaldus Franciscus et multi alii
**f.* $284^c$. barónes de Apulia contra Fridericum condam impera*torem. Et capti fuerunt in
Cappótio castro diu obsesso[2] et miserabiliter afflicti, tam viri quam mulieres et
*L. temp. c.* 250. parvuli eorum[3]. Eodem millesimo domnus Ubertus marchio de Pelavicinis per imperatorem
Fridericum factus fuit potestas Reginus. Et fuit in obsidione castrorum Roséne et Filine[4],
que sunt in episcopatu Regino; et cepit predicta castra per concordiam. Item
1245. predictus domnus Tebaldus Franciscus aliquando fuit potestas Parmensis[5].
1247. Anno Domini MºCCºXLVIIº perdidit Fridericus imperator iam depositus
*Iun.* (16). Parmam exeunte Iunio. Hec est civitas mea, id est ex qua sum ego; et ob-
*Iul.* sedit eam a mense Iulii usque ad mensem Februarii. Eodem anno, cum
civitas mea esset obsessa, exivi de Parma et ivi Lugdúnum. Et audiens papa
*Nov.* 1. statim in festo omnium sanctorum misit pro me. Ab illo enim die, quo de Parma
recesseram et Lugdúnum pervéneram, non habuerat papa nova sive rumores de
Parma; prestolabatur enim exitum rei. Cumque familiariter in camera sua cum
eo fuissem locutus solus cum solo, inter multa, que adinvicem diximus, absolvit
me ipse ab omnibus peccatis meis. Insuper et officium predicationis michi im-
posuit[6]. Sed et eodem millesimo, parum antequam Parma a Friderico recessisset,
factus erat frater Iohannes de Parma generalis minister in generali capitulo cele-
*Aug.* brato Lugdúni in mense Augusti[7], papa Innocentio quarto ibidem morante. Item
*L. temp. c.* 251. eodem millesimo domnus Bosus de Dovaria fuit potestas Reginus, et tenuit Reginos duobus men-
**f.* $284^d$. sibus cum rege[8] apud Guastallam. *Et eodem anno domnus rex cum Ycilino[b] ceperunt dom-
num Ugonem de Robertis de Regio cum multis aliis apud Fanum. Est autem Fanum que-
dam villula in episcopatu Regino prope Lenciam inter Bibianum et Tortilianum et Ca-
villiánum, in qua sunt canales et prata. Destruxerunt etiam Bersellum et Berútum[c] et
totum episcopatum Parmensium a Lencia citra versus castrum Berselli, et pontem, quem Mantuani

a) *sic h. l. c.* b) Içolino *Alb. Mil.* c) Beroctum *Alb. Mil.*

1) *Recte correxit Sal. quod Liber de temp. c.* 249, *p.* 517. *habet* ivit ultra montes in terra Leonis, *cum iam supra f.* $283^a$, *p.* 175. *recte dixisset papam a.* 1244. *Lugdunum profectum esse.* 2) *Apr.* — *Iul.* 17. 3) *Cf. infra f.* $352^a$. 4) *Haec* (in obsid. — Filine) *ex inscriptione cap.* 250. *Libri de temp.* 5) *A.* 1245; *Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 670. 6) *Cf. supra f.* $229^d$. $233^b$, *p.* 53. 61, *infra f.* $295^d$. 7) *Parum postquam igitur — non antequam — Parma ab imperatore recessit. Binis litteris datis a.* 1247. *Maii* 10 (*Potthast nr.* 12510. 12511) *papa fratres Minores ad generale capitulum die Iul.* 13. *celebrandum convocavit. Ignoramus, num hoc in alium diem mensis Augusti dilatum sit, ut Sal. hoc loco et infra f.* $339^a$. *scribit: cf. infra f.* $341^b$. $439^d$. *de electione Iohannis de Parma.* 8) *Hencio vel* Henço, *ut Liber de temp. p.* 518. *habet.*

---

fecerant[1], ceperunt. Et eodem anno captum fuit navigium Mantuanorum apud Bersellum et 1247. *L. temp. c. 251.* aliud postea[a] ad Gramignatium; et multi mortui et necati[2] de Mantuanis fuerunt. Et Mantuani conbusserunt totum episcopatum Cremonensium a Torexella inferius[3]. Et apud Luçariam steterunt Mediolanenses, Brixienses, Ferarienses, Bononienses et Véneti[b] duobus mensibus. Erat enim valida guerra et intricata et periculosa. Nam res publica contra ecclesiam cum suis sequacibus vivaciter insurrexerat et e converso. Et patriarcha Antiochénus[4] obiit apud Lugdunum, qui fuit de Robertis de Regio; et tempore magni terremotus erat episcopus 1222. Brixiensis[5]. Et cum ad clamorem cuiusdam fratris Minoris, qui morabatur cum eo, dum episcopus esset, cameram fuisset egressus, et post egressum inmediate ex concussione terremotus camera cecidisset, ita hoc beneficium cognovit a Deo, quod totaliter est conversus ad ipsum. Nam statim sine aliqua mora emisit votum et firmiter Deo promisit, quod omnibus diebus vite sue castitatem servaret, quam non servabat prius, et quod omnibus diebus vite sue *non comederet carnes; quod in- **f.* CC85[a]. violabiliter observavit, tamen familie sue abundanter dabat iuxta verbum Crisostomi[6], qui dicit: *Vis apparére et esse sanctus? Circa vitam tuam austérus esto,* Crisostomus. *circa aliorum benignus. Audiant te homines gravia facientem et parva mandantem.* Sed aliqui sunt miserabiles homines, qui, quando ábstinent et ieiunant, vellent, quod omnes similiter facerent, et quando sunt tristes, vellent, quod omnes essent tristes; quod quidem faciunt vel propter avariciam vel propter miseriam. Contra[c] primum dicit sapiens in Prover. XV*: *Conturbat domum suam qui sectatur avariciam.* **v.* 27. Item Prover. XI*[d]: *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos.* Iste igitur in eo **v.* 29. quod non conturbavit domum suam cum avaricia fuit *sicut vir qui absconditur a vento et celat se a tempestate,* Ys. XXXII*. Item ut vitaret secundum, scilicet mi- **v.* 2. seriam, faciebat quod dicit apostolus Ro. XII*: *Gaudere cum gaudentibus, flere cum* **v.* 15. *flentibus;* quod optime faciebat. Sciebat enim solatiari, quando volebat. Unde cum quadam die cum tota curia sua discumberet[e] et cum aliis multis, vidit, quod quidam ioculator argenteum coclear abscondit furtive. Vocavit itaque patriarcha servientem et dixit ei: 'Non tibi reddam meum coclear, nisi quilibet de mensa tibi prius reddiderit suum[f]. Dicit enim apostolus ad Ephe. IIII*: *Qui furabatur,* **v.* 28. *iam non furetur*'. Et ita his verbis reddidit senescálcum sollícitum et recuperavit

a) poste *corr.* postea *c.* b) Veneticos *Alb. Mil.* c) *penna mutata.* d) :XI *numero* (I?) *eraso c.* e) disꝯberet *c.* f) suum *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Male mutavit Sal. verba Libri de temp. c.* 251: et fecit *(Hencius rex)* castrum Berselli et pontem, quem Mantuani ceperunt. *Hencius rex enim munitionem Brescelli restituerat et pontem navium super Padum apud Brescellum fecerat, ne Mantuani navibus victualia Parmam ducerent; quem tamen Mantuani mense Oct. ex. occupantes naves perduxerunt; cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 495; *Ann. Veron., SS. XIX, p.* 13; *addit. ad Cron. Iohannis de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 48. 2) *I. e. aquis submersi;* suffocati *Liber de temp. p.* 518. 3) *Cf. infra f.* 292[b]. *et quae ibi adnotavi.* 4) *Albertus.* 5) *A.* 1213—1228. *Terraemotus fuit a.* 1222. *Dec.* 25; *cf. supra f.* 221[c], *p.* 34. *Quae de patriarcha Sal. narrat omnia ab Henrico Pisano comperisse videtur; v. infra f.* 286[a], *p.* 181, *l.* 33 *sqq.* 6) *Pseudo-Chrysost., Opus imperf. in Matth., Hom.* 43, *Opera ed. Montfaucon IV, p. CLXXXIV. Idem locus iam supra f.* 255[d], *p.* 116. *allatus est.*

*F.* 285[b]. Quod aliqui bene inchoant et male finiunt et e converso[a]. [Require[b] similiter infra carta . . .[1]].

---

coclear suum. Item iste patriarcha parve litterature fuit, sed recompensabat
*f. 285b. hunc defectum in aliis *bonis que faciebat. Nam largus elemosinarius fuit et
cotidie cum IX lectionibus officium defunctorum dicebat. Ideo Ecclesiasticus dicit
*v. 1. IIII*: *Fili, elemosinam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas a paupere.*
*v. 24. Item Dan. IIII*: *Peccata tua*[c] *elemosinis rédime et iniquitates tuas misericordiis*
Ps. 40, 2. *v. 21. *pauperum.* Item: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem.* Item Eccli. XIX*:
*Melior est homo qui minuitur* — [alias[d] *deficit*] — *sapientia et deficiens sensu in*
*timore, quam qui abundat sensu et transgreditur legem altissimi.* Qualis iste patriarcha
Antiochenus fuit. Quia enim parve litterature erat, bonis operibus recompensabat
Ps. 70, 16. quod in litteratura habere non poterat. Ideo potuit dicere: *Quoniam non cognovi*
*litteraturam, introibo in potentias Domini* et cet. Nam *littera occidit, spiritus autem*
*v. 6. *vivificat.* II. ad Cor. III*[e]. Ideo sub figura stultorum litteratorum, qui tantum
*v. 24. dicunt et non faciunt, legimus Paulo dictum Act. XXVI*: *Insanis, Paule?*[f] *Multe*
*v. 14. *te littere ad insaniam convertunt*[g]. Unde Iere. X*: *Stultus factus est omnis homo a*
Ps. 110, 10. *scientia,* scilicet omnis homo qui Deum non timet, quia *initium sapientie timor Do-*
*v. 37. *mini.* Ideo dicit Ecclesiasticus XXIII*: *Nichil melius quam timere Deum*[h], *et nichil*
*12, 13. *dulcius quam respicere in mandatis Domini.* Unde Ecclesiastes ultimo*: *Deum time*
*et mandata eius observa. Hoc est enim omnis homo,* id est ad hoc factus est omnis
homo. Quia igitur patriarcha Antiochénus continuavit bonam vitam, ex quo
totaliter cor suum dedit ad diligendum Deum, ideo Deus eum in morte miraculis
gloriosum et servum et amicum suum fuisse ostendit; que non scribo, et causa
brevitatis, et quia ad alia dicenda festino.

Notandum autem, quod aliqui bene inchoant et male finiunt. Nam Saul bonum
*f. 285c. *principium habuit, qui, quando querebatur ad regnum, ex humilitate *absconditus est*
*v. 22. *domi*[2], ut habetur I. Reg. X*, sed malum habuit finem, quia processu temporis multa
*v. 13. commisit peccata. Ideo dicitur de eo I. Parali. X*: *Mortuus est ergo Saul propter ini-*
ib. *quitates suas;* et ad exaggerationem peccati sui additur, quod *phitonissam consuluerit*[3].

Aliqui male inchoant et bene finiunt. Ut latro, cui a Domino dictum est Luc.
*v. 43. XXIII*: *Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.* Et Paulus, qui *prius* erat
*v. 13. †v. 15. *blasphémus et persecutor,* I. Timo. I*, sed postea Dominus de eo Ananie dixit Act. IX†:
*Vade, quoniam vas electionis est michi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et*
*4, 7. *filiis Israel.* Item ad Timo. II, 3*: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem ser-*
*vavi.* Et Bonifacius[4], qui prius habuit peccata, que de eo leguntur. Postmodum autem
*v. 12. ei congruere potest quod Ecclesiasticus dicit XX*: *Est qui multa redimat modico pretio.* Item
*51, 35. Eccli. ultimo*: *Videte oculis vestris, quia modicum laboravi et inveni michi multam requiem.*

Aliqui bene inchoant et bene finiunt. Ut beatus Nicholaus[5], cui convenire potest
*v. 18. illud Iob XXXI*: *Ab infantia mea*[i] *crevit mecum miseratio, et ex*[k] *utero matris mee egressa*

a) e§ *c.; cf. supra p.* 105, *n.* d. *p.* 154, *n.* a. b) *uncis inclusa alio subfusco atram., sed manu Sal. post add.* c) *penna mutata. Manus hunc locum demonstrans in marg. picta est.* d) at defic *in marg. a Sal. suppl., signo non apposito, ut non appareat, ad quod verbum hoc addendum sit.* e) II *(priores numeri) in loco raso.* f) *sic signum interrogationis hoc loco in c.* g) con *in loco raso.* h) timor Dei *Vulg.* i) mea *in marg. a Sal. suppl.* k) de *Vulg.*

1) *Iam supra f.* 244[d]. *de hac re dictum est.* 2) *Cf. supra f.* 268[b], *p.* 141; *f.* 275[b], *p.* 155. 3) *Cf. supra f.* 262[b], *p.* 129. 4) *Martyr Romanus; cf. Iacobi Leg. Aurea c. LXXI, ed. Grässe p.* 317; *supra f.* 244[b], *p.* 91. 5) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c. III, ed. Grässe p.* 22 *sqq.*

*F.* CC86[a]. De fratre Henrico Pisano et de cantibus suis.

*est mecum.* Et beatus Benedictus, cui convenire potest illud Deutero. XXVIII*: *Bene-* *v. 3.
*dictus tu in civitate et benedictus in agro.* Item*: *Benedictus eris ingrediens et* benedictus eris *v. 6.
*egrediens.* Item Gen. XXIIII*: *Ingredere, benedicte Domini, cur foris stas? Preparavi domum* *v. 31.
*et locum.* Item Ys. LXV*: *Qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen.* Qualis *v. 16.
est ille qui habet Dei gratiam in presenti et gloriam in futuro, *quia *gratiam et gloriam* *f. 285d. Ps. 83, 12.
*dabit Dominus*[a]. [Item[b] qualis fuit Iob, qui de seipso dicit XXIII*: *Vestigia eius secutus* *v. 11.
*est pes meus, viam eius custodivi et non declinavi ex ea* et cet. Item Iob XXVII*: *Donec* *v. 5. 6.
*deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem meam, quam cepi tenere, non deseram.
Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea].*

Aliqui vero sunt, qui habent malum principium et bonum medium, sed malum
finem, sicut Iudas Scarioth et Iulianus Apostata et omnes qui apostatant. De quorum
quolibet Dominus dicit Eze. III*: *Si conversus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam* *v. 20.
*offendiculum coram eo. Ipse morietur, quia non annuntiasti ei. In peccato suo morietur, et
non erunt in memoria iustitie eius, quas fecit.* Et nota, quod omnes apóstate mala morte
pereunt, ut patet in Iuda, qui suspendio interiit, Mat. XXVII. Et in Achitofel II. Reg.
XVII. Et in Iuliano Apostata, qui mala morte periit, ut in cronicis et in legendis
sanctorum habetur[1].

Sunt ultimo non nulli, qui ex quo nascuntur usque ad diem mortis semper vitam
continuant in peccatis, et tunc sperant converti, cum ultérius peccare non possunt. De
quibus Ysýdorus dicit[2]: *Quidam in iuventute sua luxuriose viventes in senectute* Ysidorus.
*continentes fieri delectantur, et tunc eligunt castitatem servare, quando eos servos habere libido
contempsit.* De[c] talibus dicit beatus Gregorius[d, 3]: *Ad magnam iustitiam* Gregorius[d].
*iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplitio, qui in hac vita nunquam voluerunt carére
peccato. Ostendunt enim, quia in peccato semper vivere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare,
dum vivunt.* Augustinus[4]: *Percutitur interdum hac animadversione peccator, ut* Augustinus.
*moriens obliviscatur sui, qui, dum viveret, oblitus est Dei.* Item apostolus ad Ro. I*: *Et* *v. 28.
*sicut non probaverunt Deum habere in notitiam*[e], *tradidit illos Deus in réprobum sensum, ut
faciant ea que non *conveniunt.* Ea autem que non conveniunt tunc facit homo, cum de *f. CC86a.
Dei misericordia desperat. Et hoc Dei iuditio fit, ut dicit Beda[5]: *Quia enim homo* Beda.
*noluit bene facere, dum potuit, inflictum est ei, ut non possit, dum velit,* id est dum velle spe-
rabat[f]. Vide supra[6], ubi de hac materia locutus fui, in tractatu fratris Helye.

Porro cum patriarcha Antiochéno multis annis stetit frater Henricus Pisanus,
qui fuit ex ordine fratrum Minorum, qui multa bona de predicto patriarcha michi
et aliis fratribus referebat frequenter. Iste frater Henricus Pisanus fuit pulcher[e]
homo, medíocris tamen stature, largus, curialis, liberalis et álacer; cum omnibus
bene conversari sciebat condescendendo et conformando se moribus singulorum,
fratrum suorum gratiam habens et secularium, quod paucorum est. Item sollemnis
predicator et gratiosus clero et populo fuit. Item sciebat scribere, miniare —
quod aliqui illuminare dicunt, pro eo quod ex minio[g] liber illuminatur —, notare,

a) dns *c., omisso signo compendii.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) *penna mutata.*
d) .G̃. *c.* e) *sic c.; cf. supra p.* 163, *n.* a. f) *manus hunc locum demonstrans in marg. picta est.*
g) mintio *radendo corr.* minio *c.*

1) *Cf. infra f.* 456[d]. 457[a]. 2) *Sentent. II,* 39, 24, *Opera ed. Arevalus VI, p.* 245.
3) *Dial. IV,* 44. 4) *In sermone* 220. *falso Augustino attributo, Opera ed. Maur. V, App.
col.* 363. *Infra f.* 409[d]. *idem locus allatus est.* 5) *Cf. supra p.* 138, *n.* 4. 6) *F.* 244[d],
*p.* 92. *non tam in textu quam in inscriptione columnae dicitur de hac re. Cf. f.* 244[b], *p.* 90 *sq.*

cantus pulcherrimos et delectabiles invenire, tam modulatos, id est fractos, quam firmos. Sollemnis cantor fuit. Habebat vocem grossam et sonóram, ita ut totum repleret chorum. Quillam[1] vero habebat subtilem, altissimam et acutam[a], dulcem, suavem et delectabilem supra modum[b]. Meus custos fuit in Senensi custodia et meus magister in cantu tempore Gregorii pape noni[2]. Et tunc vivebat frater Lucas Apulus ex ordine fratrum Minorum, cuius est Sermonum memoria[3], qui fuit scolasticus et ecclesiasticus et litteratus homo et in Apulia in theologia
*f. 286b. exi*mius doctor, nominatus, sollemnis atque famosus; cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! Amen. Item iste frater Henricus Pisanus fuit morigeratus homo et Deo devotus et beate virgini et beate Marie Magdaléne. Nec mirum, quia ecclesia sue vicinie Pisis habebat vocabulum huius sancte. In civitate etiam Pisana beata virgo vocabulum habet matricis ecclesie. In qua fui a Pisano archiepiscopo[4] diáconus ordinatus[5]. Multas cantilénas fecit frater Henricus et[c] multas sequentias. Nam illam litteram fecit et cantum:

*Christe Deus.*
*Christe meus.*
*Christe rex et domine!*

ad vocem cuiusdam pedisseque, que per maiorem ecclesiam Pisanam ibat cantando:

*E s' tu*[d] *no cure de me,*
*e no curaro de te.*

Item illam cantilénam fecit, litteram cum triplici cantu, scilicet:

*Miser homo cogita facta creatoris.*

Item cantum fecit in illa littera magistri Phylippi cancellárii Parisiensis[6], scilicet:

*Homo quam sit pura*
*michi de te cura*[7].

Et quia, cum esset custos et in conventu Senensi in infirmitorio iaceret infirmus in lecto et notare non posset, vocavit me, et fui primus, qui eo cantante notavi illum cantum. Item in illa alia littera, que est cancellárii similiter[e], cantum fecit, scilicet:

*Crux, de te volo conqueri*[8],
et: *Virgo, tibi respondeo*[9].
et: *Centrum capit circulus*[10].
et: *Quisquis cordis et oculi*[11].

a) acuta *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ı (in) *expunct. c.* d) Estu *c.* e) *sic distinctum est in c.*

1) *I. e. vocem acutam. Italici dicunt* cantare in quilio. 2) *In conventu Senensi Sal. a.* 1241—1243. *moratus est; Gregorius autem iam a.* 1241. *Aug.* 22. *obiit, unde nescio an Sal. erraverit. Cf. infra f.* 369[b]. 3) *Cf. supra f.* 242[d]. 243[a], *p.* 88, *n.* 1. 4) *Vitali.* 5) *Inter a.* 1243. *et* 1247, *quibus Pisis moratus est.* 6) *De his carminibus vide L. Delisle in 'Annuaire-Bulletin de la société de l'hist. de France'* 1885. *p.* 25. *et R. Peiper in 'Archiv für Litteraturgeschichte' VII, p.* 409 *sqq.* 7) *Hoc exstat in antiphonario Petri de Medicis, Cod. Laurent. XXI,* 1, *f.* 385'; *Delisle l. l. p.* 43. *Cf. U. Chevalier, Repertorium hymnologicum nr.* 7979 *(I, p.* 477*).* 8) *Hoc editum est a Paulo Meyer, 'Daurel et Beton' p. LXXV, et R. Peiper l. l. p.* 418; *cf. Hauréau in 'Journal des savants'* 1882. *p.* 291; *Delisle l. l. p.* 56, *n.* 2; *Chevalier, Repert. nr.* 4014 *(I, p.* 241*).* 9) *Hoc editum est a R. Peiper l. l. p.* 419; *Meyer, 'Daurel et Beton' p. LXXVI. Cf. Chevalier, Repert. nr.* 21902 *(II, p.* 762*).* 10) *Hoc exstat in antiph. Petri de Medicis f.* 357; *Delisle l. l. p.* 41. *Cf. Chevalier, Repert. nr.* 2761 *(I, p.* 162*).* 11) *Exstat in eodem codice f.* 437. *et in aliis.*

*F.* 286[c]. De fratre Vita Lucensi et de cantibus suis.

---

Et in illa sequentia[1]:

*Iesse virgam humidavit*

delectabilem cantum fecit, et qui libenter cantatur, cum prius haberet cantum rudem et díssonum ad cantandum. Litteram vero illius sequentie fecit Ricardus de Sancto Victore, sicut et multas alias fecit sequentias. Item in hymnis sancte Marie Magdaléne, quos fecit predictus *cancellarius Parisiensis, scilicet: **f.* 286c.

*Pange lingua Magdaléne*[2],

cum aliis sequentibus hymnis cantum delectabilem fecit. Item[a] de resurrectione Domini fecit sequentiam, litteram et cantum, scilicet:

*Natus, passus Dominus resurrexit hodie.*

Secundum vero cantum, qui ibi est, id est contracantum, fecit frater Vita ex ordine fratrum Minorum de civitate Lucensi, melior cantor de mundo tempore suo in utroque cantu, scilicet firmo et fracto. Vocem habebat gracilem sive subtilem et delectabilem ad audiendum. Non erat aliquis ádeo sevérus, qui non eum libenter audiret. Coram episcopis, archiepiscopis, cardinalibus et papa cantabat et libenter audiebatur ab eis. Si quis loqueretur, cum frater Vita cantaret, statim Ecclesiastici verbum resonabat ibidem Eccli. XXXII*: *Non impédias músicam.* Item **v.* 5. si quando cantabat philoména sive lisignolus[3] in rubo vel sepe, cedebat isti, si cantare volebat, et ascultabat[b] eum diligenter nec movebatur de loco, et postmodum resumebat cantum suum, et sic alternatim cantando voces delectabiles et suaves resonabant ab eis. Ita curialis de cantu suo fuit, quod nunquam se excusavit, nec occasione vocis lese sive a frigore impedite vel aliqua alia de causa, quando fuit ad cantandum rogatus[c]. Et ideo illi versus, qui dici consueverunt, in eo locum habere non poterant, scilicet[4]:

*Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos* Versus.
*Ut nunquam inducant animum cantare rogati.*

Matrem habuit et sororem, que fuerunt óptime et delectabiles cantatrices. Hic fecit illam sequentiam[5]:

*Ave, mundi spes, Maria,*

litteram et cantum. Hic fecit multas cantilénas de cantu melodiáto sive fracto, in quibus clerici seculares maxime delectantur[d]. *Hic fuit meus magister in **f.* 286d. cantu in civitate sua Lucensi eo anno, quo sol ita horribiliter obscuratus fuit[6], 1239.

a) *sequitur* ı (in) *expunct. c.* b) *sic c.: cf. supra p.* 76, *n. e.* c) rogatus *radendo corr.* rogatus, tus *in loco raso.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

*quos indicat Delisle l. l. p.* 26. *Editum est a R. Peiper l. l. p.* 424 *sq. cum varia lectione priorum duarum editionum, quarum unam dedit Th. Wright, 'Walter Mapes' p.* 301. *Cf. Chevalier, Repert. nr.* 16799 *(II, p.* 432*).* 1) *Quae edita est inter carmina Adami de S. Victore, 'The liturgical poetry of Adam of St. Victor' ed. Digby S. Wrangham III, p.* 126, *nr.* 96; *'Oeuvres poétiques d'Adam de St.-Victor' ed. Gautier II, p.* 377. *etc. Cf. Chevalier, Repert. nr.* 9458 *(I, p.* 569*).* 2) *Mone, 'Lat. Hymnen des Mittelalters' III, p.* 417, *nr.* 1055; *R. Peiper l. l. p.* 415. *Cf. Chevalier, Repert. nr.* 14497 *(II, p.* 289*).* 3) *Ital. olim* lusignuolo, *nunc* usignuolo, Nachtigall. 4) *Sunt Horatii, Sat. I,* 3, 1. 2. 5) *Editam inter carmina Adami de S. Victore ed. Wrangham III, p.* 132, *ed. Gautier II, p.* 382; *inter Hymnos et Sequentias ed. G. Milchsack (Halis Sax.* 1886*) I, p.* 211, *nr.* 235. *etc. Cf. Chevalier, Repert. nr.* 1974 *(I, p.* 117*).* 6) *Cf. supra f.* 279[a], *p.* 164.

*F.* CC87[a]. De obitu fratris Henrici Pisani, quando erat minister in Grecia in ordine fratrum Minorum.

---

M[0]CC[0]XXXIX[0]. Item cum domnus Thomas de Capua, qui erat Romane curie cardinalis[1] et melior dictator de curia, fecisset sequentiam illam[2]:

*Virgo parens gaudeat,*

et rogasset fratrem Henricum Pisanum, ut faceret ibi cantum, et fecisset delectabilem et pulchrum atque ad audiendum suavem, frater Vita fecit ibi secundarium cantum, id est contracantum[3]. Semper enim, quando inveniebat aliquem fratris Henrici simplicem cantum, libenter ibidem faciebat secundarium cantum. Item hunc fratrem Vitam domnus Phylippus archiepiscopus Ravennás assumpsit, ut esset de familia sua, cum esset legatus in Aquilegiensi et Gradensi patriarchátibus, in Ragusiensi, Ravennáte, Mediolanensi et Ianuensi civitatibus et dyocésibus ac provinciis necnon et generaliter in Lombardia, Romagnola et marchia Trivisina[4]. Assumpsit autem eum, tum quia de contráta sua erat[5], tum quia frater Minor, tum etiam quia óptime cantare et dictare sciebat. Mediolani obiit, in loco fratrum Minorum sepultus. Macilentus homo fuit et gracilis et in statura maior quam frater Henricus. Vox eius magis pertinebat ad cámeram quam ad chorum. Pluries exivit[a] ordinem et pluries rediit, ita tamen quod intrabat ordinem sancti Benedicti; et quando redire volebat, semper parcebat ei papa Gregorius nonus et propter amorem beati Francisci et propter dulcedinem cantus sui[b]. Nam quadam vice ita delectabiliter cantavit, quod quedam monacha, que eum
*f. CC87a. ascultabat[c], ut sequeretur eum, se per fenestram deiecit. Sed non potuit, quia ex casu illo sibi tibiam fregit. Non fuit talis illa ascultatio[c], de qua dicitur
*8, 13. Canticorum ultimo*: *Que habitas in ortis, amici ascultant[c]: Fac me audire vocem tuam.* Ideo bene dixit frater Egidius Perusinus — non quia de Perusio fuerit[6], sed quia ibi diu vixit et vitam finivit, homo extáticus et totus divus, quartus in ordine frater computato beato Francisco[7] —. Dixit enim: *Magna gratia est non habere gratiam*[8]. Et loquebatur de gratiis non gratis datis, sed acquisitis, propter quas non nulli frequenter male faciunt facta sua. Sane frater Henricus Pisanus

a) ex *in loco raso.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sic c.; cf. supra p.* 183, *n.* b.

1) *Presbyter tit. S. Sabinae a.* 1216—1243. 2) *Editam a Dreves, Analecta hymnica VIII, p.* 70, *et G. Milchsack l. l. I, p.* 216 *sq., nr.* 245. *Cf. Chevalier, Repert. nr.* 21844 *(II, p.* 759*).* 3) *Infra f.* 399[b]. *eadem relata sunt, ubi vide plura de carminibus Thomae de Capua.* 4) *Legatus constitutus est ab Alexandro IV. a.* 1255. *Dec., MG. Epist. pont. sel. III, p.* 378 *sqq., nr.* 422, *Reg. Imp. V, nr.* 8436, *et iterum a Clemente IV. a.* 1267. *Iul.* 8, *Potthast nr.* 20072. *Vide fragmentum epistolae legati infra f.* 373[c]. *allatum, ex qua hoc loco termini legationis adnotati sunt.* 5) *At infra f.* 373[c]. *dicitur Philippus de districtu Pistorii fuisse, cum Vita Lucensis fuerit, supra vero f.* 241[d], *p.* 83. *Philippus* de Pistorio vel de Luca *dicitur. Cf. quae ad f.* 389[c]. *adnotavi.* 6) *Fuit enim Assisinas.* 7) *Cf. infra f.* 441[d]. *et quae ibi adnotavi; Vita Aegidii, Documenta ant. Francisc. ed. L. Lemmens I, p.* 38 *sq. et in Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 75; *Vita prior Francisci auct. Thoma de Celano I,* 10. 12; *Leg. Francisci auct. Bonaventura c.* 3, § 3; *Spec. perfectionis ed. P. Sabatier c.* 36, *p.* 67. *c.* 107, *p.* 212. 8) *Hoc dictum neque inter Verba Aegidii, Aurea verba coll. a discipulis (Antwerp.* 1534. 8[0]*), Documenta ant. Francisc. ed. L. Lemmens I, p.* 63 *sqq., neque in Vitis Aegidii supra n.* 7. *laudatis legitur.*

*F.* 287[b]. Excusat se compilator cronice[a], quod digressionem utiliter facit aliquando, et de eo quod loquitur singulari numero et plurali, cum sibi videtur.

*F.* 287[c]. Nota, quod hic ponuntur aliqua, que ad prologum cronice pertinere videntur. Require supra, ubi dicitur, ad quid valeat cronica, carta C[1].

---

intimus meus amicus fuit et talis vere, qualem describit sapiens in Proverbiis XVIII*: *Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quam frater.* Nam et ipse *v. 24. fratrem habebat in ordine contemporaneum michi, et ego fratrem[2] contemporaneum sibi; et longe plus me diligebat, ut dixit, quam germanum et proprium fratrem; et cum dicat Ecclesiasticus XIII*: *Vestigium cordis boni et faciem bonam difficile* *v. 32. *invenies et cum labore*, hoc in eo locum habere nullátenus potuit. Hic factus fuit minister in Grecia, que est provintia Romanie, et michi obedientialem litteram dedit, per quam possem, si michi placeret, ire ad eum et esse de provintia sua, cum quocumque socio voluissem. Insuper et promisit michi Bibliam se daturum et alios libros multos. Sed non ivi, quia eodem anno, quo pervenit illuc, ultimum diem clausit. Obiit autem in quodam provinciali capitulo celebrato Corinthi. In quo loco sepultus requievit in pace. Prophetavit autem sive futura predixit audientibus fratribus qui in capitulo *erant, dicens: 'Nunc dividimus libros deceden- *f. 287b. tium fratrum, sed poterit esse, quod usque ad breve tempus dividentur et nostri'. Revera ita factum fuit, quia in eodem capitulo fuerunt libri sui divisi. Impletum est quod Ecclesiasticus dicit XXXVII*[b]: *Anima viri sancti annuntiat[c] aliquando vera.* *v. 18.

Et[d] quia aliquando videmur digressionem facere alicubi a materia inchoata, parcendum est nobis propter tria. Primo, quia preter intentionem nostram talia nobis occurrunt, que quandoque convenienter vitáre non possumus, conscientia instigante, quia *spiritus ubi vult spirat,* nec *est in hominis dictione[e] prohibere spiritum,* ut habetur Io. III.* et Eccle. VIII†[3]. Secundo, quia semper dicimus bona et *v. 8. †v. 8. utilia et digna relatu, et que possunt óptime in hystoria computári. Tertio, quia optime redimus postea ad materiam inchoatam et nichil dimittimus propter hoc de veritate narrationis historie primitive. Verumtamen sciendum est, quod secundum diversa tempora unum tempus pulcriorem habuit historiam ad narrandum, quam habuerit aliud, et nos aliter historias narrare non possumus, nisi sicut de facto fuerunt, et vidimus oculis nostris tempore imperii Friderici et post mortem eius annis multis usque ad dies nostros, in quibus scribimus hec, anno Domini M°CC°LXXXIIII°. De diversis autem temporibus dicit sapiens in Eccle. 1284. VII*: *Ne dicas: Quid, putas, cause est, quod priora tempora meliora fuere quam nunc* *v. 11. *sunt? Stulta enim est huiuscemodi[f] interrogatio.* Quod autem aliquando loquimur in singulari numero, aliquando in plurali, non est curandum, quia talis consuetudo habetur in divina scriptura, quia in prophetis frequenter metaplásmus occurrit. *Est autem metaplasmus *transformatio quedam recti solitique sermonis in alteram spetiem* *f. 287c. *metri ornatus necessitatisve causa.* Ita dicit Donatus[4] in Barbarismo et exemplificat de omnibus secundum poetarum exempla. Sed dimittamus ista gramaticis. Gramátice enim intendimus loqui, sed non docere gramáticam. Gregorius etiam

a) cronice *a Sal. superscr. c.* b) *numerus paulo post in loco vacuo relicto a Sal. suppl.* c) enuntiat *Vulg.* d) *penna mutata.* e) *sic c. h. l. et supra f.* 282[d]. *pro* ditione; potestate *Vulg.* f) h9 scemodi *c.*

1) *In parte libri deperdita.* 2) *Guidonem.* 3) *Cf. supra f.* 282[d], *p.* 174, *ubi iidem versus allati.* 4) *Ars grammat. III,* 4, *Grammatici Latini ed. Keil IV, p.* 395.

*F.* 287[d]. De diversis historiarum scriptoribus.

---

Gregorius[a]. in prologo[1] Moralium super Iob dicit: *Ipsam loquendi artem, quam magisteria discipline exterioris insinuant, servare despexi. Non iotacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, situs motusque, etiam propositionum*[b] *casus servare contemno, quia indignum vehementer existimo, ut verba celestis oraculi restringam sub regulis Donáti. Neque enim hec ab ullis interpretibus in scripture sacre auctoritate servata sunt. Ex qua nimirum quia nostra expositio oritur, dignum profecto*[c] *est, ut quasi édita sóboles spetiem sue matris imitétur.* Revera, ut dicit beatus Gregorius, divina scriptura regulis gramaticálibus nec supponitur nec constringitur nec ar- (*118, 24.) tatur; quod talibus exemplis possumus demonstrare. Ecce psalmista[*] dicit: *Nam et testimonia tua meditatio mea est.* Gramáticus diceret: 'meditatio mea sunt'. Item: (*Ps.* 20, 10.) *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui, Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.* Vides, quomodo in uno et eodem versu a secunda per- (*v. 1.) sona transit ad tertiam? Item apostolus ad Gala. VI.[*] a plurali numero transit ad singularem dicens: *Fratres, et si preoccupátus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui* (**f.* 287d.) *spirituales estis, instrui*te huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tempteris.* Ad hec sciendum, quod aliqui scriptores sive dictatores fuerunt dulces, suaves et melliflui in eloquiis suis, ut Iob et Ysaias et Ecclesiasticus, Iohannes Crisostomus et beatus Gregorius[a] et beatus Bernardus et multi alii. Quorum (*v. 21.) cuilibet congruere potest quod sapiens dicit Prover. XVI[*]: *Qui dulcis est eloquio, maiora percipiet*[d]. Aliqui vero in suo dictamine valde sunt obscuri, ut Oséé, Tytus Livius, Horosius[e] et beatus Ambrosius, qui in illa legenda de virgine quadam apud Antióchiam[2] ita obscure loquitur, quod vix intelligi potest. Notandum autem, quod sicut Oséé inter prophetas et Marcus inter evangelistas et Ambrosius inter doctores, sic Orosius[e] inter hystóricos gravis et difficilis et obscurus habetur. De Oséé manifestum est, quod vix unus versus eius continuatur cum alio. Ideo dicit beatus Ieronimus[3]: *Oséé comáticus est et quasi per sententias loquens.* De Marco similiter manifestum est[4], quod pedissequus[f] fuit Mathei. Repetit enim que Matheus iam dixerat et sine verborum ornatu; habuit enim stilum rudem et gramáticam grossam atque silvestrem. Verumtamen, quia breviloquus[g] fuit, multum commendatur a sanctis et maxime a Beda, qui eum exposuit[5]. Porro de obscuro stilo beati Ambrosii satis patet in expositione Luce[6] et in aliis scriptis suis et maxime in sermone paschali[7]: *Dignum et congruum* et in legenda que intitulatur[8]: *De virgine quadam apud Antiochiam.* De Orosio autem sciendum est, quod fuit Hyspánus de civitate quadam parvula, que est iuxta mare, cuius nomen, cum

a) .G⁴. *c.* b) *sic c.;* et praepos. *Greg.* c) *u sillabis* fecto *penna mutata.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) *sic h. l. c.* f) pedisseq⁹ *c.* g) breuiloq⁹ *c.*

1) *Dedicatorio ad Leandrum c.* 5, *Opera ed. Vallarsius I, col.* 6. 2) *Quam Sal. in Iacobi Leg. Aurea c. LXII* (60), *ed. Grässe p.* 273 *sqq., legit; est enim non separatim editus libellus, sed caput* 14. *libri II. de virginibus, Ambr. Opera (Paris.* 1690*) II, col.* 167 *sqq.* 3) *Praef. in XII prophetas ad Paulam et Eustochiam, Opera ed. Vallarsius IX, col.* 1007 *S.* 4) *Minime manifestum, sed falsum hoc est.* 5) *Opera ed. Giles X, p.* 1—264. 6) *Ambr. Opera ed. Maur. (Parisiis* 1690*) I, col.* 1261 *sq.* 7) *Est de natali martyrum sermo* 61, *Ambrosio falso attributus, Ambr. Opera ed. Maur. II, App. col.* 474; *ed. Mediolani* 1883. *VI, col.* 526 *sqq.* 8) *Vide n.* 2.

*F.* CC88[a]. Quid fecit F[ridericus] imperator post depositionem.
*F.* 288[b]. Quo anno banniti imperatoris intraverunt Parmam[a].

---

prius scirem, nunc memorie non occurrit[1], et dicebatur Paulus Orosius. Sacerdos
fuit et religiosus. Et sicut beatus *Augustinus occasione paganorum libros de *f. CC88a.
civitate Dei conscripsit, sic Orosius presbiter ex precepto beati Augustini historiam
suam[2]. Ideo dicit Gelasius papa in decreto suo de autenticatione librorum[b, 3]: *Item
Orosium, virum eruditissimum, collaudamus, quia valde nobis necessariam adversus
paganorum calumnias ordinavit hystoriam miraque brevitate contexuit.* Satis[c] sit de
hac materia dictum.

Ego quoque scribendo diversas cronicas simplici et intelligibili stilo N[ota].
usus sum, ut neptis mea, cui scribebam, posset intelligere quod legebat; nec fuit
michi cure de verborum ornatu, sed tantum de veritate historie conscribende.
Neptis autem mea soror Agnes est, filia fratris mei[4], que cum pervenit ad bivium
pytagórice littere, monasterium Parmense ingressa est ordinis sancte Clare, et
usque in hodiernum diem perseverat in servitio Iesu Christi anno Domini
M⁰CC⁰LXXXIIII⁰, quo scribimus ista. Habuit autem ista soror Agnes, neptis 1284.
mea, intellectum maximum in scriptura et ingenium bonum atque memoriam,
linguam etiam ad loquendum delectabilem atque disertam, ita ut de ea non in-
congrue posset dici: *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in* Ps. 44, 3.
*eternum.* Nunc autem ad cursum redeamus historie inchoate[5].

Igitur[d] cum Fridericus imperator esset depositus de imperio ab Innocentio
papa quarto anno Domini M⁰CC⁰XLV⁰, erat *amaro animo, véluti si ursa raptis* 1245. 2. Reg. 17, 8.
*cútulis in saltu seviat. Et convenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti* 1. Reg. 22, 2.
*et oppressi ere alieno et amaro animo, et factus est princeps eorum.* Sed *poterat *f. 288b.
dicere convenienter quod habetur Ys. III*: *Nolite me constituere principem populi.* *v. 7. 8.
*Ruit enim Ierusalem, et Iudas cóncidit.* Sed audi quod sapiens in Prover. dicit
XVII*: *Éxpedit magis urse occurrere raptis fetibus quam fatuo confidenti in stultitia* *v. 12.
*sua.* Qualis fuit Fridericus, qui beneficia, que sibi ecclesia contulerat, non cognovit,
immo ecclesiam Romanam fuit totaliter et crudeliter persecutus; sed non impúne,
quia, ut dicitur Iob XXIIII*: *anime[e] vulneratorum clamabunt, et Deus inultum abire* *v. 12.
*non patitur.* Ideo dicit sapiens in Prover. XVII*: *Qui reddit mala pro bonis, non* *v. 13.
*recedet malum de domo eius.* Quod evidenter in Friderico videmus completum,
cuius domus totaliter est destructa. Ideo dicit Iob XVIII*: *Memoria illius pereat* *v. 17–19.
*de terra, et non celebretur nomen eius in platéis. Expellet eum de luce in tenebras, et
de orbe transferat[f] eum* Deus. *Non erit semen eius neque progenies in populo suo, nec
ulle reliquie in regionibus eius.*

a) *post haec altera inscriptio huius columnae erasa.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) Satis — dictum *Sal. primo non scripserat, sed in versus loco vacuo relicto addidit, antequam sequentem columnam f.* 288b. *scriberet, reliquit enim in hac aliquid spatii, quantum ad haec supplenda oportuit.* d) *prius Sal. nec litteram* I *initialem posuerat nec novum versum coeperat, tantum* ℂ *minio scripto praecedente, postea autem magnam litteram initialem* I *colore nigro et minio in margine pinxit.* e) anima vuln. clamavit *Vulg.* f) transferet *Vulg.*

1) *Tarraconem Sal. in mente habuisse videtur, ubi Orosium natum esse coniciunt (cf. Oros. Hist. VII, 22, 8), quod tamen non certo constat.* 2) *Cf. Orosii praef. in Hist. l. I.* 3) *Gratiani Decr. I, Dist.* 15, *c.* 3; *Mansi, Conc. VIII, p.* 150. 4) *Guidonis; v. supra f.* 223a, *p.* 38. 5) *Quam f.* 284d, *p.* 179. *reliquit. Neque tamen iam nunc ad illum locum redit, sed demum, nonnullis intermissis, p.* 188, *l.* 5.

*F.* 288[c]. Quomodo Parmenses concionati sunt ante congressum et sibi capitaneum et ducem elegerunt domnum [U⟨gonem⟩[a] de Sancto Vitale].

*F.* 288[d]. Quod Parmenses propter novem rationes faciliter potuerunt Parmam intrare et eam post captionem tenere.

---

1247. Igitur[b] anno Domini M°CC°XLVII° pauci milites de Parma, banniti impera-
*Cant.* 3, 8. toris, qui habitabant Placentie et erant viri cordáti, robusti et fortes et *ad bella*
*cf.* 1. *Reg.* 22, 2. *doctissimi* et erant amaro animo, tum quia domus eorum destructe in Parma, tum
*Eccli.* 29, 31. quia *vita nequam hospitandi de domo in domum* — erant enim exules et banniti et
habebant familiam grandem et modicam pecunie quantitatem; ex insperato enim
*L. temp.* c. 251. exiverunt de Parma[1], ne invólveret et caperet eos imperator[c] —, venerunt de
**f.* 288[c]. *Iun.* 15. Placencia et intraverunt Parmam et expulerunt partem imperatoris die XV° *intrante Iunio[2]. Cum
autem de Placencia pervenissent ad villam Nucéti, in quodam prato congregati et
armati in equis contionati sunt ibi et elegerunt domnum [Ugonem[d] de Sancto
Vitale] suum capitáneum et vexilliferum, scientes, quia, *ubi non est gubernator,*
**v.* 14. *populus corruet, salus*[e] *autem ubi multa consilia,* Prover. XI*. Erat autem domnus
[U⟨go⟩[f] de Sancto V⟨itale⟩] fortis et doctus ad bellum et homo sapiens, et qualis
**v.* 5. 6. a sapiente describitur Prover. XXIIII*: *Vir sapiens fortis est, et vir doctus validus et robustus, quia cum dispositione initur bellum, et erit salus ubi multa consilia sunt.*
Erat[g] autem ibi domnus Ghibertus de Gente, magnus concionator et magnus prolocutor, qui ait: 'Sic cum inimicis nostris congrediamur, ut Dominum preponamus'.
**v.* 31. Hoc est quod sapiens dixit Prover. XXI*: *Equus*[h] *paratus*[i] *ad diem belli: Dominus autem salutem tribuet*[k]. Dixit autem domnus Gerardus de Arcili: 'Habeamus auda-
1. *Mach.* 4, 35. ciam et simus *parati aut vivere aut mori fortiter*, et nullus retrocedat aut pavore
*Iudic.* 5, 13. formidet. *Dominus* enim *in fortibus dimicabit*[l] et auxilium suum vobis de celo im-
*L. temp.* c. 251. pendet'. Talibus igitur sermonibus animati venerunt et fecerunt magnum prelium cum potestate et militibus Parme ad Burghettum[m] de Tauro, et ibi interfecerunt potestatem Parme, scilicet domnum Henricum Testam de Aretio, qui fuit notus et amicus meus et omnes fratres Minores intime diligebat. Et militem suum similiter interfecerunt et domnum Manfredum de Cornaçáno et domnum Ugónem domni Magnarotti de Vicedominis[3] et plures alios. Et fuit ibi vulneratus domnus Bertholus[n] Tabernerius, qui fugit ad Costam-meçánam cum
**f.* 288[d]. quibusdam suis amicis. Et *tunc Theotónici imperatoris dixerunt bannitis imperatoris: 'Venite ad Parmam et capiatis civitatem secure, quia non resistemus vobis[4]'. Et incontinenti venerunt isti milites Parmenses ab imperatore banniti ad dictam civitatem nemine contrastante et eam ceperunt et tenuerunt; et consilium et contionem congregaverunt Parmenses et elegerunt domnum
*Iun.* 16. Gerardum de Corigia in potestatem Parmensium. Et hoc fuit die dominico XVI° intrante mense
*Iun.* 17. Iunii. Et die Lune tempestive dicti Parmenses miserunt ambaxatores communi Regii domnum

a) U. de S°. Vitale *et in inscriptione et bis in textu alia manu post in loco raso scripta c.* b) *penna mutata.* c) imp. *a Sal. in marg. suppl.* d) Ugonem de Sancto Vitale *h. l. ut in inscriptione columnae alia manu in loco raso scripta.* e) sal *in loco raso.* f) U. de Sancto V. *in loco raso alia, ut videtur, manu scripta.* g) Erāt *radendo corr.* Erat *c.* h) Eq9 *c.* i) paratur *Vulg.* k) tribuit *Vulg.* l) dimicavit *Iudic.* 5, 13. m) Burghetum *Alb. Mil.* n) Bertolus *Alb. Mil.*

1) *A.* 1245. *mense Sept.; cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 492; *Ann. Ian., ib. p.* 217; *Ann. Parm., ib. p.* 670; *supra f.* 284[a], *p.* 177, *infra f.* 293[b]. 2) *Potius die Iun.* 16. *Sal. ergo errorem Alberti Milioli vel potius Annalium Reginorum non correxit, quamvis infra f.* 288[d], *l.* 35. *verum diem ex Libro de temp. posuerit. Cf. supra f.* 284[c], *p.* 178. 3) *Pro hoc habet Liber de temp. c.* 251, *p.* 519: Albertum Manclaretum. *Sed cum Sal. conveniunt Ann. Parm. mai. p.* 671: Ugho de Manghirotis *et Ann. Placent. Gib. p.* 494: Ugonem Vicedominum. 4) *Cf. infra f.* 289[b], *p.* 189 *sq.*

*F. 289*[b]. Quod illi qui intraverunt Parmam a quinque locis habuerunt auxilium.

---

Armannum Scotum et alium cum eo, qui petebant captivos Parme sibi dari, qui Regii detine- 1247.
bantur in vinculis [1]. Et tunc domnus Bosus potestas Reginus noluit eos audire. Potuerunt[a]
autem isti forbanniti Parmam faciliter invadere et capere multiplici ratione.
Prima, quia rex Hencius, cui pater custodiam Parme commiserat, iverat cum Cre-
monensibus ad obsidendum quoddam castrum in episcopatu Brixiensi, quod dice-
batur Quinçánum [2]. Secunda ratio est, quia imperator erat in quadam civitate
Lombardie, que appellatur Taurinum[b]. Ibat enim Lugdúnum, ut caperet car-
dinales et papam [3]. Et, prout dicitur, aliqui promiserant Romanam curiam tradere
in manus ipsius. Sed *cogitaverunt consilia, que non potuerunt stabilire*. Quare? Quia *Ps.* 20, 12.
de Deo scriptum est Iob V*: *Qui dissippat*[c] *cogitationes malignorum, ne possint im-* *v. 12.
*plere manus eorum quod ceperant.* Tertia ratio est, quia domnus Bertholus Taber-
nerii illa die tradebat filiam suam dominam Mariam nuptui cuidam Brixiensi, qui
venerat Parmam pro ea; *et illi qui occurrerunt Parmensibus venientibus in illo *f. CC89a.
convivio comederant et vino et affluentissimis dapibus pleni erant; et surrexerunt
a prandio et primo congressu credebant omnes involvere; et ideo, quia quasi ebrii
erant, tam in Burgétto quam in glarea fluminis Tauri fuerunt ab eis mortui et
prostrati. Quarta[d. 4] est, quia Parmensis civitas undique erat aperta, nullam
enim habebat clausuram [5]. Quinta ratio est, quia hi qui ad ingrediendum venie-
bant occurrentibus cancellátis manibus signum crucis faciebant dicentes: 'Amore
Dei et beate virginis, matris eius, que in hac civitate est domina nostra, placeat
vobis, ut redeamus ad civitatem nostram, quia sine culpa fuimus expulsi et forban-
niti, et cum omnium pace revertimur nec alicui aliquam iniuriam inferre intendi-
mus'[e]. Audientes hoc Parmenses, qui per stratam sine armis eis occurrerant, ad
misericordiam flexi sunt propter humilitatem eorum, cognoscentes etiam, quod
pacifice veniebant. Dixeruntque eis: 'Ingredimini civitatem securi in nomine
Domini, quia etiam manus nostra vobiscum erit in omnibus istis'. Sexta ratio
est, quia hi qui in civitate erant non intromittebant se de negotiis istis, quia nec
cum istis qui venerant erant nec pro imperatore pugnabant; sed sedebant trape-
zíte sive campsóres ad teloneum suum, et alii artiste non dimittebant propter hoc,
quin operarentur in stationibus suis, ac si nichil esset. Septima ratio est, quia
nobiles et potentes, qui erant in civitate ex parte imperii, statim relicta civitate
diffuderunt se per episcopatum ad castra et fortitudines suas [6], timentes eas amit-
tere. Octava ratio est, quia *etiam Theotónici[f] imperatoris audientes, quod *f. 289b.

a) Po *in loco raso.* b) tau : rinum, *littera erasa, c.* c) *sic* (dissip pat) *c.* d) *penna mutata.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) thotónici, e *superscripto corr.* theotónici *c.*

1) *Non detinebantur tunc in vinculis, sed octoginta milites Parmenses in auxilium Reginorum missi a Reginis in vincula coniecti sunt, postquam Parmenses imperatori rebellaverunt; cf. Ann. Parm. mai. p.* 672. *Cf. infra f.* 292[c]. 2) *Cf. Liber de temp. c.* 251, *p.* 519. *et supra f.* 229[d], *p.* 53. 3) *Eadem fere verba supra f.* 229[d], *p.* 53, *l.* 22. *Cf. Nicol. de Carbio, Vita Innoc. IV. c.* 23, *'Archivio della R. Società Romana' XXI, p.* 98, *et Ann. Parm. mai. p.* 671, *sed econtra Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 221. 4) *Scil. ratio.* 5) *Fridericus imperator in epistola data ad regem Franciae, Reg. Imp. V, nr.* 3633, *Huillard-Bréholles, Hist. dipl. VI, p.* 554: cum civitas ipsa locus sit penitus immunitus. *Murus a.* 1232. *in glarea Parmae fluminis aedificatus (Ann. Parm. mai. p.* 668*), de quo dicit H. Blasius, 'König Enzio' p.* 108, *n.* 2. 111, *non fuit ad defendendum factus.* 6) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 494.

---

1247. potestas Parme erat ab istis occisus, timentes mori, invitabant istos, ut pacifice
de civitate facerent quicquid vellent[1]. Idem etiam fecerunt custodes palatii com-
*v. 25. munis et turris. Ideo dicit sapiens in Prover. XIX*: *Pestilente flagellato stultus
*v. 4. sapientior erit.* Ideo congruit huic loco quod legitur IIII. Reg. X*: *Timuerunt illi
vehementer et dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, et quomodo nos
valebimus resistere* ei? Quasi duo reges fuerunt domnus Henricus Testa potestas
Parme et domnus Bertolus Tabernerius, qui pro imperatore erat capitaneus in
Parma partis imperii[2]. Isti duo *non potuerunt stare coram eo*, scilicet cuneo vel
exercitu veniente, qui certe valde modicus erat. Nona ratio est, quia maximum
sperabant in brevi a diversis habere auxilium. Primo a papa Innocentio quarto,
qui multos propinquos et afines[a] habebat in Parma, et quia Parma contra
imperatorem inimicum suum pugnare volebat et iam inchoaverat pugnam. Se-
cundo a Gregorio de Monte-longo in Lombardia legato, qui Mediolani erat paratus
venire cum domno Bernardo Rolandi Rúbei de Parma, cognato domni pape Inno-
centii quarti, et cum Mediolanensibus, quam cito mitteretur pro eis. Tertio a
Placentinis. Quarto a cómite Sancti Bonifacii[3] de Verona. Quinto a Bono-
niensibus et Ferariensibus et a parte totius ecclesie. Sed hic pretermittendum
non est, ut laberintus amodo cognoscatur, quod pars ecclesie de Mutina extra civi-
*f. 289c. tatem *suam[b] erat, pars autem imperii in civitate. Idem erat in Regio. Idem
processu temporis in Cremona. Et ideo fuit validissima guerra temporibus illis,
que multis annis duravit; nec poterant homines arare nec seminare nec métere
nec vineas facere nec vindemiare nec in villis habitare. Et hoc fuit maxime in
Parma et in Regio et in Mutina et in Cremona[c]. Verum prope civitates labora-
bant homines cum custodia militum civitatum, qui per quarterios dividebantur
secundum portas civitatum. Et milites armati custodiebant operarios tota die, et
rurales operabantur in agricultura. Et hoc oportebat fieri propter beruarios[4] et
latrones et predones, qui multiplicati erant nimis, et capiebant homines et duce-
bant ad carceres, ut se redimerent pro pecúnia. Et boves áuferebant et comede-
bant vel vendebant. Et nisi se redimerent, suspendebant eos per pedes et per
manus et dentes eis abstrahebant et buffónes sive rospos[5] ponebant in ore ipso-
rum, ut citius se redimerent; quod erat eis amarius et abominabilius omni morte;
et crudeliores demonibus erant. Et ita libenter videbat homo hominem tempore
illo euntem per viam, sicut libenter videret diabolum. Semper enim suspicabatur
unus de alio, quod vellet eum capere et ad carcerem ducere, ut essent *redemptio
*v. 8. anime viri divitie eius*[d], Prover. XIII*. Et in solitudinem redacta est terra, eó
Is. 34. 10. quod non esset nec cultor nec *transiens per eam*. Nam in diebus Friderici, ex quo
maxime ab imperio fuit depositus, et Parma contra eum rebellavit et levavit cal-
*f. 289d. cáneum, *quieverunt sémite; et qui ingrediebantur per eas, ambulaverunt per *calles*

a) *sic c.* b) *penna mutata.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) suae *Vulg.*

1) *Cf. supra f.* 288[d], *p.* 188. *locum ex Libro de temp. c.* 251. *exscriptum. Sed Ann. Placent. Gib. p.* 494: Custodes . . . qui palatium imperatoris custodiebant sine mora ex ipso exire compulerunt; *quibuscum consentiunt Ann. Parm. mai. p.* 671. 2) *Cf. infra f.* 359[d]. 463[b]. 3) *Rizardo.* 4) *Ital.* berroviere, Straßenräuber. 5) *Ital.* rospo, *idem quod bufo*, Kröte.

*F.* CCXC[a]. De ingratitudine imperatoris Frederici.

---

*dévios*. Iudicum V*. *Et multiplicata sunt mala in terra;* et multiplicate sunt aves *v. 6. 1.Mach.1,10. et bestie silvestres vehementer nimis, ut faxiáni et perdíces et quálie[1], lépores et caprîoli, cervi, búbali, porci silvestres et lupi rapaces. Non enim inveniebant in villis secundum antiquam consuetudinem quas coméderent bestias, agniculos sive oves, eó quod ville totaliter essent conbúste. Et ideo lupi congregati in maxima multitudine circa foveas alicuius civitatis clamabant clamoribus magnis pre nimia famis angustia. Et ingrediebantur civitates de nócte et devorabant homines, qui sub porticibus dormiebant seu in plaustris, necnon et mulieres et parvulos. Quandoque etiam perfodiebant parietem domorum et suffocabant parvulos in cunabulis. Nullus posset credere, nisi vidisset, sicut ego vidi, horribilia, que fiebant tempore illo tam ab hominibus quam a bestiis diversimodi generis. Vulpes etiam multiplicate sunt nimis, in tantum, ut etiam due ascenderent infirmitorii tectum apud Faventiam propter duas gallinas, que sub crina[2] inferius erant, tempore carnis privii; ex quibus in eodem loco fratrum Minorum cepimus unam, ut vidi oculis meis, quia ibi eram. Et habitavi V annis in Faventia et V in Imola et V in Ravenna et in aliis locis Romagnole pluribus annis et in Bagnacavallo uno anno et in loco Montis-regii uno anno. Nam ista maledictio guerrarum totam Romagnólam occupávit, invasit et destruxit tempore quo eram ibi. Et quando *f. CCXC[a]. Bononienses obsedérunt Furlivium cum *Lombardis et aliis adiutoribus suis[3], in 1273. illa obsidione fui cum eis. Similiter in Faventia postmodum habitabam, quando Bononienses eam obsedérunt cum Lombardis et aliis suis amicis[4]; sed non potue- 1274. runt eam capere, sicut Domino placuit et beato Francisco, in cuius vigilia omnis *Oct. 3.* recessit obsidio. Item in Imola morabar, quando quidam secularis dixit michi, quod XXVII murílegos grandes et pulcros cum decipula ceperat in quibusdam villis conbustis et vendiderat pellipáriis pelles eorum; de quibus nulli dubium sit, quod doméstici in villis illis condam fuerunt tempore pacis. Porro sextum auxilium, quod habuerunt Parmenses qui ingressi sunt civitatem, fuit, quia non solum 1247. imperator excommunicatus et ab imperio depositus erat, verum etiam papa Innocentius quartus absólverat[a] omnes a dominio suo, ut patet in fine illius epistole[5], que de depositione ipsius scripta fuit in concilio generali, ubi dicitur ita[b]: *Omnes qui ei iuramento fidelitatis tenentur astricti a iuramento huiusmodi perpetuo absolventes, auctoritate apostolica firmiter inhibendo [precipimus[c]], ne quisquam decetero sibi tamquam imperatori vel regi pareat vel intendat[d], et decernendo quoslibet, qui deinceps ei velut imperatori aut regi consilium vel auxilium prestíterint seu favorem, ipso facto excommunicationis vinculo subiacere.* Digne et iuste hoc promeruit Fridericus propter ingratitudinem suam. Erexit enim cervicem et calcáneum contra ecclesiam, que eum nutríerat et ab inimicis suis defenderat et ad imperium sublimáverat[6], et persequebatur et impugnabat ecclesiam toto corde: que magna erat ingratitudo.

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) precip. *in marg. a Sal. suppl. c.; deest in Registro.* d) intentat *corr.* intendat *c.*

1) *Ital.* quaglia, Wachtel. 2) *Nescio quam vim habeat haec vox.* 3) *A.* 1273. *mense Maio.* 4) *A.* 1274. *Sept. Cf. infra f.* 414[d]. 415[a]. 5) *Datae a.* 1245. *Iul.* 17; *Potthast nr.* 11733; *MG. Epist. pont. sel. II, p.* 93 *sq., nr.* 124; *LL. Sectio IV. Const. II, p.* 512, *nr.* 400. 6) *Similia Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 511, *scripsit, sed et multi alii.*

*F.* 290[b]. Quid sit ingratitudo secundum Bernardum, et quid lex de ingratitudine dicit.

*F.* 290[c]. Quod illi qui déviant a iustitia cito perdunt vigorem suum; quod ostenditur rationibus et exemplis.

---

*f. 290b. Bernardus[a]. De *qua dicit beatus Bernardus[a, 1]: *Ingratitúdo est anime perditio,*
*exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum peremtio, hostis gratie, persecútrix*
*iustítie. Ipsa est ventus urens, que[b] pietatis fontem, misericordie venam et gratie fluénta*
*desíccat. Per hanc emancipátus in servitutem iuste redígitur, dandum impeditur, et*
Lex. *datum tóllitur.* Unde dicit lex[2]: *Si manumissus ingratus circa patrónum suum*
*extiterit et quadam iactantia adversus eum cervicem eréxerit aut levis offense contraxerit*
*v. 29. *culpam, a patrónis rursus sub imperio dicionéque mittatur.* Unde Sap. XVI*: *Ingrati*
*fides[c] tamquam hybernalis glacies tabéscet et disperiet tamquam aqua supervacua.* Item
*v. 21. de ingrato Ecclesiasticus dicit XX*: *Homo ingratus[d] tamquam fabula vana.* Item
*v. 22. Eccli. XXIX*: *Ingratus sensu derelinquit liberantem se.* Et talis fuit Fridericus,
et ideo merito ab imperio depositus fuit; non enim cognovit gratiam sibi factam.
Et ita accidit ei sicut avi, cuius alarum avulse sunt penne; statim enim perdit
vigórem et volare non potest, quousque penne renascantur, que avulse fuerunt. De
hac materia plura in scriptura divina habentur exempla. Quorum primum fuit Sansonis,
qui statim fortitudinem pérdidit, ex quo abrási fuerunt sibi capilli, nec fortitudinem
recuperavit, quousque sibi capilli denuo succreverunt, Iudic. XVI. Ideo dicit pro-
Ps. 58, 10. pheta: *Fortitudinem meam ad te custodiam,* ut sit acusativi[e] casus, id est ad te laudan-
*v. 23. dum, vel ut sit ablativi casus, id est a te michi datam, iuxta illud Iere. IX*: *Non glo-*
1. Reg. 2, 9. *rietur fortis in fortitudine sua, quia non in fortitu[dine[f] sua roborabitur vir, neque[g] in forti-*
Ps. 146, 10. *f. 290c. *tu]*dine equi voluntatem habebit* et cet., *sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire et nosse me,*
Ier. 9, 24. *quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam et iuditium et iustitiam in terra. Hec enim*
*placent michi, ait Dominus.*

Secundum exemplum habetur de Adonia, qui usurpaverat sibi regnum, quoniam[h]
territus, postquam audivit Salomonem regnare, intravit tabernaculam et *tenuit cornu altaris,*
*v. 50. III. Reg. I.*

Tertium exemplum habetur de Ioab, qui idem fecit, et fuerat ita maximus princeps,
et ita viliter pérdidit vires suas[i], ut ingressus tabernaculum teneret[k] cornu altaris
3. Reg. 2, 30. dicens: *Non egrediar, sed hic moriar.* Et ex precepto Salomonis interfecit eum ibi Banaias
cf. ib. v. 32. filius Ioiade. Et nota, quod, sicut Ioab duos principes interfecerat, scilicet Abner
filium Ner et Ámasam filium Iether, sic a duobus regibus, scilicet David et Salomone,
sententiam mortis accepit et interfici iussus est. Nam et princeps fuit qui eum interfecit,
scilicet Banaias. Habentur hec II. Reg. III. et[l] II. Reg. XX. et[l] III. Reg. II.
*v. 14. Ideo Dominus precepit in lege, et habetur XXI.* Exodi: *Si quis per industriam occiderit*
*v. 18. *proximum suum et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Item Exodi XXII.*

a) .B'. *c.* b) *sic* (q) *c.* c) spes *Vulg.* d) acharis *Vulg.* e) *sic c.* f) dine sua rob. vir n. in fortitu *alio atramento in marg. infer. a Sal. suppl.* g) Non *Ps.* h) quo *c., quod alibi a Sal. semper pro* quomodo *scribitur.* i) suos *corr.* suas *c.* k) teneret *a Sal. in marg. suppl.* l) Et *cum littera maiuscula* E *c.*

1) *In Cantica sermo* 51, § 6, *Bernardi Opera ed. Mabillon (Parisiis* 1719*) I, col.* 1447, *a quo loco multa verba differunt. Extrema* Per hanc — tollitur *ibi non leguntur. Similia leguntur in Tract. de caritate c.* 19, *Bernardo perperam attributo, Bern. Opera ed. Mabillon II, col.* 425, *assumpta ex Petri Blesensis libro de caritate Dei et proximi c.* 18, *Opera (Parisiis* 1667*) p.* 525. 2) *Codex Iustin. VI,* 7, 2.

*F.* 290[d]. Quod rex Hencius erat in obsidione Quinçani, quando Parma recessit a dominio patris.
*F.* CCXCI[a]. Quod rex Hencius cum Cremonensibus iuxta Tarum mortuum se locavit.

---

Dominus precepit: *Maléficos non patiéris vivere.* Quod bene implevit rex David tam in vita sua quam circa mortem, et quod per se non potuit, per Salomonem filium adimplevit. Et nota, quod omnia que supra dixi de illa maledictione guerrarum et sterilitate terrarum et abundantia silvestrium bestiarum, licet per anticipationem a me dicta sint, tamen tempore suo vera fuerunt, scilicet ex quo Parma a dominio Friderici recessit ecclesieque adhesit. *Nunc ad primitivum cursum[1] nostre historie revertamur. **f. 290d.*

Cum[a] igitur anno Domini M°CC°XLVII° audisset rex Hencius, qui cum Cremonensibus erat in obsidione Quinçáni[2], quod forbanníti imperatoris patris sui, qui habitabant Placentie, violenter Parmam intrassent, *dissolute sunt manus eius,* et dimissa obsidione Quinçáni festinávit et venit tota nocte, non cantando[b], sed sub silentio gemebundo, veluti cum exercitus post fugam solet reverti de bello. Habitabam tunc temporis in conventu Cremone in ordine fratrum Minorum[3], quia frater Minor eram, et ideo optime cognovi hec omnia. Nam summo diluculo[4] statim fuerunt Cremonenses cum rege Hencio in consilio congregati, et usque ad altissimam tertiam illud consilium est protráctum. Postmodum comederunt festinanter et precedente carrotio unanimiter sunt egressi. Non remansit in Cremona ex eis quisquam, qui *armatus posset incedere* et in bello confligere. Et est in conscientia mea, quod, si sine mora Parmam ivissent et viriliter dimicassent, absque dubio eam recuperassent, tum quia Parma totaliter undique erat aperta, nullam clausuram habens[5], tum quia nondum venerat eis auxilium, tum etiam quia illi qui erant in civitate prius indifferenter se habebant, quia nec cum his qui noviter intraverant erant nec cum his qui exiverant esse disposuerant, sed simpliciter facta sua facere intendebant[5]. Nam si sciret unus inimicus conditiones sui alterius inimici, frequenter posset eum offendere. Domini autem nutu collocavit se rex Hencius *cum exercitu Cremonensium iuxta Tarum mortuum[6] et non venit ad Parmam, ut induceret Dominus super eos mala[7]. Volebat enim ibi expectare, quousque pater suus imperator veniret, qui erat in civitate Taurini, que est civitas in confinibus Lombardie. Et protenditur Lombardia usque Segúsiam et montem Senisium. Póstmodum cómitis Sabáudie terra et districtus occurrit, postea vero ducatus Burgundie. In qua ex parte nostra est civitas Lugdunensis, que prima metrópolis est Galliarum. Et ibi erat tunc temporis papa Innocentius quartus cum cardinalibus suis. Porro Tarus mortuus appellatur quedam aquarum con-

*1247.* *2. Reg. 4, 1.* *(Iun. 16/17).* *(Iun. 17?)* *1. Reg. 17, 39.* **f. CCXCIa.*

a) *primum hoc loco novus versus non coeptus erat in c., tantum* ℭ *minio scripto praemisso, tum vero a Sal. in margine magna littera initialis* C *atramento nigro et minio picta est.* b) catado *c.*

1) *Quem reliquit f.* 289[b], *p.* 190, *l.* 20. 2) *Cf. supra f.* 229[d]. 288[d], *p.* 53. 189; *Liber de temp. c.* 251, *p.* 519. 3) *Cf. supra f.* 229[c.d], *p.* 53. 4) *Diei Iun.* 17, *ut coniciendum esse videtur.* 5) *Cf. supra f.* 289[a], *p.* 189. 6) *Ann. Parm. mai. p.* 671: venit in pratis de Blanconixio *(ad rivum Recchio)* et ibi in ripa Taronis castramentatus est; *Ann. Placent. Gib. p.* 494: asumpto carratio cum Cremonensibus . . . apud Brancanisium sua castra finxit. *Cf. addit. ad Cron. Johannis de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 48. 7) *Cf.* 3. *Reg.* 9, 9: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

*F.* 291[b]. De domno Guiçardo comite Sancti Bonifacii de Verona, qui fuit primus, qui venit Parmensibus in auxilium.

---

gregatio, que egreditur de Taro vivo tempore, quo superinundat et facit congregationem aquarum ad módum lacus vel stagni; et sunt ibi multe scardave[1], lucii, anguille et tince[2]; et est quasi iuxta locum ordinis Cistertii, qui Fontana-viva nuncupatur ab eis et per VII miliaria distat a Parma. Cum autem rex Hencius
1247. ibidem cum Cremonensibus patris prestolaretur adventum, Parmensibus, qui civitatem intráverant, cotidie úndique superveniebat auxilium. Nam domnus Riçárdus[a] comes Sancti Bonifacii de Verona, strenuus miles et probus valde, quando Parma rebellavit imperatori, primus fuit, qui Parmensibus dedit succursum[3]; qui veniens
*(Iun. 23?)* per Guastallam cum multis armatis ingressus est Parmensium civitatem. Et Parmenses hoc servitium cognoscentes dederunt ei palatium imperatoris, quod est in Aréna, ad inhabitandum et dixerunt, quod esset dominus cum suis ad custodien-
*(Iun. 24?)* **f.* 291[b]. dum civitatem ex parte Reginorum. Sequenti die venit *militia Placentinorum, et erant CCC[ti] milites[4], quo ad equos et arma optime preparati. Hi fuerunt custodes[b] civitatis in glárea fluminis Parme, interdum, quando necesse erat, armati sedendo in equis. Et erat labor iste potius ad solatium quam ad gravedinem. Aliis vero diebus et morabantur in hospitiis suis et ibant per civitatem solaciando,
*(Iun. 25?)* quando volebant. Porro tertia die[5] post intróitum comitis Sancti Bonifacii venit domnus Gregorius de Monte-longo, legatus domni pape, et domnus Bernardus Rolandi Rubei, cognatus domni Innocentii pape quarti, cum mille[6] militibus de Mediolano. Et hi custodiebant civitatem versus montes[7] in glárea fluminis Parme, quando necesse erat. Parmenses vero locaverunt se cum legato extra civitatem in strata que vadit ad Burgum Sancti Donini. Et fecerunt sibi foveam et palancátum, ut clausuram haberent, propter timores hostíles. Imperator vero furibundus et totus inflammatus ex ira propter illa que sibi acciderant venit ad Parmam et in contrata que dicitur Grola[8] — in qua vinearum est multitudo, et ubi vinum nascitur bonum, et vinum terre illius óptimum est — fecit fieri unam civitatem cum magnis foveis in circúitu, quam etiam Victoriam appellavit in presagium futurorum[9]; denarii vero monete victorini dicebantur[10], et maior ecclesia Sanctus Victor. Erat ergo ibi Fridericus cum exercitu suo et rex Hencius cum

a) R *in loco raso, procul dubio* Guiçardus *Sal. prius scripserat ut in inscriptione columnae* 291[b]. *et infra f.* 362[a]. *Alb. Milioli p.* 519, *l.* 24. *iam* Riçardus *in illius codice legit.* b) *penna mutata.*

1) *Ital.* scardova *piscis, quem dicimus* Bleihe. 2) *Ital.* tinca, Schleihe. 3) *Idem infra f.* 423[c]. *dicitur.* 4) *Ann. Parm. mai. p.* 671: 400 milites de Placentia; 200 *milites Placentinos advenisse dicunt Ann. Placent. Gib. p.* 494. *Hos autem cum legato et Bernardo Rolandi venisse tradunt Ann. et Parm. et Placent.* 5) Decimo die post hec — *post captam Parmam procul dubio (i. e. Iun. 25) — legatum et Bernardum Rolandi advenisse tradunt Ann. Placent. Gib. p.* 494. *Et ita cum Sal. bene convenit, quod iidem referunt, Rizardum comitem sequenti ebdomada post captam Parmam advenisse, cum in Ann. Parm. adventus comitis demum post adventum legati relatus sit.* 6) *Eundem numerum habent Ann. Parm. mai. et Galv. Flamma, Manip. florum c.* 281, *Muratori, SS. XI, col.* 682, 600 *tantum Ann. Placent. Gib.* 7) Padum *loco verbi* montes *scripsit Albertus Milioli p.* 519. *et sequenti loco quaedam addidit; cf. ibid. n.* 7. 8) *Cf. Liber de temp. c.* 251, *p.* 519. 9) *Vide quae P. Scheffer-Boichorst, 'Zur Geschichte des XII. u. XIII. Jahrhunderts, Diplomat. Forschungen' p.* 286 *sq. a Flavio Blondo ex alia cronica fratris Salimbene de Friderico II. Parmam obsidente exscripta esse iure censuit.* 10) *Vide quae de victorinis adhuc exstantibus Ph. Jaffé, SS. XVIII. p.* 791, *n.* 2. *collegit.*

*F.* 291[c]. De crudelitatibus Ycilini, qui similitudinem habuit cum diabolo, sicut beatus Franciscus cum Christo.

*F.* 291[d]. De auxiliatoribus, quos habuit imperator post depositionem ad obsidendum Parmam.

---

exercitu Cremonensium. Et misit imperator omnibus amicis suis, ut festinanter 1247.
venirent ad adiutorium sibi dandum. Et primus qui venit fuit domnus Ugo Boté-
rius, *civis Parmensis, domni Innocentii pape quarti ex sorore[1] nepos, qui cum *f. 291c.
tempore illo potestas Papiensium esset, cum omnibus Papiensibus venit[2], qui ad
bellum utiles videbantur. Non potuit papa istum suum nepotem nec precibus nec
promissis ab amore Friderici divellere, et plus dilexit matrem istius quam alias
suas sorores duas, quas similiter habuerat maritatas in Parma. Post istum venit
Ycilínus de Romano, qui tunc temporis dominabatur in marchia Trivisina, et maxi-
mum exercitum duxit secum[3]. Hic plus quam diabolus timebatur, pro nichilo enim
habebat occidere homines, mulieres et parvulos, et quasi inaudítas crudelitates
exercuit. Nec Nero in crudelitatibus fuit similis ei nec Domicianus nec Decius
nec Diocliciánus, qui fuerunt maximi in tyrannis. Nam XI milia Paduanorum 1256.
una die fecit comburi[a] in campo Sancti Georgii in civitate Verone. Et cum positus
fuisset ignis in domo, in qua erant, et conburerentur, in hastilúdio circa eos
ludebat cum militibus suis[4]. Longum esset crudelitates ipsius referre. Nam re-
quirerent librum grandem. Credo certissime, quod, sicut filius Dei voluit habere
unum specialem amicum, quem similem sibi faceret, scilicet beatum Franciscum,
sic diabolus Ycilinum. De beato Francisco dicitur, quod *uni dedit V talenta*[5]. *Matth.* 25, 15.
Nunquam enim in hoc seculo fuit nisi unus, scilicet beatus Franciscus, cui Christus
ad similitudinem sui V plagas impresserit[6]. Nam, sicut dixit michi frater Leo[7],
socius suus, qui presens fuit, quando ad sepeliendum lavabatur in morte, videbatur
recte sicut unus crucifixus de cruce *depositus. Ideo óptime congrúere sibi potest *f. 291d.
quod dicitur Apoc. I*: *Vidi similem filio hominis.* In quibus autem fuerit similis, *v. 13.
quia alibi scripsi, ideo hic taceo, quia ad alia dicenda festino. Et quia male
sonare videtur, ut homo similis Deo dicatur, presertim cum scriptura dicat: *Deum
homini non equabo,* Iob XXXII*, audiant quid iterum alia scriptura dicit: *Quoniam* *v. 21. *Ps.* 88, 7.
*quis in nubibus equabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei*[b]. Et iterum prima
Io. III*: *Karissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus,* *v. 2.
*quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* De
Ycilíno vero sciendum est, quod in multis malitiis et crudelitatibus diabolo fuit
similis. Unde non sine causa Dominus Iudeis dixit Io. VIII*: *Vos ex patre dia-* *v. 44.
*bolo estis et desideria patris vestri vultis facere.* Porro post Ycilinum in adiuto- 1247.
rium Friderici venerunt multe gentes, ut Regini, Mutinenses, qui erant in civi-

a) coburi *h. l.,* 9burerentur *infra l.* 18. *c.* b) *neque hoc loco neque supra f.* 257[b], *p.* 119, *l.* 19, *ubi hic et sequens versus allati, interrogationis signum ut in Biblia positum in c.*

1) *Agnete. Ugo Boterius fuit filius Gerardi Boterii filii Ugonis Rubei. Cf. Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 88, *n.* c. 2) *Ann. Placent. Gib. p.* 494. *referunt quadringentos milites Papienses ad exercitum Hencii regis advenisse, antequam imperator adveniret.* 3) *Icilinum Cremonam venisse, antequam imperator hunc urbem adiret, tradunt et Ann. Placent. Gib. l. l.* 4) *Omnia fere hoc loco de Icilino dicta infra f.* 361[d]. *repetita sunt. Vide quae ibi adnotavi.* 5) *Scil. filius Dei b. Francisco.* 6) *Cf. Leg. Francisci auct. Bonaventura c. XIII.* 7) *De Assisio, de quo cf. P. Sabatier, Speculum perfectionis p. LXII sqq. Cf. epist. Eliae, Böhmer, 'Analekten z. Gesch. d. Franciscus v. Assisi' p.* 91.

*F.* CCXCII[a]. Quod nobiles domine der Parma fecerunt fieri unam civitatem argenteam, quam beate virgini obtulerunt, ut Parmam ab impio defendere dignaretur.

*F.* 292[b]. Quod Mantuani conbusserunt Casale-maius.

Quod imperator decapitari faciebat aliquos ex adversa parte cotidie, quando Parmam obsidebat.

---

1247. tatibus suis pro imperio, Bergamenses[1] etiam et alie civitates tam de Tuscia quam
de Lombardia et aliis partibus mundi, que cum ecclesia non erant. Et fuerunt
cum eo et de Burgundia et de Calábria et de Apulia et de Sicilia et de Terra
*Act.* 2, 5. Laboris et Greci et Saraceni de Nuceria et fere *ex omni natione que sub celo est;*
*v. 10. et factus est *exercitus nimis grandis valde,* Eze. XXXVII*. Et poterat ei dici illud
*v. 3. Ys. IX*: *Multiplicasti gentem, non magnificasti letitiam.* Et hoc duplici ratione[a].
Prima fuit, quia cum tota gente sua non potuit occuppare[b] nisi illam stratam,
que vadit a Parma ad Burgum Sancti Donini. Alia vero civitas nichil sentiebat
de sua obsidione[a]. Et cum[c] disponeret imperator civitatem Parmensem totaliter
*f. CCXCII a. destrúere *et eam transferre ad Victoriam civitatem, quam fecerat, atque in Parma
destructa in signum rebellionis et sempiterni opprobrii et exempli salem seminare
in sterilitatis signum, cognoscentes hoc mulieres Parmenses, maxime divites, nobiles
et potentes, totaliter se contulerunt ad beatam virginem deprecandam, ut civitatem
suam Parmam a Friderico et ab aliis inimicis penitus liberaret, eo quod nomen
et vocabulum suum in matrice ecclesia a Parmensibus in reverentia maxima habebatur.
Et ut melius exaudirentur ab ipsa, fecerunt fieri unam civitatem totam
argenteam, quam vidi[2], atque beate virgini obtulerunt et donaverunt. Et erant
ibi maiora et precipua edificia civitatis fabrefacta totaliter de argento, ut maior
ecclesia, que appellatur domus, licet non talis, qualis illa fuit, de qua dixit David
*v. 5. I. Paralipo. XXII*: *Domus autem, quam edificare[d] volo, talis esse debet, ut in cunctis
regionibus nominetur.* Baptisterium similiter erat ibi et palatium episcopi et communis
palatium et alia edificia quam plura, que civitatis effigiem presentarent.
Rogavit mater filium, exaudivit filius matrem, cui de iure nichil poterat denegáre
*v. 20. iuxta verbum quod sub figura continetur in divina scriptura III. Reg. II*: *Pete,
mater mi[e]. Neque enim fax[f] est, ut avertam faciem tuam.* Verba sunt Salomonis ad
matrem. Cumque mater misericordie rogasset filium, ut liberaret Parmam civitatem
suam ab illa multitudine gentium, que adversus eam convenerat et fuerat
*v. 13. congregata, et instaret iam pugna futura, dixit filius matri III. Reg. XX*: *Certe
*f. 292b. *vidisti omnem multitudinem hanc nimiam[g]. Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, ut
*v. 3. scias, quia ego sum Dominus.* Insuper et illud Ys. IX.* implebitur: *Letabuntur coram te
sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores capta preda, quando dividunt spolia*[h].
Porro in illo meditulio[i] temporis, ante quam de Victoria civitate a Parmensibus
victoria haberetur, exibant cotidie hinc et inde ad preliandum balestarii, arcarii sive
sagittarii et fundibularii, et fiebat valida pugna, ut vidi oculis meis. Sed et beruarii
discurrebant qualibet die per episcopatum Parmensium omnia depredando et com-

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sic* (occup || pare) *c.* c) cū *a Sal. in marg. suppl.* d) aedificari *Vulg.* e) *sic c. (!);* mea *Vulg.* f) *sic c. pro* fas. g) *punctum, non interrogationis signum, hoc loco in c.* h) s *e corr. c.* — *Sequitur* ℂ *minio scriptum.* i) *sic c.*

1) *Trecentos milites Bergamenses ad exercitum regis iam accessisse, antequam imperator adveniret, tradunt Ann. Placent. Gib. l. l.* 2) *Non a.* 1247, *cum Parmae esset, sed post aliquot annos, ut videtur, cum pluries hanc civitatem adierit.*

*F. 292c.* De militibus Parmensibus, quos Mutinenses et Regini in compedibus posuerunt in discordia F[riderici], quam cum ecclesia habebat tunc temporis.

---

burendo[a], et idem faciebant illi de Parma Cremonensibus et Reginis. Mantuáni 1247.
etiam venerunt tempore illo et totum Casale-maius conbusserunt[1], ut vidi oculis (Iul.).
meis[2]. Imperator[b] vero quolibet mane veniebat cum suis et in glarea fluminis Parme decollabat tres vel IIII[or] vel etiam plures, sicut sibi videbatur, de Parmensibus et Mutinensibus et Reginis, qui erant ex parte ecclesie, quos habebat in vinculis[3], videntibus Parmensibus qui erant in civitate, ut tristitiam inde haberent. Et hoc fiebat in glárea fluminis Parme versus montes, ultra pontem Domine-Egidie, in loco qui dicitur Bidhuçánum. Et tunc tota militia imperatoris ibi armáta cum imperatore stabat timens, ne Parmenses cum suis, qui intrinsecus e regione stabant armati, ad eos irrumperent. Nam, sicut dicit beatus Ieronimus[4], *prudenter timetur quicquid potest accidere. Ex nimia* enim *securitate minus timetur hostis*[5]. Sed consuevit dici: Ieronimus.

*Non faciunt anni, quod facit una dies.* Versus.

*De hac una die dicitur in Çacharia XIIII†: *Et erit dies una, que nota est Domino.* *f. 292c. †v. 7.
Hec dies una fuit, in qua imperator de civitate sua Victoria a Parmensibus fuit 1248. (Febr. 18).
ignominióse fugatus. Quod[b] quidem digne sustinuit, quia multos innocentes mala morte occidit. Unde Dominus Mat. XXIII*: *Ex illis occidetis et crucifigetis et ex* *v. 34.
*eis flagellabitis.* Quod patuit in domno Andrea de Tréço, qui fuit nobilis miles de Cremona, et in Conrando[c] de Berceto, qui clericus erat et probus in armis, quos diversimode tormentavit et cum igne et aqua et suplitiis[c] variis. Ducenti etiam milites[6], ante quam Parma a Friderico recessisset, missi erant a Parmensibus Mútinam, ut civitatem custodirent, quos Mutinenses, qui erant ex parte imperii, statim concluserunt in carcere et posuerunt in vinculis, postquam audierunt Parmam ab imperio recessisse. Idem fecerunt Regini de Parmensibus, quos ob similem causam habebant[7]. Pro his ergo militibus misit imperator et vinculavit eos in Victoria; et ex illis occidebat, quando volebat, et maxime, quando insultum faciebat contra Parmensium civitatem verbis iniuriósis et pugna, et male cedebat ei, ibi in occidendo captivos refrigerabat cor suum. Nam frequenter, ut civitatem haberet, expertus est vires suas. Aliquando etiam aliqui milites de marchia Anconitana deseruerunt exercitum imperatoris et fugiendo ingressi sunt Parmam dicentes, quod 1247. (Iun.)

a) cōburendo *h. l., infra l.* 5. ꝯbusserunt *c.* b) *penna mutata.* c) *sic c.*

1) *Quod a.* 1247. *mense Iulio factum esse ex Ann. Placent. Gib. p.* 495. *patet. Cf. etiam Ann. Parm. mai. p.* 671. *et Ann. Mant. SS. XIX, p.* 22. *Iam supra f.* 284[d], *p.* 179. *Sal. quaedam ex Libro de temp. c.* 251. *descripsit quae ad hanc expeditionem pertinent.* 2) *Tunc videlicet, ut conicio, cum Cremona Parmam iret (cf. supra f.* 229[d], *p.* 53). *Quod mense Iulio factum esse ex hoc loco et Ann. Placent. Gib. p.* 495. *statuendum est.* 3) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 672 *sq., ubi relatum est quadam die quatuor, sequente duos, in summa X vel XII Parmenses decapitatos esse, reliquis imperatorem petentibus Papiensibus pepercisse.* 4) *Cf. supra f.* 222[c], *p.* 36, *n.* 13. 5) *Haec sunt verba Bonaventurae, Leg. Francisci c.* V, 4. 6) *Ut Ann. Placent. Gib. p.* 494. *referunt, quadraginta quinque milites tantum, secundum Ann. Parm. mai. p.* 672. *circa quinquaginta* (cinquantinam) *milites et omnes scolares Parmenses, qui Mutinae litteris studebant.* 7) *De iisdem Sal. supra f.* 288[d], *p.* 189. *iam quaedam ex Libro de temp. c.* 251. *exscripsit, nesciens tamen de his agi; cf. Ann. Parm. mai. p.* 672.

*F.* 292[d]. De[a] militibus de marchia Anconitana, quos imperator in patibulis fecit suspendi.

*F.* CCXCIII[a]. De domno Gerardo de Canali, quem imperator fecit submergi in mare cum mola asinaria[b] ad collum eius ligata.

---

1247. ex parte ecclesie esse volebant. Et fuerunt libenter et gratanter recepti. Fecerunt autem hoc, quia in initio rebellionis Parme imperator faciebat custodiri plures milites de marchia Anconitana in civitate Cremona, aliquos in custodia[c], *f. 292d. aliquos vero in aliqua *domo libera, timens amittere Marchiam. Et illis qui erant sine vinculis et in custodia libera incumbebat[d] deterius signum, quamvis *(Iun. Iul.)* non cognosceretur ab eis. Venit ergo nuntius ex parte imperatoris, qui dixit V militibus de Marchia, qui erant Cremone in quadam domo et lavabant manus suas volentes cenare, ut in continenti sine mora ascenderent equos et cum eo ad imperatorem pariter irent. Cumque pervenissent ad quendam campum[e], qui est extra civitatem Cremone et appellatur Mosa[1], duxit eos ad locum suspendii, et suspensi fuerunt. Et dicebant carnifices, quia 'sic mandat imperator, ut fiat, pro eo quod proditores estis'. Et tamen venerant in adiutorium eius[f]. Sequenti die iverunt fratres Minores et deposuerunt et sepelierunt eos, et vix potuerunt lupos abígere, ne comederent eos, dum adhuc in patibulis dependérent. Hec omnia vidi, quia Cremone habitabam tunc temporis[2], similiter et in Parma. Longum esset referre de omnibus, quos tempore illo ex parte ecclesie interfecit et fecit interfici. Nam domnum Gerardum de Canale[g] de Parma in Apuliam misit et fecit demergi in profundissimum mare cum mola asinaria ad collum eius ligata[3]. Et tamen fuerat prius amicissimus eius et multas potestarias ab eo habuerat, et semper cum eo in exercitu foris Parmam mansit[4]. Hoc solum suspitionis signum imperator habuit contra eum, quia turris eius non destruebatur in Parma[5]. Unde et dicebat ei imperator quandoque sub falso et simulato ludo ridendo: 'Multum diligunt nos Parmenses, domne Gerarde, quia, cum alia edificia destruant civitatis illorum qui ex parte imperii extiterunt, nec turrim vestram destruxerunt adhuc *f CCXCIIIa. nec pala*tium meum, quod habeo in Aréna'. Hec dicendo yrónice loquebatur. Sed domnus Gerardus non intelligebat. Credebat enim, quod omnia tempora equaliter currerent; sed non est ita, quia

*non eodem cursu respondent ultima primis*[6].

*v. 8. Nam, ut dicit sapiens in Eccle. III*, est *tempus belli et tempus pacis.* Cum autem *(Sept. Oct.)* tempore illius obsidionis exivi de Parma[7], ut irem in Franciam, transivi per Fontanam-latam, que est villa, in qua domnus Gerardus de Canali[g] tunc temporis habitabat; et vidit me libenter et dixit michi, quod valde utilis erat Parmensibus

a) De *minio a Sal. suppl. c.* b) assinaria, *prius* f *expunctum c.* c) *sequitur signum fere* ĩ *(deletum?) in c.* d) in9bebat *c.* e) camplu, l *expunctum c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic h. l. c.*

1) *Hodieque Cremonae est porta Mosa inter meridianam et orientalem partem moenium sita. Cf. SS. XXXI, p.* 5, *n.* 10. 2) *Cf. supra f.* 229[c.d]. 290[d], *p.* 53. 193. *Itaque quae praecedunt a Sal. Cremonae visa mense Iunio ex. vel Iulio facta sunt.* 3) *Cf. Matth.* 18, 6: ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. 4) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 494. 5) *Vide p.* 199, *n.* 1. 6) *Catonis Dist. I,* 18. *Idem versus iam supra f.* 282[a], *p.* 173. *cum eodem mendo allatus est.* 7) *Mense Septembri vel Octobri, ut videtur, cum Nov.* 1. *Lugdunum advenerit. Cf. supra f.* 229[d]. 284[c], *p.* 53. 178, *infra f.* 343[d].

*F.* 293^b^. De domno Bernardo Rubeo de Parma.
Et de Petro de Vinea.

---

qui habitabant in Parma[1]. Et ego dixi sibi: 'Cum imperator sit in obsidione 1247. (Sept. Oct.)
Parme, aut omnino sitis cum eo aut cum Parmensibus qui in civitate morantur,
et nolite claudicáre in duas partes[2], quia non éxpedit vobis. Dicit enim scriptura
de eo qui in duas partes claudicare intendit Eccli. XXIII*: *Ubi non sperabit,* *v. 30.
*apprehendetur*'. Non audivit me, id est neglexit facere quod dixeram sibi; et ideo
cum mola asinaria ad collum eius ligata in profundum maris fuit submersus, ut cf. Matth. 18, 6.
superius dixi. Ideo congruit ei quod sapiens dicit Prover. XII*: *Via stulti recta* *v. 15.
*in oculis eius; qui autem sapiens est, audit consilia.* Item Eccle. VII*: *Noli esse* *v. 18.
*stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Item Iob XXII*: *Sublati sunt ante tempus* *v. 16.
*suum, et fluvius subvertit fundamenta eorum.* Et nota, quod domnus Bernardus
Rolandi Rubei de Parma, qui fuit cognatus domni pape Innocentii quarti — habuit
enim sororem pape uxorem[3] —, melius intellexit verbum imperatoris sibi meta-
fórice dictum quam domnus Gerardus de Canáli. Cum enim quadam die cum
imperatore equitaret, et equus[a] suus cespitasset, dixit ei imperator: 'Domne Ber-
narde, malum equum habetis, sed[b] spero et promitto vobis, quod usque ad paucos
dies da*bo vobis unum meliorem, qui non cespitabit'. Et intellexit domnus Ber- *f. 293^b^.
nardus, quod de suspendio patibuli diceret sive furcarum[4]; et *inflammatum* et in- Ps. 72, 21.
dignatum *est cor* eius contra imperatorem, et absentavit se ab eo. Et congregatis
quibusdam militibus de Parma, inter quos fuit domnus Gerardus de Corigia, quem 1245.
bis[c] potestatem Parme vidi[5], et domnus Ghibertus de Gente, qui multis annis
postea Parmensibus prefuit[6], et plures alii milites de Parma nobiles et potentes
et digni relatu, ivit cum eis Placentiam[7]. Et statim imperator forbannivit eos et
precepit palatia eorum destrui. Quapropter[d] timentes alii milites, qui erant ex
parte eorum, iverunt post ipsum[e] et habitaverunt[f] cum[g] ipsis in Placentia bene
ducenti milites, *omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi,* nec vidit eos postea Cant. 3, 8.
imperator, nisi quando in Victoria civitate, quam fecerat, fuit disconfictus et tur- 1248.
piter fugatus ab eis[8]. Porro domnus Bernardus, cuius supra memoriam feci,
cómpater[h] fuit imperatoris et amicissimus valde et dilectus ab eo; et cum volebat
ingredi ad eum, nulla erat ibi clausúra. Sed imperator nullius amicitiam con-
servare sciebat, quin immo gloriabatur, quod nunquam nutrierat aliquem porcum,
cuius non habuisset axúngiam[9]. Et volebat dicere, quod nunquam sublimaverat
aliquem ad divitias et honorem, cuius postea non exhausisset[i] marsupium vel

a) eq9 *c.* b) ſʒ (sed) *a Sal. superscr.* c) *hoc vocabulum difficile est lectu, sicut et multa alia sequentium, medicina superlita, unde haec in ed. Parmensi omissa sunt, sed* bis *habet et apographum Sigonianum.* d) Quapropter time *legi nequeunt in c., supplevi ex apogr. Sigon.* e) *sic apogr. Sigon.;* ipsos *mihi legere visus sum in c.* f) habita *legere nequiri in c., suppleri ex apogr. Sigon.* g) cum — Placentia *ex apogr. Sigoniano suppleri, legere nequiri in c.* h) ꝯpater *c.* i) exaus. *corr.* exhaus. *c.*

1) *Ergo ex his quae Sal. narrat patet imperatorem iure eum suspectum habuisse.* 2) 3. *Reg.* 18, 21: Usquequo claudicatis in duas partes? 3) *Cf. infra f.* 359^d^. 4) *Sive equulei, quod verbum significatur. Cf. similem narrationem de equuleo pro equo dato Lambert. Ard. c.* 124, *SS. XXIV, p.* 622. 5) *A.* 1238. *et* 1247; *cf. supra f.* 247^c.d^, *p.* 98. 6) *A.* 1253—1259. 7) *Quod a.* 1245. *Sept. factum est: cf. Ann. Placent. Gib., Ian., Parm. mai., SS. XVIII, p.* 492. 217. 670; *Reg. Imp.* V, 1, *p.* 625, *nr.* 3501^e^; *supra f.* 284^a^. 288^b^. 8) *Ubi imperator non adfuit.* 9) *Idem vide infra f.* 393^b^. *Patet Bernardum ideo ad partem ecclesiasticam transiisse, quia maritus sororis Innocentii IV. papae erat.*

thesáurum. Que erat maxima miseria dicere. Sed patuit hoc in Petro de Vinea[a],
qui[b] in curia imperatoris maximus et consiliarius et dictator fuit necnon et ab
imperatore appellatus est logothétha, et tamen eum de pulvere exaltaverat[1], et
*f. 293c. *Iob* 19, 28. in eumdem púlverem eum póstmodum fecit reverti. *Nam *radicem verbi invenit
*contra eum* necnon et calumniam, ut eum morti traderet. *Calumnia* vero *conturbat*
*v. 8. *sapientem et perdet robur cordis illius*, ut dicit sapiens in Eccle. VII*. Calumnia
autem imperatoris contra Petrum de Vinea fuit huiusmodi: Imperator miserat
1245. iudicem Tadeum et Petrum de Vinea — quem maxime diligebat, et super omnes
alios in curia imperatoris erat — et quosdam alios[2] Lugdúnum ad papam Inno-
centium quartum, ut impedirent papam, ne festinaret ad depositionem ipsius[3].
Audierat enim, quod propter hoc concilium congregabat; et preceperat eis, quod
nullus cum papa sine alio vel nisi presentibus aliis loqueretur. Postquam autem
reversi sunt, accusaverunt socii Petrum de Vinea, quod pluries sine eis cum[c] papa
1249. familiare colloquium habuisset[d. 4]. Misit igitur imperator et fecit eum capi et mala
morte mori. Et cepit dicere imperator: *Abominati sunt me condam consiliarii mei,*
*v. 19. *et quem maxime diligebam adversatus*[e] *est michi*, Iob XIX.* Faciliter enim turbabatur
tunc temporis imperator, eó quod ab imperio fuisset depositus, et quia Parma
contra eum spiritum rebellionis assumpserat, et quia credebat suis fraudulentiis
ecclesiam detinere et verbis deceptoriis supplantare, ne procederet contra ipsum;
et videns, quod non esset factum secundum malitiam cordis sui, non mirum, si
leviter turbabatur. Nam *qui ad irascendum*[f] *facilis est, erit ad peccata*[g] *proclivior*, id
*v. 22. est magis inclinatus, Prover. XXIX.* Interficiebat enim consiliarios et principes
*v. 33. et barones suos imponendo eis, quod proditores essent. Unde Eccli. XI*: *Bona*
*f. 293d. †v. 21. *enim in mala convertens insidiatur et in electis impónit maculam.* *Item Prover. XXI†:
*Superbus et árrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Item Prover.
*v. 3. 4. XXVII*: *Grave est saxum, et onerosa est arena, sed ira stulti utroque gravior. Ira*

a) *non cognosci potest, num hoc loco* uinea *an* uineis *scriptum sit.* b) *penna mutata.* c) cum papa *in marg. a Sal. suppl.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *sic e corr. etiam infra f.* 352[a]. 353[a]; aversatus est me *Vulg.* f) indignandum *Vulg.* g) peccandum *Vulg.; cf. supra p.* 153, *l.* 33. 34.

1) *Infra f.* 353[a]. *eadem fere de Petro de Vinea narrans Sal. affert* 3. *Reg.* 16, 2: Exaltavi te de pulvere. 2) *Quos omnes Mainardinus episcopus Imolensis recensuisse videtur; cf. F. Güterbock in 'N. Archiv' XXX, p.* 64. 3) *Guido Bonatus de Furlivio, Continens decem tractatus astronomicos (Augustae Vindelicorum* 1491. 4°) *tract. V, f.* 99. *de eo tradit:* Fuit similiter quidam de regno Apulie, natione vilis, nomine Petrus de Vinea, qui, cum esset scolaris Bononie, mendicabat nec habebat quid comederet, et postea effectus est notarius, deinde prothonotarius curie imperatoris Frederici secundi, postmodum audivit leges et effectus est iudex maioris curie imperatoris et ascendit ad tantam dignitatem, quod beatus reputabat[ur] qui poterat fimbriolam aliqualem habere gratie ipsius; et quicquid ipse faciebat, imperator habebat ratum, ipse autem multa retractabat et infringebat de his que faciebat imperator. Et fecit eum imperator dominum sive dominatorem totius Apulie, et est inventus habuisse in bonis solum in auro 10000 libras augustanensium sine aliis diviciis, que dicebantur esse quasi inextimabiles. In fine siquidem devenit ad tantam depressionem et ad tantam miseriam, quod imperator fecit eum cecari; qui dedignatione motus percussit caput ad quendam murum et sic semetipsum miserrime interfecit, sicut tunc communi fama dicebatur. 4) *Cf. Huillard-Bréholles, 'Pierre de la Vigne' p.* 38 *sqq.* 56 *sqq.*

*F.* CCXCIIII[a]. De domno Bernardo Rolandi Rubei, et qualiter scivit sibi cavere a sagacitatibus F[riderici].

---

*non habet misericordiam nec erumpens furor, et impetum concitati ferre quis poterit?* Item Prover. XXVIII*: *Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam.* *v. 16. Qualis fuit Fridericus, qui multos occidit et fecit interfici, ut illud Danielis posset impleri et[a] sibi aptari, quod de Antichristo legitur scriptum Dan. VII*: *Alius con-* *v. 24. 25. *surget post eos, et ipse potentior erit prioribus et tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur et sanctos altissimi cónteret, et putabit, quod possit mutare tempora et leges, et tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis.* Item Dan. VIII*: *Cum creverint iniquitates, consurget rex ímpudens facie* *v. 23–25. *et intelligens propositiones. Et roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis. Et supra quam credi potest universa vastabit et prosperabitur et faciet. Et interficiet robustos et populum sanctorum secundum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manu eius, et cor suum magnificabit. Et in copia rerum omnium occidet plurimos et contra principem principum consurget, et sine manu conteretur.* — Hic addit abbas Ioachim[1] loquens de Friderico: *subauditur 'humana'.* — *Et visio vespere* ib. v. 26. *et mane, que dicta est, vera est. Tu ergo signa visionem, quia post dies multos erit.* Item Danielis XI*: *Et veniet in multitudine magna, ut cónterat et interficiat* *v. 44. *plurimos.* Hoc potest reférri ad Fridericum, quando venit ad obsidendum Parmam, quia tunc impletum est illud Ys. X*: *Ad conterendum erit cor eius et* †*ad inter-* *v. 7–9. †f. CCXCIIII[a]. *nectionem*[b] *gentium non paucarum. Dicet enim: Numquid non principes mei simul reges sunt?* Item Iob XXXIIII*: *Conteret multos et innumerabiles et stare faciet* *v. 24. *alios pro eis.* Item de Friderico sciendum est, quoniam ecclesiam decipere non potuit, quia in Prover. XXVI.* scriptum est: *Labiis suis intelligitur inimicus, cum* *v. 24–26. *in corde tractaverit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credíderis ei, quoniam VII nequitie sunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia eius in concilio.* Quod totum fuit impletum in concilio Lugdunensi, in quo ab 1245. imperio depositus fuit, et malitia eius omnibus divulgata. Cetera vero que sequuntur usque ad finem capituli[2] ipsi Frederico[c] óptime coaptantur. Porro de domno Bernardo Rolandi Rúbei sciendum, quod nunquam vidi hominem, qui melius personam magni principis representaret. Habebat enim apparentiam et existentiam[3]. Nam quando erat in bello armatus et cum clava férrea hostes percutiebat hinc inde, sicut a facie diaboli ita divertebant et fugiebant ab eo[4]. Et cum volo eius personam in memoriam presentare, occurrit michi Magnus Károlus imperator secundum ea que de eo scripta leguntur[5] et secundum ea que de isto oculis meis vidi. Hic recte *respondit stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videretur*, quando cum adiutoribus suis ábstulit sibi Parmam, Prover. XXVI*, et Fri- *v. 5.

a) *penna mutata.* b) *sic c.* c) *sic h. l. c.*

1) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam cap.* 20, *ed. Colon.* 1577. *p.* 289, *ubi:* manibus . . . humanis. 2) *Scil. Prov.* 26, 27. 28. 3) *Cf. supra f.* 261[b], *p.* 127. *de apparentia et existentia.* 4) *Eadem fere verba supra f.* 225[b], *p.* 43. *de Iohanne rege Hierosolymitano dicta sunt, qui etiam Karolo Magno similis ibi dicitur.* 5) *In mente Sal. habuisse videtur quae Iacobus de Varagine, Leg. Aurea c. CLXXXI, ed. Grässe p.* 836 *sq., de corpore et viribus Karoli Magni ex libro Pseudo-Turpini exscripsit, quae etiam Albertus Milioli in Libro de temp. c.* 122, *p.* 416. *repetivit.*

*F.* 294[b]. De veris et falsis amicis.
*F.* 294[c]. De captione Victorie civitatis a Parmensibus facta, et de carrocio Cremonensium, quod ibi habuerunt.

---

dericus cum parabolis suis remansit in opprobrio sempiterno[1]. Nam *ex ore fatui*
*v. 22. *reprobabitur parabola, non enim dicit eam in tempore suo,* Eccli. XX*. Nunquam
*f. 294b. bene alicui fuit amicus. Facile est enim amicitiam inchoare, *sed in conservanda
*v. 1. amicicia est magna cáutio adhibenda. De primo habetur Eccli. XXXVII*: *Omnis amicus dicet: 'Et ego amiciciam copulavi'. Sed est amicus solo nomine amicus.* De amicis require Eccli. VI. De secundo dicit poeta[2]:

*Obsequio quoniam dulces retinentur amici.* — Versus.

Quod Fridericus imperator facere nesciebat vel nolebat propter miseriam et avariciam suam; immo omnes suos amicos finaliter vilificabat et confundebat et occidebat, ut substantiam et thesaurum et possessiones[a] eorum diriperet et haberet sibi et filiis suis. Et ideo tempore necessitatis paucos invenit amicos, quia, ut
*v. 17. dicit Ecclesiasticus XX*: *Fatuo non erit amicus, et non erit gratia in bonis illius.*
*v. 12. Nam de Hysmaele dicitur, quod Friderico congruit, Gen. XVI*: *Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum.* Ideo ad materiam
Seneca. istam pertinet quod Seneca dicit[3]: *Ego tibi multos dabo, qui non amico, sed amicicia caruerunt.* Unde philosofus: *Difficile est probare amicum in re prospera,*
*v. 8. *in adversa semper*[b, 4]. Huic concordat Ecclesiasticus XII*, qui dicit: *Non agnoscetur*
ib. v. 17. *in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus.* Et iterum: *Si occurrerint*[c] *tibi mala, invenies eum illic priorem.* Nam

*navi submerse solet omnis ventus obesse.* — Versus.

Ps. 101, 9. Ideo dicit propheta: *Qui laudabant me,* scilicet tempore prosperitatis, *adversum me*
*37, 17. *iurabant,* scilicet tempore adversitatis. Unde illud Ps.*: *Dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.* Item poeta[5]:

*Dum zéphyrus flabat, nimiis comitabar amicis:* — Versus.
*Nunc omnes ut*[d] *aquilo turbine flante fugat.*

Item alius poeta[6]:

*Cum fueris felix, multos numerabis amicos:* — Versus.
*Nubila si fuerint tempora, solus eris.*

*v. 32. †f. 294c. Unde Dominus dicit Io. XVI*: *Ec†ce veniet hora et iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria et me solum relinquatis. Et non sum ego*[e] *solus, quia pater mecum*
*v. 4. 6. 7. *est.* Item Prover. XIX*: *Divitie addunt amicos plurimos, a paupere autem et hi quos habuerit separantur. Multi colunt personam potentis et amici sunt dona tribuentis.*

a) possōnes *c.* b) *sic* (sp) *h. l. et infra f.* 439[a], *ubi eadem sententia allata est.* c) incurrerint *Vulg.* d) ut *Sal. falso inseruit.* e) ego *deest Vulg.*

1) *Cf. Ier.* 23, 40: dabo vos in opprobrium sempiternum; *Ps.* 77, 66: opprobrium sempiternum dedit illis. 2) *Cato, Dist. I,* 34. 3) *Epist. moral. I,* 6, 3. 4) *In Dialogo creaturarum* 56, *Th. Grässe, 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des Litter. Vereins in Stuttgart' CXLVIII, p.* 199, *legitur:* Seneca ait: Difficile est in re prospera amicos probare, in adversa facile. 5) *Henricus Septimell., De divers. fort. I,* 129. 130. 6) *Ovid. Trist. I,* 8, 5. 6, *ubi:* Donec eris felix *et* Temp. si fuerint nub. *Cf. 'N. Archiv' VI, p.* 252, *n.* 6. *Iidem versus etiam in Rom. fab. coll. Oxon. c.* 14, *Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 369.

*F.* 294[d]. De thesauro[a] imperatoris, quem habuerunt Parmenses, et de corona ipsius, que fuit magni valoris.

---

*Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo.* Item Prover. XIIII[*]: *Etiam proximo suo pauper odiosus erit, amici vero divitum multi.* [*v. 20.]

Nunc[b] ad Fridericum revertamur, cuius afflictio et maledictio, qua contra Parmam ex toto inflammatus exarsit, duravit a millesimo CC°XLVII° exeunte [1247. *Iun.* 16.] Iunio usque ad M^m^CC^m^XLVIII^m^, duodecima die exeunte Februario, in die Martis[1], [1248. *Febr.* 18.] in qua capta est Victoria civitas. Nam Parmenses et omnes milites et populares armati [*L. temp. c.* 251.] et preparati ad pugnam exiverunt de Parma, et mulieres eorum egresse sunt cum eis, similiter pueri et puelle, *iuvenes et virgines, senes cum iunioribus*[2]; et violenter ex- [*Ps.* 148, 12. *L. temp. c.* 251.] pulerunt imperatorem de Victoria et omnes suos milites et pedites. Et multi fuerunt ibi mortui, et multi capti et ducti in Parmam. Et suos liberaverunt captivos[3], quos imperator in Victoria in vinculis detinebat. Et impleta est scriptura Ysaie que dicit XIIII[*]: [*v. 2.] *Et erunt capientes eos qui se ceperant, et subicient exactores suos.* Et carrocium Cremonensium, quod in Victoria erat, in Parmam duxerunt et in baptisterio honorifice posuerunt[4]. Sed hi qui Cremonenses non diligebant, ut Mediolanenses et Mantuani et alii plures, quos Cremonenses aliquando offenderant, quando veniebant ad baptisterium videndum [*]et videbant ibi inimicorum suorum carrotium, ornatum Berte [**f.* 294[d].] abstulerunt, ut haberent pro reliquiis. Dicebatur enim Berta. Sed rote remanserunt ibi tantummodo et lectus plaustri in pavimento baptisterii. Columna vero vexilli sive pértica erecta stabat ad murum. Item Parmenses abstulerunt imperatori totum thesaurum suum, quem magnum habebat in auro et argento et lapidibus pretiosis, vasis et vestibus, et omnem ornatum et suppellectilem suam habuerunt et coronam imperii, que erat magni ponderis et valoris, et[c] tota erat ex auro et lapidibus pretiosis intexta, multas habens ymagines fabrefactas et elevatas, ut celaturas putares. Grandis erat sicut una olla; nam magis erat pro dignitate et thesauro quam pro capitis ornamento[d]. Totum enim caput cum facie[e] occultasset, nisi remedio alicuius pecie sublevata stetisset. Hanc habui in manibus meis, quia in sacristia maioris ecclesie beate virginis servabatur in civitate Parmensi. Et cum volo ad memoriam coronam illam reducere, recordor illius diadématis, de quo legitur II. Reg. capitulo XII°[*]: *Et tulit,* scilicet rex David, *diadéma regis* [*v. 30.] *eorum,* scilicet filiorum Amon, *de capite eius, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, et impositum est super caput David. Sed et predam civitatis asportavit multam valde.* Hanc coronam invenit quidam homo parvus medie stature, qui dicebatur yronice[f] Curtus-passus[5], eó quod parvus esset; et portabat eam publice in manibus, sicut portatur nisus, demonstrando omnibus qui videre volebant ad laudem victorie habite et sempiterni[g] opprobrii[g, 6] Friderici. Nam quod quisque

a) tesauro *corr.* thesauro *c.* b) *littera initialis* N *atramento nigro et minio picta,* Nunc *in loco raso.* c) et *a Sal. superscr.* d) ornamento *in loco raso.* e) *penna mutata.* f) yronice — esset *in loco raso.* g) *sic c.;* sempiternum opprobrium *Sal. scribere debuisset, ut ed. Parm. habet.*

1) *Diem etiam Sal. ex Libro de temp. c.* 251. *assumpsisse videtur, ubi* die Martis, XVIII. die intrante Feb. 2) *Cf. Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 514. 3) *Sexaginta milites, ut Ann. Placent. Gib. p.* 496. *referunt.* 4) *Aliter quam Liber de temp. de carrocio consulto Sal. retulit, cum minus vere de eo ibi traditum sibi videretur, ubi dictum est carrocium destructum esse, antequam Parmam duceretur, quod alio modo laceratum esse Sal. sequentibus verbis exposuit.* 5) *Idem referunt Ann. Parm. mai. p.* 675. *Etiam infra f.* 352[d]. *haec et sequentia iterum narrata sunt.* 6) *Cf. supra p.* 202, *n.* 1.

*F.* CCXCV[a]. Quod peculiaria imperatoris, que pertinebant ad bellum, habuit Gregorius de Monte-longo, qui erat legatus.
*F.* 295[b]. De ducibus istius exercitus, qui Fridericum fugaverunt.

---

1248. *f. CCXCV[a]. rapere poterat, suum erat, *nec quisquam alteri audebat vel presumébat auferre.
Nec unum verbum contentionis seu iniuriosum ibi fuit auditum; quod fuit mira-
*v. 4. 5. bile dictu, maxime cum dicatur Ys. IX*: *Iugum enim oneris eius et virgam húmeri
eius et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Quia omnis violenta
predatio cum tumultu.* Coronam igitur supradictam emerunt Parmenses ab illo
concive suo et dederunt ei pro ea ducentas[a] libras imperialium[b.1] et unum casa-
mentum prope ecclesiam sancte Christine, ubi lavatorium equorum antiquitus
fuerat. Et statuerunt, ut, quicumque de thesauris Victorie aliquid habuisset, me-
dietatem haberet et medietatem assignaret communi. Ditati sunt ergo mirabiliter
*v. 23. pauperes expoliato principe divite. Ideo dicit Ecclesiasticus XI*: *Facile est enim
*v. 10. in oculis Dei subito honestare pauperem*, id est divitem facere. Unde illud Sap. X*:
*Honestavit illum in laboribus et complevit labores illius.* Peculiaria quoque impera-
toris, que pertinebant ad bellum, ut papiliones et huiusmodi, habuit Gregorius de
Monte-longo legatus[2]; ymagines vero et reliquie, quas imperator habebat, collocate
sunt in sacrario sive sacristia maioris ecclesie beate virginis[c] conservande. Nam,
quamvis alii fuerint pugnatores ad Fridericum debellandum et fugandum, ipsa
tamen fuit illa *una mulier Hebrea*, que *fecit confusionem in domo Nabuchodonosor*[d]
*v. 16. *regis*, ut in Iudith historia continetur XIIII*[e]. Ideo congruit huic loco quod
*v. 9. Delbora dixit Iudicum IIII*: *In manu mulieris tradetur Sysara.* Duces fuerunt
Eccli. 34, 9. exercitus Gregorius de Monte-longo legatus, vir sapiens et *in multis expertus*, et
Phylippus Vicedominus civis Placentinus, homo strenuus et probus, tunc Parme
*f. 295[b]. civitatis potestas[3], *sicut in alia cronica posui, in qua XII scelera Friderici impe-
ratoris descripsi. Et nota, quod de thesauris, qui in Victoria sunt reperti,
pauci remanserunt in Parma, quia mercatores de diversis partibus venientes eme-
runt eos et habuerunt pro bono foro sive mercato et asportaverunt[4], videlicet
vasa aurea et argentea, gemmas, uniones, margaritas et lapides pretiosos, vestes
de purpura et de serico et omnium rerum que ad usum et ornatum humani
generis pertinere noscuntur. Nota etiam, quod multi thesauri in auro et argento
et lapidibus pretiosis remanserunt occultati in urceis, loculis et sepulcris in loco
ubi fuit Victoria civitas, et sunt ibi usque in hodiernum diem, quamvis ignorentur
latibula. Nota similiter, quod, quando mercatores emerunt thesaurum a Parmen-
*v. 14. sibus in Victoria repertum, impletum est quod in Proverbiis legitur XX*: *'Malum
est, malum est', dicit omnis emptor; et cum recesserit, tunc gloriabitur.* Nota etiam,
quod post destructionem Victorie civitatis ita recognoverunt omnes locum, in quo
vineam suam prius habuerant, quod nullum verbum contentionis sive litigii inter
Ps. 103, 23. eos fuit exortum. Et tunc impleta est scriptura que dicit: *Exibit homo ad opus
suum et ad operationem suam usque ad vesperam.* Item tempore illo[f] fugatus est
*v. 25. a Parmensibus Fridericus, et impleta est scriptura que dicit Prover. X*: *Quasi*

a) duc *in loco raso.* b) imper. *in marg. a Sal. suppl.* c) virg. *a Sal. in marg. suppl.*
d) nabucħ' *c.* e) IIII. *c.* f) quo *correctum in ed. Parmensi.*

1) *Cf. Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 515, *qui certe minus recte eam mille libris imperialium emptam esse dicit.* 2) *Cf. Vitae patr. Aquil., Muratori, SS. XVI, col.* 46.
3) *A.* 1248. *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 674. 4) *Cf. Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 225.

*F.* 295$^c$. Quid fecit Fredericus[a], postquam a Parmensibus fugatus est de Victoria.
*F.* 295$^d$. De fratre Iohanne de Plano-Carpi, quem papa Innocentius quartus misit ad Tartaros.

---

*tempestas transiens non erit impius.* Quare? Quia *in malitia sua expellitur impius,*
ut habetur Prover. XIIII*. Et ipse turpiter fugit factus *miser et miserabilis, pauper* *v. 32. Apoc. 3, 17.
*et cecus et nudus* et denudatus et tristis. Cui cónvenit quod dicit Ys. XXXIII*: *v. 1.
*Ve qui predaris! Nonne et ipse predaberis? Et qui spernis, nonne et ipse spernéris?*
**Cum consumareris*[b] *depredationem, depredaberis; cum fatigatus desíeris contemnere,* *f. 295$^c$.
*contemnéris.* Item Micheas I*: *Super hoc plangam et ululabo, vadam spoliatus et* *v. 8. 9.
*nudus. Faciam planctum velut dracónum et luctum quasi structionum*[b], *quia desperata*
*est plaga eius.* Quia in pleno concilio Lugdunensi depositus fuit ab imperio ab 1245.
Innocentio papa IIII$^o$ anno Domini M$^o$CC$^o$XLV$^o$. Ideo dicit Iere. XXX*: *Insana-* *v. 12.
*bilis fractura tua, pessima plaga tua.* Daniel etiam dicit IIII*: *In sententia vigilum* *v. 11.
*decretum est, et sermo sanctorum et petitio, donec cognoscant viventes, quoniam dominatur*
*excelsus in regno hominum et cuicumque voluerit dabit illud, et humillimum hominem*
*constituet super illud*[c]. Item de Friderico sciendum est, quod, postquam de-
structa Victoria fecit omnia, que in alia cronica posui [1], reversus est in Apuliam [2]; 1248. 1249.
de qua si non exisset et contra Lombardos guerram non habuisset, melius sibi
fuisset. Impleta est tamen in eo scriptura Danielis que dicit XI*: *Cessare faciet* *v. 18–20.
*principem opprobrii sui, et opprobrium eius convertetur in eum. Et convertet faciem*
*suam ad imperium terre sue, et impinget et corruet et non invenietur. Et stabit in loco*
*eius vilissimus et indignus décore regio, et in paucis diebus conteretur, non in furore*
*nec in prelio.* Hoc potest ad Conradum filium Friderici referri, qui paucis diebus
post patrem supervixit et per cristere mortuus est veneno inmisso [3]. Quod autem 1254.
sequitur: *Et stabit in loco eius despectus,* hoc ad Manfredum potest referri, qui illegít- *ib. v.* 21.
time natus est ex imperatore et ex filia [4] sororis [5] marchionis Lancee [6], quamvis in 1250.
morte desponsaverit eam [7]. Quod autem additur: **et non tribuetur ei honor regius,* *f. 295$^d$. *ib. v.* 21.
hoc impletum est, quando rex Karolus interfecit eum in bello. Quod autem[d] 1266.
supra dixit de Friderico, scilicet Daniel: *Et cessare faciet principem opprobrii sui,* *ib. v.* 18.
potest referri ad Innocentium papam, qui timore Friderici a partibus Romanis 1244.
fugit Lugdúnum. Et vere fuit princeps opprobrii sui, quia in pleno concilio Lugdu-
nensi eum deposuit ab imperio. Quod autem sequitur: *et opprobrium eius convertetur* 1245. *ib. v.* 18.
*in eum,* hoc impletum vidimus oculis nostris. Ideo dicit scriptura: *Convertetur* *Ps.* 7, 17.
*dolor eius in caput eius, et in verticem ipsius*[e] *iniquitas eius descendet.*

Recordor[f] illorum que in precedenti millesimo pretermisi, eó quod cor occupatum haberem circa Friderici negotia describenda. Et ideo, quia sunt digna

a) *sic h. l. c.* b) *sic c.* c) *sic et supra p.* 111, *l.* 35. 129, *l.* 36; eum *Vulg.* d) a (autem) *a Sal. in marg. suppl.* e) ipsius *in loco raso.* f) *penna mutata. Littera initalis* R *minio picta.*

1) *Cf. infra f.* 297$^d$, *p.* 211. 2) *A.* 1249. *mense Maio.* 3) *Conradum ipsum sibi venenum cristere immisisse Sal. infra f.* 395$^a$. *ex Libro de temp.* = *Martini Oppav. Chron., SS. XXII, p.* 472, *exscripsit; quod ab alio factum esse a quibusdam asseri refert Thomas de Papia, ib. p.* 516, *et pro certo affirmat Saba Malaspina I,* 4, *Muratori, SS. VIII, col.* 791. *Infra f.* 407$^a$. *Sal. Iohannem de Procida et Manfredum huius criminis arguit.* 4) *Blanca.* 5) *Haec etiam mater Blancae matris Manfredi Blanca vocatur in Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 228, *et a Thoma de Papia, SS. XXII, p.* 517. 6) *Manfredi.* 7) *Cf. infra f.* 355$^b$. *Idem asserunt Ann. Ian. l. l.; cf. I. Ficker, Reg. Imp. V,* 2, *p.* 850 *sq., nr.* 4632*b*.

*F.* CCXCVI[a]. Quod ex virtute constellationis fiunt impressiones.
*F.* 296[b]. De epistolis quas imperator Tartarorum misit ad papam.

---

relatu, et michi scribere incumbit, eó quod de hoc sum rogatus a pluribus, non
*Ps.* 101, 19. est bonum, quod meo silentio occultentur, sed *scribantur hec in generatione altera,*
1247. *et populus qui creabitur laudabit Dominum.* Igitur anno Domini M°CC°XLVII°,
cum civitas mea Parma a Friderico imperatore condam esset obsessa, exivi de
Parma et ivi Lugdúnum, et familiariter fui locutus cum domno papa Innocentio
*Nov.* 1. quarto in cámera sua[1]; post festum omnium sanctorum arripui iter, ut in Franciam irem. Cumque pervenissem ad primum locum fratrum Minorum, qui post
Lugdunum occurrit[2], eádem die frater Iohannes de Plano-Carpi pervenit illuc,
qui redibat a Tartaris, quo miserat eum papa Innocentius quartus. Erat autem[a]
frater Iohannes iste familiaris homo et spiritualis et litteratus et magnus pro-
*Eccli.* 34, 9. **f.* CCXCVI[a]. locutor et *in multis expertus,* et aliquando *fuerat provincialis minister in ordine[3].
Iste ostendit michi et aliis fratribus unam cuppam ligneam, quam portabat, ut
daret domno pape; in qua cuppa erat in fundo cuiusdam pulcherrime regine
ymago, ut vidi oculis meis, non artificialiter seu opere pictorio ibi depicta, sed ex
virtute constellationis ibi impressa. Et si in centum partes secta fuisset, semper
impressionem illius ymaginis habuisset[b]. Et ne hoc alicui ad credendum impossibile videatur, exemplo alio possumus demonstrare et fidem astruere. Nam imperator Fridericus in Apulia donavit quandam ecclesiam fratribus Minoribus, que
erat antiquissima et destructa et ab omnibus derelicta; et in loco ubi altare fuit
prius inmense magnitudinis creverat arbor nucis, que secta in qualibet[c] asside
domini nostri Iesu Christi crucifixi habebat ymaginem. Et si cencies secata[d]
fuisset, totiens crucifixi ymaginem habuisset[e]. Quod, quamvis ex miraculo hoc demonstraverit Deus, eo quod in illo loco nata sit nucis arbor, in quo agni inmaculati passio representatur in hostia salutari et sacrificio reverendo, tamen
ex virtute constellationis tales impressiones posse fieri aliqui assevérant. Item
idem frater Iohannes dixit nobis, quod pulcherrimam capellam portabat ad
donandum domno pape. Et appellabat capellam, ut nobis exposuit, omnia pontificalia paramenta, que[f] ad missam celebrandam diebus sollemnibus necessario
*v. 16. requiruntur. Ideo dicit sapiens in Prover. XVIII*: *Donum hominis dilátat viam
eius et ante principes spacium ei facit.* Et iterum: *Multi colunt personam potentis et*
**f.* 296[b]. †v. 6. *amici sunt dona tri*buentis,* Prover.[g] XIX†. Item dixit nobis idem frater Iohannes,
quod multa fatigatione itineris et laboris et multa inedia famis et frígoris et
caloris ad maximum dominum Tartarorum pervenit; et quod Táttari appellantur, non

a) a (autem) *a Sal. superscr.* b) *sequitur* ℂ *atram. nigro scriptum.* c) *sequitur* ī (in) *expunct. c.* d) *sic h. l. c.* e) *sequitur* ℂ *atram. nigro scriptum.* f) q (que) *a Sal. in marg. suppl.* g) Prover. XIX. *a Sal. in marg. super. suppl.*

1) *Cf. supra f.* 229[d]. 233[b]. 284[c], *p.* 53. 61. 178, *infra f.* 342[c]. 2) *Villae-francae (Villefranche ad Rhodanum fluvium) procul dubio. Cf. Provinciale ord. fr. Minorum ed. C. Eubel (Ad Claras-aquas* 1892*) p.* 35. 3) *Scilicet minister Theutoniae iam a.* 1228, *a.* 1230. *minister Hispaniae, a.* 1232. *minister Saxoniae. Cf. Iordanus de Iano c.* 54. 57. 61, *Analecta Francisc. I, p.* 16—18. *A.* 1238—1239. *Iohannes minister Saxoniae et Poloniae fuisse dicitur a Nicolao Glassberger, ibid. II, p.* 59. 61, *et in Cron. anon. fr. Minorum Germ., ibid. I, p.* 290; *a.* 1241. *ministrum provinciae Coloniensis eum fuisse dicit Sbaralea, Suppl. ad script. Francisc. p.* 452.

Tartari; et quod comedunt carnes equinas et lac iumentinum bibunt[1]. Et quod 1247.
vidit ibi cum eis *ex omni natione que sub celo est*, exceptis duabus. Et quod non *Act. 2, 5.*
potuit intrare ad magnum dominum Tattarorum, nisi purpura esset indutus. Et 1246.
quod honorifice et curialiter et benigne fuit receptus et tractatus ab eo[2]. Et quod inquisivit, quot essent qui dominabantur in partibus occidentis; et respondit, quod duo, papa videlicet et imperator, et ab istis duobus omnes alii habebant dominia. Iterum quesivit, quis istorum duorum esset maior[3]. Cumque frater Iohannes dixisset, quod papa, protulit litteras pape[4] et dedit ei. Quas cum legi fecisset, dixit, quod rescriberet pape epistolas responsivas et daret sibi. Et factum est ita. Item frater Iohannes scripsit unum magnum librum de factis Tattarorum et aliis mirabilibus mundi[5], secundum quod oculis suis vidit; et faciebat illum librum legi,
ut pluries audivi et vidi[6], quotiens facta Tattarorum gravabatur referre; et ubi 1248.
mirabantur vel non intelligebant legentes, ipse exponebat et disserebat de singulis. Ex illo autem libro nichil scribere volui nisi epistolas superius memoratas, quia nec ad scribendum tempus habebam. Sunt autem epistole ille hunc modum habentes[7]:

1) *Cf. Ioh. de Plano-Carpini c. IV, § 3, 1. 3.* 2) *Cf. ibid. c. IX, § 2, 1—12; Relatio Benedicti Poloni c. 6, ed. D'Arezac p.* 381 *sq.* 3) *Haec fr. Iohannes in libro suo non scripsit.* 4) *Datas a.* 1245. *Mart.* 13, *MG. Epist. pont. sel. II, p.* 74 *sq., nr.* 105; *Potthast nr.* 11572. 5) *'Relation des Mongols ou Tartares par le frère Jean du Plan de Carpin' ed. D'Arezac (Paris* 1838. 4[0]*).* 6) *Quod non tunc (*1247. *Nov.) factum est, quo uno tantum die cum fr. Iohanne Sal. commoratus est (v. f.* 298[b], *p.* 212*), sed a.* 1248. *Mart., cum Senonis pluribus diebus cum eodem commorabatur; cf. f.* 298[c], *p.* 213. 7) *Epistola quidem in ipso libro Iohannis non exstat, sed praecedit ei in codice Colbertino, ex quo eam edidit D'Avezac l. l. p.* 198 *sq. Sed ibi extrema parte caret et multa varia lectione ab hoc textu differt. Lege apud Iohannem c. IX, §* 2, 9. 10, *quo modo haec epistola in curia Cuiuc-Chan ex Tartarico in Latinum sermonem translata sit. Variam lectionem epistolae ex codice Colbertino editae, quae omnibus praesto sit, adnotare nolui, addo vero huius epistolae tertiam recensionem a Wilhelmo Wattenbach b. m. ex codice bibliothecae Caesareae Vindobonensi nr.* 389 *(Rec.* 713*), olim monasterii Vorowensis, f.* 101'. *descriptam:*

Exemplar litterarum imperatoris Tartarorum.

Hic est tenor litterarum, quas misit domino pape Cham imperator Tartarorum, respondens ad ea que dominus papa mandaverat sibi.

Cham, Dei fortitudo, omnium hominum imperator, litteras magno pape certissimas atque veras. Habito consilio ad nos tuum nuntium transmisisti, volens cum omnibus Christianis pacem habere et amicitiam habere nobiscum, sicut audivimus a nuntio tuo. Igitur, si verum est, quod pacem velis habere nobiscum, venias ad nos cum regibus et principibus Christianorum occidentis pro pace diffinienda, et tunc nostram audies responsionem ac pariter voluntatem. Alia tuarum continebat series litterarum, quod deberemus baptizari et effici Christiani. Ad hoc tibi breviter respondemus, quod non intelligimus, qualiter hoc facere debeamus. Ad aliud, quod in tuis litteris habebatur, videlicet quod miraris de occisione hominum et maxime Christianorum et potissime Ungarorum, Polanorum et Moraviensium, quod hoc non intelligamus, similiter tibi respondemus. Verum ne hoc videamur sub silentio omnimodo pertransire, tibi taliter dicimus respondentes, quia precepto et scripture Dei, Chyngiscan et Chan non obedierunt et consilium etiam malum habentes nuntios nostros occiderunt. Iccirco Deus ipsos deleri precepit ac etiam in manibus nostris dedit; quod si non fecisset ipse Deus, quis hominum hoc facere potuisset? Sed vos Christiani Dominum adoratis et vos tantum salvos esse creditis

*F.* 296[d]. De his qui diversis temporibus Italiam destruxerunt.
Quod Leo papa concordiam habuit cum Iosaphath rege Iudá.

---

Epistola domini Tattarorum ad papam Innocentium IIII.[a]

*Dei fortitudo, omnium hominum imperator, magno pape litteras certissimas atque* *f. 296c. *veras. Habito con*silio pro pace habenda nobiscum, tu papa et omnes Christiani, nuntium tuum nobis transmisisti, sicut ab ipso audivimus, et in tuis litteris habebatur. Igitur si pacem nobiscum habere desideratis, tu papa et omnes reges et potentes, pro pace diffinienda ad me venire nullo modo postponatis, et tunc nostram audietis responsionem pariter atque voluntatem.*

*Tuarum*[b] *continebat series litterarum, quod deberemus baptiçari et effici Christiani*[1]. *Ad hoc tibi breviter respondemus, quod hoc non intelligimus, qualiter hoc facere debeamus. Ad aliud, quod etiam in tuis litteris habebatur, scilicet quod miraris de tanta occisione hominum et maxime Christianorum et potissime Pollonorum, Moravorum et Ungarorum*[2], *tibi taliter respondemus, quod etiam hoc non intelligimus. Veruntamen ne hoc sub*[c] *silentio omnimodo transire videamur, taliter tibi dicimus respondendum: Quia littere Dei et precepto Cyngis-Chan et Chan non obedierunt et magnum consilium habentes nuntios occiderunt, propterea Deus eos delere precepit et in manibus nostris tradidit. Alióquin, quod si Deus non fecisset, homo homini quid facere potuisset? Sed vos homines occidentis solos vos Christianos esse creditis et alios despicitis. Sed quomodo scire potestis, cui Deus suam gratiam conferre dignetur? Nos autem Deum adorando in fortitudine Dei ab oriente usque in occidentem delevimus omnem terram. Et si hec Dei fortitudo non esset, homines quid facere potuissent?*[3] *Vos autem si pacem suscipitis et vestras* *f. 296d. *nobis vultis tradere fortitudines, tu papa cum potentibus *Christianis*[d] *ad me venire pro pace facienda nullo modo differatis; et tunc sciemus, quod vultis pacem habere nobiscum. Si vero Dei et nostris litteris non credideritis et consilium non audieritis, ut ad nos veniatis, tunc pro certo sciemus, quod guerram habere vultis nobiscum. Post hec quid futurum sit, nos nescimus, solus Deus novit*[4]. *Cyngis-Chan primus imperator. Secundus Ochoday-Chan*[5]. *Tertius Cuiuch-Chan.*

Non[e] plus continebatur in litteris domini Tattarorum missis ad papam.

a) *haec minio scripta.* b) *hoc loco* T *littera initialis minio picta.* c) sub *a Sal. in marg. suppl.* d) *penna mutata.* e) *non versus novus hoc loco coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.*

Christianos et despicitis alias nationes. Sed quomodo scitis, cui Deus gratiam suam conferre dignetur? Nos autem Dominum adorando in fortitudine ab oriente usque in occidentem delevimus omnem terram; et si hoc Dei fortitudo non esset, quid hoc [hoc *delendum*] homines facere potuissent? Vos autem si pacem vultis habere nobiscum et vultis nobis dare fortitudines vestras, tu papa cum omnibus regibus et principibus Christianorum occidentis ad nos venire minime differatis. Tunc enim sciemus pro certo, quod pacem velitis habere nobiscum. Sed si Dei et nostris litteris non credideritis nec consilium nostrum audieritis, ut ad nos veniatis, pro certo sciemus, quod nobiscum gwerram habere velitis; quid post hec sit futurum, nescimus, sed Dominus solus novit. 1) *Haec in epistola papae supra p.* 207, *n.* 4. *allata non leguntur. Nescio an chan ad ea responderit quae fr. Iohannes ei ex parte papae dixerit.* 2) *Horum populorum in epistola papae mentio nulla facta est.* 3) *Hoc loco desinit epistola in codice Colbertino.* 4) *Hoc loco desinit epistola codicis Vindobonensis.* 5) *Cingis-Chan et Ochoday-Chan praedecessores fuerunt Cuiuc-Chan tunc regnantis.*

*F.* CCXC7[a]. De operibus Theodorici regis Gothorum, et quod propter IIII[or] dignus fuit exhumari.

---

Et nota, quod istam Ytaliam miseram[a] primo[b] invaserunt Vándali[1], qui venerunt ex Áffrica et Paulinum Noláne civitatis episcopum secum duxerunt captivum; de quo beatus Gregorius in principio tertii libri Dyalogorum[2] plenissime narrat.

Secundo Hunni, quorum rex fuit Áttila, flagellum Dei, qui XI[o] anno ponti- 451.
ficatus Leonis pape primi venit et destruxit Aquilegiam primam civitatem Ytalie. Et fere totam Ytaliam destruxisset, etiam Romam, nisi papa Leo ad eum accessisset. Et cuncta Deo opitulante que voluit obtinuit[3]. Et sic Áttila a sua sevitia re- *Pauli H. R.* 14, 13.
pressus, relicta Ytalia, Pannonias repetiit. Hic est Leo I, qui secundum abbatem Ioachym concordiam habet cum Iosaphath rege Iuda. Vide in libro Figurarum Ioachym et in libro Concordie, quomodo sibi conrespondent[c]. Nam de Leone dictum est hic. De Iosaphath vero habetur II. Paralipo. XX*, ubi dicitur, quod *timore perterritus totum* **v.* 3.
*se contulit ad rogandum Dominum et predicavit ieiunium universo Iuda*, et fugavit omnem multitudinem[d] filiorum Moab et Amon et montis Seyr; unde dicitur infra: *Cumque cepissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos*, **filiorum* *ib. v.* 22. **f.* CCXC7[a].
*scilicet Amon et Moab et montis Seyr, qui egressi fuerant ad pugnandum contra Iudam, et percussi sunt.*

Tertio Gothi invaserunt Ytaliam et destruxerunt. De quibus beatus Gregorius in Dialogo narrat; et habuerunt plures in Ytalia reges, ex quibus maximus fuit Theodoricus apud Ravennam, usque ádeo ut etiam ad ipsum de Roma Ravennam venirent pro consilio et adiutorio habendo, quando in electione Romani pontificis oriebatur discordia[4]. Hic fecit fieri ecclesiam Gothorum[5] in Ravenna; et turris palatii eius in Ravenna usque hodie durat. Item fecit fieri ecclesiam sancti Martini in Celo-aureo[6], que nunc appellatur Sanctus Appollinaris Novus, pro eo quod corpus eius de civitate Classis fuit in ea translatum et creditur ibi esse[7]. Item fecit fieri extra Ravennam ecclesiam sancte Marie Rotunde[8], que uno lapide cooperitur; et fuit ibi sepultus in archa de porphyritico lapide, que usque in hodiernum diem ostenditur ibi vacua, quia beatus Gregorius papa, quando venit Ravennam, fecit eum inde extrahi et in sterquilinium et in foveam prohici[9]; et

a) miseriam *radendo corr.* miseram *c.* b) ℂ Primo *c.* c) 9Ꝝndēt *c.* c) multitudine *c.*

1) *Non in memoria Sal. tenuit Gothorum Radagaiso et Alarico ducibus invasiones, de quibus ipse procul dubio in parte deperdita huius Cronicae Sicardum p.* 129 *sq. et Albertum Milioli secutus retulerat.* 2) *Cap.* 1, *SS. Lang. p.* 528 *sq.* 3) *Hoc loco Sal. quoddam chronicon, in quo Pauli Hist. Romana XIV,* 9—13. *exscripta erat, cuius verba quaedam servavit, secutus esse videtur. In ipsa Hist. Romana non dictum est de XI. anno Leonis pontificis.* 4) *Cf. Liber pontif. LIII,* 2. 5) *S. Andreae. Quod factum esse in Agnelli Pontificali ecclesiae Ravenn. non legitur, Sal. Ravennae ex ore hominum accepisse videtur.* 6) *Cf. Agnelli Lib. pontif. eccl. Ravenn. c.* 86, *SS. Lang. p.* 334 *sq.* 7) *Ut quidem clerici huius ecclesiae contendebant (cf. historiam translationis, Muratori, SS. I,* 2, *p.* 533 *sqq.), sed clerici S. Apollinaris in Classe corpus ibidem remansisse affirmabant, ubi et a.* 1173. *inventum est (vide historiam inventionis et tractatum Rodulphi prioris ib. p.* 536—545*): cf. infra f.* 426[b]. 8) *Quam aedem sepulcri Theoderici iussu ipsius exstructam esse affirmant Anon. Vales.* 96, *Auct. antiq. IX, p.* 328, *et Agnellus c.* 39, *p.* 304. 9) *Ossa regis iam medio saec. IX. e sarcophago eiecta erant (Agnellus l. l.), sed minime iussu Gregorii papae hoc factum est; de quo Ravennam profecto nihil traditum est.*

*F.* 297[b]. Quod tempore pape Gregorii noni primo insonuerunt rumores de Tartaris, et quod plures Romani pontifices miserunt ad eos nuntios suos.

*F.* 297[c]. Quod papa Innocentius IIII[us] honoravit fratrem Iohannem[a] de Plano-Carpi post reversionem suam a Tartaris.

---

hoc fecit fieri propter IIII[or]: Primo, quia, quamvis Christianus fuerit, tamen Arriánus. Secundo, quia multa mala catholicis fecit. Tertio, quia tres magnos viros interfecit, scilicet Boetium, Symacchum et Iohannem papam[1]. Quarto, quia in olla Vulcáni a demonibus fuit sepultus, sicut in quarto libro Dialogorum[2] beatus Gregorius dicit.

Quarto Longobardi occuppaverunt[b] et destruxerunt Ytaliam, sicut Paulus hystoriographus eorum in primo libro[3] ystorie eorum narrat hoc modo[c]: *A Germania*
*f. 297[b]. *sepe innumerabiles captivorum turme abducte *meridianis populis pretio distrahuntur. Multe quoque ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinat, quantos álere vix sufficit, sepe gentes egresse sunt, que nichilominus et partes Asye, sed maxime sibi contiguam Európam afflixerunt. Testantur hoc ubique urbes érute per totam Illiricum Galliamque, sed maxime misere Ytalie, que pene omnium illarum gentium est experta sevitiam. Gothi siquidem Vandalique, Rugi, Héruli atque Turcilingi necnon etiam et alie feroces et barbare nationes e Germania prodierunt. Pari etiam modo et Vinnilorum, hoc est Longobardorum, gens, que postea in Ytalia feliciter regnavit, a Germanorum populis originem ducens, licet et alie cause egressionis eorum asseverentur, et ab insula que Scandinavia dicitur adventavit. Cuius insule etiam Plinius Secundus in libris quos de natura rerum composuit mentionem facit.* Hucusque Paulus.

Quinto et ultimo et utinam ultimo! Tattari venire disponunt et Ytaliam occupare, prout retulit frater Iohannes de Plano-Carpi[4], qui cum magno domino Tattarorum familiariter fuit locutus. Est autem Planum-Carpi[5] in Perusino districto. Et nota, quod tempore pape Gregorii noni[e] primo insonuerunt
1245. rumores de Táttaris. Secundo papa Innocentius quartus fratrem Iohannem de Plano-Carpi misit ad eos. Tertio papa Iohannes XXI. iterum misit ad eos
1276/7. sex fratres Minores, duos de provincia Bononie; quorum unus erat lector, frater Antonius de Parma, alius discretus homo, scilicet frater Iohannes de Sancta Ágatha; et totidem de provincia marchie Anchonitáne et totidem de Tuscia, tres[d]
*f. 297[c]. lectores cum tribus discretis. *Lector Tuscie, qui ivit ad Táttaros, fuit frater Gerardus de Prato[6], cum quo habitavi in conventu Pisano[7], quando eramus iuvenes. Hic fuit germanus fratris Arlótti, qui conventavit Parisius et factus est cathedralis magister[8]. Reversi sunt itaque fratres Minores a Táttaris valde sospites, et multa dicebant de eis, ut ab eis audivi auribus meis. Porro cum frater Iohannes de
1247. *Nov.* Plano-Carpi rediens a Táttaris Lugdúnum venisset ad papam Innocentium quartum et retulisset ei rumores de Táttaris et epistolas representasset et dedisset donaria, V fecit sibi domnus papa. Primum fuit, quia curialiter eum vidit et benigne et familiariter eum tractavit. Secundum fuit, quia tenuit eum tribus mensibus[9]
1248. *Febr.* 18. secum, quousque a Parmensibus capta et destructa fuit Victoria civitas, et imperator ab eis expulsus atque fugatus. Nam semper tenebat sex fratres Minores

a) Io. *c.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) Tres *cum maiore littera* T *c.*

1) *Cf. Pauli diac. Hist. Rom. XVI,* 9. 10; *Sicardi Cron. p.* 139. 2) *Cap.* 31, *l. l. p.* 540. 3) *Cap.* 1. 2. 4) *Cf. librum eius c. IX,* § 2, 8, *ed. D'Avezac p.* 366. 5) *Magione villa sita super lacum Trasimenum (circ. Perugia) olim vocabatur Villa Carpine, planities ad lacum sita Piano di Carpine.* 6) *De quo vide Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' III, p.* 423, *n.* 1; *infra f.* 339[c]. 7) *Ubi Sal. a.* 1243—1247 *in. vixit.* 8) *Postea a.* 1285. *minister generalis ordinis Minorum.* 9) *A.* 1247. *Nov.* — 1248. *Febr.*

secum quamdiu vixit, ut vidi oculis meis[1]. Tertium, quia commendavit eum 1247/8.
papa de labore suo et fidelitate iuxta verbum quod scriptum est Prover. XVIII*[a]: *28, 20.
*Vir fidelis multum laudabitur.* Dixit ergo ei papa: 'Benedicaris tu, fili, a domino
Iesu Christo et a me vicario suo, quia in te video impletum Salomonis verbum,
quod in Proverbiis dicit XXV*: *Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis* *v. 13.
*ei qui misit eum, animam illius*[b] *requiescere facit.* Et infra eodem capitulo*: *Aqua* *v. 25.
*frigida anime sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua'.* Quartum fuit, quia
dedit ei archiepiscopatum Antiverensem[2], dicens Mat. XXV*: *Euge, serve bone et* *v. 23.
*fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra*[c] *multa te constituam.* Quintum, quia iterum 1248.
fecit eum legatum *ad Lodoicum regem Francie dirigendo[3]. Ad quid autem eum ad *f. 297d.
regem Francie miserit, frater Iohannes, cum inquirebatur ab eo, manifestare nolebat[4],
dicens: 'Scriptum est Prover. XXV*: *Causam tuam tracta cum amico tuo et secretum* *v. 9.
*extraneo non reveles.* Unde Ys. XXIIII*: *Secretum meum michi, secretum meum michi.* *v. 16.
Et iterum: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi'.* Causa autem *Ps.* 118, 11.
huius legationis creditur hec fuisse: Innocentius papa Fridericum deposuerat ab
imperio, et Parmenses rebellaverant contra ipsum, insuper et de civitate sua[d] ex-
pulerant et opprobriose fugaverant et Victoriam civitatem suam, quam iuxta Par-
mam fecerat, omnino destruxerant, ita ut nullum penitus de ea remaneret vesti-
gium[5]. Et ideo ex omnibus istis iniuriis impatientissimus erat factus et, *veluti si* 2. *Reg.* 17, 8.
*ursa raptis fetibus*[e] *in saltu seviat,* totus inflammatus ad iram et in furorem con-
versus. Nam post fugam ivit Cremonam et postea venit ad Torrexellam et circa Parmam *L. temp. c.* 251.
versabatur et faciebat mala que poterat et que facere non poterat minabatur. Et
multa mala fecit, antequam rediret in regnum, ut infra dicemus[6] et ut in alia
posuimus cronica[7]. Cognoscens igitur papa, quod Fridericus maximus persecutor
esset ecclesie, et quod venenum libenter, si posset, effunderet, et de persona sua
non modicum timens, misit rogando regem Francie, quod suum differret passagium,
quousque cognosceret, quid de Friderico finaliter faceret Deus[f, 8]. Allegabat
preterea, quod in *Ytalia multi infideles et pessimi atque perversi et pestilentes *f. ccxc8a.
homines versabantur, *viri inopes et latrocinantes* et *ere alieno oppressi*[9], qui *con-* *Iudic.* 11, 3. 1. *Reg.* 22, 2.
*gregati* cum Friderico eum *quasi principem sequebantur* et bona ecclesiastica
dissippabant[g]. Quid plura? Nam papa laboravit incassum, quia non potuit aver-
tere regem a desiderio transfretandi, eo quod parati essent crucesignati et omnes

a) *sic c. falso pro* XXVIII. b) ipsius *Vulg.* c) super *Vulg.* d) *supple* eum. e) catulis *Vulg. et sic supra p.* 187, *l.* 23. f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* g) *sic c.*

1) *Lugduni a.* 1247. 1248. 1249. *et Ferrariae a.* 1251. 2) *Cf. Nicolai de Carbio Vita Innoc. IV. c.* 17, *'Archivio della Soc. Romana' XXI, p.* 92. 3) *Quod a.* 1248. *Febr. ex. — Mart. factum est, ut ex iis quae supra p.* 210, *l.* 38 *sqq. et infra p.* 212, *l.* 32 *sqq. dicta sunt apparet.* 4) *Videlicet cum a.* 1248. *Mart. Sal. Senonibus iterum cum eo commorabatur; infra f.* 298[c], *p.* 213. 5) *Secundum ea quae Sal. infra f.* 298[c], *p.* 213. *narrat, apparere videtur papam fratrem Iohannem ad regem Franciae misisse, antequam de clade imperatoris Parmensi nuntium habuisset. Nam ibi narrat se fratrem Iohannem a rege redeuntem iam mense Martio, ut videtur, Senonibus vidisse.* 6) *Infra f.* 342[d]. *perpauca hac de re retulit.* 7) *Cf. supra f.* 295[c], *p.* 205. 8) *Cf. E. Berger, 'Les Registres d'Innocent IV.' II, p. CCXXVI sq.* 9) *Cf. supra f.* 288[a], *p.* 187, *ubi versus Regum I, quem hoc loco Sal. sequitur, adhibitus est ad imperatorem et eius sequaces.*

*F.* 298[c]. De multiplici commendatione fratris Iohannis[a] de Plano-Carpi. et de libro quem fecit de factis Tartarorum.

---

1248. ad transfretandum impense. Et misit[1] dicendo, quod committeret papa factum
Friderici divino iuditio, quia Deus est qui *gradientes in superbia potest humiliare*,
*v. 31. Ps. 74, 8. 9. ut habetur Dan. IIII*. Nam *hunc humiliat et hunc exaltat, quia calix in manu*
*Domini vini meri plenus misto. Varius enim est eventus belli, et nunc istum*[b], *nunc*
*v. 25. †20, 11. *illum consumit gladius*, ut habetur II. Reg. XI*. Ideo dixit ille III. Reg. XXVI†[c]:
ib. v. 1. 10. *Dicite ei* — scilicet Benadab[d] regi Damasceno, qui habebat XXX et duos reges
secum et Samariam obsidebat et minabatur, quod non sufficeret pulvis Samarie
pugillis omnis populi qui sequebatur eum —: *Ne glorietur accinctus eque ut discinctus.*
Petr. Com. Et[2] est sensus: Adhuc es accinctus armis, et res est in pendulo. Noli ergo gloriari, quasi iam victor sis et
discinctus armis depositis. Quasi dicat: Non potest gloriari sic preliator sicut victor. Vel secundum aliam
litteram: *Non glorietur accinctus atque discinctus.* Quasi dicat[e]: Ante victoriam non potest gloriari accinctus
multitudine nec discinctus, id est carens multitudine, quia sepe pauci vincunt multitudinem. Ideo Iudas
*v. 18. 19. Machabeus dixit suis I. Macha. III*: *Facile est concludi multos in manus paucorum, et non*
*f. 298[b]. *est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis et in pau*cis, quia non in multi-*
*tudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est.* Exemplum patet in Ionatha,
qui cum armigero suo stationem Phylistinorum percussit, I. Reg. XIIII. Igitur[f]
Lodoicus rex Francie obstinato animo et irrevocabili proposito ac mente prompta
atque devota disponebat penitus transfretare et quam celerius posset Terre Sancte
1247. Nov. dare succursum. Cum igitur primo vidi fratrem Iohannem de Plano-Carpi,
qui redibat a Táttaris, sequenti die ivit Lugdúnum ad papam Innocentium, qui
miserat eum; ego vero arripui iter, ut in Franciam irem. Et habitavi in Brigia[3],
Dec. que est in Campania Gallie, primo Trecis diebus XV[4]. Et erant ibi multi merca-
tores Lombardi et de Tuscia. Nam ibi fiunt nundine, que duobus mensibus durant,
sicut et Pruvini. Fuit autem civitas Trecensis civitas pape Urbani quarti et
magistri Petri[5] presbiteri, qui fecit Historias[6]. Postea ivi Pruvinum et habi-
Dec. 13. tavi ibi a festo sancte Lucie usque ad purificationem. In festo vero[g] purifica-
1248. Febr. 2—9. tionis beate virginis fui Parisius et steti ibi octo diebus; et multa vidi, que pla-
cuerunt michi. Post hec redii et habitavi in conventu Senonensi, quia fratres
Gallici libenter ubique tenebant me, eó quod essem pacificus et álacer iuvenis, et
quia commendabam[h] facta eorum. Cumque occasione frigoris in infirmitorio
Mart. iacérem infirmus, venerunt alácriter quidam fratres Gallici de conventu ad me
cum littera quadam dicentes[7]: 'Optimos habemus rumores de Parma, quia Par-
*f. 298[c]. menses *expulerunt Fridericum imperatorem condam de Victoria civitate, quam
fecerat, et opprobriose fugaverunt et civitatem suam totaliter funditus destruxe-
*v. 8. 11. runt, ut possit dici quod in Apoc. legitur XVII*: Civitas[i] *que fuit et non est:* et

a) Io. *c.* b) belli, nunc hunc et *Vulg.; cf. infra f.* 376[a]. 451[d]. 484[c]. c) *sic c. pro* XX. d) *sic c.;* Benadad *Vulg.* e) .d. *c.* f) *penna mutata.* g) vero *a Sal. in marg. suppl.* h) ꝯmenda, bā *superscripto corr.* ꝯmendabam *c.* i) Bestia, quam vidisti, fuit *Apoc.* 17, 8. *et* bestia quae erat *Apoc.* 17, 11; *sed etiam infra f.* 352[c]. *Sal. hunc versum ita ut hoc loco affert, memoria labente, cum bestia illa in Apoc. sit, super quam sedet mulier meretrix, i. e. Roma civitas; v. Apoc.* 17, 18.

1) *Scil. Ludowicus rex.* 2) *Haec exscripta sunt ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum III. c.* 37. 3) *Territorio dicto Brie, in quo quidem Pruvinum, sed non Trecis, ut Sal. opinatur, sita est.* 4) *Ibi igitur c. Nov.* 28. — *Dec.* 12. *fuit, ut e sequentibus apparet.* 5) *Comestoris.* 6) *Historiam scolasticam.* 7) *Quod mense Martio ineunte factum esse apparet. Non prius enim nuntius de Victoria capta (Febr.* 18*) Parma Senones afferri potuit.*

*F.* 298[d]. De commendatione monasterii Cluniacensis et de commendatione monachorum Nigrorum.

thesaurum imperatoris totum habuerunt et currum Cremonensium ceperunt et in 1248. *Mart.* Parmam duxerunt. Et hoc est exemplar littere[1], que missa est a Parmensibus Lugdúnum ad domnum papam[a]'. Et interrogabant me, ad quid valebat ille currus. Quibus ego respondi, quod Lombardi appellant huiusmodi currus carrocia sua; et si carrocium alicuius civitatis capitur in bello, civitas illa magnum opprobrium reputat sibi fieri, veluti si Aurea flamma caperetur in bello, tam Francígene quam rex eorum magnum opprobrium reputarent. Hoc audientes admirati sunt, dicentes: 'Há Deus! audivimus mirabile dictu'. Post hec convalui; et ecce frater Iohannes de Plano-Carpi redibat a rege, ad quem miserat eum papa, et habebat librum, quem de Táttaris fecerat; et fratres legebant coram eo, et ipse interpretabatur et exponebat que videbantur obscura et intellectu difficilia ad credendum[2]. Et comedi cum fratre Iohanne tam in domo fratrum Minorum quam extra in abbatiis et sollemnibus locis, *non semel* 4. *Reg.* 6, 10. *neque bis.* Invitabatur enim libenter et frequenter tam ad prandium quam ad cenam, tum quia legatus pape, tum quia ad regem Francie missus, tum quia a Táttaris venerat, tum etiam quia ex ordine fratrum Minorum erat et sanctissime vite credebatur ab omnibus. Dicebant enim: *Homo de semine Áaron venit, non decipiet nos.* I. Macha. IX.*[b] Nam, cum fui Cluníaci[3], dixerunt michi monachi *7, 14. Cluniacenses: 'Útinam *semper tales legati mitterentur a papa, qualis fuit frater *f. 298[d]. Iohannes, qui a Táttaris rediit![4] Nam alii legati, si possunt, ecclesias expoliant et quicquid possunt asportare asportant. Frater vero Iohannes, cum transivit per nos, nichil accipere voluit nisi pannum pro una tunica pro socio suo'. Et cognosce tu, qui legis, quod monasterium Cluniacense est nobilissimum monasterium monachorum Nigrorum in Burgundia ordinis sancti Benedicti; et sunt ibi plures priores in claustro; et in predicto loco tanta est multitudo domorum, quod papa cum cardinalibus et cum tota curia sua posset ibi hospitari et imperator similiter et eodem tempore cum sua sine monachorum detrimento, nec esset necesse propter hoc, quod aliquis monachus de cella sua egrederetur et incomodum[c] aliquod sustineret. Nota etiam, quod ordo sancti Benedicti quantum ad monachos Nigros longe melius servatur in partibus ultramontanis quam in partibus Ytalicis. Nota similiter, quod in ordine sancti Benedicti quantum ad monachos Nigros sunt quatuor sollemnia monasteria, scilicet in Burgundia Cluniacense, in Alemannia[d] Sancti Galli, in Lombardia in episcopatu Mantuano inter Padum et Larionem monasterium sancti Benedicti, in quo comitissa Mathildis in archa saxea sepulta quiescit[5]. Quartum vero monasterium, quod caput ordinis est, in Monte-Cassino est situm. Porro post conventum Senonensem, in quo eram, quando

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sic c. pro* VII. c) *sic c.* d) *sic h. l. c., cum Sal. alibi plerumque* Alamannia *scripserit.*

1) *Haec non exstat, sed habemus epistolam Parmensium ad Mediolanenses de Victoria capta datam, SS. XXVIII, p.* 297 *sq. Habemus epistolam papae, qua Parmensibus gratulatus respondit, Reg. Imp. V, nr.* 7951. 2) *Cf. supra f.* 296[b], *p.* 207. 3) *Ibi Sal. a.* 1247. *Nov. fuisse potest, cum Lugduno Trecas iret, et iterum cum a.* 1248. *mense Iunio exeunte Viceliaco Lugdunum iret, ut infra f.* 303[d]. *narrat.* 4) *Sedis apostolicae legatum et nuntium ad Tartaros se dicit fr. Iohannes in prologo libri sui, ed. D'Avezac p.* 207. *Nescio an Cluniaci fuerit, cum a Tartaris rediret, an cum a papa ad regem Franciae mitteretur.* 5) *Cf. supra p.* 56, *n.* 1. *Neque vero Sicardus neque Albertus Milioli dicit comitissam* in archa saxea *sepultam esse. Cf. epit. Padoliron., SS. XII, p.* 408, *n.* 77:

*F.* CCXC9[a]. De magistro Guilielmo Altisiodorensi, qui magnam gratiam habuit disputandi, sed non predicandi.

1. *Cor.* 12, 8. *F.* 299[b]. Exemplificatio distinctionis apostolice, quam facit, cum dicit[a]: *Alii datur per spiritum sermo sapientie.*

---

1248. *Mart.* Victoria civitas capta fuit atque destructa, et imperator a Parmensibus expulsus
et opprobriose fugatus, ivi Altisiodorum[1] et habitavi ibi, quia a ministro Francie
de illo conventu specialiter fueram factus. Dicitur autem Altisiodorum quasi
*f. CCXC9[a]. alta sedes *deorum vel quasi altum sidus, quia ibi multa sanctorum corpora mar-
tyriçata fuerunt. Est etiam ibi monasterium et corpus sancti Germani, qui epi-
*Eccli.* 50, 8. scopus fuit civitatis illius, qui sydus fuit valde preclarum et sicut *arcus refulgens*
*inter nebulas glorie,* ut manifestum est illis qui eius legendam[2] legerunt. Simi-
liter et magister Guilielmus, qui fecit Summam et de ecclesiasticis offitiis aliam
Summam[3], de civitate Altisiodorensi extitit oriundus; cuius domum frequenter
intravi[4]. Hic magister Guillielmus[b], ut referebant michi sacerdotes de episcopatu
Altisiodorensi, magnam gratiam habuit disputandi. Nam, quando disputabat Pari-
sius, nullus disputabat melius eo. Fuit enim magnus logycus et magnus theologus;
quando vero intromittebat se de predicatione, nesciebat quid diceret, et tamen
multas bonas distinctiones in Summa sua posuerat. Et hoc est quod apostolus dicit
*v. 7. I. ad Cor. VII*: *Unusquisque proprium donum habet ex Deo. Alius quidem sic, alius vero*
*v. 7. 8. *sic.* Et iterum infra XII*: *Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii*
*quidem datur per spiritum sermo sapientie.* — Exemplum de sancto Equitio, qui de Deo
*ib. v.* 8. tacere non poterat, ut scribit beatus Gregorius Dialogorum libro primo[c, 5]. — *Alii autem*
*sermo scientie secundum eundem spiritum.* Exemplum abbatis Ioachim, qui dicit se magnam
*v. 3. scientiam scripturarum et futurorum accepisse a Deo[6]. Ideo dicit sapiens Prover. XXX*:
*Non didici sapientiam et non novi sanctarum*[d] *scientiam.* Loquitur de acquisita, non de in-
*v. 9. fusa. De qua ait ibi Eccle. II*: *Sapientia quoque perseveravit mecum.* A Domino datur
*v. 27. ista sapientia, quia, sicut habetur Io. III*: *non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit*
*v. 16. *ei datum de celo,* quia *non* est *volentis neque currentis, sed miserentis est Dei,* Ro. IX*. Ideo
*v. 6. †f. 299[b]. dicit sapiens Prover. II*: *Dominus dat sapientiam, et ex ore eius prudentia* †*et*[e] *scientia.* Item
*v. 21. †v. 9. Dan. II*: *Dat sapientiam sapientibus et scientiam intelligentibus disciplinam.* Item Ys. XXVIII†:
*Quem docebit scientiam et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, apulsos* — vel
*v. 33. *avulsos*[f] — *ab uberibus.* Ideo dicit Ecclesiasticus I*: *Fili, concupiscens sapientiam conserva*
*iustitiam, et Deus prebebit illam tibi.* Sed non prebet eam stultis. Ideo dicit sapiens in
*v. 16. Prover. XVII*: *Quid prodest habere divitias*[g] *stulto, cum sapientiam emere non possit?* Item
*v. 7. Prover: XXIIII*: *Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.* Et[e] nota, quod

a) d' *c., quod Sal. saepe scripsit pro* dicit. b) Guill's *c. h. l.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) *sic c.;* sanctorum *Vulg.* e) *penna mutata.* f) *sic Vulg.* g) diuitis *corr.* diuitias *c.*

Est enim grandis arca lapidea ex candidissimo et limpidissimo alabastro, que ob eius memoriam in magna reverentia servatur. *Quod sciamus, ipse Sal. in territorio Mantuano nunquam fuit.* 1) *Mense Martio, ut coniciendum est ex iis quae infra f.* 300[d], *p.* 218. *narrantur.* 2) *In Iacobi Leg. Aurea c. CVII* (102), *ed. Grässe p.* 448 *sqq.* 3) *Quam Guillielmus Durandus in suo Rationali divinorum officiorum adhibuisse se dicit.* 4) *Ipse Guillielmus iam a.* 1230. *obiit, ut testatur Albricus, SS. XXIII, p.* 927 *sq.* 5) *Cap.* 4. 6) *Non reperire potui, ubi hoc dixerit, nisi forte in Libro concordiae novi et veteris testamenti, praef. f.* 1': non a fructu operis ociosum existimo ea que de temporibus extremis superna mihi indigno dispensatio credidit ad cautelam reserare fidelium.

Moyses habuit sapientiam acquisitam et infusam. De prima habetur Act. VII*, quod *v. 22.
*eruditus* erat *omni sapientia Egyptiorum et* fuit *potens in verbis et in operibus suis.* De
secunda habetur Eccli. IIII*, quod *sapientia filiis suis vitam inspirat et suscipit exquirentes* *v. 12.
*se et preibit in via iustitie.* Item Prover. IIII*: *Viam sapientie monstrabo tibi et ducam te* *v. 11.
*per semitas equitatis.* Unde Dominus ait Moysi Exo. XXV*: *Inspice et fac secundum* *v. 40.
*exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Igitur[a] magister Guillielmus[b] Altisio-
dorensis habuit gratiam disputandi, non autem populo predicandi. De primo dicit Gre-
gorius[1]: *Nichil ad plenum scitur, nisi dente disputationis frangatur.* De secundo Gregorius.
dicit Ecclesiasticus XVII*: *Nec enim omnia possunt esse in hominibus.* Sequitur in apo- *v. 29.
stolo[c]: *Alteri fides in eodem spiritu* — supple: 'datur'. Hec data fuit Cornelio, qui per 1. *Cor.* 12, 9.
opera venit ad fidem, Act. X. Hanc petiverunt apostoli a Domino dicentes Luc. XVII*: *v. 5.
*Adáuge nobis fidem.* Hanc Dominus requirit ab eis Luc. XVII*: *Si habueritis fidem sicut* *v. 6.
*granum sinápis* et cet. Nota exemplum illius sutoris sive cerdonis, qui in terra Sara-
cenorum transtulit montem et Christianos liberavit[2]. Require in illo sermone fratris
Luce[3]: *Salvatorem expectamus.* Ideo dicit Iere. V*: *Domine, oculi tui respiciunt fidem.* *v. 3.
Quare? Quia, sicut dicit apostolus ad Hebre. XI*: *sine fide impossibile est †placere Deo.* *v. 6. †f. 299c.
Hec necessaria est ad salutem, sicut dicit apostolus ad Hebre. XI*: Sancti *per fidem* *v. 33.
*vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Item hanc Dominus in
centurione commendavit dicens Mat. VIII*: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in* *v. 10.
*Israel.* Idem fecit Dominus in Cananea Mat. XV*: *O mulier, magna est fides tua.* Item *v. 28.
miracula que faciebat potius ascribit credentis et cum devotione postulantis fidei quam
sibi operanti. Ideo uni, cuius filium sanavit, dixit Mar. IX*: *Si potes credere, omnia* *v. 22.
*possibilia sunt credenti.* Item Luc. VII*: *Fides tua te salvam fecit, vade in pace.* Idem *v. 50.
habetur Luc. XVII.* et XVIII†. Item fidem dicit Dominus defuturam Luc. XVIII*†: *v. 19. †v. 42. *†v. 8.
*Verumtamen filius hominis veniens, putas, inveniet fidem super terram*[d]*?* Item Iere. VII*: *v. 28.
*Periit fides et ablata est de ore*[e] *eorum.* Item Prover. XX*: *Multi homines misericordes* *v. 6.
*vocantur, virum autem fidelem quis inveniet?* Sequitur in apostolo[c]: *Alii gratia sanitatum in* 1. *Cor.* 12, 9.
*uno spiritu.* Ideo nota de quodam heremita[4], qui habebat gratiam sanandi Exemplum.
infirmos, apud quem putabant latrones invenire aurum multum. Ipse vero fecit eos stare
foris affixos et mane, cum eos incole vellent conburere pro furto, ipse ait: 'Sinite eos
abire illesos, alióquin a me effugiet gratia sanitatum'. Et statim illi latrones conversi
sunt ad Deum. Ad[a] idem facit quod narrat beatus Gregorius in tertio libro Dialo-
gorum[5] de Amantio presbitero, qui gratiam habuit sanitatum. Dicit enim: *Floridus Tibur-*
*tine civitatis episcopus michi esse apud se presbiterum quendam Amantium nomine, pre-* Miraculum.
*cipue simplicitatis narravit virum. Quem hoc habere virtutis pérhibet, ut apostolorum more manum super*
*egros ponat et salutem restituat, et quelibet*[f] *vehemens egritudo sit, *ad tactum illius abscedat. Quem* *f. 299d.
*tante virtutis virum*[g] *etiam videre curari eumque ad me deductum in infirmorum domo paucis diebus*
*manere volui, ubi, si qua adesset curationis gratia, citius probare potuissem*[h] et cet. Vide in Dia-
logo, quo modo contulit frenetico sanitatem. Sequitur in apostolo: *Alii operatio vir-* 1. *Cor.* 12, 10.
*tutum.* Hanc habuit apostolus Paulus, de quo dicitur Act. XIX*: *Virtutesque non quas-* *v. 11. 12.

a) *penna mutata.* b) *sic h. l. c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) in terra *Vulg.* e) eoꝶ *corr.* eore *(prius* e *non expunctum est) c.* f) *sic* (ꝗlibet) *c.;* quantumlibet *Greg.* g) ipse *add. Gregor.* h) probari potuisset *Gregor.*

1) *Nescio, ubi hoc dixerit.* 2) *Tale miraculum, non quidem a sutore quodam, sed a Guillielmo eremita vel paupere fratre factum, narratur in Tudebodo imitato et continuato c.* 101, *'Recueil des hist. des croisades, Hist. occid.' III, p.* 213 *sq., et in Cronica S. Mariae de Ferraria, ed. Gaudenzi in 'Monumenti storici (della società Napoletana), serie' I, p.* 15. 3) *Apuli de Bitonto, cuius sermones non editi sunt; cf. supra f.* 242[d]. 243[a]. 286[a], *p.* 88, *n.* 1. *et p.* 182. 4) *Theona. Sequentia in Vitis patrum VIII,* 50, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 1154, *Sal. legit.* 5) *Cap.* 35.

*F.* 300[b]. Quod interpretatio[a] potest sumi duobus modis.

---

*libet* modicas *faciebat Deus per manus Pauli, ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria vel semicincia, et recedebant ab eis langores, et spiritus nequam egrediebantur.* Hec omnia fecerunt multi in primitiva ecclesia, ut in Ecclesiastica ystoria Eusebius refert [1]. *v. 18. Et hoc est quod Dominus dicit Mar. ultimo*: *Super egros manus imponent, et bene habebunt.* 1. *Cor.* 12, 10. Sequitur in apostolo: *Alii prophetia* — supple 'datur'. Hanc habuit Ágabus, *v. 28. de quo legitur Act. XI*: *Et surgens unus ex eis nomine Ágabus significabat per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, que facta est sub Claudio.* Hanc etiam *v. 1. *Act.* 21, 8. habuit Symon Niger, de quo habetur Act. XIII*[b]. Hanc filie Philippi Evangeliste, *qui* *v. 9. *erat unus de septem*, similiter habuerunt, de quibus dicitur Act. XXI*: *Huic autem erant* *v. 28. *filie IIII*[or], *virgines prophetantes.* In istis impleta est scriptura Ioelis II*: *Et prophetabunt filii vestri* — ut Ágabus et Symon Niger — *et filie vestre,* ut filie Phylippi[c]. Multi etiam alii hanc gratiam habuerunt, et fuit necessaria, quia, sicut dicit sapiens in *v. 18. Prover. XXIX*: *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus.* Sequitur in apostolo[b]: 1. *Cor.* 12, 10. *Alii discretio spirituum* — supple: 'datur'[b]. Hanc gratiam habuit Fortunatus, vir vite venerabilis, civitatis Tudertine episcopus, de quo narrat beatus Gregorius Dialogorum *f. CCCa. libro primo [2], quod *in effugandis *spiritibus inmense virtutis gratia pollebat, ita ut non nunquam ab obsessis corporibus legiones demonum repelleret et continue orationis studio intentus obiectas contra se eorum multitudines superaret*[c]. Et post aliqua narratur ibi de quodam, qui recepit hospitio demonem, quem ex obsesso homine Fortunatus expulerat, qui filium eius suffocavit in igne. Et cum querit Petrus, qua de causa permisit hoc Deus, inter alia, Gregorius[d]. que respondet Gregorius, breviter et finaliter ita concludit: '*Sunt namque non nulli, qui idcirco bona facere student, ut gratiam aliene operationis obnubilent. Nec pascuntur bono quod faciunt, sed laude boni, qua ceteros premunt. Qua de re existimo hunc virum, qui malignum spiritum in hospitalitate suscepit, ostentationi potius intendisse quam operi, ut meliora quam episcopus fecisse videretur, quatinus ipse susciperet eum, quem vir Domini Fortunatus expulisset*[b]. *Petrus: 'Ut dicitur*[e], *ita est. Nam finis operis probat, quod munda susceptio in operatione non fuerit*'. Ideo bene dicit beatus *v. 1. Iohannes[f] in canonica prima, capitulo IIII*: *Karissimi, nolite omni spiritui credere, sed* 1. *Cor.* 12, 10. *probate spiritus, si ex Deo sint.* Sequitur in apostolo: *Alii genera linguarum* — supple: *v. 1. 'dantur', per spiritum scilicet[g]. Ideo dicitur Act. II*: *Et repleti sunt omnes spiritu sancto* *v. 44—46. *et ceperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Idem habetur Act. X*: *Adhuc loquente Petro verba hec, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione*[h] *fideles, qui venerant cum Petro, quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis et magnificantes Deum.* Idem habetur *v. 6. †*f.* 300[b]. Act. XIX*: *Et cum imposuisset illis †manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis et prophetabant,* quia quidam eorum predicebant futura. Hanc gratiam *v. 18. dicit Paulus se habuisse I. ad Cor. XIIII*: *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.* Et hoc erat speciale signum presentie spiritus sancti in ecclesia primi- 1. *Cor.* 12, 10. tiva. Sequitur in apostolo: *Alii interpretatio sermonum.* Notandum[i], quod interpretatio sermonum potest sumi duobus modis. Uno modo, ut dicantur interpretes translatores, qui transferunt libros de una lingua in aliam; de quibus sufficienter posui sub Adriano imperatore [3], pro eo quod Aquila primus interpres sub

a) *supple* sermonum. b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sequitur* ℭ *atram. nigro scriptum.* d) .G^s. *c.* e) *sic* (dr̄) *c.; dicis Gregor.* f) Io. *c.* g) .f. *c.* h) c͡ocisione *c.* i) *penna mutata.*

1) *Interprete Rufino V*, 7. 2) *Cap.* 10. 3) *Nihil hac de re in Cron. imp. Alberti Milioli, SS. XXXI, p.* 598, *legitur.*

eo[1], hoc est eo imperante, transtulit[a]. De quibus require in illa cronica, que sic
inchoat: *Octavianus Cesar Augustus* et cet., quam feci in conventu Ferariensi eo
anno, quo Lodovicus rex Francie a Saracenis in ultramarinis partibus captus fuit, 1250.
scilicet anno Domini MºCCºLº. Cuius cronice stilum colligens ex diversis scriptis
usque ad Longobardorum perduxi hystoriam[b]. Postmodum calamum temperavi
cessavique scribere quantum ad cronicam illam, quia ita eram pauper, quod defectum
cartarum sive pergameni habebam. Et agitur nunc annus millesimus CCLXXXIIII[2]. 1284. (Ian.).
Non autem cessavi quantum ad plures alias cronicas, quas optime[c] Nota.
secundum meum iuditium feci; ex quibus resecavi superfluitates, abusiones, falsi-
tates et contrarietates. Verumtamen non omnes, quia aliqua que scribuntur ita sunt
usitata, quod totus mundus non posset ea removere a cordibus eorum qui ita in
principio didicerunt. De quibus multa possem demonstrare exempla. Sed rudibus
et indoctis nullum valet exemplum, quia, *qui docet fatuum, quasi qui conglútinat*
*testam*, Eccli. XXII*. †Nam *qui narrat verbum non audienti* — id est non intelli- *v. 7–9. †f. 300c.
genti —, *quasi qui excitat dormientem de gravi somno. Cum dormiente loquitur qui*
*narrat stulto sapientiam, et in fine narrationis dicit: Quis est hic?* Ideo posset dici
tali: *Erlú ke lé farina.* Trufatoria locutio est. Alio modo sumitur interpretatio
sermonum pro his qui predicant et exponunt; quod pertinet ad predicatores et
doctores, quorum in novo Testamento fuit maxima multitudo. Et ad istum modum
magis pertinet quod apostolus dicit in supraposita divisione gratiarum, quam facit
dicens I. ad Cor. XII*: *Hec autem omnia operatur unus atque*[d] *idem spiritus, dividens* *v. 11.
*singulis prout vult.* Ideo dicit infra XIIII*: *Volo autem vos omnes loqui linguis,* *v. 5.
*magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis,*
*nisi forte interpretetur, ut ecclesia edificationem accipiat.* Sic etiam Marcus evan-
gelista dicitur[3] discipulus et interpres Petri, non quod Petrus eius interpretatione
indigeret, cum sciret omnibus linguis loqui, sed quia evangelium iuxta quod Petrum
predicantem audierat in Ytalia scripsit. Ad doctores ergo novi Testamenti refertur
quod apostolus dicit I. ad Cor. XII*: *Alii interpretatio sermonum* — supple: 'datur *v. 10.
per spiritum'. Ideo Dominus dicit Mat. XIII*: *Omnis scriba doctus in regno celorum* *v. 52.
*similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.* Item
Iob XXVIII*: *Profunda quoque fluviorum scrutatus est et abscondita produxit in lucem.* *v. 11.
Item Dan. XII*: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui* *v. 3.
*ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates.* Benedictus Deus,
qui me de hac materia divisionis apostoli expedivit! Igitur occasione magistri
Guilielmi, qui habuit gratiam disputandi et libros faciendi, non autem gratiam
populo predicandi, *posuimus supra dicta, que in divisione apostoli continentur. *f. 300d.

Nunc[e] autem ad Altisiodorum denuo revertamur. Recordor, quod, quando
habitabam in conventu Cremone[4] eo anno, quo civitas mea Parma rebellavit Fri- 1247.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *penna mutata.*
d) aque *corr.* atque *c.* e) Nun *in loco raso cum* N *littera initiali atramento nigro et minio picta, ubi antea* N *simplici modo scriptum fuisse patet.*

1) *Isidorus in Chronicis maioribus et minoribus de Aquila Pontico interprete sub Hadriano imp. retulit, Auct. antiq. XI, p.* 458, *et inde Beda in Chron. minoribus, ib. XIII, p.* 286. *Sicard. p.* 110. *de Aquila Pontico sub Tito Antonino retulit.* 2) *Mense Ianuario haec scripta sunt, nam f.* 326[a]. *Febr.* 4. *exaratum est.* 3) *Ab Hieronymo de viris inlustribus c.* 8, *ab Eusebio-Rufino, Hist. eccl. II,* 15, 1. *Sequentia de Marco ex alio quodam libro a Sal. exscripta esse conicio. Cf. Sicardi Cron. p.* 104. 4) *Nonnullis mensibus anni* 1247. *usque in mensem Iulii ibi Sal. moratus est; cf. supra f.* 229[c.d]. 290[d]. 292[b], *p.* 53. 193. 197.

1247. derico deposito, quod[a] frater Gabriel de Cremona ex ordine fratrum Minorum, qui magnus lector erat et homo sanctissime vite, dixit michi, quod Altisiodorum maiorem copiam habebat vinearum et vini quam Cremona et Parma et Regium et Mutina. Et aborrui, cum audivi, et incredibile reputavi[b]. Cum autem in Alti-
1248. siodoro habitassem, visum fuit michi, quod verum dixisset, quia magnum habent districtum sive episcopatum, id est multum habent de territorio, et montes et colles vineis pleni sunt et campestria sive planities, ut vidi oculis meis. *Non*
*Luc.* 12, 24. *Matth.* 6. 26. enim *seminant nec metunt nec in orrea congregant* homines terre illius, sed mittunt vinum Parisius, quia flumen habent iuxta, quod Parisius vadit[1], et ibi nobiliter vendunt, et inde habent totum victum suum et vestimenta, quibus teguntur. Et circuivi episcopatum Altisiodorensem tribus vicibus, egrediendo semel cum quodam fratre, qui predicabat et crucesignabat homines pro passagio regis Francie. Alia
*Apr.* 16. vice cum alio fratre, qui in cena Domini predicavit Cysterciensibus in pulcherrimo
*Apr.* 19. monasterio[2]; et fecimus pascha cum quadam comitissa[3], que in prandio dedit nobis, id est dari fecit toti curie, XII ferculorum diversitates, id est ciborum appositiones sive varietates. Et comes vir eius domi non erat[4], quia abundantius, id
*f. CCCI^a. est in maiori copia, fercula fuissent apposita. *Et ostendit michi frater ille monasterium Pontiniacense, in quo ab Alexandro papa III^o, qui Senonis morabatur, recommendatus fuit beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus[5], quando ab Artaldo[6] rege Anglie de Anglia fuit expulsus. Tertio exivi cum fratre Stephano et vidi et didici multa, que essent digna relatu, sed causa brevitatis ea subtíceo, quia ad alia dicenda festino. Et nota, quod in provincia Francie — secundum ordinem fratrum Minorum loquor — sunt octo custodie[7], ex quibus IIII^or bibunt cervisiam, IIII^or bibunt vinum. Nota etiam, quod tres terre sunt, que dant abundantiam vini in Francia, scilicet Rupella, Belna et Altisiodorum. Nota insuper, quod vina rubea in Altisiodoro minime reputantur, quia non sunt ita bona sicut vina Ytalica rubea. Nota similiter, quod vina Altisiódori sunt alba et[c] aliquando aurea et odorifera et confortativa et magni et boni saporis et omnem
3. *Esdra* 3, 20. bibentem *in securitatem et iocunditatem*[8] inducunt atque convertunt, ita ut merito
*r. 6. 7. de vino Altisiodorensi dici possit illud Prover. XXXI: *Date síceeram merentibus et vinum his qui amaro sunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue et doloris non recordentur amplius.* Et nota, quod ita sunt fortia vina Altisiodori, quod, quando aliquantulum stant in urceo, lacrimantur exterius. Nota etiam, quod Gállici ridendo dicere consueverunt, quod bonum vinum debet habere triplex b et VII f ad hoc, ut sit optimum et laude dignum. Dicunt enim hoc modo ludendo:

a) *sic iterum c., quod abundat.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) ⁊ (et) *a Sal. superscr.*

1) *Ycauna (Yonne) per Sequanam.* 2) *Bono-radio (Bouras) in comitatu Nivernensi, ut coniciendum est. Praeter hoc et Pontiniacense mox memoratum unum tantum monasterium ordinis Cisterciensis tunc erat in diocesi Altissiodorensi, videlicet Rupes (Les Roches) in comitatu Nivernensi.* 3) *Tunc sola Mathildis I. comitissa Nivernensis, Altissiodorensis, Tornodorensis in diocesi Altissiodorensi erat.* 4) *Alter maritus Mathildis comitissae Guigo V. comes de Forez iam a.* 1241. *mortuus erat.* 5) *A.* 1164. *Quod Sal. in Iacobi Leg. Aurea c. XI, ed. Grässe p.* 67, *legit.* 6) *Cf. supra f.* 208^b, *p.* 1, *n.* 6; *f.* 264^c, *p.* 134. 7) *In Provinciali ord. fr. Minorum edito a Conrado Eubel p.* 13 *sqq. iam novem custodiae Franciae recensentur.* 8) *Vide locum* 3. *Esdrae infra f.* 301^b. *allatum.*

*F.* 301[b]. De vino secundum magistrum Morandum.

---

*El vin*[a] *bons e bels e blance*[b].
*Forte e fer e*[c] *fin e franble*[d],
*Fredo e fras e formijant*[e].

Magister vero Morandus[1], qui Padue in gramatica rexit, secundum suum appetítum hoc modo commendavit vinum dicens[2]:

**Vinum dulce gloriosum* *f. 301[b].
*pingue facit et carnosum*
*atque pectus áperit.*

*Et maturum, gustu plenum,*
*valde nobis est aménum,*
*quia sensus*[f] *ácuit.*

*Vinum forte, vinum purum*
*reddit hominem securum*
*et depellit frígora.*

*Sed acerbum linguas mordet,*
*intestina cuncta sordet*
*corrumpendo corpora.*

*Vinum vero quod est gláucum*
*potatorem facit ráucum*
*et frequenter mingere.*

*Vinum vero turbulentum*
*solet dare corpus lentum*
*et colorem tingere.*

*Vinum rubeum subtile*
*non est reputandum vile,*
*nam colorem generat.*

*Auro simile citrinum*
*valde fovet*[g] *intestinum*
*et langores suffocat.*

*Alba límpha maledicta*
*sit a nobis interdícta,*
*quia splenem próvocat.*

Gallici itaque delectantur in bono vino, nec mirum, quia *vinum letificat Deum et homines*, ut dicitur Iudicum IX*. Nam *vinum letificat cor hominis et*[3] *omnem mentem convertit in securitatem et iocunditatem: et non meminit omnem tristitiam et debitum, et* *v. 13. Ps. 103, 15.

a) *hoc vocabulum medicina superlita penitus deletum est in c., unius tantum litterae vel duarum spatium eius loco esse videtur.* b) bl *litterae legi nequeunt, manus s. XVI—XVII. in marg. scripsit* blance, *quod certe rectum est, cum tria verba litterae initialis* b *in hoc versu exstare debeant.* c) *haec littera medicina deleta est in c., post* fer: : *duae litterae fuisse possunt.* d) *litterae* bl *posteriore manu in loco raso scriptae videntur. Legi quae F. Novati de his versibus in 'Giornale della letteratura Italiana' II* (1883), *p.* 344—349. *scripsit et libellos ab eo laudatos.* e) *sillaba* for *certe legi nequit.* f) sensum *Sen.* g) nutrit *Sen.*

1) *De quo vide Rolandin., epil., SS XIX, p.* 147. 2) *Hoc carmen edidit Fr. Novati, Carmina medii aevi (Firenze* 1883*) p.* 69 *sq., ex codice Senensi L VII.* 17, *membr. saec. XIV, f.* 26, *ubi strophae alio ordine dispositae sunt. Variam lectionem eius pessimam adnotare nolui nisi duobus locis.* 3) *Hic incipit locus* 3. *Esdrae* 3, 20. *infra notatus.*

---

*omnia precordia facit honesta. Et non meminit regem neque magistratum et omnia*
*operta*[f] *facit loqui: et non meminerunt, cum biberint, amicicium nec fraternitatem, sed*
*post non multum sumunt gladios: et cum a vino merserint et surrexerint, non meminerunt que gesserunt.* Item supra in principio dicti sui is qui dixerat de fortitudine
vini hoc modo inchoaverat: *Viri, quam prevalet vinum omnibus hominibus qui bibunt*
*illud. Seducit mentem. Itemque regis et orphani facit mentem vanam. Item servi ac*
*3, 18—24. †v. 21. *liberi, pauperis ac divitis*, III. Esdre IX*[g]. Nota, quod, sicut legitur Gen. IX†:
*Noe bibens vinum inebriatus est et nudatus in tabernaculo suo*, et illa occasione dixit
*v. 25. †f. 301[c]. Noe nepoti suo*: *Maledictus Chanaan* puer, *servus †servorum erit fratribus suis.* Ubi
Ieronimus. | dicit beatus Ieronimus[1]: *Antequam vinum inveniretur, manebat omnibus*
*v. 2. *inconcussa libertas.* Item Eccli. XIX*: *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes*
*et arguunt*[h] *sensatos.* Exemplum patet in filiabus Loth, que dederunt patri suo
bibere vinum, ex certa scientia volentes, quod cognosceret eas, sicut et fecit,
Gen. XIX. Hinc est, quod Salomon, postquam locutus est de mala muliere
*v. 27. 28. dicens Prover. XXIII*: *Fovea profunda est meretrix et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro et quos incautos viderit interficiet*, statim subdit de vino
*ib. v. 29. 30.* dicens: *Cui ve? Cui*[i] *patri ve? Cui rixe? Cui fovee? Cui sine causa vulnera?*
*Cui suffusio*[k] *oculorum? Nonne his qui morantur*[l] *in vino et student calicibus epotandis?*
Ad litteram Gallici et Anglici student calicibus epotandis. Ideo Gallici habent
suffusionem oculorum, quia ex nimia potatione vini oculos reversatos et rubeos et
lipposos et cerpijosos[m] habent[n]; et summo mane, postquam a vino emerserint[2],
cum talibus oculis vadunt ad sacerdotem, qui celebravit, et rogant, ut stillet
aquam lotionis manuum in oculis eorum. Quibus dicebat frater Bartholomeus
1247 8. Guisculus de Parma[3] apud Pruvinum[4], ut pluries audivi: 'Alé! ke malonta ve don
Dé! Metti de l'[o] aighe in le[p] vins, non in lis ocli[q]'. Quod est dicere: 'Eatis!
quod malum tribuat vobis Deus! Ponatis aquam in vino, quando debetis bibere,
*v. 1. et non in oculis'. Item Prover. XX.* dicitur: *Luxuriosa res vinum et tumultuosa*
*ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens.* Anglici certe talibus delec-
*Prov. 23, 31.* tantur et *student calicibus epotandis.* Accipit enim unus Anglicus unum magnum
*f. 301[d]. *ciphum vini et bibit totum dicens: 'Ge bi a vu'. Quod est dicere: 'Tantum oportebit vos bibere, quantum ego bibam'[5]. Et credit dicere et facere magnam curia-

a) *numerus* XI *alio subfusco atram. a Sal. post suppl.* b) *duo verba per sillabas initiales tantum indicata in c.* c) tunc *Vulg.; post* tu *non punctum, ut breviatum cognosceretur, positum est in c., et* tu *etiam infra f.* 382[d], *ubi hic versus allatus est.* d) de *a Sal. superscr.* e) tranfret. *corr.* transfret. *c.* f) per talenta *Vulg.* g) *sic c.* h) arguent *Vulg.* i) Cuius *Vulg.* k) suffosio *corr.* suffusio *c.* l) commorantur *Vulg.* m) *sic c. cum littera* j *longa.* n) habent *a Sal. in marg. suppl.* o) del *a Sal. superscr.* p) *sic c.* q) li socli *c.*

1) *Ex Decr. Gratiani I, Dist. XXXV, c.* 8. *Sal. haec assumpsisse videtur, ubi ea non ex libro Hieronymi, sed ex Ambrosii De Elia et ieiunio c. V,* 11, *Opera ed. Maur. (Paris.* 1686*) I, p.* 539, *allata sunt.* 2) *Cf. supra l.* 9. 3) *De quo cf. infra f.* 308[b.c]. 4) *Ubi Sal. a.* 1247. *Dec.* 13—1248. *Febr.* 1. *moratus est; cf. supra f.* 298[b], *p.* 212. 5) *Eadem*

litatem et habet valde pro malo, si quis aliter fecerit, quam ipse docuit verbo et monstravit exemplo. Et tamen facit contra scripturam que dicit Hester I[*]: *Vinum* *v. 7. 8. *quoque, ut magnificentia regia dignum erat, abundans et precipuum ponebatur, nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum.* Item alia scriptura dicit Eccli. XXXI[*]: *Diligentes* *v. 30. *in vino noli provocare, multos enim exterminavit vinum.* Et prosequitur de sobrietate bibendi usque ad finem capituli. Parcendum[a] tamen est Anglicis, si libenter bibunt bonum vinum, quando possunt, quia parum habent de vino in patria sua. Minus parcendum est Gallicis, quia plus abundant, nisi forte dicatur: Durum est assueta relinquere[1]. Nota, quod in versibus ita habetur:

*Det vobis piscem Normandia terra marinum,* Versus.
*Anglia frumentum, lac Scocia, Francia vinum,*
*Silva feras, aer volucres, armenta butyrum,*
*Ortus delitias, nemus umbram, stagna papirum.*

De hac materia satis sit dictum. Notandum, quod in Francia, ut vidi oculis meis, maiores sunt dies in consimilibus mensibus quam in partibus Ytalicis, ut in Maio hic et ibi[b] et in yeme hic[c] et ibi minores[2].

Revertamur[d] iam nunc ad cursum nostrum, ut de rege Francie prosequamur. Igitur

Anno Domini millesimo CC°XLVIII° circa festum pentecostes sive post[3] ab 1248. *Iun. 7.* Altisiodoro ad conventum Senonensem descendi, quia provinciale capitulum administrationis Francie ibi celebrari debebat, et domnus Lodovicus rex Francie illuc erat *venturus. Congregato itaque capitulo minister Francie cum diffinitoribus *f. CCCII[a]. ad fratrem Iohannem de Parma, generalem ministrum, qui in illa domo erat, accessit dicens ei: 'Pater, nos examinavimus et approbavimus XL fratres, qui ad capitulum venerant pro habendo predicationis offitio, et dedimus eis et emisimus eos, ut redeant ad loca sua, ne ex multitudine fratrum domus capituli sit gravata'. Quibus generalis minister respondit, quod insipienter et male fecerant, quia hoc non conceditur ministris provincialibus et diffinitoribus nisi in absentia generalis. Et addidit: 'Examinationem, quam de eis fecistis, iam habeo approbatam, sed volo, quod omnes revocentur et a me offitium predicationis habeant, secundum quod in regula continetur'[4]. Et factum fuit ita. Et fuerunt postea in loco capi-

a) *penna mutata.* b) *supple* minores. c) *supple* maiores. d) *sub* Revert. — Igitur *linea rubra subducta in c. cum magna littera initiali* R.

*vide supra f. 254*[c], *p.* 113. *In epistola papae ad diabolum circa a.* 1265. *conficta, edita a W. Wattenbach, 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin, Phil.-hist. Cl.'* 1892. *p.* 109, *de ipsis fratribus Minoribus dicitur:* omnis tamen voluntarius . . . ad potus equales Anglico more se obligat ex amore. 1) *In Iacobi Legenda Aurea c. XXXVII, ed. Grässe p.* 163, *et in Petri Cron. Aulae-regiae c.* 75, *'Königsaaler GQ.' ed. I. Loserth p.* 185, *legitur:* difficile est consueta relinquere; *Thomas de Celano, Vita Francisci prior I,* 3: Gravissimum est assueta relinquere. 2) *Quod Paulus diac., Hist. Langob. I,* 5, *advertit, quem librum Sal. legerat.* 3) *Post pentecosten (Iun. 7) procul dubio; vide p.* 222, *n.* 1. 4) *Reg. secunda c.* 9: nullus fratrum populo penitus audeat predicare, nisi a ministro generali huius fraternitatis fuerit examinatus et approbatus, et ab eo officium sibi predicationis concessum.

*F.* 302[b]. De qualitate regis Francie quantum ad corpus, et de devotione eius quantum ad animam.

*F.* 302[c]. Quod rex Francie postulavit suffragia fratrum, et fuerunt sibi concessa.

---

1248. *Iun.* tuli usque ad finem eius. Et quia rex Francie de Parisius erat egressus[1] et ad capitulum veniebat, cum iam apropinquaret[a] domui, egressi sunt omnes fratres Minores obviam ei, ut honorifice reciperetur ab eis. Et frater Rigaldus ex ordine Minorum, magister cathedratus Parisius[2] et Rotomagensis archiepiscopus[3], indutus pontificalibus paramentis egressus est domum et ibat festinanter ad regem querendo et dicendo: 'Ubi est rex? ubi est rex?' Et ego sequebar eum. Nam solus et attonitus ibat cum mittra[a] in capite et baculo pastorali in manu. Moram enim contraxerat in preparando se, ita quod alii fratres iam erant[b] egressi et stabant hinc inde per stratam versis vultibus e regione, regem venturum videre volentes.
4. *Reg.* 6, 10. Et miratus sum ultra modum in memetipso dicens: 'Certe legi *non semel neque*
**f.* 302[b]. *bis*, quod Senones Galli usque ádeo fuerunt potentes, quod duce *Brenno Romam ceperunt. Nunc autem mulieres eorum pro maiori parte pedisseque esse videntur. Et si rex Francie per Pisas vel per Bononiam transitum fecisset, totus flos dominarum de civitatibus nominatis obvius occurrisset[c]. Tunc recordatus sum, quod vera est Gallicorum consuetudo. Nam in Francia solummodo burgenses in civitatibus habitant, milites vero et nobiles domine morantur in villis et possessionibus suis. Erat[d] autem rex subtilis et gracilis, macilentus convenienter et longus[4], habens vultum angelicum et faciem gratiosam. Et veniebat ad ecclesiam fratrum Minorum non in pompa regali, sed in habitu peregrini, habens capsellam et burdonem peregrinationis ad collum, qui optime scapulas regias decorabat. Et veniebat non eques, sed pedes; et fratres sui germani, qui tres comites erant, quorum primus Robertus[5], ultimus Karulus[6] dicebatur, qui fecit magna et laude dignissima, consimili humilitate et habitu sequebantur, ut vere illud propheticum dicere
*Ps.* 19, 8. possent: *Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine domini Dei nostri invocabimus.* Nec curabat rex de comitiva nobilium, sed magis de orationibus et suffragiis
**r.* 7. pauperum. Et ideo adimplebat quod Ecclesiasticus IIII.* docet: *Congregationi pauperum*[e] *affabilem te facito.* Revera magis erat dicendus monachus quantum ad devotionem cordis, quam quantum ad arma bellica miles. Ingressus itaque ecclesiam fratrum, devotissime facta genuflexione coram altari, oravit. Et cum[f] egrederetur ecclesiam et adhuc super hostium staret, eram iuxta eum. Et ecce
**f.* 302[c]. oblatus est ei et ex parte thesaurarii Senonensis ecclesie represen*tatus[d] magnus lucius vivus in aqua in conca lignea de abiete, quam Tussci[a] bigonçam[7] appellant, in qua lavantur et balneantur infantes, cum in cunabulis nutriuntur. Siquidem

a) *sic c.* b) erant *a Sal. in marg. suppl.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) *penna mutata.* e) pau pauperum *c.* f) cum *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Die Iun.* 12; *cf. Vincentii Spec. hist. XXXI,* 89; *Andreae Marchian. Cont. alt., SS. XXVI, p.* 215; *Ann. S. Dionysii, 'Bibl. de l'école des chartes' XL, p.* 292. *Moratus est apud Corbolium et Meleduni, antequam Senones adveniret (cf. SS. R. Gall. XXI, p.* 414*). Eo igitur die Iunii* 15. *vel* 16. *pervenisse videtur.* 2) *Cf. Cron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 220. *et ibid. n.* 2. 3) *Odo Rigaldus a.* 1248. *Mart.* — 1275. *Iul.* 2. 4) *Ioh. de Joinville* § 228, *ed. Nat. de Wailly (Paris* 1874*) p.* 226: Mais onques si bel armé ne vi, car il paroit desur toute sa gent des les espaules en amont. 5) *Comes Artesiae.* 6) *Comes Andegaviae et Provinciae. Omissus est Alfonsus comes Pictaviae.* 7) *Nunc Ital.* bigoncia, Bütte.

carus et pretiosus piscis in Francia lucius reputatur. Et regratiatus est rex tam 1248. *Iun.* mittenti quam exenium presentanti. Deinde dixit rex intelligibili voce, quod nullus ingrederetur domum capituli, nisi esset miles, exceptis fratribus, quibus loqui volebat. Cum autem essemus in capitulo congregati, rex cepit dicere facta sua recommendando se[a] et fratres suos et dominam reginam, matrem suam[1], et totam suam societatem, et devotissime genuflectendo petiit orationes et suffragia fratrum. Et aliqui fratres de Francia, qui erant iuxta me, ex devotione et pietate quasi inconsolabiliter flebant. Post regem vero cardinalis Romane curie[2], [scilicet[b] domnus Oddo], qui condam Parisiensis cancellarius fuerat et cum rege transfretare debebat, exorsus est loqui, et paucis verbis nos expedivit, faciens quod Ecclesiasticus VII.* docet: *Coram rege*[c] *noli velle videri sapiens.* Et iterum Iob XXIX†: **v. 5. †v. 22.* *Verbis meis nichil addere audebant.* Item Prover. XXX*: *Ne addas quicquam verbis* **v. 6.* *illius et arguaris inveniarisque mendax.* Post istos duos locutus est frater Iohannes de Parma, generalis minister, cui ex offitio incombebat[d] responsio, dicens: 'Ecclesiasticus docet XXXII*[e]: *Loquere maior natu, decet enim te. Primum verbum* **v. 4. 5.* *diligentis scientiam*[f]. Rex noster et dominus et pater et benefactor, et qui *congre-* *Eccli. 4, 7.* *gationi pauperum affabilem* se fecit, venit ad nos humiliter et utiliter, curialiter et benigne, et primo locutus est nobis, sicut eum decebat; nec petit a nobis aurum et argentum, quibus per Dei gratiam eraria sua sufficienter abundant, sed postulat orationes et suffragia fratrum *et pro tali negotio, pro quo multipliciter commen- **f. 302d.* dandus videtur. Quia revera hanc peregrinationem et crucissignationem assumpsit domnus rex ad honorem domini nostri Iesu Christi et ad dandum Terre Sancte succursum et ad debellandum hostes et inimicos fidei et crucis Christi et ad honorem universalis ecclesie et totius fidei Christiane et pro salute anime sue et omnium qui secum transfretare debebunt[g]. Quapropter[h], quia fuit precipuus ordinis benefactor et defensor, non solum Parisius, verum etiam in toto regno suo, et quia ita humiliter venit ad nos cum tam digna societate pro tali negotio ad suffragia ordinis postulanda, dignum et congruum est, ut rependamus ei aliqua beneficia. Et quia fratres de Francia promptiores sunt ad negotium istud suscipiendum et plus intendunt facere, quam ego scirem imponere, ideo illis nullam legem impono. Quia vero ego inchoavi ordinem visitare, disposui in mente mea cuilibet sacerdoti pro rege et pro tota sua societate IIII[or] missas imponere: unam de sancto spiritu, aliam de cruce, tertiam de beata virgine et quartam de trinitate. Et si contingat, quod filius Dei vocet eum de hoc mundo ad patrem, adhuc per fratres superaddentur maiora. Et si non respondi sufficienter secundum desiderium suum, ipse rex sit dominus precipiendi, quia ex parte nostra non deest qui impleat, sed qui iubeat'. Audiens hec rex regratiatus est generali ministro et in tantum acceptavit responsionem suam, quod voluit eam litteris generalis et sigillo confirmatam habere. Et factum fuit ita[3]. Porro illa die rex fecit expensas et comedit cum fratribus. Et comedimus in refectorio; et comederunt

a) *sequitur* et se *expunct. et minio deletum.* b) .f. d. Oddo *in marg. a Sal. suppl.* c) penes regem *Vulg.* d) *sic* (incobebat) *c.* e) XXX *in loco raso.* f) diligenti scientia *Vulg.* g) unt *in loco raso. Sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* h) *penna mutata.*

1) *Blancam.* 2) *Episcopus Tusculanus.* 3) *Quas litteras frater Andreas de Bononia, socius Iohannis generalis ministri, scripsit, ut Sal. infra f.* 439[b]. *narravit.*

*F.* CCCIII[a]. De humilitate, quam ostendit generalis minister comedendo seorsum in alia mensa.

*F.* 303[b]. De prandio regis Francie magnifice preparato; et quod declinabat de strata, ut iret ad suffragia religiosorum poscenda.

---

[1248. *Iun.* *f. CCCIII[a].] ibi[a] tres fratres regis et cardinalis Romane curie et generalis minister *et frater Rigaldus, archiepiscopus Rotomagensis, et provincialis minister Francie et custodes et diffinitores et discreti et quotquot de corpore capituli erant et fratres hospites, quos nominamus[b] forenses. Cognoscens itaque generalis minister, quod cum rege erat nobilis et digna societas, scilicet tres comites et Romane ecclesie legatus et cardinalis et Rotomagensis archiepiscopus, noluit se obstentare[c] in faciendo [*v. 4.] opere suo iuxta verbum quod scriptum est Eccli. XI*: *In die honoris tui ne extollaris*, quamquam invitaretur, ut iuxta regem discumberet[d], sed magis voluit opere implere quod Dominus docuit verbo et monstravit exemplo, scilicet curialitatem [*v. 8–11.] et humilitatem. Ait enim in evangelio Dominus Luc. XIIII*: *Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas*[e] *in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo, et veniens is qui te et illum vocavit dicat tibi: 'Da huic locum'. Et tunc incipies cum rubóre novissimum locum tenere. Sed, cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco, ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: 'Amice, ascende superius'. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus*[f], *quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui* [*v. 12. 13.] *se humiliat exaltabitur.* Iterum alia scriptura dicit Eccli. XIII*: *Advocatus a potentiore discede, ex hoc enim magis te advocabit. Non*[g] *improbus sis, ne impingaris*[h]. [*v. 6. 7.] Iterum alia scriptura dicit Prover. XXV*: *Ne gloriosus appareas coram rege et in loco magnorum ne steteris. Melius est enim, ut dicatur tibi: 'Ascende huc', quam ut humiliéris coram principe.* Elegit igitur frater Iohannes et discubuit in mensa humilium, sed nobilitata est ex presentia sua, et multi edificati ex hoc habuerunt [*f. 303[b].] bonum *exemplum. Et sicut

*nobilitat viles frons generosa dapes*[1], Versus.

sic ex presentia humilis humiliter discumbentis[i] locus sive mensa magnifice decoratur. Considera etiam, quod Deus non omnia luminaria celi posuit in una parte tantum, sed in diversis locis ad maiorem pulcritudinem et utilitatem diversimode collo- [*v. 7.] cavit. Porro illa die rex implevit scripturam que dicit Eccli. IIII*: *Congrega-* [*v. 22. 23.] *tioni pauperum affábilem te facito.* Et iterum dicit Eccli. IX*: *Viri iusti sint tibi convive, et in*[k] *timore Dei sit tibi gloriatio, et in sensu sit tibi cogitatus Dei, et omnis enarratio tua in preceptis altissimi.* Habuimus[l] igitur illa die primo cerasas[c], [*Esth.* 1, 7.] postea panem albissimum; *vinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, abun-* [*ib.* 1, 8.] *dans et precipuum ponebatur.* Et iuxta morem Gallicorum erant multi *qui nolentes* invitarent et *cogerent ad bibendum*[h, 2]. Postea habuimus fabas recentes cum lacte decoctas, pisces et cancros, pastillos anguillarum, risum cum lacte amigdalarum et pulvere cynamómi, anguillas assatas cum optimo salsamento, turtas et iuncatas[3] et fructus necessarios habúimus abundanter atque[m] decenter. Et omnia curialiter

a) ì (ibi) *in marg. a Sal. suppl.* b) for. nom. *corr.* nom. for. *c.* c) *sic c.* d) disꝯberet *c.* e) disꝯbas *c.* f) disꝯbentibus *c.* g) Ne *Vulg.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) disꝯbentis *c.* k) in *a Sal. superscr.* l) *penna mutata.* m) atque *a Sal. in marg. suppl., alia voce* (et?) *in columna deleta.*

1) *Idem versus iam supra f.* 228[c], *p.* 51, *allatus est, ubi n.* 1. *adde eum esse Gualteri Anglici, Romuleae fabulae* 12, *v.* 4, *L. Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 389. 2) *Cf. supra p.* 221, *l.* 4—6. 3) *Ital.* giuncata, Quarkkäse.

---

fuerunt apposita et sedule ministrata. Sequenti die rex agressus[a] est iter suum; [1248. *Iun.*] Ego vero finito capitulo secutus sum regem. Habebam enim obedientiam a generali ministro eundi in provinciam Provincie ad morandum. Et facile fuit michi ipsum regem repperire, quia de strata publica declinabat frequenter, ut iret ad heremitoria fratrum Minorum et aliorum religiosorum hinc inde a dextris et a sinistris, ut se eorum orationibus commendaret[1]. Et hoc negotium semper exercuit, quousque pervénit ad mare et arripuit iter *vadens ad Terram Sanctam. [*f. 303c.] Cum autem visitassem fratres de Altisiódoro, de quorum conventu fueram, ivi una die [*Iun.* 20.] Vergelíacum, quod est in Burgundia nobile castrum, in quo corpus Magdaléne credebatur tunc esse[2]; et in crástinum erat dies dominica[3]; et summo mane rex [*Iun.* 21.] venit ad fratres ad suffragia fratrum poscenda iuxta verbum quod scriptum est Prover. XI*: *Bene consurgit diluculo qui querit bona.* [*v. 27.] Et totam comitivam suam rex dimisit in castro, a quo fratres[4] valde parum distabant. Et duxit rex secum solummodo tres fratres suos et aliquos servientes, qui equorum essent custodes. Et facta genuflexione et reverentia coram altari, fratres respitiebant sedilia et ligna, in quibus sederent; rex vero sedit in terra et in pulvere, ut vidi oculis meis; ecclesia enim illa pavimentata non erat; et vocavit nos ad se dicens: 'Venite ad me, fratres mei dulcissimi, et audite verba mea'. Et fecimus circulum circa eum in terra cum eo sedendo, et fratres sui germani similiter. Et fecit recommendationem suam et poposcit orationes et suffragia fratrum secundum formam superius iam descriptam. Et post responsionem sibi factam egressus est ecclesiam, ut iret viam suam. Et dictum est ei, quod Károlus[b] ferventer orabat. Et rex gaudebat et patienter expectabat fratrem orantem nec ascendebat equum. Et alii duo fratres comites[5] forinsecus similiter expectabant cum rege. Et Kárulus[b] erat iunior frater et comes Provincie, habebat enim sororem[6] regine[7] uxorem. Et faciebat multas genuflexiones ad altare, quod erat in ala ecclesie iuxta egressum. Et ego videbam et Kárulum ferventer orantem et regem iuxta hostium exterius patienter *expectantem, et multum fui edificatus. [*f. 303d.] Et cognovi, quod vera est scriptura que dicit Prover. XVIII*: *Frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma.* [*v. 19.] Post hec rex ivit viam suam et finitis negotiis suis ad sibi preparatum navigium properavit[8]. Ego vero ivi Lugdúnum et adhuc inveni ibi dominum papam Innocentium quartum cum cardinalibus suis. Post hec descendi per Ródanum usque ad civitatem Arelatensem, que per V miliaria distat a mari[c]. Et festum erat beati Petri apostoli; et tunc venit ad locum illum frater Raimundus, [*Iun.* 29.] minister Provincie, qui postea factus fuit episcopus[9], et honorifice me suscepit;

a) *sic c.* b) *sic h. l. c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Cf. Ann. Erphord. fr. Praedicat., Mon. Erphesfurt. p.* 103. 2) *Cf. infra f.* 426[a—c] *ubi Sal. dicit corpus Mariae Magdalenae veraciter esse in castro S. Maximini.* 3) *Iunii* 21. *procul dubio. Nam die Iun.* 29. *Sal. iam Arelatem pervenit; infra l.* 38. 4) *I. e. conventus fratrum Minorum.* 5) *Robertus et Alfonsus.* 6) *Beatricem.* 7) *Margaretae.* 8) *Ad Aquas-mortuas (Aiguesmortes), ubi die Aug.* 25. *navem ascendit.* 9) *Nescio cuius ecclesiae.*

*F.* CCCIIII[a]. Qualiter frater Hugo reprehendit cardinales, qui rumores requirebant ab eo.

---

1248. et lector Montis-pesuláni erat cum eo. Postea ivi per mare Massiliam et a
*Iul.* Massilia Areas ivi ad videndum fratrem Hugónem de Bariola, qui et de Digna,
quem Lombardi fratrem Ugónem de Monte-pesuláno dicebant. Hic erat unus de
maioribus clericis de mundo et sollemnis predicator et gratiosus tam clero quam populo
et maximus disputator et paratus ad omnia[1]. Omnes involvebat, omnibus concludebat,
linguam disertissimam habebat et vocem tamquam tube sonantis et tonitrui
magni et aquarum multarum sonantium[2], cum decurrunt per preceps[3]. Nunquam
inculcabat, nunquam cespitabat. Semper ad omnem responsionem erat paratus.
Mirabilia dicebat de celesti curia, id est de gloria[a] paradisi, et terribilia de infernalibus
penis. De provincia Provincie fuit oriundus, medíocris stature et niger
non disconvenienter. Spiritualis homo ultra modum, ita ut alterum Paulum cre-
*f. CCCIIII[a]. deres te videre seu alte*rum Helyseum. Nam *in diebus suis non pertimuit princi-*
**v. 13. 14.* *pem, et potentia nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod,* Eccli. XLVIII*.
Ita enim loquebatur in consistorio pape et cardinalibus sicut pueris congregatis
ad ludum, et hoc apud Lugdunum et priori tempore, quando curia fuit Rome.
Nam omnes tremebant eum, quando audiebant ipsum loquentem, sicut tremit
**v. 7. 8.* iuncus in aqua[4]. Quare hoc? Quia illud Ysaie implebat LI*: *Nolite timere oppro-*
*brium hominum et blasphémias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic cómedet*
**v. 12. 13.* *eos vermis, et sicut lanam sic devorabit eos tinea.* Et iterum in eodem capitulo*:
*Quis tu, ut timeas*[b] *ab homine mortali et a filio hominis, qui quasi fenum ita arescet,*
*et oblitus es Domini creatoris tui* et cet. Interrogatus enim a cardinalibus aliquando,
cuiusmodi rumores haberet, ita vituperavit eos sicut asinos dicens: 'Ego
rumores non habeo, sed habeo plenam pacem et cum conscientia mea et
*Philip. 4, 7.* cum Deo meo, *que exuperat omnem sensum* et custodit cor meum et intelligentiam
meam *in Christo Iesu*[5] domino meo. Vere scio, quod rumores inquiritis et
ad hoc vacatis tota die. Nam Athenienses estis et non Christi discipuli, de qui-
**v. 21.* bus[c] Lucas in Actibus dicit XVII*: *Athenienses autem omnes et advene hospites ad*
*nichil aliud vacabant nisi aut dicere aut audire aliquid novi.* Discipuli Christi piscatores
et debiles homines secundum seculum extiterunt, et tamen totum mundum
converterunt, quia manus Domini fuit cum illis[6] iuxta verbum quod scriptum est
**16, 20. †f. 304[b].* Mar. ultimo*: *Illi autem profecti predicaverunt ubique, Domino cooperan†te et sermonem*
*confirmante sequentibus signis.* Et ideo bene impleverunt quod de eis scriptum
*Ps. 18, 5.* fuerat: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum*[d]. De
*Ps. 44, 17.* vobis autem non impletur quod scriptum est: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii:*
*constitues eos principes super omnem terram.* Quia revera vos estis *qui edificatis Syon*

a) gloria *a Sal. in marg. suppl.* b) timeres *Vulg.* c) quibus *a Sal. in marg. suppl.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.*

1) *Vide quae Ioh. de Joinville, 'Hist. de saint Louis'* § 55. 56. 657—660, *ed. N. de Wailly p.* 32. 360 *sqq. (cf. SS. XXVI, p.* 558*), de eo narrat, ut cognoscas, quantae famae Hugo fuerit. Summa etiam laude effertur Hugo in Cron. XXIV gener. ministr., Analecta Francisc. III, p.* 404 *sqq.* 2) *Cf. Ps.* 76, 18. 19: Multitudo sonitus aquarum . . . vox tonitrui tui in terra. 3) *Mich.* 1, 4: sicut aquae, quae decurrunt in praeceps. 4) *Cf. supra f.* 224[a], *p.* 40, *n.* 1. 5) *Philipp.* 4, 7: Et pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu. 6) *Ezech.* 3, 14: manus enim Domini erat mecum.

*F.* 304[c]. Quod tam papa quam cardinales negligunt facere consilium Ietro de viris idoneis eligendis pro regimine pastoralis officii.

---

*in sanguinibus et Ierusalem in iniquitate,* Michéé III*. Nam vestros nepotulos et *v. 10.
consanguíneos ad ecclesiastica beneficia et dignitates assumitis, ut parentélam
vestram exaltetis et divitem faciatis, et excluditis ydoneos et bonos viros, qui
essent utiles ecclesie Dei, et prebendátis puérulos in cunábulis decubantes. Ideo
bene quidam truttannus de vobis dixit:

*Accusative ad curiam si ceperis ire,* Versus.
*proficis in nichilo, si pergis absque dativo*[1].

Et iterum alius:

*Curia Romana non curat ovem sine lana*[2]. Versus.
*Presulis Albini seu martyris ossa Ruffini*
*Rome quisquis habet, vertere cuncta valet*[3]*:*
*Mus elephas fit, fasque nephas, de Sýmone Céphas.*

Certe vos estis, de quibus dixit Amos V*: *Qui convertitis in absciuthium*[a] *iuditium* *v. 7.
*et iustitiam in terra relinquitis.* Vos estis *qui separati estis in diem malum et apro-*
*pinquatis*[a] *solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis et lascivitis in stratis vestris.*
*Qui comeditis agnum de grege et vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psal-*
*terii: Sicut David putaverunt se habere verba cantici, bibentes in fialis vinum et optimo*
*unguento delibúti, et nichil* compatimini[b] *super contritione Ioseph,* Amos VI*. Vos estis, *v. 3–6.
de quibus Ysaias propheta dixit V*: †*Ve*[c] *qui dicitis malum bonum et bonum malum,* *v. 20–23. †f. 304[c].
*ponentes tenebras lucem et lucem ténebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum.*
*Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobis metipsis prudentes. Ve qui potentes*
*estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Ve *qui iustificatis*
*impium pro muneribus et iustitiam iusti aufértis ab eo.* Item bene completur in
vobis quod in figura vestri scribis et Phariseis imprecatus est Deus Mat. XXIII*: *v. 15.
*Ve vobis, scribe et Pharisei, ypocrite, qui*[d] *circuitis mare et aridam, ut faciatis unum pro-*
*sélitum: et cum fuerit factus, facitis eum filium gehenne duplo quam vos.* Item quod
Ietro docuit Moysen implere negligitis. Dixit enim Exo. XVIII*: *Provide de omni* *v. 21. 22.
*plebe viros potentes et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avariciam, et*
*constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios et decános, qui iudicent populum*
*omni tempore.* Qualiter ista faciatis, vos ipsi cogitate et iudicate. Non enim
de omni plebe viros eligitis, cum vultis facere cardinales, sed de parentela vestra
et nepótulos vestros eligitis, ut sint cardinales, archiepiscopi et episcopi et pri-

a) *sic c.* b) patiebantur *Vulg.* c) *penna mutata.* d) quia *Vulg.*

1) *Hos versus edidit I. v. Zingerle in 'SB. der Wiener Akad., Phil.-hist. Cl.' LIV* (1866), *p.* 315. *Exstant in codice Monacensi Germ. nr.* 379. *f.* 13. *Mutatos hos invenis 'N. Archiv' II, p.* 401. 2) *Hic versus assumptus est ex carmine De diversis ordinibus hominum v.* 32, *Th. Wright, Walter Mapes p.* 230 *(ubi* quaerit *pro* curat*), inter alios versus occurrit Carm. Burana nr. XXI[a], v.* 15, *ed. Schmeller p.* 23. *Sed omnino vulgatissimus est, ut invenitur editus ab I. v. Zingerle l. l. p.* 314; *'Archiv' VIII, p.* 838; *'N. Archiv' II, p.* 401; *in Cron. Aulae-regiae c.* 22, *'Königsaaler GQ.' ed. Loserth p.* 468 *(ubi* pascit *pro* curat*); in cod. Monac. n.* 1. *dicto f.* 13 *(ubi* capit*).* 3) *Hi etiam versus sunt vulgatissimi, qui paulo mutati a multis afferuntur seu laudantur. Cf. ex. gr. SS. VIII, p.* 98, *n.* 38; *Berthold. Zwifalt., SS. X, p.* 119; *I. v. Zingerle l. l. p.* 314; *Sigebotonis Vita Paulinae c.* 46, *ed. P. Mitzschke p.* 94. *Albinus est argentum (album), Rufinus aurum (rufum).*

*F.* 304[d]. Quod frater Hugo cardinales durissime increpavit apud Lugdunum Gallie civitatem.

---

mates. Et augmentástis honorem vestrum moderno tempore multipliciter. Nam
capellum rúbeum papa Innocentius quartus contulit vobis[1], ut, cum equitatis,
discerni possitis a reliquis capellánis. Cardináles etiam antiquo tempore non dice-
bamini, sed diacones Romane curie et presbiteri dicebantur similes vestri et vestri
predecessores; quod potest manifesto demonstrari exemplo: Ingressus Silvester
papa ad Constantinum leprosum: nulla mentio de cardinalibus ibi habetur. sed
dicitur, quod duos diacones et V presbiteros duxit secum[2]. Item beatus Gre-
*f. 304[a]. gorius, antequam papa fieret, *diaconus Romane curie appellatus fuit[3], non cardi-
nalis, similiter Longobardorum ystoriographus Paulus[4] multique alii usque ad
longa tempora successive. Quapropter melius denominavit vos[a] abbas Ioachym de
ordine Floris carpinales nominando[5], quia revera optime scitis carpere et emungere
et exhaurire marsupia plurimorum. Et scripturam truphatorie et truttannice
*v. 8. iuxta vestrum irróneum[b] intellectum expónitis, dicentes I. Reg. II*: *Domini enim
sunt cardinales*[6] *terre, et posuit super eos orbem*, id est orbis dominium. eo quod
v. 13. domini terre sint. Unde illud Iob IX*: *sub quo curvantur qui portant orbem.* Sed
*v. 32. 34. dicitur Prover. III*: *Abhominatio est Domini omnis illusor. et cum simplicibus sermo-
cinatio eius.* Nam *illusores ipse delúdet et mansuétis dabit gratiam.* Cum autem
aliquem ad cardinalátum assúmitis, dicitis ei: "Accipe ánulum. in quo non est
ángulus, esto princeps mundi et colléga fratrum nostrorum". Futurum est
enim, ut puto. quod adhuc de vobis sit pontifex summus, id est papa, ex ambi-
*v. 8. tione dicturus: *Numquid non principes mei simul reges sunt?* Ys. X*. Verba fuerunt
Senacherib, qui diabolum prefiguravit[c]. De Christi vero principibus, id est de
*Ps.* 44, 17. apostolis, dictum fuit: *Constitues eos principes super omnem terram.* Quod vobis
minime convenit, quia non super omnem terram laboratis et predicatis sicut illi,
*Ps.* 18, 5. de quibus scriptum est: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fi[nes]*[d] *or[bis]*
*v. 16. *terre verba eorum*[7]. Nam Dominus dixerat eis Io. XV*: *Posui vos, ut eatis et fructum
afferatis, et f[ructus] vester maneat.* Vos autem non itis nisi ab hospitio vestro ad
*Amos* 6, 1. consistorium pape, et *ingredimini pompatice domum Israel* cum maxima comitiva.
*f. CCV[a]. A consistorio pape transitis ad mensam et comeditis et *bibitis spléndide; postea
transitis ad lectum et dormitis suaviter. Postmodum tota die estis ociosi in cameris
vestris et marcetis ignavia et delectamini cum canículis et ánulis et nepotibus
vestris et equis quadratis, et ut habeatis familiam copiosam et bene indútam et
nobilem apparatum et prosperos de parentela vestra rumores. Talis est exercitatio

a) uos *a Sal. in marg. suppl.* b) *sic c.* c) prefigurat, ui *superscripto a Sal. corr.* prefiguravit *c.* d) *quaedam verba sillabis vel litteris initialibus indicata in c.*

1) *In concilio Lugdunensi a.* 1245. *Cum haec tempore ipsius Innocentii IV. dicta esse Sal. supra p.* 226, *l.* 17. *et infra f.* 306[a]. *affirmet, personam Hugonis eo tempore loquentis hoc loco deponit et ex ipsius multo tempore post scribentis mente loquitur.* 2) *In Gestis Silvestri, Mombritius, Vitae sanctorum II, f.* 278. 3) *Hoc loco Sal. Iohannis diac. Vitam Gregorii I,* 29. *vel Pauli Hist. Langob. III,* 13. 20. *videtur laudavisse, nam a Iacobo, Leg. Aurea c. XLVI,* 3, *quem alibi Sal. de rebus Gregorii semper secutus est, diaconus cardinalis dicitur.* 4) *Qui non Romanae ecclesiae diaconus fuit.* 5) '*Pseudo-Ioachim in expositione onerum Isaiae (de quo libello vide 'N. Archiv' XV, p.* 151 *sq.* 174*)*: Tunc generalis ecclesie cardinales (cardines *cod. Bruxell.*) vel potius ex avaritie ambitu carpinales. 6) *Vulg. nempe* cardines *habet.* 7) *Iam supra f.* 304[b], *p.* 226. *hi versus allati sunt.*

vestra. Nec vobis est cure, quis peregrinus in vico iaceat, quis egeat pane, quis
induendus, quis visitandus, quis redimendus, quis sepeliendus. Certe[a] totum
mundum possetis convertere, si faceretis quod sapiens docet Prover. VI*: *Discurre,* *v. 3.
*festina, suscita amicum tuum.* Et iterum Prover. XXIIII*: *Erue eos qui ducuntur ad* *v. 11.
*mortem et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.* Vobis plus crederetur quam
aliis sacerdotibus. Et de populo scriptum est: *Reminiscentur et convertentur ad* Ps. 21, 28.
*Dominum universi fines terre.* Certe Dominus non se inclusit in una civitate
cum discipulis suis, sed *misit eos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum,*
*quo erat ipse venturus,* sicut scribit beatus Lucas X*. Vos ergo quare non sic? *v. 1.
Forte dicturi estis: "Quia mortem timemus seu penuriam pati". Sed audi, quid de
apostolis apostolus scribit I. ad Cor. IIII*: *Puto enim*[b]. *Deus nos apostolos novissimos* *v. 9.
*ostendit tamquam morti destinatos.* Et infra*: *Usque in hanc horam esurimus et siti-* *v. 11.
*mus et nudi sumus* et cet. De Domino dicitur, quod *circuibat totam Galiléam*
*docens in sinagógis eorum et predicans evangelium regni et sanans omnem langórem et*
*omnem infirmitatem in populo,* [Mat.[c] IIII*]. Summus vero pontifex, qui papa nomi- *v. 23.
natur et episcopus et servus servorum Dei, ut lucrentur denarios hi qui eum in
carcere custodiunt, tota die et nocte moratur inclusus, ut illud Ys. videatur imple-
tum XXXII*: *Erit vir sicut qui abscón†ditur a vento et celat se a tempestáte*. Et *v. 2. †f. 305b.
addidit frater Hugo: '*Si veritatem dico, quare non creditis michi? Qui est ex Deo, verba*
*Dei audit,* Io. VIII*. Nam *ego quos amo arguo et castigo,* Apoc. III†. De primo[d] habetur *v. 46. 47. †v. 19.
Prover. VIII*: *Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilaverint ad me, invenient me.* De *v. 17.
secundo habetur II. Reg. VII*: *Arguam eum in virga virorum* et cet. De tertio habetur *v. 14.
in psalmo*: *Castigans castigavit me Dominus et morti non tradidit me.* Item Iere. XXX†: *117, 18. †v. 11.
*Castigabo te in iuditio, ut non tibi videáris innoxius.* Item Iere XXXI*: *Castigasti me,* *v. 18.
*Domine, et eruditus sum quasi iuvenculus indómitus.* Item apostolus Tymotheo[e] dicit in
IIa, 4*: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Dicamus de[f] singulis *v. 2.
verbis hic positis; postea ponamus, quare apostolus ista precepit. De primo dicit
sapiens in Prover. IX*: *Argue sapientem, et diliget te.* Item Prover. XXIIII†: *Qui arguunt,* *v. 8. †v. 25.
*laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.* Sed de malis auditoribus dicit Amos V*: *v. 10.
*Odio habuerunt in porta corripientem et loquentem perfecte abhominati sunt.* Quare? Quia
*non amat pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes graditur,* Prover. XV*[g]. Et ideo *v. 12.
*in auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui,* Prover. XXIII*. *v. 9.
*Non recipit stultus verba prudentie, nisi ea dixeris que versantur in corde eius,* Prover. XVIII*. *v. 2.
Ideo dicit Prover. IX*: *Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, et diliget te*[1]. *v. 8.
Item Prover. XIX*: *Si corripueris sapientem, intelliget disciplinam*. *v. 25.

'De secundo dicit apostolus II. ad Cor. V: *Obsecramus pro Christo, reconciliámini* *v. 20.
*Deo.* Item prima[h] Petri II*: *Karissimi, obsecro vos tamquam ádvenas et peregrinos abstinere* *v. 11.
*vos *a carnalibus desideriis, que militant adversus animam.* Ideo dicit infra V†: *Seniores qui* *f. 305c. †v. 1–4.
*in vobis sunt óbsecro consénior et testis Christi passiónum, qui et eius que in futúro est reve-*
*landa glorie communicátor: Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed*
*spontánee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in*
*cleris, sed formefacti*[i] *gregis ex animo, ut*[k], *cum apparúerit princeps pastórum, percipiátis in-*
*marcessibilem glorie coronam*'.

a) *penna mutata.* b) *supple* quod *ex Vulg.* c) Mat. IIII. *in marg. a Sal. suppl.* d) De ℭ primo *c.* e) tymtheo *c.* f) uerbis hic pos. de sing. *corr.* de sing. uerbis hic pos. *c.* g) *numerus* XV *postea in loco vacuo relicto a Sal. suppl.* h) p̄ᵃ (prima) *in loco raso.* i) *cf. supra f.* 275a, *p.* 154, *n.* m. k) *cf. supra p.* 155, *n.* a.

1) *Iam supra l.* 28. *haec verba allata sunt.*

*v. 13. 'De tertio dicit apostolus ad Titum I[*]: *Increpa illos dure, ut sani sint in fide.* Ideo
*v. 1. †v. 10. dicit sapiens Prover. XII[*]: *Qui odit increpationes, insipiens est.* Item Prover. XV[†]: *Qui*
*v. 31. 32. *increpationes odit, morietur.* Item eodem[*]: *Auris, que audit increpationes vite, in medio sapientium commorabitur. Qui abicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis*'.

2. Tim. 4, 2. 'Dictum est[1]: *Argue, obsecra, increpa.* Sequitur: *In omni patientia et doctrina.*
*v. 29. De primo dicitur Prover. XIIII[*]: *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem*
*v. 32. *impatiens est, exaltat stultítiam suam.* Item Prover. XVI[*]: *Melior est patiens viro forti, et*
*v. 19. *qui dominatur animo suo, expugnatóre urbium.* Item Prover. XIX[*]: *Qui impatiens est, susti-*
*v. 15. *nebit dampnum.* De secundo dicitur Prover. XIII[*]: *Doctrina bona dabit gratiam, in itinere*
*v. 10. *contemptorum vorago.* Item Prover. XV[*]: *Doctrina mala deserenti viam vite.* Item Prover.
*v. 8. XII[*]: *Doctrina sua noscitur*[a] *vir; qui autem vanus et excors est, patebit contemptui.* Item
*v. 11. Prover. XIX[*]: *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria eius est iniqua pretergredi*'.

'Porro post verba premissa apostolus subdit causam, quare dixerit arguendum, ob-
*f. 305[d]. †v. 3. 4. se*crandum et increpandum. Dicit enim II. ad Thimo. IIII[†]: *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Ex quibus revera vos estis, qui fabulas inquiritis et rumores. Dicite michi, quis ex collegio vestro — de cardinalibus loquor — cathalogo sanctorum adhuc fuit ascriptus? Certe Damasus papa a vobis de adulterio fuit incriminatus[2]. Ieronimus turpiter et ignominiose fugatus. Ipse vero sapienter fecit recedendo[3] a vobis et dando *locum ire,*
*v. 19. †v. 3. Ro. XII[*]. Nam, ut docet sapiens in Prover. XX[†]: *honor est homini qui séparat se*
Seneca. *a contentionibus.* Seneca quoque dicit[4], quod *magna pars sanctitatis est hortatores insanie reliquisse.* Certe[b] utilior fuit Ieronimus ecclesie Dei recedendo a vobis, quam si stetisset vobiscum et papa fuisset[5], quia, si papa fuisset, forte fecisset diacones IIII[or] et presbiteros V et episcopos per diversa loca numero XV et paténas vitreas ordinasset tenendas[6]. Postquam autem a vobis recessit, multos edidit libros et multos exposuit et Bibliam transtulit. Et hec dicta sufficiant'[7].

Act. 7, 54. *Audientes*[c] *autem hec* cardinales *dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum.* Non tamen habuerunt audatiam respondendi, quia timor Domini irruerat
Ezech. 3, 14. super eos[8], et *manus Domini erat cum isto.* Mirabantur tamen, quod tam audácter loquebatur ad eos; et tarde visum fuit eis, quod ab eis recederet et foras egrederetur, nec rogaverunt eum dicentes: *Audiemus te de hoc iterum,* sicut Athenienses
*v. 32. leguntur Paulo dixisse Act. XVII.[*] Papa vero, antequam egrederetur, curiáliter

a) noscetur *Vulg.* b) *penna mutata.* c) *hoc loco versus novus non coeptus est, nec* ℂ *positum, postea vero a Sal. in margine littera initialis* A *atramento nigro et minio picta est.*

1) *Supra p.* 229, *l.* 26. 2) *Quod Sal. in Sicardi Cronica, SS. XXXI, p.* 125, *vel potius in Libri de temp. c.* 41 *(non edito: cf. SS. XXXI, p.* 396*) legit.* 3) *Haec de Hieronymo ex Iacobi Legenda Aurea c. CXLVI* (141), *ed. Grässe p.* 654. 4) *Cf. supra f.* 260[a], *p.* 124, *n.* 1. 5) *Iac. de Varagine enim l. l. scribit:* mortuo autem Liberio papa Hieronymus dignus summo sacerdotio ab omnibus acclamatur. 6) *Non certum locum Libri pontificalis exscripsit, sed quales in quarumque Vita pontificum leguntur Sal. imitatus est: cf. Gesta pont. I, p.* 20. 7) *Sane non dubitabis, quin tota oratio longa Hugonis a fratre Salimbene composita sit, quae eius indole scripta, locis Bibliae eius more et locis ab eo alibi etiam allatis referta sit.* 8) *Luc.* 1, 12: timor irruit super eum; 2. *Paral.* 20, 29: Irruit autem pavor Domini super . . . regna.

*F.* CCCVI[a]. Quod papa Innocentius commendavit fratrem Hugonem de verbis que in consistorio dixerat cardinalibus.

*F.* 306[b]. Quod frater Hugo audaciam habuit a papa et a Deo, ut cardinalibus diceret quicquid vellet.

---

dixit ei *Iob XXXII†: '*Ut video, spiritus est in hominibus, et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Nam *spiritus ubi vult spirat,* nec *est in hominis ditione*[a] *prohibere spiritum.* Benedicáris tu, fili, a summo Deo excelso, quia multa bona dixisti nobis. *Beati qui te viderunt et in amicicia tua decoráti sunt.* Vade in pace, et *benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput* tuum!' Hec facta sunt in civitate Lugdunensi in consistorio pape Innocentii quarti[1], presentibus Romane curie cardinalibus, qui rumores ab eo audire volebant et multa futura. Hec audivi ab ore fratris Hugónis, et ut audivi, ita descripsi[2]. Cumque dixissem ei, quod mirabar de duobus, videlicet quomodo sustinuerunt eum contra se tot verba dicentem, et quomodo poterant eum auctoritatibus Biblie et plenitudine potestatis confundere, si scivissent, respondit michi dicens, quod non potuerunt propter duo. 'Primo propter securitatem summi pontíficis, cuius auxilio et audátia eram frétus[b]. Nam[c] summus pontifex misit pro me, et congregatis cardinalibus in consistorio, steti in medio eorum[3], et dixit michi: "Audivimus de te, quod magnus clericus sis et bonus homo et spiritualis. Sed et hoc audivimus, quia successor sis abbatis Ioachim in prophetiis et magnus Ioachita. *Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo ássumus audire omnia, quecumque tibi precepta sunt a Domino,* Act. X*. Quapropter, *si quis est* tibi *sermo exortationis,* propone et edíssere nobis, quia *permittitur tibi loqui pro temetipso,* Act. XXV*[d]. *Nam de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur,* Act. ultimo"*. Tunc respondi et dixi: "*Non sum propheta* †nec *filius prophete,* sed credo prophetis. Si autem vultis, quod loquar in conspectu vestro, promittite michi, quod patienter expectabitis me loquentem usque ad finem verborum meorum, et *vivit Dominus, quia, quodcumque dixerit michi Dominus, hoc loquar,* nec faciam sermonem excogitatum et ordinatum, nec loquar vobis placentia nec videbo vobis errores[e, 4], sed *tangam montes, et fumigabunt.* Nam *Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* Ideo Paulus apostolus dicit se in hoc culpabilem non fuisse, Gala. I*: *Si adhuc,* inquit, *hominibus placérem, Christi servus non essem.* Ieremias quoque plangendo ruinam civitatis Ierusalem ímputat urbis excidium prophetarum adulationibus et silentio tacite veritatis, dicens Tren. II*: *Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas et eiectiones.* Sed *cui loquar, et quem contestabor, ut audiat?* Iere VI*: *Ecce incircumcise*[f] *aures eorum, et audire non possunt. Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, et non suscipient illud. Idcirco furore Domini plenus sum*". Tunc dixit papa: "*Loquere terre, et respondebit tibi,* et noli subtrahere verbum ex his que Dominus in ore tuo posuerit, quia patienter audiemus te usque ad finem loquentem". Tunc ceperunt dicere cardinales despective loquendo: "Cuiusmodi rumores habet homo iste?"[5] Tunc assumpta parabola et principio ex themate sive ex verbo, quod de

[Margin: *f. CCCVI[a]. †v. 8. — *Ioh.* 3, 8. — *Eccl.* 8, 8. — *Eccli.* 48, 11. — *Deut.* 33, 16. — *v. 33. — *Act.* 13, 15. — *26, 1. — *28, 22. — †f. 306[b]. — *Amos* 7, 14. — 3. *Reg.* 22, 14. — *Ps.* 143, 5. — *Ps.* 52, 6. — *v. 10. — *v. 14. — *v. 10. 11. — *Iob* 12, 8.]

a) *cf. supra p.* 174, *n.* d. b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *penna mutata.* d) *sic c.* e) errore *corr.* errores *c.* f) ic9cise *c.*

1) *Itaque inter a.* 1244. *Dec.* 2. *et a.* 1248. *Ian. Cf. quod Angelus de Clarino, Hist. tribul., pers. IV, 'Archiv für Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 282, *de fratre Hugone Lugduni prophetante dicit.* 2) *Nugaris, frater Salimbene!* 3) *Luc.* 24, 26: stetit Iesus in medio eorum. 4) *Cf. Is.* 30, 10: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. 5) *Cf. supra f.* 304[a], *p.* 226.

rumoribus dederant michi, prosecutus sum verba que Dominus michi dedit. Nam
*f. 306c. ipse est qui dixit: *Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere*
*v. 15. Ps. 80, 11. *et contradicere omnes ad*versarii vestri.* Luc. XXI*. Et iterum: *Aperi* — sive *dilata* [1] —
Ps. 67. 12. 34. *os tuum, et implebo illud.* Et iterum: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute*
*multa.* Et *dabit voci sue vocem virtutis**. Verba autem, que coram papa et cardi-
nalibus locutus est frater Hugo, superius plena fide descripsi [2]. Cum autem dixis-
sem ei, quod faciliter eum confundere poterant, si dixissent: *Stultus si tacuerit,*
*v. 28. *sapiens reputabitur, et si compresserit labia sua, intelligens.* Prover. XVII*. Et iterum
*v. 10. Prover. XXVI*: *Iudicium determinat causas, et qui imponit stulto silentium, iras mitigat.*
*v. 25. 'Et poterant dicere pape, quod daret vobis unam disciplinam dicendo Prover. XIX*:
*v. 11. *Pestilente flagellato stultus sapientior erit.* Et iterum Prover. XXI*: *Mulctato pesti-*
*lente sapientior erit parvulus*'. Et quod non erat apostolis melior [3], qui in Actibus
*v. 3. apostolorum flagellati leguntur, Act. V; papa quoque illud Ys. XLVII.* dicere
poterat: *Ultionem capiam, et non resistet michi homo.* Et respondit frater Ugo
et dixit michi: 'Si dedissent michi disciplinam, alácriter recepíssem eam et dixis-
Ps. 17. 36. sem: *Disciplina tua correxit me in finem, et disciplina tua ipsa me docebit.* Et iterum
*v. 41. Act. V*: *Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro*
*nomine Iesu contuméliam pati*'. Iterum dixit michi frater Hugo, quod impossibile
erat, quod eum offenderent, tum quia papa promiserat, quod diceret quicquid vellet,
Ezech. 3, 14. et securitatem dederat defendendi, tum etiam quia *manus Domini erat mecum,* qui
*v. 17–19. dicit Iere. I*: *Tu ergo accinge lumbos tuos et surge et loquere ad eos omnia que ego precipio*
*tibi. Ne formides a facie eorum. Nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi*
*f. 306d. *te hodie in civitatem munitam et in columnam ferream et in murum ereum super omnem*
*terram, regibus Iuda et principibus eius et sacerdotibus et omni populo terre. Et bellabunt ad-*
*versum te et non prevalebunt, quia tecum ego sum, ait Dominus, ut liberem te.* Et iterum
*v. 8. 9. ait Eze. III*: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum et frontem tuam duriorem*
*frontibus eorum. Ut adamántem et ut silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos neque métuas*
*v. 7–9. *a facie eorum, quia domus exásperans est.* Item Ys. L.* dicit: *Dominus Deus auxiliator meus,*
*et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam et scio, quoniam*
*non confundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet michi? Stemus simul, quis est ad-*
*versarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet*
*v. 31. *me?* Item apostolus ad Ro. VIII*: *Si* [a] *Deus pro nobis, quis contra nos?* Ideo dicebat
*v. 3. Iob XVII*: *Libera me, Domine, et pone me iuxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me.*
*v. 12. Item Sapien. VIII*: *Tacentem me sustinebunt et loquentem me respicient et sermocinantem* [b] *me*
*plura, manus ori suo imponent.* Benedictus Deus, qui me de hac materia expedivit!

Porro [c] frater Hugo solitus erat dicere, quod IIIIor habebat amicos, quos specialiter diligebat. Quorum primus erat frater Iohannes de Parma, generalis minister [4]; et hoc congruum fuit, quia ambo erant magni clerici et spirituales viri

a) *penna mutata.* b) sermocinante *Vulg.* c) Po *in loco raso, cum littera initiali* P *atramento nigro et minio picta, ubi antea simplex* P *scriptum fuisse patet.*

1) Dilata *habet Vulg. Ps.* 80, 11. *et ita infra f.* 324c. 2) *Quod nemo credet, immo sua verba suo more Sal. procul dubio scripsit: etiamsi aliqua iis insint, quae Hugo locutus erat.* 3) *Scil. Hugo.* 4) *Cf. Angelus de Clarino, Hist. tribul., pers. IV, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 282: Frater Hugo de Digna in omnibus et per omnia idem cum fratre Iohanne *(de Parma)* senciebat.

*F.* CCCVII[a]. De fratre Guilielmo, qui fecit Summam de vitiis et virtutibus, et de alio Guilielmo, qui dictus est Britto, qui similiter eiusdem nominis composuit librum.

*F.* 307[b]. Quod notitiam habui fratris Hugonis, cum adhuc essem iuvenculus in conventu Senensi.

---

et maximi Iohachíte. Cuius etiam amore michi fuit familiaris, et quia videbar credere scripturis abbatis Ioachim de ordine Floris. Secundus eius amicus fuit archiepiscopus Viennensis[1], qui fuit sanctus homo et litteratus et honesta persona et ordinem beati Francisci multum dilexit. Nam amore fratrum Minorum *fecit *f. CCCVII[a]. fieri pontem lapideum super Ródanum, eo quod fratribus ultra fluvium in territorio suo ad habitandum dederat locum. Et cum essem aliquando Vienne[2], venit frater 1249. Guillielmus[a] ex ordine Predicatorum, qui fecerat Summam de vitiis et virtutibus[3], de Lugdúno Viennam causa predicandi et confessiones audiendi. Et quia in civitate illa fratres Predicatores locum non habebant, declinavit ad hospitandum cum Minoribus fratribus; et placuit guardiano, quod eum associarem, et familiariter fui cum eo, et ipse mecum, quia humilis et curialis homo erat, quamvis parve stature. Cumque interrogassem eum, quare in Vienna fratres Predicatores locum non habebant, dixit michi, quod potius volebant Lugdúni unum bonum conventum habere, quam vellent habere tantam locorum multitudinem. Et rogavi ipsum, quod predicaret fratribus in festo annuntiationis beate virginis, quod instabat, eo *Mart.* 25. quod libenter desiderabam ipsum audire. Nam tractatum de sermonibus fecerat preter Summam. Et dixit michi, quod, si guardianus diceret sibi, obediret libenter. Et factum fuit ita. Et fecit pulcherrimum sermonem de annuntiatione beate virginis. Cuius thema sive exordium tale fuit: *Missus est angelus.* Alia vice me *Luc.* 1, 26. existente ibidem[4] supervenit frater Guillielmus[a] Brítto ex ordine Minorum, cuius *(Apr.)* est Libri memoria; et quantum ad brevitatem stature assimilabatur priori Guillielmo[b], cuius supra mentionem feci, non autem quantum ad mores, quia magis furibundus et impatiens videbatur, ut parvulorum natura consuevit habere. Unde illud[5]:

*Vix humilis parvus, vix longus cum ratione,*
*Vix reperitur homo ruffus sine proditione.*

In conventu etiam Lugdunensi audivi ipsum corrigentem ad mensam presente *(Apr.)* fratre Iohanne de Parma generali ministro[6], *et papa Innocentio quarto Lugdúni *f. 307[b]. morante. Et adhuc frater Guillielmus[a] non fecerat librum suum, qui suo nomine titulatur. Porro tertius fratris Hugónis amicus fuit Robertus Grossa-testa Linconiensis[c] episcopus[7], unus de maioribus clericis de mundo. Hic secundo post Burgundiónem iudicem Pisánum transtulit Damascénum[8] et Testamenta patriarcharum XII et multos alios libros. Quartus eius amicus fuit frater Adam de

a) Guilłs *c.* b) guilło *c.* c) *sic c.*

1) *Iohannes I. a.* 1218—1266. 2) *A.* 1249. *mense Martio, cum Ianua Lugdunum proficisceretur; cf. infra f.* 343[c]. 3) *Affertur in catalogo scriptorum ordinis Praedicatorum edito a H. Denifle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 228, *nr.* 19, *ubi falso dicitur archiepiscopus Lugdunensis.* 4) *A.* 1249. *mense Aprili, cum Lugduno Ianuam reverteretur; cf. infra f.* 344[a]. 5) *Eosdem versus vide iam supra f.* 266[c], *p.* 137. 6) *A.* 1249. *mense Aprili; cf. infra f.* 338[d]. 339[a]. 343[c. d]. 344[a]. 7) *A.* 1235—1253. 8) *Cf. Ehrhard apud Krumbacher, 'Gesch. der byzant. Litteratur' ed.* 2. *p.* 70.

*F.* 307[c]. De scientia fratris Hugonis, que in synodo Lucensi fuit multipliciter commendata.

*F.* 307[d]. Quomodo frater Hugo convicit magistrum Rainerium Pisanum, qui se philosophum esse dicebat.

---

Marísco ex ordine fratrum Minorum, unus de maioribus clericis de mundo. In Anglia claruit et multa scripta fecit sicut Linconiensis. Ambo fuerunt Anglici et ambo socii et ambo in episcopali ecclesia fuerunt sepulti. Tertius istorum duorum socius fuit magister Alexander[1] ex ordine fratrum Minorum, natione Anglicus et magister cathedrátus Parisius, qui multa opera scripsit, et ut dicebant omnes qui eum bene noverant, suo tempore similem sibi in mundo non habuit.

1241—43. Recordor[a], quod, cum essem iuvenculus[b] et in conventu Senensi habitarem[2] in Tuscia, frater Hugo a curia Romana redíbat et audientibus fratribus Minoribus et Predicatoribus, qui ad eum videndum venerant, mirabilia de gloria paradisi et de contemptu mundi dicebat, et de quacumque questione interrogatus fuisset, *Luc.* 2, 47. statim sine mora omnibus respondebat. Et mirabantur *omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius.* Cum autem esset Pistorii, et in civitate Lucensi in quarta feria cinerum instaret[c] synodus celebranda, nec haberent fratres de Luca qui predicaret ibidem, occurrerunt fratri Hugoni rogantes eum, ut pro isto negotio eis succurrere dignaretur. Quod promisit et fecit. Venit autem *f. 307c. Lucam de Piscia ea hora solummodo, *qua ad episcopalem ecclesiam erat iturus; et totus conventus congregatus volebat eum associare et causa honoris et desiderio audiendi ipsum. Videns vero fratres extra portam, miratus dixit: 'Há Deus! quo tendunt isti?' Et responsum est ei, quod propter honorem suum faciebant hoc fratres, et quia volebant ipsum audire. Et dixit: 'Non requiro talem honorem, quia non sum papa. Si autem volunt audire, veniant, postquam fuerimus ibi, et ego[d] precedam cum uno socio et non ibo cum ista caterva'[e]. Cum autem pervenissent illuc, invenerunt omnes congregatos et paratos ad audiendum, quia ultimus qui dicturus erat suum terminabat sermonem. Sermocinatus est ergo frater Hugo et talia dixit ad cleri edificationem et consolationem, quod mirati sunt uni- *Luc.* 4, 22. versi ex *verbis gratie, que procedebant ex ore* eius. Et dicebant clerici[f] episcopatus Lucensis usque ad multos annos, quod nunquam audiverunt hominem ita bene loquentem. Nam alii ita recitaverant suum sermonem sicut unum psalmum, quem cordétenus didicissent. Et commendaverunt fratrem Hugonem usque ad multa tempora et sermonem suum, et totum ordinem dilexerunt et in reverentia 1248. habuerunt occasione ipsius. Alio tempore audivi ipsum populo predicantem in provincia Provincie iuxta Ródanum apud Tarascónem[3]. Et fuerunt in illa predicatione homines et mulieres de Tarascóne et de Belícadro, que sunt duo nobilissima castra iuxta se posita, excepto quod Ródanus dividit inter utrumque; et in quolibet castro est bonus conventus fratrum Minorum. Fuerunt etiam in[g] illa predicatione de civitate Avignionis homines et mulieres et de civitate Arelatensi simi- *f. 307d. liter. Et dixit eis, ut audivi auribus meis, verba edificationis, verba uti*lia, verba

a) *penna mutata.* b) cl͡s (culus) *e corr.* c) instare *corr.* instaret *c.* d) ego *in marg. a Sal. suppl.* e) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.* f) clerici *in marg. a Sal. suppl.* g) in *a Sal. superscr.*

1) *de Hales, qui obiit a.* 1245. 2) *A.* 1241—1243. 3) *Quod factum est a.* 1248. *Sept., inter diem* 15. *et* 25. *huius mensis; cf. infra f.* 333[c.d].

*F.* CCCS[a]. De comite Provincie et de filiabus suis.

---

melliflua, verba salutifera. Et audiebatur ab eis libenter sicut Iohannes Baptista, [1248.] sicut homo Christus Iesus, quia sicut prophetam eum habebant dicentes, *quia hic* [*cf.* 1 *Tim.* 2, 5.] *est vere* **propheta, qui venturus est in mundum.* Io. VI*. Non credunt ista qui con- [**v.* 14.] simili gratia sunt privati. Non sine causa dictum fuit Eccli. XL4*[a]: *Non est in-* [**v.* 20.] *ventus similis illi, qui conser[vavit] legem excelsi.* Valde ridiculosum est, si nolo credere, quod aliquis sit episcopus vel papa, quia ego non sum. Item in curia[1] comitis Provincie erat quidam magister Rainerius, natione Pisanus, qui se generalem philosophum[b] esse dicebat; et ita iudices et notarios atque médicos curie confundebat, quod nullus ibi honorifice vivere poterat. Exposita itaque tribulatione sua fratri Hugoni rogaverunt ipsum, ut eis dignaretur succurrere atque ab adversario pessimo defensare. Quibus frater Hugo dixit: 'Ordinate cum comite in palatio disputationis diem, et sint presentes cum comite milites et potentes, iudices et notarii atque phísici, et disputate cum eo; et mittat pro me comes, et ostendam et probabo ei, quod ipse sit asinus, et celum sit sartago'. Facta fuerunt omnia ista. Et ita involvit eum et conclusit ei, quod erubuit esse in curia comitis et insalutato hospite recessit, nec áusus fuit postea habitare ibidem nec etiam apparére. Erat enim magnus sophista et credebat cum sophismátibus suis omnes invólvere. Sed dicitur Eccli. XXXVII*: *Qui sophístice loquitur, odibilis est, in omni* [**v.* 23. 24.] *re defraudabitur. Non est illi data a Domino gratia, omni enim sapientia defraudátus est.* Liberavit ergo frater Hugo *pauperes a potente et pauperes, quibus non erat [**f.* CCCS[a].] adiutor[2]. Et osculabantur manus et pedes fratris Hugonis, eo quod liberasset eos de manu potentis. Et impleta est scriptura que dicit Iob XXIX*: *Auris audiens* [**v.* 11. 12.] *beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat michi, eó quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum, cui non esset adiutor.* Item alia scriptura dicit Eccle. V*: *Si* [**v.* 7. 8.] *víderis calumnias egenórum et violenta iuditia et subverti iustitiam in provincia, non miréris super hoc negotio, quia excelso alius excelsior est, et super hos quoque eminentióres sunt alii, et insuper universe terre rex imperat servienti.* Item Ys. L*: *Dominus dedit michi linguam* [**v.* 4.] *erudítam, ut sciam sustentáre eum qui lassus est verbo.* Item Eccli. ultimo*: *Dedit* enim *michi* [*51, 30.] *Dominus linguam mercedem meam, et in ipsa laudabo eum.* Nota, quod iste comes, de quo supra dixi, [dictus[c] est Raimundus Berengarii[3], et fuit pulcher homo et amicus fratrum Minorum et] fuit pater regine Francie[4] et regine Anglie[5], et tertiam eius filiam[6] habuit uxorem frater[7] regis Anglie, et quartam[8] Károlus frater regis Francie, ex qua habuit comitatum Provincie. Porro in provincia Provincie est quoddam castrum valde populosum inter Massiliam et Victimilium sive Niciam iuxta mare, per viam que vadit Ianuam; et sunt ibi aree saline, quia[d] ibi fit sal, et ideo ab areis vocabulum habet[9]; et est ibi maxima multitudo mulierum et hominum penitentiam facientium etiam in habitu mundiali in domibus suis. Hi fratribus Minoribus valde devoti sunt et libenter audiunt verbum Dei, cum predicatur a fratribus.

a) *numerus in loco vacuo relicto a Sal. post suppl.* b) plim *c. h. l. et in inscriptione columnae.* c) *uncis inclusa in infer. marg. alio atram. a Sal. suppl.* d) q (qui) *corr.* q̈ *c.*

1) *Infra f.* 333[b]. *Sal. dicit Raimundum Berengarium IV. comitem plerumque in civitate Aquensi moratum esse.* 2) *Cf. Ps.* 71, 12: quia liberabit pauperem a potente et pauperem, cui non erat adiutor. 3) *IV. a.* 1209—1245, *qui obiit a.* 1245. *Aug.* 19. 4) *Margaretae, uxoris Ludovici IX.* 5) *Alienoris, uxoris Heinrici III.* 6) *Sanciam.* 7) *Richardus.* 8) *Beatricem.* 9) *Arearum (Hyères).*

*F.* 308[b]. Quod frater Hugo libenter et plus habitabat in loco fratrum Minorum de Areis.

*F.* 308[c]. De duobus Ioachitis, qui predicebant regem Francie a Saracenis in ultramarinis partibus capiendum.

---

*f. 308b. Nam fratres Predicatores ibi locum non habent. *quia delectantur et consolantur
in magnis conventibus habitare potius quam in parvis[1]. In isto castro specialiter
et plus habitabat frater Hugo. Et erant ibi multi notarii et iudices atque médici
et alii litterati, qui diebus sollemnibus ad cámeram fratris Hugonis conveniebant,
ut de doctrina abbatis Ioachim audirent ipsum loquentem atque docentem et exponentem sacre scripture misteria et predicentem futura. Erat enim magnus
Ioachíta et omnes libros abbatis Ioachim de grossa littera habebat. Et interfui
1248. *Ind.* etiam ego ipse isti doctrine, ut audirem fratrem Hugonem[2]. Nam prius eram
edoctus et hanc doctrinam audieram, cum habitarem Pisis[3], a quodam abbate de
ordine Floris, qui erat vetulus et sanctus homo, et omnes libros suos a Ioachim
éditos in conventu Pisano sub custodia collocaverat, timens, ne imperator Fridericus monasterium suum destrueret, quod erat inter Lucam et civitatem Pisanam,
per viam que vadit ad civitatem Lunensem. Credebat enim, quod in Friderico
tunc temporis omnia essent complenda misteria, eo quod cum ecclesia discordiam
habebat non modicam. Frater[a] vero Rodulfus de Saxonia, lector Pisanus, magnus
logicus et magnus theologus et magnus disputator, dimisso studio theologíe, occasione illorum librorum abbatis Ioachim, qui in domo nostra repositi erant, factus
est maximus Ioachíta. Nam et postea, cum instaret primo passágium regis Francie
1247/8. ad Terre Sancte succursum, et habitarem Pruvini[b, 4], erant ibi duo fratres totaliter
Ioachíte, qui me totis nisibus ad doctrinam illam trahere conabantur; quorum
*f. 308c. unus erat de Parma *et dicebatur frater Bartholomeus Guísculus[5]. De civitate
mea hic erat, curialis et spiritualis homo, sed magnus prolocutor et magnus Ioachita et partem imperialem diligens. In conventu Capuano aliquando guardianus
fuit. In omnibus operibus suis velocissimus fuit[6]. In quodam generali capitulo
Rome[7] ultimum diem clausit. In seculo in gramatica rexit. In ordine vero scri-
Eccli. 48, 15. bere, miniáre, dictare et multa alia facere scivit. *In vita sua fecit monstra et in morte mirabilia operatus est.* Nam talia vidit in egressu anime, quod omnes fratres
qui presentes erant admirati sunt. Alius erat frater Ghirardinus de Burgo
Sancti Donini, qui in Sicilia creverat et in gramatica rexerat, et erat morigeratus iuvenis, honestus et bonus, hoc excepto[c], quod nimis fuit obstinatus in
dictis Ioachym et similiter proprie opinioni inseparabiliter adhesit. Hi duo sollicitabant me, ut scriptis abbatis Ioachim crederem et in eis studerem. Habebant
enim Expositionem Ioachim super Ieremiam[8] et multos alios libros. Et cum rex

a) *penna et atram. mutata.* b) p̈ruini (Pruruini) *c.* c) *a* cepto *penna mutata.*

1) *Cf. supra f.* 307[a], *p.* 233. 2) *De tempore vide supra f.* 303[d], *p.* 225 *sq.* 3) *A.* 1243—1247 *in.* 4) *A.* 1247. *Dec.* 13—1248. *Febr.* 1; *cf. supra f.* 298[b], *p.* 212. 5) *De hoc vide supra f.* 301[c], *p.* 220, *infra f.* 439[d], *ubi ex parte repetita sunt quae hoc loco dicuntur.* 6) *Cf. Eccli.* 31, 27: In omnibus operibus tuis esto velox. 7) *A.* 1257. *Febr.* 2. *celebrato, ut videtur, de quo vide infra f.* 339[a]. 8) *Qui liber non a Ioachim conscriptus, sed ei fallaciter addictus est, editus Venetiis* 1519. 1525. 4°. *Coloniae* 1577. 8°. *Sed liber editus sane multum discreparit ab eo quem Sal. legit, postea retractatus, ut et excerpta codicis Bruxellensis et loci a Sal. allati docent: cf. quae exposui 'N. Archiv' XV, p.* 150.

*F.* 308[d]. De fratre Mauricio, qui fecit Distinctiones ad predicandum.
De fratre Gerardino[a], qui fecit libellum, de quo improperatum est ordini fratrum Minorum ab emulis nostris.
*F.* CCCIX[a]. Quod abbas Ioachym tria habuit impedimenta, ut sibi contradicatur et de facili non credatur.

---

Francie tempore illo cum aliis crucesignatis prepararet se ad transfretandum, isti 1247/8.
subsannabant et deridebant dicentes, quod male cederet ei, si iret, sicut postea
demonstravit eventus; et ostendebant michi in Expositione Ioachim super Iere-
miam [1] sic scriptum esse, et ideo expectandum implendum. Et cum diceretur per
totam Franciam in missa conventuali qualibet die per totum annum psalmus *[b]: *78.
*Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam* et cet., isti similiter deridebant dicentes:
'Oportet impleri scripturam que dicit Tren. III *: *Opposuisti nubem tibi, ne transeat* *v. 44.
*oratio.* Nam rex Francie capietur, et Gallici *debellabuntur, et pestilentia multos *f. 308[d].
assúmet'. Et facti sunt isti duo exosi fratribus de Francia, qui dicebant, quod
in precedenti passagio [2] fuerant ista completa. Erat autem tunc temporis in
conventu Pruvinensi frater Mauricius lector, pulcher homo et nobilis et valde litte-
ratus. Nam in seculo semper studúerat Parisius et in ordine VIII annis. Hic
erat de Pruvinensi districtu, quia in Francia nobiles morantur in villis et in posses-
sionibus suis, burgenses vero in civitatibus habitant [3]. Est autem Pruvinum
nobile castrum in Campania Gallie, distans a Parisius per XXV léuchas. Hic
igitur frater Mauricius erat meus amicus noviter factus et dixit michi: 'Frater
Salimbéne, noli credere istis Ioachitis, quia ipsi turbant fratres suos cum sua
doctrina, sed adiuva me in scribendo, quia ego volo facere bonum opus distinctio-
num, quod valde utile erit ad predicandum'. Tunc voluntarie separati sunt 1248.
Ioachite. Nam ego ivi Altisiódorum [4] ad habitandum, frater Bartholomeus ad
conventum Senonensem, frater Ghirardinus Parisius missus fuit [5], ut studeret pro
provincia Sicilie, pro qua receptus fuerat; et studuit ibi IIII[or] annis, et excogi-
tavit fatuitatem componendo libellum et divulgavit stultitiam suam propalando 1254.
ipsum ignorantibus fratribus. De quo libello iterum dicam [6], cum ad papam
Alexandrum quartum pervenero, qui ipsum reprobavit. Et quia occasione istius
libelli improperatum fuit ordini et Parisius et alibi, ideo predictus Ghirardinus,
qui libellum fecerat, privatus fuit lectoris officio et predicationibus et confessio-
nibus audiendis et omni actu legit*timo ordinis [7]. Et quia noluit rescipiscere [c] et *f. CCCIX[a].

a) *sic h. l. c.* b) .ps̄. *c.* c) *sic c.*

1) *Eundem locum Sal. in mente habuisse videtur, quem Albertus Stad., SS. XVI, p.* 372, *tanquam cladem regis Franciae in Aegypto prophetantem affert, Interpret. in Ier. c.* 46 *(ed. Colon. p.* 376*):* ad flumen Eufratem . . . victi sunt Francorum exercitus et ruerunt, quia superatur Francus [ad flumen Eufraten, id est fortitudinem imperii, preliabitur et ruet Francorum exercitus . . . . quoniam superatus Francorum exercitus *cod. Bruxell.*] *etc., licet Pseudo-Ioachim hoc de proelio Germanorum et Francorum dixerit. Sal. potuit etiam hunc locum indicare, Interpr. c.* 2, *p.* 46: ut sic fortis impingat in fortem, et ad flumen magnum Eufratem imperii [impii *ed.*] omnis Francus corruat superatus. 2) *Scilicet in expeditione Damiatina a.* 1218—1221, *in qua exercitus Christianorum captus est.* 3) *Eadem vide supra f.* 302[b], *p.* 222. 4) *Quo ivit Parisiis et Senonibus brevi tempore moratus a.* 1248. *mense Martio; cf. supra f.* 298[b—d], *p.* 212—214. 5) *Tamen hunc iterum vidit Sal. Senonibus mense Febr. Mart. a.* 1248; *vide infra f.* 399[d]. 6) *Infra f.* 399[b—d], *sub a.* 1253. 7) *Quod a.* 1255, *ut videtur, factum est, cum liber eius ab Alexandro IV. papa a.* 1255. *Oct.* 23. *damnatus esset; cf. infra f.* 400[d]. *et quae*

*F.* $309^{b}$. Quod abbas Ioachim non limitavit[a] aliquem certum terminum de Antichristo nec de fine mundi.

---

culpam suam humiliter recognoscere, sed perseveravit obstinatus procaciter in pertinacia et contumacia sua, posuerunt eum fratres Minores in compedibus et in
*3. Reg.* 22, 27. **v.* 25. carcere et *sustenta*verunt *cum pane tribulationis et aqua angustie*[1], dicentes Iosue VII*: *Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac*[b]. Iste miser nec sic voluit resilíre
**v.* 19. a proposito obstinationis sue, donec[c] *vexatio* dedit *audítui intellectum*, Ys. XXVIII*.
**v.* 22. Et ideo impleta est in eo scriptura que dicit Prover. XXVII*: *Si contúderis stultum in pila quasi tipsánas*[d] *feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.* Permisit itaque se mori in carcere et privatus fuit ecclesiastica sepultura, sepultus in angulo orti[2]. Cognoscant igitur omnes, quod rigor iustitie servatur in ordine fratrum Minorum contra ordinis transgressores. Non igitur unius stultitia est toti
*Eccl.* 1, 15. *Sap.* 6, 26. ordini imputanda, quia, sicut *stultorum infinitus est numerus*, sic *multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum.*

1248. *Iul.* Porro[e] anno Domini $\mathrm{M^{0}CC^{0}XLVIII^{0}}$, cum essem Areis cum fratre Hugóne[3], videns ille, quod de doctrina abbatis Ioachim inquirebam et libenter audiebam aplaudendo[f] et congaudendo[g], cepit dicere michi: 'Es tu infatuatus sicut alii, qui istam doctrinam secuntur?' Revera fatui reputantur a multis. Nam, quamvis abbas Ioachim fuerit sanctus homo, tamen tria habuit impedimenta, ut sibi contradicatur. Primum fuit reprobatio libelli sui, quem édidit contra magistrum Petrum Lombárdum[4], in quo appellavit eum hereticum et insanum, sicut in alia cronica posui. Et quamvis male dixerit abbas Ioachim, excusari tamen potest eo
**v.* 2. †*f.* $309^{b}$. modo, quo apostolus ad Ro. X*. Iudeos excu†sat dicens: *Testimonium enim perhíbeo illis, quod emulationem quidem*[h] *habent, sed non secundum scientiam.* [Visum[i] enim fuit abbati Ioachim, quod magister Petrus poneret quaternitatem in trini-
*Decret.* I, 1, 2. tate, cum dixit[5]: *Quoniam quedam summa res est pater et filius et spiritus sanctus, et illa non est generans nec genita neque procedens.* Unde asserit, scilicet abbas Ioachim, quod non tam trinitatem quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas et illam communem essentiam quasi quartam. Sed hanc materiam plenius descripsi in alia cronica breviori, sicut in Decretalibus[6] continetur. In qua similiter posui octo loca, in quibus magister Petrus in Sententiis male dixit. Require in cronica de similitudine et exemplis,

a) litauit *corr.* limitauit *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) nec, do *a Sal. superscripto corr.* donec *c.* d) *sic h. l. et infra f.* $320^{b}$. *c.*; ptisanas *Vulg.* e) Po *in loco raso cum littera initiali* P *atramento nigro et minio picta.* f) *sic c.* g) gaudendo, ꝯ *a Sal. superscripto corr.* congaudendo *c.* h) Dei *Vulg.* i) *uncis inclusa in infer. marg. f.* $309^{a.b}$. *alio atram. a Sal. suppl.*

*ibi adnotari et supra p.* 105, *n.* 3. *Cf. statuta capitulorum generalium Narbonensis a.* 1260. *et Mediolanensis a.* 1285, *ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.'* VI, *p.* 54. 110. 1) *Quod a.* 1258. *post mensem Augustum factum esse videtur, cum Girardinus a Bonaventura generali ministro in Franciam citatus esset, ut Sal. infra f.* $399^{d}$. *narrat.* 2) *Cf. quae Angelus de Clarino trib. IV, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 283 *sq., ei favens de condemnatione Gerardi et vita postera narravit, qui dicit eum XVIII annis in carcere vixisse et scribit:* tamquam hereticus et excommunicatus in fine caruit ecclesiastica sepultura. *Fere igitur a.* 1276., *Girardinus obiisse videtur.* 3) *A.* 1248. *mense Iulio; v. supra f.* $303^{d}$, *p.* 226. 4) *Libellus eius* De unitate seu essentia trinitatis *contra Petri Lombardi Sententias scriptus reprobatus est in concilio Lateranensi a.* 1215; *Mansi, Conc. XXII, p.* 982; *Decr. Greg. IX. l. I, De summa trin. et de fide cath. I, c.* 2: Damnamus ergo, *ex quo capitulo Sal. sequentium nonnulla descripsit.* 5) *Sent. I, dist.* 5. 6) *Vide n.* 4.

*F.* 309[c]. De duobus aliis Ioachitis, qui incitaverunt fratrem Hugonem, ut cum quodam Predicatore disputaret de doctrina abbatis Ioachym.

*F.* 309[d]. De disputatione fratris Hugonis cum fratre Petro, lectore Neapolitano fratrum Predicatorum, occasione scripture abbatis Ioachym.

---

de signis et figuris et de misteriis veteris et novi Testamenti]. Secundum
impedimentum, quod habuit abbas Ioachim, ne crederetur ei, fuit, quia predixit
tribulationes futuras. Que fuit causa, quare Iudei interfecerunt prophetas, sicut
beatus Stephanus dicit Act. VII*: *Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?* *v. 52.
*Et occiderunt eos qui pronuntiabant*[a] *de adventu iusti, cuius vos nunc proditores et homicide fuistis*[b]. Carnales enim homines non libenter audiunt tribulationes futuras,
sed consolationes, iuxta illud Ys. XXX*: *Loquimini nobis placentia, videte nobis* *v. 10.
*errores*[b]. Ideo[c] abbas Ioachim, cum de tribulationibus loqueretur, subiunxit et
ait[1]: *Non credunt istud, quorum incrassáta corda induravit ambitio. Nolunt perire
regnum mundi, quibus exosum est regnum celi, nec cessare imperium Egyptiorum, qui
non amant cives Ierusalem.* Tertium impedimentum, quod habuit abbas Ioachim,
fuit ex parte illorum qui crediderunt ei, qui voluerunt anticipare terminos a se
positos. De quibus ipse dixit: *Timeo, ne michi illud eveniat, quod de filiis suis Iacob
patriarcha conquestus est* dicens Gen. XXXIIII*: *Turbastis me et odiosum fecistis Chananéis et Pherezéis, habitatoribus terre huius. Nos pauci sumus. Illi congregati percutient* *v. 30.
*me, et delebor ego et domus mea.* Igitur abbas Ioachim non limitavit omnino
aliquem certum terminum, licet videatur quibusdam, quod sic; sed posuit N[ota].
plures terminos dicens: *Potens est Deus adhuc clariora demonstrare misteria sua, et
illi videbunt, qui supererunt.* Cum autem vidissem, quod in cámera fratris Hugónis 1248. Iul.
congregabantur iudices et notarii atque phísici et alii litterati ad au*diendum ipsum *f. 309c.
de doctrina abbatis Ioachym docentem, recordatus sum Helysei, de quo legitur
IIII. Reg. VI*, quod *Heliseus sedebat in domo sua, et senes sedebant cum eo.* Diebus *v. 32.
autem illis supervenerunt duo Ioachite, qui fuerant de conventu Neapolitáno;
quorum unus dicebatur frater Iohannes Gallicus, alter frater Iohanninus Pigulinus
de Parma, Neapolitánus cantor. Hi venerant Áreas, ut viderent fratrem Hugonem
et audirent ipsum de hac doctrina loquentem. Tunc supervenerunt etiam duo
fratres[d] Predicatores, qui redibant a suo generali capitulo, quod Parisius fuerat
celebratum[2]; quorum unus dicebatur frater Petrus de Apulia, in ordine eorum
Neapolitanus lector et litteratus homo et magnus prolocutor; et expectabant
tempus aptum ad navigandum; non enim habebant locum fratrum suorum in
terra illa. Huic quadam die post prandium dixit frater Iohanninus, Neapolitánus
cantor, qui eum optime noverat: 'Frater Petre, quid vobis videtur de doctrina
abbatis Ioachim?' Respondit frater Petrus: 'Tantum curo de Ioachym, quantum
de quinta rota plaustri. Etiam Gregorius in illa omelia super evangelium: *Erunt* Luc. 21, 25.
*signa in sole et luna et stellis*[3] credidit, quod quasi tempore suo finis mundi veniret,
eo quod Longobardi suo tempore venerant et omnia destruebant'. Festinavit igitur
frater Iohanninus ad cámeram fratris Hugónis et coram illis sepe nominatis hominibus dixit ei: 'Hic est quidam frater Predicator, qui nichil credit de doctrina
ista'. Cui frater Hugo dixit: 'Et quid ad me, si non credit? *Sibi imputétur. *f. 309d.
Ipse viderit, cum *vexatio dabit auditui intellectum.* Verumtamen vocate ipsum ad *Is.* 28, 19.

a) praenunt. *Vulg.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *penna mutata.* d) fre *corr.* frs c.

1) *Liber Concordiae novi et veteris testamenti* (*Venetiis* 1519. 4°) *praef.*, *f.* 3'.
2) *A.* 1248. *Iun.* 7 *sqq.* 3) *Homil. in Evang. I*, 1, *Opera ed. Maur. I*, *col.* 1436 *sqq.*

*F.* CCCX[a]. De patientia abbatis Ioachym [et[a] de sanctitate ipsius. Exemplum cuiusdam iuvenis, qui invenit se ultra fluvium fusa ad Deum prece].

1248. *Ind.* disputationem, et audiemus, in quo dubitat'[b]. Vocatus igitur venit et male libenter, tum quia parvipendebat Ioachym, tum etiam quia non reputabat, quod aliquis in domo illa esset, qui in litteratura sive in scientia scripturarum posset equiparari[c] sibi[d]. Cum ergo vidisset eum frater Ugo, dixit ei: 'Tu es ille, qui de doctrina Ioachym dubitas?' Respondit frater Petrus: 'Vere ego sum'. Cui dixit frater Ugo: 'Legisti unquam Ioachym?' Respondit frater Petrus: 'Legi et bene legi'. Cui frater Ugo dixit: 'Credo, quod sic legisti, sicut una mulier legit Psalterium, que, quando est in fine, ignorat et non recordatur, quid legerit in principio. Sic multi sunt legentes et non intelligentes, vel quia contemnunt que legunt, vel quia *Rom. 1, 21.* *obscuratum est inscipiens*[e] *cor eorum*[b]. Nunc itaque dic michi, quid de Ioachym velis audire, ut, de quo magis dubitas, cognoscamus'. Cui frater Petrus dixit: 'Volo, quod probes michi per Ysaiam, sicut docet Ioachym abbas, quod vita Friderici imperatoris in LXX annis debeat terminari — Nam adhuc vivit —, et quod non possit interfici nisi a Deo, id est non morte violenta, sed naturali'[1]. Cui dixit frater Hugo: 'Libenter, sed audias patienter et non declamatorie et cum cavillationibus. Nam in ista doctrina oportet accedentem credere[b]. Abbas Ioachym fuit sanctus homo, et dicit, quod ista que predicit futura revelata fuerunt sibi a *Ps. 59, 6.* Deo ad hominum utilitatem[2] iuxta verbum quod scriptum est: *Dedisti metuentibus* *f. CCCX^b. *te significationem, ut fugiant a facie arcus.* Et ideo non sum incredulus celesti revelationi, quia, si credo sibi, quod tribulationes propter peccata hominum sint future, nulla michi propter hoc pena promittitur, sed magnam utilitatem inde consequi possum, sicut Gregorius dicit[3]: *Minus enim iacula feriunt que previdentur, et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hec per providentie clipeum muni- *v. 11. mur.* Ideo dicit sapiens in Prover. XXVIII[*]: *Beatus homo qui semper est pavidus: *v. 27. qui vero mentis est dure, corruet in malum.* Item Eccli. XVIII[*]: *Homo sapiens in* Ieronimus. *omnibus metuit.* Item Ieronimus[4]: *Prudenter timetur quicquid potest acci- *v. 27. 28. dere.* Item Eccli. I[*]: *Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non *v. 36. poterit iustificari.* Ideo dicit infra eodem I[*]: *Non*[f] *sis incredibilis timori Domini.* *v. 1. Item Eccli. XXXIII[*]: *Timenti Deum non occurrent mala, sed in temptatione Deus illum conservabit et liberabit a malis.* Exemplum illius iuvenis, qui cum a quadam iuvencula traheretur ad peccandum, oravit et invenit se ultra fluvium. Unde *v. 10 Dominus Apoc. III[*]: *Quoniam servasti verbum patientie mee, et ego te servabo ab hora temptationis, que ventura est in orbem universum temptare habitantes in terra.* De sanctitate vero vite Ioachim preter illa que in legenda[5] ipsius leguntur unum exemplum possumus demonstrare, in quo patientia eius ostenditur maxima. Nam, antequam abbas fieret, cum esset subditus et persona privata, iratus refectorarius contra eum in iusta[6] sua per totum annum semper posuit aquam, ut biberet,

a) et — prece *manu Sal. post add. c.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) equipari *c.* d) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* e) *sic c., i. e.* insipiens. f) Ne *Vulg.*

1) *Hoc dicit Pseudo-Ioachim, Interpr. in Ier. c.* 21, *Coloniae* 1577, *p.* 289, *qui LX annos Friderico tribuit.* 2) *Cf. supra p.* 214, *n.* 6. 3) *Homil. in Evang. II,* 35, *Opera ed. Maur.* (1705) *I, col.* 1612. *Hunc locum Sal. infra quater affert.* 4) *Cf. supra f.* 222[c], *p.* 36, *n.* 13. 5) *Haec ad nos non pervenit. Excerpta brevia Virtutum Ioachim a Luca archiepiscopo Consentino conscriptarum edita sunt Acta SS. Maii VII, p.* 93 *sq.* 6) *Est poculum: cf. Ducange-Henschel, Gloss. s. v.* iusta 2.

*F. 310c.* Quod Fredericus imperator non ab homine debebat interfici, sed a Deo, sicut impletum est.

---

volens *eum sustentare pane tribulationis et aqua angustie.* Et patienter sustinuit nec 1248. 3. Reg. 22, 27.
reclamavit iuxta verbum quod scriptum est[1]:

*Non murmur resonat, non querimonia,*
**sed corde tacito mens bene conscia* *f. 310b.
*conservat patientiam.*

Cum autem in fine anni iuxta abbatem sederet ad mensam, dixit ei abbas[2]: "Quare
tu bibis vinum album et non das michi? Talisne est curialitas tua?" Cui sanctus
Ioachym respondit: "Erubescébam, pater, vos invitare, quia *secretum meum michi*"[a]. Is. 24, 16.
Tunc[b] abbas accipiens cuppam eius et volens experiri gustavit et vidit, quia non
*bona negotiatio eius.* Cumque gustasset aquam non vinum factam, dixit: "Et *quid* Prov. 31, 18.
*est aqua nisi aqua?*"[3] Et ait ei: "De cuius licentia bibis tu talem potum?" Cui
respondit: "Pater, aqua sobrius potus est, que nec linguam impedit nec ebrietatem
inducit nec loquacitatem facit"[c]. Cum autem[d] in capitulo cognovisset abbas, quod
ex malitia et rancore refectorarii talis fiebat iniuria et vindicta, et vellet eum de
ordine[e] expellere, prostravit se Ioachim ad pedes abbátis et tantum rogavit eum,
quod expulsionem ordinis pepercit converso[4]. Tamen vituperavit et reprehendit
eum dure et acriter dicens: "Dominus precipit in lege Levi. XIX*: *Non oderis* *v. 17. 18.
*fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Non*
*queras ultionem, nec memor eris iniurie civium tuorum.* Item Eccli. X*: *Omnis iniurie* *v. 6.
*proximi ne memíneris et nichil agas in operibus iniurie*[c]. Quod tu male observasti,
et ideo do tibi penitentiam, ut per totum annum non bibas nisi aquam; sicut tu
inique egisti contra proximum et fratrem tuum, ita tibi fiat, ut impleatur verbum
Domini, quod habetur Luc. VI*: *Eádem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur* *v. 38.
*vobis.* Et si decetero aliquis leserit te iniuriam inferendo, noli ulcísci, sed recláma
ad *prelatum tuum, et[f] ipse tibi iustitiam faciet". De vita vero imperatoris *f. 310c.
Friderici, quod terminetur secundum Ysaiam, sic habes, ubi loquitur de onere
Tyri, Ys. XXIII*: *Ecce terra Chaldeorum talis populus non fuit. Assur fundavit* *v. 13.
*eam.* Et infra post pauca*: *Et erit: In die illa in oblivione eris, o Tyre,* *v. 15.
*LXXta annis sicut dies regis unius.* Nota, quod in verbis istis abbas Ioachim pro
terra Chaldeorum Romanum intelligit et sumit imperium, pro Assur ipsum Fridericum imperatorem, pro Tyro Siciliam, pro diebus regis unius totam vitam Friderici, pro LXXta annis terminum vite a Merlino[5] taxatum[g]. Quod autem Fridericus non ab homine interfici debeat, sed tantum a Deo, sic dicit Ys. XXXI*: *v. 8. 9.

a) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.* b) *penna mutata.* c) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* d) a (autem) *in marg. a Sal. suppl.* e) de ord. *in marg. a Sal. suppl.* f) et *in loco raso.* g) u *in loco raso.*

1) *Primus horum versuum legitur in Apocalypsi Goliae v. 236, Flacius Illyricus p.* 141; *Th. Wright, 'Walter Mapes' p.* 12. *Sed tres hi versus exscripti sunt a Thoma de Celano, Vita Francisci prior I,* 10, *ed. L. Amoni p.* 37. 2) *Primus abbas Curatii monasterii ordinis Cisterciensis, cui successit Ioachim, fuit Columbanus.* 3) *Haec sunt verba Augustini, Expos. in Ioh. evang. c.* 15, *tract.* 80, *Opera ed. Maur. III,* 2, *col.* 703; *Decr. Gratiani II, C. 1, q.* 1, *c.* 54. 4) *Multo differunt ab hac narratiuncula quae Lucas archiep. Consent. l. l. p.* 93. *narrat:* cum *[abbati iam]* per errorem servitoris contingeret in vasculo eius non apponi vinum, quia putabat hoc per refecto[ra]rium ferri, aqua tantum contentus, quam accipiebat de servitorum manu. 5) *Cf. locum infra p.* 243, *l.* 12. *allatum.*

*F.* 310[d]. Quod in manu sinistra multa peritia repperitur, et in scriptura divina multiplex intellectus.

*F.* CCCXI[a]. De vita Friderici secundi imperatoris condam, que terminatur secundum Ysaiam et Merlinum, ut frater Hugo dicebat.

---

1248. *Iul.* *Et cadet Assur in gladio non viri, et gladius non hominis vorabit eum*[1]. *Et fugiet non a facie gladii, et iuvenes eius vectigáles erunt. Et fortitudo eius a terrore transibit, et parebunt fugientes principes eius. Dixit Dominus, cuius ignis est in Syon, et caminus eius in Ierusalem*'[a]. Et dixit frater Hugo: 'Ista impleta fuerunt in Friderico maxime 1248. *(Febr. 18).* apud Parmam, quando a Parmensibus fuit fugatus, et Victoria civitas eius destructa. Sed et principes et barones regni ipsius pluries voluerunt eum occidere et non potuerunt'. Audiens hec frater Petrus subrisit et dixit: 'Ista verba illis narrare poteris, qui tibi credunt, michi autem nunquam persuadere poteris, ut tibi credam'. Cui dixit frater Hugo: 'Et quare? Non credis prophetis?' Respondit frater Petrus: 'Vere credo prophetis. Sed dic michi, si iste, quem dicis, fuit principalis intellectus prophete vel secundarius, an violenter extortus et usurpatus, an[b] per adaptionis modum dictus'[c]. Cui frater Hugo respondit: 'Optime queris. **f.* 310[d]. *Matth.* 21, 15. 16. et *ideo dicam tibi: Cum *principes sacerdotum et scribe* vidissent *mirabilia que fecit* Iesus *et pueros clamantes in templo et dicentes: "Osanná filio David!" indignati sunt et dixerunt ei: "Audis, quid isti dicunt?" Iesus autem dicit eis: "Utique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?"* Certe iste fuit principalis huius scripture intellectus, quem Dominus principaliter posuit. Secundarius vero fuit, quem ecclesia posuit in festo Innocentum in introitu misse, in quo hec éadem verba[2] ponuntur, quia utrobique conveniunt. Verba predicta[2] habentur in *8, 3. †*v.* 16. Ps.* et Mat. XXI†. Extortus vero intellectus et violenter assumptus est, cum ab ecclesia pro adventu filii Dei in carnem verba illa sumuntur: *Prope est, ut veniat tempus eius, et dies eius non elongabuntur.* Nam constat, quod de destructione **v.* 1. Babylonis loquitur ibi propheta, Ys. XIIII*. Secundum adaptationem vero sumitur aliquid, ut cum in festo sancte Margaríte dicitur illud evangelium, in quo de **v.* 45. 46. margarita fit mentio, Mat. XIII*, vel cum in festo sanctorum Gervasii et Prothasii *Ps.* 84, 9. cantatur introitus: *Loquetur Dominus pacem in plebem suam* et cet., pro eo quod in festo istorum martyrum inter ecclesiam et Longobardos fuit pax facta[3], et ideo optima fuit convenientia, ut tali die talis introitus cantaretur. Ad predicta etiam addere possumus: Nos videmus, quod preter communem usum et usitatum, quem etiam noverunt rustici et illitterati, in manu sinistra usus multiplex repperitur. Nam ibi est peritia numeri sive numerandi et artis musice et kalendarii et aurei numeri et adinventionis paschalis festivitatis[a]. Simili modo in scriptura divina preter litteralem sive hystoricum sensum repperitur allegóricus intellectus, **f.* CCCXI[a]. *anagógicus, tropológicus, moráìis et místicus, et ex hoc utilior et nobilior iudicatur, quam si tantum ad unum intellectum coartata uni intellectui deserviret. Credis hec vera esse', dixit frater Hugo[4], 'an adhuc dubitas?' Respondit frater

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) an *a Sal. superscr.* c) dictus *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Hunc versum Pseudo-Ioachim loco supra p.* 240, *n.* 1. *laudato ad Fridericum II. refert.* 2) *Scil.* Ex ore infantium *etc.* 3) *Ut Sal. in Iacobi de Varagine Chron. (Leg. Aurea c. CLXXXI, ed. Grässe p.* 827*) legit:* Sicque in festo sanctorum Gervasii et Prothasii facta est pax inter Romanos et Longobardos. Et ideo Gregorius in eodem festo cantari instituit: 'Loquetur Dominus pacem' etc. 4) *Qui sane in hoc colloquio a Sal. effícto ad rogatum praecedentem Petri nihil respondit.*

Petrus: 'Credo et frequenter talia docui, quia a doctoribus ista dicuntur[a]. Sed 1248. Iul.
vellem, quod validius michi ostenderes de LXXta annis, quos ponit Ysaias sub[b]
figura Tyri, et de diebus regis unius sub Friderici imperatoris figura'. Frater
Ugo respondit[c]: 'Merlinus Ánglicus vátes de Friderico primo et de Henrico filio
eius et de Friderico secundo, imperatoris Henrici filio, que predixit[1], vera videntur.
Sed dimittamus alia et solummodo veniamus ad illa, de quibus nostra fuit disputatio primitiva. Ponamus ergo IIIIor terminos numerorum, quos Merlinus ponit
loquens de Friderico secundo. Quorum primum ponit dicens: *In XXXII annis corruet;* quod potest intelligi a coronatione imperii usque ad ultimum diem vite
sue, quia imperavit annis XXX et diebus XI[2], et non credebatur mortuus, ut
Sybille vaticinium[3] impleretur, que dicit: *Sonabit et in populis: "Vivit" et "non vivit".* Secundus terminus Merlini est: *Vivet in prosperitate sua LXXII annis*[4].
Quod qualiter impleri debeat, quia adhuc Fridericus vivit, illi videre poterunt qui
supererunt. Tertius terminus Merlini est[c]: *Et bis quinquagenarius lene tractabitur.*
Quod non debet intelligi "bis quinquaginta", ut ad centenarium numtrum consurgat, sed quinquaginta et postea bis[5], quod quinquaginta duorum annorum est[d].
Qui numerus potest haberi ab eo anno, quo celebrate sunt nuptie matris eius,
usque ad XVIII. annum imperii eius[6], qui faciunt *quinquaginta duos annos. De *f. 311b.
qua materia sic habetur[7]: Imperator Fridericus primus filio suo regi Henrico uxorem dedit Constantiam filiam regis Siculorum, que adhuc virgo XXXm etatis per- 1186.
agébat annum. Ipse autem XXti et unius anni erat. Et celebrate sunt nuptie
Mediolani anno Christi M°CLXXXV°[8], regni eius anno XVII°[9]. Nota, quod IIII° 1169.
etatis sue anno rex fuit factus et M°CXCI° in imperatorem coronatus[10]. Fride- 1191.
ricus vero filius Henrici M°CCXX° imperator coronatus fuit. Quartus[e] terminus 1220.
Merlini de Friderico est[c]: *Et postquam decimo et octavo ab anno crísmatis erit, monarchiam in oculis invidorum tenebit.* Hoc impletum est in papa Gregorio nono, cum
quo habuit discordiam usque ádeo, ut eum excommunicaret[11]; et contra voluntatem 1239.
eius et cardinalium et principum regni postea imperium tenuit'. Audiens hec

a) di *in loco raso.* b) sub *a Sal. in marg. suppl.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) e (est) *a Sal. superscr.* e) *penna mutata.*

1) *Haec Dicta Merlini Sal. infra f.* 359[a. b]. *integra exhibet, eadem edidi* '*N. Archiv*' *XV, p.* 174 *sqq. Sed haec post mortem Friderici II. conscripta esse videntur. Cf. quae exposui l. l. XV, p.* 149 *sqq.* 2) *Imperavit a.* 30, *diebus* 21 (1220. *Nov.* 22. — 1250. *Dec.* 13), *sed inepte haec Hugonem a.* 1248. *Iul. locutum esse Sal. alucinatur, quamvis ipse post pauca verba Hugonem de imperatore adhuc vivo loquentem inducat.* 3) *Eritheae;* '*N. Archiv*' *XV, p.* 168. *XXX, p.* 334. *Hoc etiam post a.* 1250. *compositum esse censeo: cf. l. l. XV, p.* 149 *sq. Quod quidem negavit Fr. Kampers, 'Die deutschen Kaiserprophetieen u. Kaisersagen' p.* 251 *sqq. Cf. supra p.* 174. 4) sexaginta duobus annis *habent Verba Merlini, sed vide* '*N. Archiv*' *XV, p.* 176, *n.* 17. 5) *Sic hoc exponendum esse dictum est etiam in expositione Merlini et Sibyllae Eritheae breviore in codice bibl. Victorii Emanuelis Romanae nr.* 14, *S. Pantaleonis* 31, *f.* 53[b]: non dicit centenarium, sed bis et quinquagenarium leniter pertractandum. Tene ergo fideliter, quod sexagenarius erit et quinquagesimo primo vel secundo anno ruinam patietur imperii. 6) *Quem annum* 1237. *fuisse Sal. censuisse videtur, cum vere sit a.* 1237/8. *Huic addens* 15 *annos ab a.* 1185. 7) *Non exstat liber, ex quo sequentia descripta sunt. Auctor eius haec sane bene comperta habuit.* 8) *Hoc anno secundum morem Lombardicum annos computandi, secundum nostram computationem a.* 1186. *Ian.* 27. 9) *Cf. Gotifred. Viterb. Pantheon, SS. XXII, p.* 272. 10) *Cf. supra f.* 214[a], *p.* 17. 11) *Iam* 19. *annus imperii Friderici erat, cum Gregorius IX. eum a.* 1239. *Mart.* 20. *excommunicavit.*

*F.* 311[c]. Ostenditur hic, quod auctoritates Biblie corrumpende non sunt. [Item[a] quod non est abstinendum a cibis quos Deus creavit].

*F.* 311[d]. Probatur hic, quod verba infidelium possumus pro testimonio sumere propter sex rationes.

---

1248. *Prov.* 13, 23. frater Petrus cepit discurrere per ambáges dicens: *Multi cibi in novalibus patrum,*
*Eccli.* 36, 20. *et est cibus cibo melior.* Cui frater Hugo dixit: 'Noli corrumpere scripturam, sed dic auctoritates, sicut sunt in textu. Tu enim dimisisti finem auctoritatis inchoáte et principium subsequentis. Dic ergo primam, sicut eam dixit
*v. 23. sapiens in Prover. XIII*: *Multi cibi in novalibus patrum et aliis congregantur*
*Ps.* 91, 7. *absque iuditio.* Quia revéra multi sunt qui non discernunt. Nam *vir insipiens*
*v. 10. *non cognoscet, et stultus non intelliget hec.* Unde Dan. XII*: *Neque intelligent omnes*
*14, 10. *impii, porro docti intelligent.* Item Osee ultimo*: *Quis sapiens et intelliget ista, intelligens et sciet hec? Quia recte vie Domini, et iusti ambulabunt in eis, prevaricatores vero corruent in eis.* Item de his qui non discernunt dicit apostolus II[a] ad
*v. 3. 4. †*f.* 311[c]. Cor. IIII*: *Quodsi etiam opertum est evangelium nostrum,* †*in his qui pereunt est opertum, in quibus deus huius seculi excecárit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio*
*v. 14. *evangelii glorie Christi, qui est ymágo Dei.* Item Ys. XXIX*: *Peribit sapientia a sapientibus eius, et intellectus prudentium eius abscondetur.* De bonis vero dicit
*v. 4. Baruch IIII*: *Beati sumus, Israel, quoniam*[b] *que Deo placent nobis manifesta sunt.*
*v. 20. Secundam auctoritatem, que est Eccli. XXXVI*, sic dicere debes: *Omnem escam manducabit venter,* scilicet corporalem, que tamen est esualis et humana et natu-
*v. 3. 4. ralis et non prohíbita. Nam, ut testatur apostolus I. Timo. IIII*, non est abstinendum *a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui noverunt*[c] *veritatem, quia omnis creatura Dei bona, et nichil reiciendum, quod*
*36, 20. *cum gratiarum actione percipitur.* Sequitur in auctoritate Eccli.*[d]: *et est cibus cibo melior.* Quod ad litteram verum est, ut etiam experientia docet. Nam melior est panis frumenti quam ordeaceus. Quantum vero ad spiritualem cibum, verissimum est, quia melior est cibus eucharístie quam aliquis alius corporalis
*v. 56. cibus. Unde Dominus Io. VI*: *Caro mea vere est cibus.* De hoc cibo Dominus dixit Augustino: *Cibus sum grándium; cresce, et manducabis me*[1]. Secundum alium intellectum possumus etiam exponere auctoritatem propositam, ut dicamus: *Omnem escam manducabit venter,* quia theología nostra sive divina scriptura omnem aliam scripturam recipit ad serviendum sibi, que tamen bonis moribus et cathólice fidei non contrariatur. *Et est cibus cibo melior,* quia meliora sunt verba prophetarum quam poetárum, et Christi evangelistarum quam Aristotilis et phylosophorum'. Audiens hec frater Petrus fecit, sicut faciunt non nulli, qui, quando
**f.* 311[d]. in disputatione deficiunt[2], ad convitia convertuntur, et ait: 'Istud esset hereticum dicere, scilicet verba infidelium pro testimonio sumere. De Merlino loquor, cuius testimonium assumpsisti'. Provocatus frater Hugo dixit ei: 'Mentiris, et probabo te multipliciter esse mentitum. Primo testimonio Domini, cui Iohannes
*v. 49. dixit Luc. IX*: "*Preceptor, vidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia, et prohibúimus eum, quia non sequitur nobiscum*". *Et ait ad illum Iesus: "Nolite prohibére.*

a) Item — creavit *alio atram. (et alia manu?) post add. c.* b) *sic* (q̄) *c.;* quia *Vulg.* c) cognoverunt *Vulg.* d) ecc̊ *c., ut semper, ubi* Eccli. *scripsi.*

1) *Hoc Sal. in Iacobi Leg. Aurea c. CXXIV* (119), *ed. Grässe p.* 551, *legit, ibi assumptum ex Augustini Confess.* 2) *Minime defecit Petrus. Minime Hugo probavit Ioachim abbatem verum dixisse.*

*F.* CCC12[a]. Quod frater Petrus voluit se defendere cum tergiversatione et opponendo scripturam scripture.

*F.* 312[b]. Quod Baláám merito a Deo fuit contemptus et propter multiloquium et propter misterium.

---

*Qui enim non est adversus vos, pro vobis est".* Secundo, quia apostolus ad Ro. XV.* 1248. *v. 4. nullam specificat nec excludit scripturam, sed generaliter dicit: *Quecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Tertio, quia in epistola ad Titum I.* *v. 12. 13. apostolus utitur gentilis vatis testimonio dicens: *Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: "Creténses semper mendáces, male béstie, ventres pigri". Testimonium hoc verum est.* Quarto[a], quia in XVIII[o] libro[1] de civitate Dei Augustinus utitur verbis Sybille pro testimonio ad probandum de Christo, in versibus illis: *Iuditii signum*[2]. Inducit etiam Virgilium in testimonium in eodem libro[3], ibi: *Et iurgia Códri.* Ecl. V, 11. Quinto[a], quia beatus Basilius dicit, quod *inimicorum testimonia dignissima fide sunt*[4]. Hoc verissimum est, et specialiter quando dantur Basilius. de bono sive ad laudem. Sexto exemplo ecclesie, quia ecclesia non spernit prophetiam Balaam et Cayphe, quorum unus prophetavit de nativitate Christi, alter de passione. De nativitate Christi prophetavit Balaam, cum dixit Numeri XXIIII*: *v. 17. *Orietur stella ex Iacob, et consurget virga de Israel.* Et plus profuit ista prophetia tribus regibus orientis quam prophetia Michee principibus sacerdotum, scribis et Pharisêis, *quia *f. CCC12a. magi adoraverunt, principes sacerdotum et scribe populi cum Herode contra eum[b] conspiraverunt, ut habetur Mat. II.* Ideo de eis conqueritur Dominus Iere. XI.† dicens: *v. 4. †v. 9. *Inventa est coniuratio in viris Iuda et in habitatoribus Ierusalem.* De passione Christi prophetavit Cayphas dicens Io. XI*: *"Éxpedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et* *v. 50—52. *non tota gens pereat". Hoc autem a semetipso non dixit, sed, cum esset pontifex anni illius, prophetavit, quia Iesus moriturus erat pro gente, et*[c] *non tantum pro gente, sed et ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.* Nota, quod prophetiam istius commendat evangelista, cum dicit: *Hoc autem a semetipso non dixit*, quia, sicut dicit beatus Ambrosius[5]: *verum a quocumque dicatur, a spiritu sancto est.* Et plus profuit centurioni prophetia istius, quando eam vidit impletam, quia dixit Mat. XXVII*: *Vere filius Dei erat iste,* *v. 54. quam sibi ipsi Cayphe, qui eam predixit. Cui congruere potest quod Moyses comminatus fuit Deutero. XXVIII*: *Et erit vita tua quasi pendens ante te: Timebis nocte et die, et non* *v. 66. *credes vite tue'.* Audiens omnia ista frater Petrus dixit: 'Apostolus in secunda ad Timotheum III.* dicit, quod *omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad* *v. 16. 17. *arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus'.* Cui frater Hugo dixit: 'Consentio, quod verum dicis. Sed quare dicis hoc, quero'. Respondit frater Petrus: 'Quia apostolus dicit: *omnis scriptura divinitus inspirata.* Balaam vero, cuius scripturam introduxisti, magus et aríolus fuit, quem etiam constat gladio filiorum[d] Israel iugulatum, ut habetur Iosue XIII*: *Et Balaam* *v. 22. *filium Beor aríolum occidérunt filii Israel glàdio* **cum ceteris interfectis.* [Idem[e] habetur *f. 312b.

a) *hinc versus novus coeptus cum* ℂ *minio scripto.* b) Iesum *hoc loco scribere debuisset.* c) Et *cum maiusculo* E *c.* d) fil. *bis scr., alterum minio del.* e) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.*

1) *Cap.* 23. 2) *Quos versus Albertus Milioli in Cron. imp. descripsit SS. XXXI, p.* 585 *sq.* 3) *XVIII, cap.* 19. 4) *Hoc dictum iam supra f.* 232[a], *p.* 59. *allatum est.* 5) *Comment. in epist. ad Cor. I, cap. 12, qui falso Ambrosio addicebantur, Opera Ambr. ed. Maur. (Parisiis* 1690*) II, App. col.* 150: Quidquid enim verum a quocumque dicitur, a sancto dicitur spiritu.

1248. *v. 8. Numeri XXXI*]. Sed et Dominus omnium despexit eum et contempsit[a], quando contra
*v. 2. servum suum Iob insurrexit[1], dicens Iob XXXVIII*: *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperítis?'* Cui frater Ugo respondit: 'Licet Baláám fuerit malus homo,
*v. 3. 4. 16. tamen verba eius fuerunt divinitus inspirata. Unde de seipso dicit Numeri XXIIII*: *Dixit Balaam filius Beor, dixit homo, cuius obturátus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui novit doctrinam altissimi et visiones omnipotentis videt.* Quod autem in Iob dicis eum a Déo[b] esse contemptum, hoc ideo factum fuit, non quin bona verba diceret, sed quia iunior erat respectu illorum qui eum audiebant, et quia contra scripturam faciebat et multa dicebat nec finem faciebat nec ad loquendum alii locum dabat nec etiam[c] ipsi Deo. De primo
*v. 6. habetur Iob XXXII*: *Iunior sum tempore, vos autem antiquióres.* Ideo debebat scire, quod *in
*v. 12. antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia,* ut habetur Iob XII*[d]. De aliis habetur
*v. 10. 11. Eccli. XXXII*: *Adolescens, loquere in tua causa vix,* cum necesse fuerit. *Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.* Nota, quod caput ponitur hic pro fine[2]. Sequitur:
ib. v. 12. 13. *In multis esto quasi inscius, et audi tacens simul et querens.* Et loqui *in medio magnatorum non presúmas, et ubi sunt senes, non multum loquaris.* Quod iste male servabat. Et ideo merito Dominus despexit eum imponendo ei silentium, quia, sicut dicit sapiens in Prover.
*v. 10. XXVI*: *qui imponit stulto silentium, iras mitigat*[d]. Item quia intendebat se ostentáre et suam
*f. 312c. sapientiam demonstrare et *beatum[e] Iob contemnere et contemptibilem[f] demonstrare. Sed beatus Iob fuit *lampas contempta* ad tempus *apud cogitationes divitum, parata ad tempus
*12, 5. †v. 17. 18. statutum,* Iob*. De ostentatione Helyú habetur Iob XXXII†, ubi dixit: *Respondebo et ego partem meam et ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus, et coartat me
*v. 31—33. spiritus úteri mei.* Et infra XXXIII*: *Attende, Iob, et audi me et tace, dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris, responde michi. Loquere. Volo enim te apparére iustum. Quod
*v. 7. 8. si non habes, audi me, tace, et docebo te sapientiam.* Et infra XXXIIII*: *Quis est vir, ut est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniquitatem et ambulat
*v. 16. cum viris impiis?* Et infra XXXV*: *Ergo frustra Iob apéruit[g] os suum et absque scientia verba multiplicat.* Merito igitur fuit iste repulsus a Deo et propter omnia supradicta et etiam propter misterium. Nam in isto prefiguratum fuit, quod, sicut Deus pater im-
Iob 34, 19. posuit isti silentium, qui *non cognovit tyrannum, cum disceptáret contra pauperem,* sic filius eius imposuit silentium Phariseis et Saducéis, qui ei questiones faciebant, *ut eum cape-
*22, 15. 35—37. rent in sermone,* Mat. XXI*[h]. Et sicut post silentium Saduceórum *interrogavit eum unus ex Phariséis legis doctor, temptans illum*[i]: "*Magister, quod est mandatum magnum in lege*", quasi per hoc demonstrans, quod vellet Deum honorare, cum respondisset Dominus: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* sic iste Helyú credebat Deum honorare, cum
*v. 21. dicebat Iob XXXII*[k]: *Non accipiam personam viri, et Deum homini non adequabo.* Et infra
*v. 22. Iob XXXVI*: *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus.*
ib. v. 26. *f. 312d. Item: *Ecce Deus *magnus vincens scientiam nostram, numerus annorum eius inextimabilis.* Sed
*v. 33. poterat isti illud Iere. II.* dici: *Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad querendam dilectionem?* Repugnabat enim vita ipsius verbis bonis, que loquebatur, quia ariolus[l] erat
*v. 14. et magus et *docuit Balach mittere scandalum coram filiis Israel, edere et fornicari,* Apoc. II.*
Num. 23, 10. et Numeri XXV[3]. Nec profuit ei, quod dixit: *Moriatur anima mea morte iustorum, et fiant*

a) *sequitur* cum *expunctum.* b) *Sal. hoc loco et saepius accentum posuit super* deo, *ne legeretur* ádeo, *cum* a *non separatum scripserit a* deo. c) ⁊ (etiam) *a Sal. superscr.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *penna mutata.* f) contemtib. *corr.* contemptib. *c.* g) aperit *Vulg.* h) *sic c. pro* XXII. i) eum *Vulg.* k) 1 *eraso male numerus in* XXXI *mutatus esse videtur.* l) *sequitur* ⁊ (et) *expunct. in c.*

1) *Sal. nempe cum Petro Comestore Heliu, de quo in libro Iob sequentia dicuntur, et Balaam unum eundemque fuisse opinabatur; cf. supra f.* 252[c], *p.* 109, *infra f.* 313[a. b], *p.* 248. 2) *Idem supra f.* 248[b], *p.* 99. 3) *Potius c.* 23. 24.

*F.* CCC13[a]. Ostenditur hic, quod Balaam et Helyu idem homo fuit.

---

1248.

*novissima mea horum similia.* Et Iob XXXII*: *Nescio enim, quamdiu subsistam, et si post módicum tollat me factor meus.* (*v. 22.) Simili modo sunt non nulli, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant, ut dicit apostolus ad Titum I*: *cum sint abomináti et incredibiles et ad omne opus bonum réprobi.* (*v. 16.) Tales fuerunt Iudei, de quibus Dominus dixit Ys. XXIX.* et Mat. XV†: *Hypocrite, bene prophetavit de vobis Ysaias dicens: "Populus hic*[a] *labiis me honórat, cor autem eorum longe est a me".* (*v. 13. †v. 7. 8.) Et iterum Luc. XVI*: *Vos estis qui iustificátis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra; quia, quod hominibus altum est, abominatio est apud*[b] *Deum.* (*v. 15.) Igitur propter predicta merito fuit repulsus et contemptus a Deo, et quia erat magnus prolocutor, sicut tu es, et quia loquebatur per ambáges, sicut tu facis. Sed in Eccle.[c] dicitur VI*: *Verba sunt plurima multamque in disputando habentia vanitatem.* (*v. 11.) quia, sicut idem Ecclesiastes dicit X*: *stultus verba multiplicat.* (*v. 14.) Et ideo *qui imponit stulto silentium, iras mítigat.* Prover. XXVI.* (*v. 10.) Item Prover. XXVI*: *Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit stultus*[d]. (*v. 12.) Item Prover. XXIX*: *Vidisti hominem velocem ad loquendum: stultitia magis speranda est quam illius correctio*[e]. (*v. 20.) Item Eccli. XXII*: *Qui docet fatuum, quasi qui conglútinat testám.* (*v. 7.) Quare? Quia Iohannes Crisostomus[f] *rationem assignat dicens[1]: (*f. CCC13[a].) *Sicut non potest fieri, ut ligna mittendo ignem extinguas, sic non potest fieri, ut rationem reddendo places hominem malum.* [Crisostomus[g].] Quare hoc? Quia, sicut sapiens in Prover. dicit XVIII*: *non recipit stultus verba prudentie, nisi ea dixeris, que versantur in corde eius.* (*v. 2.) Igitur scriptura Balaam et Heliú et Cayphé et Sibille et Merlini, Ioachym atque Methodii ab ecclesia non spernitur, sed gratanter suscipitur, in quantum bona et utilia et vera dixerunt, quia, sicut dicit beatus Ambrosius[2]: *verum a quocumque dicatur, a spiritu sancto est.* Et Dominus[h] [Ambrosius.] dicit Mat. XXIII*: *Super cáthedram Moysi sederunt scribe et Pharisèi. Omnia ergo quecumque dixerint vobis servate et facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt.* (*v. 2. 3.) Ad idem facit quod dicit poeta[3]:

*Non rosa dat spinas, quamvis sit filia spine,* Versus.
*Nec viole pungunt, nec paradísus óbest.*

Vult dicere Dominus et etiam poeta, quod bona et vera et utilia spernenda non sunt, quamvis a malo doctore dicantur. Exemplum patet in Salomone, qui multa bona docuit et sibi nequam fuit, nec tamen propter hoc contemnitur eius doctrina. Unde illud[4]:

a) *penna mutata.* b) ante *Vulg.* c) ecc̈ *c., ut semper, ubi* Eccle. *scripsi.* d) *cf. supra p.* 126, *n.* a. e) *cf. ib. n.* b. f) c̄st⁹ *c.* g) c̄so⁹ *c.* h) du *corr.* dn̄s *c.*

1) *Pseudo-Chrysost., Opus imperf. in Matth. hom.* 42, *Opera ed. B. de Montfaucon VI, p. CLXXVI.* 2) *Vide supra f.* 312[a], *p.* 245, *n.* 5. 3) *Henr. Septimell., De divers. fort. IV,* 101. 102, *Leyser, Hist. poet. medii aevi p.* 490. *Editio Fabricii, Bibl. med. et inf. Lat. (Florent.* 1858) *VI. p.* 675, *habet hexametrum immutatum.* 4) *Hi versus a Vergilio dicuntur compositi esse in Vergilii Vita ampliata, quam edidit Aug. Reifferscheid, C. Suetoni Tranquilli Reliquiae (Lipsiae* 1860) *p.* 67. *Iidem exscripti sunt in Donizonis Vita Mathildis v.* 722 *sqq. (codd.* 3. 4), *SS. XII, p.* 366. *V.* 2—4. *Sal. iam supra f.* 258[d], *p.* 122. *attulit. Qui etiam separatim scripti in codicibus mss. inveniuntur, ut in cod. S. Amandi, nunc Valentianensi nr.* 85, *Mangeart, 'Catal. des mss. de la bibl. de Valenciennes' p.* 72, *et in cod. Husnolariensi, nunc Escorialensi L II,* 5, *'N. Archiv' VI, p.* 252 *(v.* 2—5).

*F.* 313[b]. Dicunt Hebrei, quod Melchisedec[a] et Sem idem homo fuit. Idem similiter dicunt de Finéés filio Eleazari et de Helya propheta.

2. *Tim.* 3, 16. *F.* 313[c]. Expositio illius auctoritatis apostoli, qua dicit: *Omnis scriptura divinitus inspirata* et cet.

---

*Hos ego versiculos feci, tulit alter honorem.* Versus.
*Sic vos non vobis vellera fertis oves,*
*Sic vos non vobis fertis áratra boves,*
*Sic vos non vobis mellificátis apes,*
*Sic vos non vobis nidificátis aves*'.

1248. *Ind.* Audiens hec frater Petrus dixit: 'Vellem audire, si Balaam fuit idem homo cum Helyú,
an diversus et alius ab eo'. Cui frater Húgo dixit: 'Quidam credunt, quod fuerit alius,
pro eo quod ille appellatur Balaam, iste Heliu. Ille filius Beor, iste filius Barachel. Ille
*f. 313b. Balaam ex Bosor, iste Buzites de cognatione *Ram. Quidam vero dicunt, quod idem
homo fuit; quod potest probari multipliciter. Videlicet quia contemporaneus fuit Iob et
magnus prolocutor fuit Balaam et Helyu, et quia Hebrei ita dicunt et Ieronimus[1], et in
Hystoriis ita ponit magister[2]: *Altera die reversus Abraam in Bersabee rediit* — scilicet postquam liberatus est Ysaac, quem immolare dedebat, Gen. XXII. — *Nuntiaturque ei, quod
Melcha genuisset Nachor fratri suo filios VIII°. Primogenitum Hus, de cuius stirpe Iob de-*
*Iob* 1, 1. *scendit — sicut scriptum est: "Vir erat in terra Hus nomine Iob" —, et Buç fratrem eius,
ex cuius genere Baláám, qui secundum Hebreos dicitur in Iob Eliu Buzites. Errant ergo qui
dicunt Iob de genere Esaú. Quod enim in fine libri eius est, quod de Syro sermone translatus
sit, et quod ipse quartus ab Esau, in Hebreo non habetur.* Item Hebrei etiam dicunt,
quod Melchisedech et Sem filius Noe idem homo fuit[3]. Idem similiter dicunt de Finéés
filio Eleáçari et de Helya propheta, scilicet quod idem fuerit homo. Verumtamen Eccle-
*45, 28. siasticus* inter utrumque distinguit et Mathathías[4] similiter, per quorum verba duo
fuisse videntur. Verum quomodocumque sit, Deus novit. Michi magis placeret, quod
*v. 9. duo essent, quia testante sapiente Eccle. IIII*: *melius est duos simul esse quam unum,
habent enim emolumentum societatis sue*'. Audiens hec frater Petrus dixit: 'Vellem breviter et succincte audire expositionem illius auctoritatis, quam de apostolo introduxi[5],
*v. 16. 17. II[a] ad Timotheum III*, scilicet: *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad
arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne
opus bonum instructus*'. Cui frater Hugo dixit: 'Cum apostolus dicit: *Omnis scriptura*,
*f. 313c. nullam excludit; cum dicit: *divinitus inspirata*, dat intelligi, *quod melior et nobilior et
utilior est scriptura que divinitus inspiratur, quam illa que a documento habetur humano[b],
quia revelatio secretorum signum est specialis amicicie hominis cum Deo. Unde Dominus
*v. 15. discipulis suis dixit Io. XV*: *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quecumque[c] audivi a patre
*v. 7. meo, nota feci vobis.* Item Amos III*: *Quia dominus Deus verbum non faciet[d], nisi revelaverit
*v. 20. 21. secretum suum ad servos suos prophetas.* Ideo dicit Petrus secunda I*: *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripture propria interpretatione non fit. Non enim voluntate
humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.*
Unde Gregorius in omelia pentecostes[e] de spiritu sancto loquens ait[6]: *Implet namque*

a) Mechis. *corr.* Melchis. *c.* b) humano *a Sal. in marg. suppl.* c) 95 (cumque *vel* cunque *vel* conque) *a Sal. superscr.* d) facit *Vulg.* e) pent *c.*

1) *Quaest. Hebr. in Genesin, Hieronymi Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1735*) III, col.* 339. 2) *Petrus Comestor, Hist. scolast., Gen. c.* 58. *Cf. supra f.* 252[c], *p.* 109. 3) *Ut ait Petrus Comestor, Gen. c.* 46. 4) 1. *Mach.* 2, 54. 58. 5) *Supra f.* 312[a], *p.* 245. 6) *In Evang. l. II, hom.* 30, *ed. Maur. (Parisiis* 1705*) I, col.* 1580.

*F.* 313[d]. De quadruplici usu divine scripture.

---

Gregorius. 1248. *Ind.*

*cytharédum puerum et psalmístam facit. Implet pastorem armentárium, siccomóros vellicantem, et prophetam facit. Implet abstinentem puerum et iudicem senum facit. Implet piscatorem et predicatorem facit. Implet persecutorem et doctorem gentium facit. Implet publicánum et evangelistam facit.* De doctrina vero humana ad comparationem divine sic dicit Ieronimus in prologo Biblie[1]: *Pharisei stupent in doctrina Domini et mirantur in Petro et Iohanne, quomodo legem sciant, cum litteras*[a] *non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio et cotidiána in lege meditatio tribúere solet, illis spiritus sanctus suggerebat, et erant iuxta quod scriptum est docibiles Deo, ()Etovaktoi*[b]. *Duodecim annos salvator impleverat et in templo sedens*[c], *de questionibus legis interrogans magis docet, dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum dicimus et Iohannem, quorum uterque dicere poterat: "Et si imperitus sermone, non tamen scientia".* (2. *Cor.* 11, 6.) *Io*hannes rusticus, piscator* (**f.* 313[d].) *indoctus. Et unde illa vox, obsecro? "In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum"*, (*Ioh.* 1, 1.) *ΛΟΓΟC*[d]. *Logos Grece multa significat. Nam et verbum est et ratio et supputatio et causa uniuscuiusque rei, per quam sunt singula que subsistunt. Que universa recte intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demósthenes éloquens ignoravit. "Perdam", inquit, "sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo".* (*Abd.* 8.) *Vera sapientia perdet falsam sapientiam.* Sequitur[e] in auctoritate apostoli: *Utilis est*[f]. (2. *Tim.* 3, 16.) Sic inchoavit quidam poeta volens commendare libellum suum[2]:

*Utilis est rudibus presentis cura libelli* Versus.
*Et facilem pueris prebet in arte viam.*

Per hoc autem quod apostolus dixit: *Utilis est*, manifestum est, quod scriptura divina data est ad hominum utilitatem. Frustra ergo data esset, nisi aliquo tempore ab alíquibus posset intelligi[f]. Sed dicunt rudes: "Dominus noluit dare apostolis, quibus dixit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate,* (*Act.* 1, 7.) cum tamen hoc quererent". Ergo digniores sumus apostolis? Quibus abbas Ioachym respondet dicens[3]: "Non sumus propter hoc digniores apostolis et sanctiores; sed ad quid manifestasset apostolis Dominus ista, cum ea non essent visuri, et cum circa multa alia tempore illo occupari deberent? Nobis autem utilia valde sunt scire, quibus dicitur: *Cum videritis hec fieri, scitote, quia*[g] *prope est regnum Dei*". (*Luc.* 21, 31.) Sequitur[e] in apostolo: *Ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum.* (2. *Tim.* 3, 16.) Cum igitur[h] hic ponat apostolus quadruplicem usum divine scripture, patet, quod errant illi qui eam ad litteralem *tantum (**f.* CCC14[a].) usum artare conantur. Alióquin non nulli hominem comedisse dicentur, de quibus dicitur:

a) litteras *a Sal. in marg. suppl.* b) *sic corrupte c. pro* θεοδίδακτοι, *linea rubea subducta, non ut verbum deleretur, sed ut Graecum signaretur.* c) *sic c.;* senes *Hier.* d) *sub hac voce quoque linea rubra subducta, litterae in cod. scriptae potius* aotoc *quam* logoc *legi debere videntur.* e) *hinc versus novus coeptus cum* ℭ *minio scripto. Linea rubra subducta sub* Seq. — Utilis est *et* Seq. — erudiendum *et sub locis similibus infra.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) quoniam *Vulg.* h) ģ (igitur) *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Ad Paulinum epist.* 53, *quae Bibliae ex more praefigitur, Opera ed. Vallarsius I, col.* 271. 2) *Librum quinque clavium sive Doctrinam rudium: cf. Catal. cod. Monac. Lat. Ed. altera I,* 2, *p.* 168. 191, *nr.* 4146. 4409. 4413. *Qui libellus et in codice Eporegiensi habetur; cf. 'Archiv' IX, p.* 614. 3) *Sal. citavit procul dubio hunc locum Libri Concordiae novi et veteris Testamenti (Venetiis* 1519. 4°) *V,* 119, *f.* 135[b.c]. *cuius verba non retinuit:* Non quod digniores simus, quia ista scimus, quanta sunt nobis pro meritis preparata flagella. . . . . Sancti erant illi, quibus dictum est: 'Non est vestrum scire' *etc.* Sed quid illis hoc scire proderat nisi ad aliquid scire, nobis autem, quibus dictum est: 'Cum videritis' *etc.*, nobis, inquam, qui vidimus, non discipulis, qui non viderent.

*F.* 314[b]. De arguitione et correctione.

---

Ps. 78, 7. Ps. 100, 8. *quia comederunt Iacob et lo[cum]*[a] *eius deso[laverunt]*[a]. [Et[b] iterum: *In matutino interficiebam*
1248. *omnes peccatores terre, ut dispérderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*[c]. Item:
*118, 13. †35, 7. *In labiis meis pronuntiari omnia iudicia oris tui,* dicit psalmista*, et ipse idem dicit†, quod
*iuditia* Dei *abyssus multa.* Apostolus etiam dicit, quod *incomprehensibilia sunt iuditia* Dei,
*v. 33. Ro. XI*. Patet itaque ex predictis, quod scriptura divina preter litteralem requirit et
alium intellectum]. Et quamvis quadruplicem usum scripture divine hic assignet
apostolus, non excludit propter hoc, quin alii usus in divina possint haberi scriptura.
De quibus forte dicemus. Sed quantum ad presens áttinet, nunc de istis IIII[or] pro-
2. Tim. 3, 16. sequamur. Dicit ergo apostolus[c]: *Omnis scriptura divi[nitus]*[a] *inspi[rata] utilis est ad*
*docendum.* Nota, quod aliqui docentur ab hominibus, aliqui docentur a Deo. De
*v. 11. primis sic habes Iob XXVII*: *Docebo vos per manum Dei, que omnipotens habeat, nec*
*v. 2. *abscondam.* Item II. ad Timo. II*: *Que audisti a me per multos testes, hec commenda fide-*
*libus hominibus, qui ydonei erunt et alios docere.* Nota, quod illa doctrina bona est, in qua
Ps. 50, 15. convertitur peccator, edificatur iustus, et glorificatur Deus. De prima sic habes: *Docebo*
*v. 9. *iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur.* De secunda sic habes Prover. IX*: *Doce*
*v. 15. *iustum, et festinabit accipere.* De tertia sic habes Ys.[d] XXIIII*: *In doctrinis glorificate*
*Dominum, in insulis maris nomen domini Dei Israel.* Sed de quibusdam conqueritur
*v. 9. Dominus dicens Mat. XV*: *Sine causa autem colunt me docentes doctrinas et mandata homi-*
*v. 45. *num.* De his[e] qui docentur a Deo sic habes Io. VI*: *Est scriptum in prophetis: "et*
*v. 12. 13. *erunt omnes docibiles Dei".* Hoc habetur Ys. LIIII*: *Ponam universos filios tuos doctos a*
*v. 11—13. *Domino.* Item apostolus ad Hebre. VIII*: *Non docebit unusquisque proximum et unusquisque*
*fratrem suum dicens: cognosce Dominum, quoniam omnes scient me a minore usque ad maiorem*
*eorum, quia propitius eorum*[f] *iniquitatibus eorum et peccatorum illorum*[g] *iam non memorabor.*
*Dicendo autem novum veteravit prius. Quod autem antiquatur et senescit, prope interitum est.*
*f. 314[b]. Per hanc auctoritatem probat apostolus, quod Testamentum vetus quantum ad *quedam
defecit et evacuatum est, et novum habet vigórem. Et sumit hanc auctoritatem de
*v. 31. Iere. XXXI*. Et tam in Ieremia quam in apostolo hec auctoritas ad probandum de
*v. 18. 19. duobus testamentis incoanda est supra. Unde Dominus Ys. XLIII*: *Ne memineritis*
*priorum et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio nova, et nunc orientur, utique cognoscetis ea.*
*v. 17. Hinc apostolus dicit II. ad Cor. V*: *Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt,*
*v. 10. *et ecce facta sunt nova omnia.* Unde habetur Levi. XXVI*: *Vetera novis superrenientibus*
*prohicietis.* De doctrina autem que habetur a Deo, de qua est nostra principalis
Ps. 93, 12. intentio, sic dicit propheta: *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docúeris*
Ps. 118, 12. *eum.* Et iterum: *Benedictus es, Domine, doce me iustificationes tuas.* Sequitur in apo-
2. Tim. 3, 16. *v. 2. stolo: *Utilis est ad arguendum.* Hoc est quod precipit II. ad Timo. IIII*: *Argue, obsecra,*
*v. 8. *increpa in omni patientia et doctrina.* Ideo dicit sapiens Prover. IX*: *Argue sapientem, et*
*v. 14. †49, 21. *diliget te.* Item II. Reg. VII*: *Arguam eum in virga virorum* et cet. Item Ps.†: *Arguam*
*v. 25. *te et statuam contra faciem tuam*[c]. Sed que utilitas in arguendo? Audi Prover. XXIIII*:
*Qui arguunt, laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.* Sequitur in auctoritate apo-
2. Tim. 3, 16. *v. 24. stoli: *Ad corripiendum.* Iere. X*: *Corripe me, Domine, verumtamen in iuditio et non in*
Ps. 37, 2. *furore tuo, ne forte ad nichilum redigas me.* Idem dicit propheta: *Domine, ne in furore tuo*
*v. 10. *arguas me neque in ira tua corripias*[h] *me.* Item Prover. XVII*: *Plus proficit*[i] *correptio apud*

a) *per sillabas initiales haec verba tantum signata in c.* b) *uncis inclusa in marg. super. f.* 314[a, b]. *a Sal. suppl.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *penna mutata.* e) his *in marg. a Sal. suppl.* f) *sic c.;* ero *Vulg.* g) eorum *Vulg.* h) cor pias *c.* i) prof. *in marg. a Sal. suppl.*

*prudentem quam centum plage apud stultum.* Quod patuit in Iosue, quem corripuit Moyses, 1248.
Numeri XI*: *Quid, inquit, emularis pro me? Quis tribuat*[a], *ut omnis populus prophétet,* †*et*[b] *v. 29. †f. 314c.
*det eis Dominus spiritum suum?* Impletum est in Moyse quod dixit sapiens Sap. VI*: *v. 25.
*Neque cum invidia*[c] *tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientie.*
Item in Herode impletum est quod dictum est supra: *quam centum plage apud stultum.* Prov. 17, 10.
De quo dicitur Luc. III*: *Herodes autem thetrarcha cum corriperetur* a Iohanne *de Hero-* *v. 19. 20.
*díade uxore fratris sui et de omnibus malis, que fecit Herodes, adiecit et hoc supra*[d] *omnia et*
*inclusit Iohannem in carcerem.* Quare hoc? Quia, ut dicit sapiens in Proverbiis XV*: *v. 12.
*Non amat pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes graditur.* Nam, ut dicit Amos V*: *v. 10.
*Odio habuerunt in porta corripientem et loquentem perfecte abominati sunt,* scilicet Herodes
et Herodías. Sed dicitur Eccli. XXI*: *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris;* *v. 7.
*et qui timet Deum, convertetur ad cor suum.* Item Eccli. XIX*: *Qui odit correptionem,* *v. 5.
*minuetur vita.* Item Eccli. XX*: *Quam bonum est correptum manifestare penitentiam,* *v. 4.
*sic effugies voluntarium peccatum.* De correptione multa habes Eccli. XIX. Item Eccli.
XXXII*: *Peccator homo vitabit correptionem et secundum voluntatem suam inveniet compara-* *v. 21.
*tionem.* Hec omnia completa sunt in Herode, qui malitiose cum Herodíade de morte
Iohannis Baptiste tractavit. Item de Iohanne dicitur Prover. XXI*: *Excogitat iustus* *v. 12.
*de domo impii, ut détrahat impios a malo.* Item de Herode dicitur Prover. XXIX*: *v. 1.
*Viro, qui corripientem dura cervice contemnit*[e], *repentinus superveniet interitus, et eum sanitas*
*non sequetur.* Sequitur in auctoritate apostoli: *Ad erudiendum.* Prover. XVI*: *Eruditus* 2. Tim. 3, 16. *v. 20.
*in verbo repperiet bona, et qui in Domino sperat, beatus est.* Ideo dicit Prover. XIX*: *Érudi* *v. 18.
*filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.* Hinc dicit
apostolus ad Hebre. XII*: *Patres quidem carnis nostre habuimus* †*eruditores et reverebamur* *v. 9. 10. †f. 314d.
*eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus? Et illi quidem in tempore*
*paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos; hic autem ad id quod utile est*
*in recipiendo sanctificationem eius.* De eruditione habes Iere. VI*: *Erudíre Ierusalem,* *v. 8.
*ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.* Ideo
dicit Ys. VIII*: *In forti manu erudivit me, ne irem in via populi huius.* Sequitur in *v. 11.
auctoritate apostoli: *in iustitia.* [Bene[f] dicit: *in iustitia,* quia *iustus Dominus, iustitiam* 2. Tim. 3, 16. Ps. 10, 8.
*dilexit*]. De qua dicit Iacob Gen. XXX*: *Respondebitque michi cras iustitia mea.* Hanc *v. 33.
facit quicumque est sapiens, sicut dicitur Exo. XXXV*: *Quisquis vestrum*[g] *est sapiens,* *v. 10.
*veniat et faciat quod Dominus imperavit.* Ideo dicit Dominus Exo. XXXI*: *In corde omnis* *v. 6.
*erudíti posui sapientiam, ut faciant cuncta que precepi tibi.* Peccatores vero dicturi sunt
illud Ys. XXVI*: *Iustitiam*[h] *non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores orbis*[i]. Se- *v. 18.
quitur in auctoritate apostoli: *Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* 2. Tim. 3, 17.
Qualis fuit ipse Paulus, qui de seipso dicit I.[k] ad Cor. IX*: *Omnibus omnia factus sum,* *v. 22.
*ut omnes salvos facerem.* De perfectione hec dicit Dominus Luc. VI*: *Perfectus autem* *v. 40.
*omnis erit, si sit sicut magister eius.* Ut autem homo ad perfectionem doctrine valeat per-
venire, oportet, quod assumat formam discipuli, et quod cum humilitate addiscat et cum
mansuetudine audiat. Sunt enim non nulli, qui volunt adiscere[l] et semper recalcitrare
docenti, ut erudíti ab aliis esse putentur. De quibus dicit Augustinus[1]: *Multi amiserunt*
*scientiam studio contradicendi.* Ideo utile consilium dat Ecclesiasticus IIII*: Augustinus[m]. *v. 30.
*Non contradicas verbo veritatis ullo modo.* Item Eccli. V*: *Esto mansuetus ad audiendum* *v. 13.

a) tet *corr.* det *expunctum, et in marg. a Sal.* tribuat *correctum.* b) *penna mutata.* c) in uidua *c.* d) super *Vulg.* e) contempnit *radendo corr.* contemnit *c.* f) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* g) urm *in marg. a Sal. suppl.* h) salutes *Vulg., cf. ib. v.* 9. i) terrae *Vulg., cf. ib. v.* 9. k) II. *radendo corr.* I. *c.* l) *sic h. l. c.* m) a9 *c.*

1) *Hoc dictum in operibus Augustini non repperi.*

*F.* CCCXV[a]. Cum autem[a] frater Petrus non posset auctoritatibus Biblie contradicere, convertit se ad originalia sanctorum et ad dicta phylosophorum[b], in quibus cito fuit ei a fratre Hugone[c] conclusum.

*F.* 315[b]. Postquam frater Petrus cognovit se superatum, convertit se ad commendandum fratrem Hugonem de multiplici sapientia.

Quod frater Hugo bonum exemplum secularibus dedit.

---

*f. CCCXVa. †v. 21. *verbum* Dei, *ut intelligas, et cum sapientia proferes responsum verum.* Item Iacobi I†: *In* 1248. *Ind.* *mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Ideo dicit Augu- Augustinus. stinus II. libro de doctrina Christiana[1]: *Opus est pietate mitéscere nec contradicere divine scripture sive intelligere*[d], *quasi nos aliquid sapere meliusque percípere possimus, sed cogitare potius et credere id esse melius et verius quod scriptum est*. Audiens hec omnia frater Petrus ad originalia sanctorum et ad dicta phylosophorum[e] conversus est. In quibus frater Hugo cum esset doctissimus, statim invólvit eum et conclusit ei[f]. Videns hoc socius suus, qui erat sacerdos et senex et bonus homo, cepit ipsum iuvare. Sed frater Petrus dixit ei: 'Tace, tace!' Quasi diceret illud *v. 2. Iob XXVI*: *Cuius adiutor es? Numquid imbecíllis? Et sustentas brachium eius qui non est fortis?* Quasi diceret: 'Si ego non possum contra eum, tu quid facies?' *v. 9. Tunc dixit frater Petrus: 'In Proverbiis scriptum est IX*: *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce iustum, et festinabit accipere.* Dedi vobis occasionem dicendi multa bona, et ego festino accipere, ut iam non contradicam sermonibus veritatis'[g, 2]. Cui dixit frater Hugo: '*Ecce hoc ut investigávimus, ita est, quod audítum,* *v. 27. *mente pertrácta,* Iob V*'[g]. Respondit frater Petrus: 'In Ecclesiastico scriptum est *v. 24. XXII*: *Pungens oculum deducet lacrimas: et qui pungit cor, profert sensum.* Gaudeo, quod provocavi vos, quia multa bona dixistis. Nam *bona abscondita in ore clauso* *v. 18. *quasi appositiones epularum circumposite*[h] *sepulcro.* Eccli. XXX*. Ideo Ecclesiasticus *v. 28. †v. 32. 33. dicit IIII*: *Non abscondas sapientiam tuam in decore eius*[i], quia Eccli. XX.† dicitur: *Sapientia absconsa et thesaurus invisus, que utilitas in utrisque? Melior est qui celat* *f. 315b. *insipientiam suam quam homo *qui abscondit sapientiam suam.* Unde illud Prover. *v. 28. XVII*: *Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur, et si*[k] *compresserit labia sua,* *v. 33. *intelligens.* In te video completum quod sapiens in Proverbiis dicit XIIII*: *In corde prudentis requiescit sapientia, et indoctos quosque erudiet*[g]. Vere tu es talis, *v. 22. qualem describit Ecclesiasticus dicens XXXVII*: *Vir perítus multos erudiet*[l] *et anime* *v. 26. 27. 29. *sue suávis est.* Et iterum*: *Vir sapiens plebem suam érudit, et fructus sensus illius fideles sunt. Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum laudabunt. Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen illius erit vivens in eternum*'. Cum autem supradicta verba terminata fuissent, ecce súbito nuntius nauclérí pro Predicatoribus venit dicens, quod festinanter irent ad navem. Post quorum recessum dixit frater Hugo remanentibus litteratis hominibus, qui disputationem audierant: 'Non habeatis malum exemplum, si aliqua diximus non dicenda, quia illi qui dísputant de presumpta audacia per campum licentie discurrere consuevérunt'[g]. Et áddidit frater Hugo: 'Isti boni homines semper de scientia gloriantur et dicunt, quod in ordine

a) a (autem) *a Sal. superscr.* b) phorum *c.* c) hũ. *c.* d) intellectae *August., ubi nonnulla verba a Sal. omissa sequuntur, sed cum eodem mendo hic locus infra f. 401d. legitur.* e) phyilosophorum *c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* h) ꝯposite *c.* i) suo *Vulg.* k) si *a Sal. superscr.* l) erudivit *Vulg.*

1) *Cap.* 7, § 9. *Opera ed. Maur.* (*Venetiis* 1729) *III,* 1, *col.* 22. 2) *Cf. supra p.* 251, *l.* 43. *et Iob* 6, 10: nec contradicam sermonibus sancti.

eorum fons sapientie invenitur, cum Ecclesiasticus dicat: *Fons sapientie verbum Dei* 1248. Iul.
*in excelsis,* Eccli. I*. Dicunt etiam, quod transierunt per homines ydiótas, quando *v. 5.
tránseunt per loca fratrum Minorum, in quibus eis caritative et sedule ministratur.
Sed per Dei gratiam modo non poterunt dicere, quod per homines ydiótas transierint, quia feci quod[a] docet sapiens in Proverbiis, dicens Prover. XXVI*: *Re-* *v. 5.
*sponde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Et iterum dicit
XXVII*: *Stude sapientie, fili mi, et letifica* †*cor meum, ut possis exprobranti respondere* *v. 11. †f. 315c.
*sermonem.* Item Prover. XV*: *Letatur homo in scientia*[b] *oris sui, et sermo oportúnus* *v. 23.
*est óptimus.* Item Ieremie LI.* sic habetur: *Collídis tu michi vasa belli, et ego collí-* *v. 20.
*dam in te gentes et dispergam in te regna'.* Finitis his verbis recesserunt seculares auditóres valde edificati et consolati, dicentes: 'Audivimus mirabilia hodie. cf. Luc. 5, 26.
Sed sequenti festo de doctrina domini nostri Iesu Christi aliqua desideramus
audire'. Quibus frater Hugo dixit: *Si fuerit vita comes,* exaudiam vos libenter, 4. Reg. 4, 16.
et ideo veniatis bene!' Porro eodem die reversi fratres Predicatores consolatorie fuerunt nobiscum. Tempus enim navigandi aptum non habuerunt; post cenam vero frater Ugo familiariter fuit cum eis. Et frater Petrus collocavit se et sedit in terra ad pedes fratris Hugonis; nec fuit aliquis, qui posset eum facere surgere et sedere in equali banco cum fratre Hugone, nec etiam ipse frater Ugo, cum multum rogasset eum. Et dicebat frater Petrus: 'In Proverbiis scriptum est,
Prover. XVI*: *Melius est humiliari cum mítibus quam dividere spolia cum superbis.* *v. 19.
Et ideo *humiliari in terra vitam meam.* Nam *qui se humiliat, exaltabitur,* et *qui* Ps. 142, 3. Luc. 14, 11.
*humiliatus fuerit, erit in gloria. Et qui apropinquant*[c] *pedibus eius, accipient de doctrina* Iob 22, 29.
*illius,* Deutero 33*'. Igitur frater Petrus iam non disputando nec contradicendo, *v. 3.
sed humiliter ascultando[d] audiebat melliflua verba, que dicebantur a fratre Hugone. Que quidem essent digna relatu, sed causa brevitatis ea subtíceo, quia ad alia dicendo festíno. Tunc socius fratris Petri seorsum dixit michi: 'Pro Deo, frater
Salimbene[e], dicatis michi, quis est iste *frater, si prelatus, guardianus vel custos *f. 315d.
vel minister'. Cui dixi: 'Nullam prelationem habet, quia nullam habere vult. Aliquando fuit provincialis minister, nunc autem est persona privata. Et est unus de maioribus clericis de mundo, et ita reputatur ab his qui eum cognoscunt'. Tunc dixit michi: 'In veritate bene credo, quia nunquam vidi hominem ita bene loquentem et ad omnia preparatum, que ad scientiam pertinere noscuntur. Sed miror, quare in magnis conventibus non moratur'. Cui dixi: 'Propter humilitatem suam et sanctitatem, quia plus consolatur esse in parvulis locis'. Tunc dixit: 'Benedicatur ipse, quia totus celicus esse videtur'. Fuerunt igitur nobiscum fratres Predicatores apud Areas, quousque tempus ad navigandum congruum habuerunt. Et in recessu suo dixit frater Petrus fratri Hugoni: 'In veritate dico vobis, semper vellem habitare vobiscum ad conferendum de divina scriptura'. Et post multas et mutuas recommendationes recesserunt fratres Predicatores consolatorie et valde edificati. Post quorum recessum sequenti festo congregati sunt omnes homines litterati de castro Arearum, ut fratrem Hugonem in cámera sua audirent docentem. Et[f] fecit eis sermonem mirabilem, utilem et pulcherrimum et delectabilem. Quem subtíceo et causa brevitatis, et quia ad alia dicenda festíno. Cum autem sermo finitus fuisset, erat ibi quidam homo ex eodem castro, quem vidi et cognovi,

a) quod docet *bis scriptum, semel expunctum et linea perducta deletum.* b) sententia *Vulg.* c) *sic c.* d) *sic c.; cf. supra p.* 184, *n.* c. e) Salibn *h. l. c.* f) *penna mutata.*

*F.* CCCXVI[a]. Quod[a] frater Hugo duplici de causa multos mordaces habuit, que assignatur in libro.

*F.* 316[b]. De diversitate Heremitarum et unione eorumdem.

Quod[b] fratres Predicatores et nos multos docuimus mendicare et regulas facere.

---

1248. *Iul.* qui cum esset secularis, rogavit fratrem Hugónem, ut eum amore Dei ad ordinem fratrum Minorum recipere dignaretur. Habebat enim frater Hugo a ministro recipiendi licentiam, eó quod reverentissima persona et tantus clericus esset, et quia spiritualis homo, et quia iam minister extíterat.

*f. CCCXVIa. *Porro[c] homo iste, qui ordinis fratrum Minorum petebat ingressum, fuit principium ordinis Saccatórum, et habebat socium, qui similiter intrare volebat. Hi inspirati sunt nutu divino in predicatione fratris Hugónis. Quibus frater Húgo dixit: 'Eátis ad némora et adiscátis[d] comedere rádices[e], quoniam tribulationes apropinquant[d]'. Tunc iverunt et fecerunt sibi mantellos catabriatos[1], sicut antiquitus consueverunt[f] habere serviciáles ordinis sancte Clare; et ceperunt mendicáre panem per castrum illud, in quo habitabant fratres Minores; et abundanter dabatur eis, quia nos et fratres Predicatores docuimus omnes homines mendicáre; et quilibet assúmit sibi capútium et vult facere unam regulam mendicantem. Isti multiplicati sunt súbito, et appellabantur a fratribus Minoribus de provincia Provincie irónice et trufatórie Boscaríoli[2]. Porro frater Hugo multos habebat in ordine suo et maxime in Provincia émulos et mordáces, et propter doctrinam abbatis Ioachym, et quia imponebant ei, quod ordinem Boscariolórum fecisset. Et non fecerat eum aliter nisi occasionáliter dicendo: 'Eatis ad némora et adiscátis[d] comedere radíces, quia tribulationes apropinquant[d]', et quia noluit eos ad ordinem recipere, cum bene posset[3]. Porro processu temporis fecerunt sibi habitum de sacco non cilicino, sed quasi sindónico, et inferius habebant túnicas óptimas et ad collum mantellum de sacco; unde et fratres Saccáti dicti sunt. Et fecerunt sibi fieri soleas, sicut habent fratres Minores. Nam quicumque volunt noviter *f. 316b.* aliquam régulam facere, semper mendícant aliquid ab ordine beati Francisci, *aut sóleas aut cordam aut etiam habitum[g]. Sed nunc ordo fratrum Minorum papále privilégium habet, quod nullus talem habitum ferre presumat, per quem frater Minor ab aliquo credi possit; quia fratres qui dicebantur Brítti in marchia 1256. Anchonitána omnino talem habitum portare solebant; quos papa Alexander quartus in unam congregationem redégit cum aliis Heremitis[4], cum prius omnes Heremite in V diversitatibus discrepantibus partirentur, ut oculis meis vidi. Nam erant Heremíte qui dicebantur sancti Augustíni et Heremíte qui dicebantur sancti Guiliélmi et illi de Faváli et Brítti et Iambonitáni. Fuit enim quidam Iohannes Bonus, qui fuit tempore beati Francisci, qui congregationem Heremitárum fecit[5];

a) *hoc argumentum posterius quam reliqua a Sal. additum est c.* b) Quod — facere *posterius praecedente argumento a Sal. add. c.* c) *littera initialis* P *magna atramento nigro et minio picta; or in loco raso, in quo antea procul dubio simplex* Por *scriptum erat.* d) *sic c.* e) *sic h. l. c.; infra l.* 24. *recte* radíces. f) ꝯsuuerunt *corr.* ꝯsueuerunt *c.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) Ex albo et nigro vel etiam aliis coloribus distinctos *Ducange-Henschel s. v.* 2) *I. q. homines silvestres.* 3) *Attamen infra f.* 316[c], *loco post addito, dicitur fundator ordinis fratrum Saccatorum Raimundus Attanulfi novitius ordinis Minorum fuisse.* 4) *Litteris datis a.* 1256. *Apr.* 9, *Potthast nr.* 16334. 5) *A.* 1209. *prope Caesenam.*

---

cuius corpus diebus meis Mantue est sepultum, et cuius filium vidi et cognovi, fratrem Matheum Mutinensem et pinguem[a]. Ad congregationem istius ultimi omnes alie sunt reducte, ut in illa unione primitus caput esset. Verumtamen impleta est scriptura que dicit Iere. XV*: *Numquid federabitur ferrum ferro ab aqui-* *v. 12. *lone et es?* Nam

*quod nova testa capit inveteráta sapit*[1].

Porro Saccáti súbito diffuderunt se per civitates Ytalie, in quibus capiebant loca ad habitandum, et omnem modum, quem tenebant fratres Minores et Predicatores in predicationibus faciendis et confessionibus audiendis et in aquisitionibus[b] mendicandi, ipsi similiter tenebant in omnibus, quia, ut dixi[2], nos et Predicatores docúimus omnes homines mendícare. Inde etiam seculares non módicum gravabantur. Unde quadam die in civitate Mutinensi domina Iulítta de Adhelárdis, devota fratrum Minorum, fratribus Minoribus dixit, cum vidisset homines illos pro pane hostiátim euntes: 'In *veritate dico vobis, fratres, tot habebámus sácculos et péras *f. 316c. ad hórrea evacuánda, quia non indigebámus ordine Saccatorum'. Sed processu temporis papa Gregorius décimus, qui Placentínus fuit, in pleno concílio Lugdu- 1274. nensi pénitus cassávit hunc ordinem[3], illustrátus inspiratione divina, nolens, quod tot essent ordines mendicantes, ne populus Christianus propter multitudinem mendicantium tedio gravaretur, et ut hi *qui evangelium* predicant *de evangelio vivere* possent, sicut apostolus Paulus dicit Dominum ordinasse[c, 4], I. ad Cor. IX*. Voluit *v. 14. etiam cassare et ad nichilum redígere Heremitárum ordinem, sed interventu domni Ricardi Romane curie cardinalis[5], qui erat eorum ordinis gubernator, abstinuit se, ne faceret quod volebat. Verumtamen dixit, quod retinebat penes se, ut de eis ordinaret, quid de eis sibi melius facere videretur[6]. Sed morte preventus, eius cogitatio penitus est frustrata. [Primus[d] ordinis Saccatorum dictus est Raimundus Attanulfi, et fuit oriundus de provincia Provincie, de castro Aree, ubi iuxta mare fit sal; et fuit miles in seculo et fuit in ordine fratrum Minorum, sed in novitiatu fuit licentiatus et emissus de ordine, quia infirmus erat. Filium habuit in ordine Saccatorum, qui postea fuit Arelatensis archiepiscopus[7]. Frater Bertrandus de Manara fuit primus socius supradicti Raimundi. Est autem Manara quedam contrata iuxta supradictum castrum, in qua erat monasterium dominarum Albarum, que devote fratrum Minorum erant et sunt usque in hodiernum diem magis et magis].

Illam[e, 8] etiam congregationem illorum ribaldorum et porcariorum et stultorum et ignobilium, *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt, sed sunt synagoga Sathane,* Apoc. 2, 9.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sic c.* c) ordina *in loco raso.* d) *uncis inclusa in marg. infer., non a Sal., ut censeo, sed manu omnino aequali et simillima, post suppleta sunt alio atram. fusco et litteris maioribus.* e) *littera initialis magna* I *atramento nigro et minio picta.*

1) *Nescio, unde hic versus assumptus sit. Separatim scriptus est in codice Aquicinctino saec. XII ('Catal. des mss. des départ.' VI, p. 186), legitur e. gr. bis in Bonaventurae Serm. de apost. VIII, de dedic. eccl. III, Opera ed. Peltier XIV, p.* 20. 132, *et in Conradi de Fabaria Cas. S. Galli c.* 12, *SS. II, p.* 175. 2) *F.* 316a, *p.* 254, *l.* 17. 3) *Sexti Decretal. l. III, tit. XVII.* 4) *Eadem fere vide infra f.* 322a. 5) *Diaconi S. Angeli, qui a.* 1256. *Mart. Anagniae quinque congregationes supra dictas Eremitarum univit.* 6) *Dicto decreto concilii Lugdunensis a.* 1274. *confirmatus est ordo Eremitarum.* 7) *Nescio, quis fuerit. Conicio hoc falso dictum esse.* 8) *Hoc loco incipit Tractatus de Apostolis, cui quidem Salim-*

*F.* 316[d]. Et nota, quod iste tractatus protenditur usque ad illum locum, ubi scribitur: *Anno Domini M°CC°XLVIII°*[1]. Et est repetitio precedentis millesimi.

---

omnino destruxit[2]. *Ipsi* enim *non erant de semine virorum illorum, per quos facta*
*v. 62. *est salus in Israel,* I. Macha. V*. Quia nec utiles sunt ad predicandum nec ad
ecclesiasticum officium decantandum nec ad missas celebrandas nec ad confessiones
audiendas nec ad legendum in scolis nec ad consilia danda nec etiam pro bene-
factoribus exorandum, quia tota die per civitates discurrunt mulieres videndo[a].
Ad quid ergo ecclesie Dei deserviant et populo Christiano utiles sint, videre non
possum. Tota die ociosi, tota die vagabundi. Nam non laborant neque orant.
1260? Istorum principium fuit in Parma. Cum enim in ordine fratrum Minorum habi-
*f. 316d. ta*rem in Parmensi conventu[3] sacerdos et predicator existens, venit quidam iuvenis
natione Parmensis, de vili progenie ortus, illitteratus et laycus, ydiota et stultus,
cui nomen Gerardínus Segaléllus, et petiit, ut a fratribus Minoribus reciperetur
in ordine. Qui cum non exaudiretur ab eis, tota die, quando poterat, morabatur
in ecclesia fratrum et cogitabat quod postea stultizando implevit. Nam super
coopertórium lámpadis societatis et fraternitatis beati Francisci depícti erant apo-
stoli circumcirca cum sóleis in pedibus et cum mantellis circa scapulas involuti,
sicut traditio pictorum ab antiquis accepit et usque ad modérnos deduxit. Ibi
iste contemplabatur, et excogitato consilio, postquam capillos nutrivit et barbam,
accepit soleas ordinis fratrum Minorum et cordam; quia, ut iam superius dixi[4],
quicumque volunt noviter congregationem aliquam facere, ab ordine beati Fran-
cisci aliquid semper usurpant. Et[b] fecit sibi fieri de bixétto[5] vestítum et man-
tellum album de stagmine[c] forti, quem circa collum et scapulas involútum por-
tabat, credens per hoc apostolorum habitum demonstrare. Et vendita domúncula
sua et accepto pretio, stetit super lapidem, super quem antiquitus potestates Par-
2. Cor. 9, 9. menses concionári solebant. Et habens denariorum sacculum non *dispersit* et *dedit*
Eccli. 4, 7. *pauperibus* nec *congregationi pauperum affabilem* se fecit, sed vocatis ribaldis, qui
ibi prope in platea ludebant[d], sparsit inter illos alta voce dicendo[e]: 'Quicumque
vult, accipiat et habeat sibi!'[f] Collegerunt itaque valde cito ribaldi denarios illos
*f. CCC17a. et iverunt et luserunt ad taxíllos et isto audiente, *qui dederat, blasfemavérunt
Deum viventem[6]. Credidit iste valde bene implere consilium Domini, qui dicit
*v. 21. Mat. XIX*: *Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et da pauperibus, et*
*habebis thesaurum in celo, et veni, sequere me*[f]. Nota, quod dicit: *da pauperibus*, non
ribaldis, da his qui laudant Deum, et non his qui Deum blasphémant et virginem
*v. 1. 2. matrem Christi, que filium Dei nobis fratrem effecit. Ideo dicit Ecclesiasticus XII*:

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) stamine *corr.* stagmine *c.* d) ludeāt *corr.* ludebāt *c.* e) do *erasum c. (non correctum in* dicens*).* f) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

*bene proprium titulum non praefixit, quem tamen ipse in inscriptione columnae* 316[d]. *et infra f.* 473[d]. *tractatum vocat.* 1) *F.* 333[a]. 2) *Scil. Gregorius X. papa, de quo ante locum in margine suppletum dictum est.* 3) *A.* 1260. *mense Novembri, ut videtur, quo tempore Sal. Parmae moratus est (cf. infra f.* 404[b]*), cum ipse dicat f.* 332[c]. *ordinem Apostolorum circa a.* 1260. *exortum esse.* 4) *F.* 316[a.b], *supra p.* 254, *l.* 28 *sq.* 5) Pannus vulgaris e crasso filo contextus *Ducange-Henschel s. v.* bixaninum. *Similis generis pannus nunc Italice vocatur* bigello. 6) *Cf. Is.* 37, 17: ad blasphemandum Deum viventem.

_F._ 317b. De Ghirardino Segalello, qui filio Dei voluit similari, et de multis stultitiis eius, quas fecit.

---

_Si bene feceris, scito, cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa. Bene fac iusto, et invenies retributionem magnam, et si non ab ipso, certe a Deo_[a]. Item Eccli. XIIII*: [*v. 15. 16.] _In divisione sortis da et accipe, et iustifica animam tuam._ Dedit iste, sed nichil accepit, quia malis dedit et male. Ideo dicit Ecclesiasticus XII*: _Da bono, et non_ [*v. 5. 6.] _receperis peccatorem. Benefac humili, et non déderis impio._ Igitur homo iste, de quo inchoavimus supra, malum habuit principium et malum medium et malum finem, utpoté cuius congregatio est in pleno Lugdunensi concilio a papa Gregorio decimo reprobáta[1]. Et hoc digne et merito, quia Gabaonite, qui cum suis saga- [_Ios._ 9.] citatibus filios Israel deceperunt, iudicati sunt et condemnati ad perpetuam servitutem. Sic isti porcarii et vaccarum custodes voluerunt subintrare et suaviter et sine labore de elemosinis illorum vivere, quos fratres Minores et Predicatores cum magnis laboribus et exemplis longo tempore docuerunt. Ideo isti Ghirardino, qui fuit eorum principium, illud Ysaie verbum non inmerito convenire videtur, Ys. IX*: _Multiplicasti gentem, non magnificasti letitiam._ Hec dicimus, sicut ait apo- [*v. 3] stolus ad Galathas II*: _propter subintroductos falsos fratres, qui subintraverunt_[b] _ex-_ [*v. 4. 5.] _plorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, *ut nos in servitutem redí-_ [*f. 317b.] _gerent. Quibus neque ad horam céssimus subiectioni_[c], _ut veritas evangelii permáneat apud vos._ Igitur de Ghirardíno Segalello, qui fuit istorum principium, [N[ota]]. sciendum, quod filio Dei voluit similári. Nam fecit se circumcídi[d], quod est contra apostolum, qui dicit Gala. V*: _Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam, si circumcidámini_[e], [*v. 2. 3.] _Christus vobis nichil próderit. Testificor autem rursum omni homini circumcidenti_[f] _se, quoniam debitor est universe legis faciende._ Item in cunabulis iacuit fasciis involútus et lac et mammas suxit cuiusdam nescie mulieris[g]. Postmodum ivit ad quoddam castrum, quod appellatur Culliculus sive Colliculus, quia ibi post planiciem primo occurrunt colles a Parma versus Fornóvum; de quo castro adhuc dicemus[2], [cum[h] tempus fuerit oportunum]. Et stans in media via[i] ex nimia simplicitate transeuntibus clara voce dicebat: _Ite et vos in vineam meam!_ Et qui cognoscebant [_Matth._ 20, 4. 7.] eum, reputabant eum fatuum, scientes, quod nullam vineam ibi habebat. Montanarii[3] vero, qui eum non cognoscebant, ingrediebantur vineam, versus quam manum extenderat, et comedebant uvas non suas, credentes sibi hoc a proprio vinee domino[k] imperatum. Post hec, cum hospitaretur[l] apud aliquam mulierculam viduam, filiam nubilem et speciosam habentem, dicebat sibi a Domino revelátum, quod cum illa puella debebat illa nocte nudus cum nuda in eodem lecto dormire, ut probaret, si castitatem servare posset necne[4]. Consentiebat mater reputans se beatam, et puella minime hoc negabat. Hoc beatus Iob non docuit, qui dicit 31*: _Pépigi_ [*v. 1.] _fedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine._ Item Eccli. IX*: _Virginem_ [*v. 5.] _ne conspicias, ne forte scandalizeris in decóre eius_[m]. Item Eccli. XXXII*: _In via_ [*v. 25.] _*ruine non eas, et non offendes in lapidibus; nec credas te vie laborióse, ne ponas anime_ [*f. 317c.]

a) Domino _Vulg._ b) subintroierunt _Vulg._ c) subiectione _Vulg._ d) ꝯcidi _c._ e) ꝯcidámini _c._ f) ꝯcidenti _c._ g) _sequitur_ ℭ _minio scriptum._ h) cum — oport. _in marg. a Sal. suppl._ i) uia _in marg. a Sal. suppl._ k) dno _in marg. a Sal. suppl._ l) _penna mutata._ m) illius _Vulg._

1) _Cf. supra p._ 255, _n._ 3. 2) _Infra f._ 342d. _eius mentio facta est, non plura de eo dicta._ 3) _Incolae montium._ 4) _Girardinus enim docuit, ut Bernardus Guidonis tradit, Muratori, SS. R. Ital. IX, col._ 457: XVI. Item quod iacere cum muliere et non commisceri ex carnalitate maius est quam resuscitare mortuum, _et ibid. XV._

*F.* 317[d]. De fratre Roberto, primo socio fratris Ghirardini Segalelli, qui postea apostatavit[a] et uxorem accepit.

---

*v. 27. *tue scándalum.* Item Eccli. III*: *Cor durum male habebit in novissimo: et qui amat*
*v. 16. *periculum, in illo peribit.* Item Prover. XIX*: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit vias suas*[b], *mortificabitur.* Mandatum fuit a Domino
*v. 35. Luc. XII*: *Sint lumbi vestri precincti.* Gregorius[c, 1]: *Lumbos enim precingimus, cum*
Gregorius[c]. *carnis luxuriam per continentiam coartamus.* Sed vias suas negligit ille,
*v. 29. de quo sapiens in Prover. dicit VI*: *Qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit*
*v 27. *mundus, cum tetigerit eam.* Hec est illa mulier, de qua Ecclesiastes dicit VII*: *Inveni amariorem morte mulierem, que láqueus venatorum est, et sagéna cor eius.* Ideo
*ib.* audi remedium: *Qui placet Deo, effúgiet eam*[d]*: qui autem peccator est, capietur ab illa.*
*v. 15. Ps. 56, 7. Item Prover. XI*: *Qui caret laqueos, securus est*[e]. Nam *láqueum paraverunt pedibus meis et incurraverunt animam meam.* Hoc faciunt démones, de quibus Dominus
*v. 23. dicit Ys. LI*: *Dixerunt anime tue: Incurváre, ut transeámus.* Sed non est eis credendum. Porro Ghirardínus Segaléllus multis diebus solus ivit per Parmam, quia socium non habebat; et portabat mantellum suum circa scapulas involútum, et nemini loquebatur nec quempiam salutabat, credens implere illud dominicum
*v. 4. verbum Luc. X*: *Neminem per viam salutareritis.* Verumtamen[f] verbum Domini frequenter dicebat: 'Penitençágite!' — nesciebat enim exprimere, ut diceret:
*Matth.* 3, 2. 'Penitentiam ágite'. — Et ita processu temporis dixerunt multis diebus sui sequaces, cum homines rurâles et ydióte exísterent. Si quando invitabatur ad prandium
*f. 317d. vel ad cenam aut ad hospítium, respondebat *semper sub dubio dicens: 'Aut veniam
*v. 37. aut non veniam'. Quod erat contra illud Domini verbum Mat. V*: *Sit autem sermo vester: est, est, non, non. Quod autem his abundantius est, a malo est.* Ideo dicit
*v. 8. Iacobus I*: *Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.* Cum autem iste frater Ghirardínus Segaléllus in domo fratrum Minorum requirebat aliquem fratrem, utrum in domo esset necne, respondebat portárius trufatórie et derisíve dicendo: 'Aut est in domo aut non est'. Hoc est quod gramáticus docet[2]: *Per quemcumque casum fit interrogatio, per eundem debet fieri responsio.*

His diebus, quibus hec agebantur, fratres Minores de Parma habebant quendam servientem Robértum nomine, qui erat iuvenis inobediens et protervus, cui
*v. 19. convenire poterat quod dicit sapiens in Proverbiis XXIX*: *Servus verbis non potest erudíri, quia quod dicis intélligit et respondere contemnit.* Et ideo bene quidam tyrannus[3] dixit: *Genus servorum nisi cum supplicio non emendatur.* Et iterum
*v. 21. Prover. XXIX*: *Qui delicate a puericia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumácem.* Quod patuit in Ieroboam servo Salomonis III. Reg. XI. Iste itaque Robertus famulus fratrum similis fuit in aliquibus Iude Scaríothis[g], qui Christum Iudeis tradidit, ut ostendemus infra[4]. Huic suásit Ghirardínus Segaléllus, ut
[1]260? relínqueret fratres et socius suus esset; quod et fecit. Et ex hoc multum contulit nobis[5], quia habuimus postea alium famulum valde bonum, iuxta verbum quod

a) apostauit *corr.* apostatauit *c.* b) viam suam *Vulg.* c) .G.ᵉ *c.* d) illam *Vulg. ut supra p.* 132, *l.* 26. e) erit *Vulg.* f) *penna mutata.* g) *sic c.*

1) *In Evang. l. I, hom.* 13, *Opera ed. Maur. (Paris.* 1705*) I, col.* 1481. *Bis infra f.* 322[b]. *et* 389[b]. *hic locus allatus est.* 2) *Iam supra f.* 220[c], *p.* 32. *hoc dictum allatum est.* 3) *Valerianus in Passione Hippolyti, Iacobi Leg. Aurea c.* CXVIII (113), *ed. Grässe p.* 502; *cf. supra f.* 218[c], *p.* 27, *ubi idem allatum est.* 4) *F.* 318[b], *p.* 260. 5) *Patet igitur hoc factum esse, cum Salimbene Parmae moraretur, a.* 1260, *ut videtur.*

*F.* CCC18[a]. De stultitia istorum ribaldorum, *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt, sed sunt synagoga Sathane.* *Apoc.* 2, 9.

*F.* 318[b]. Hic ab apostolo describitur vita et forma et regula illorum qui pie et religiose volunt vivere in Christo Iesu domino nostro.

---

scriptum est Ys. LV*: *Pro saliuncula ascendet ábies, et pro urtica crescet mirtus.* **v.* 13.
Hinc sapiens dicit Prover. XXII*: *Eice derisorem, et exibit cum eo iurgium, cessa-* **v.* 10.
*buntque cause et contumélie.* Verumtamen recedens a fratribus furatus est cuppam 1260?
et cultellum et toaliam[1] fratrum, *que habebat ad usum, et asportavit secum[a]. **f.* CCC18a.
Ibant igitur ambo cum mantellis suis tota die per civitatem, et mirabantur Parmenses. Et ecce súbito multiplicati sunt usque ad tricesimum numerum, et in quadam domo ad comedendum et dormiendum congregabantur; et Robertus, qui fuerat famulus fratrum Minorum, procurator erat eorum. Et plus et libentius dabant eis Parmenses, concives mei, viri et mulieres, quam fratribus Minoribus et Predicatoribus darent. Ipsi vero nec pro benefactoribus suis[b] orabant nec celebrabant nec predicabant nec ecclesiasticum officium decantabant nec confessiones audiebant nec consilia nec bona exempla dabant, quia circa supradicta in omnibus
et per omnia ignorantes erant et penitus inepti *et sine peritia* spiritualis *pugne*, et *Iudith* 5, 27.
ideo non[c] poterant sic incedere sicut fratres Minores et Predicatores, quia nec
consuetudinem habebant[2]. *Ipsi* enim[d] *non erant de semine virorum illorum, per quos* 1. *Mach.* 5, 62.
*salus facta est in Israel*, sed erant porcarii et vaccarum custodes[a, 3]. Verumtamen hoc habebant, quia tota die discurrebant per civitatem mulieres videndo, reliquum tempus expendebant in ocio et nichil operabantur, cum dicat apostolus II. ad
Thessa. 3*: *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi,* **v.* 6—12.
*ut subtrahátis vos ab omni fratre ambulante inordináte et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat vos imitari nos, quoniam non inquiéti fuimus inter vos neque gratis panem manducárimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem vestrum gravarémus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nos metipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam etiam, cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus*[e] *vobis, quoniam, si quis non*
*vult operari, nec mandúcet. Audivimus* **enim inter vos quosdam ambulare inquiete,* **f.* 318b.
*nichil operantes, sed curiose agentes. His autem, qui eiusmodi sunt, denuntiámus et obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent.*
His verbis describit apostolus vitam et formam, quam tenere debent hi, *qui se* *Apoc.* 2, 9.
*dicunt* apostolos *esse et non sunt, sed sunt synagóga Sáthané*, congregatio stultorum et ignobilium et representatio discipulorum Antichristi. De quibus[f] Iohannes
dicit I. canonica IIII*: *Karissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus,* **v.* 1.
*si ex Deo sunt, quoniam multi pséudo-prophete exierunt in mundum.* Quales sunt isti, qui se dicunt apostolos esse et tota die ociosi, tota die vagabundi per civitates et per mundum discurrunt nec operari volunt, sed vivere ex aliorum sudóre et labóre.
Cum dicat propheta: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, et bene tibi* *Ps.* 127, 2.
*erit.* Ideo dicit sapiens in Prover. XVI*: *Anima laborantis laborat sibi, quia cóm-* **v.* 26.
*pulit eam*[g] *os suum.* Item apostolus ad Ephe. IIII*: *Qui furabatur, iam non furétur,* **v.* 28.

a) *sequitur* ⊂ *minio scriptum.* b) n̄ (nec) *iterum sequitur expunctum.* c) n (non) *a Sal. superscr.* d) ē (enim) *in marg. a Sal. suppl.* e) denuntiamus, ba *a Sal. superscripto corr.* denuntiabamus c. f) quibus *in marg. a Sal. suppl.* g) eum *Vulg.*

1) *Vide Ducange-Henschel s. v.* toacula. *Nunc Italice* tovaglia. 2) *Cf.* 1. *Reg.* 17, 39: non enim habebat consuetudinem. 3) *Cf. supra p.* 257, *l.* 12.

*F.* $318^{c}$. Quod homo apostata est inutilis Deo, sibi et proximo.
Apoc. 2, 9. *F.* $318^{d}$. Quod Robertus, postquam recessit ab istis ribaldis, *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt*, multa mala dixit de eis.

---

*magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* Hoc est etiam quod idem apostolus Dominum dicit dixisse
*v. 33–35. Act. XX*: *Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi: ipsi vos scitis, quoniam ad ea que michi opus erant et his qui mecum sunt ministraverunt manus iste. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos ac meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit: 'Beatius est magis dare quam accipere'.* Porro frater Robertus,
Ioh. 12, 6. procurator istorum, *fur erat et loculos habens ea que mittebantur portabat*, id est aspor-
*f. $318^{d}$. tabat et furabatur. Et processu temporis, cum habitarem Faventie[1], iste *habitabat ibidem in domo cuiusdam fratris de Penitentia, qui dicebatur frater Glutto; et in sexta feria parasceúes, ea hora, qua filius Dei fuit crucifixus[2], apostatávit, et fecit sibi capillos abscidi et barbam abrádi et quandam heremítam accepit uxorem. Audieram hec omnia, sed nolui credere, quousque ipsum interrogavi, si
*v. 21. hec ita se haberent. Unde super illo loco Gen. XVIII*: *Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam,* dicit expositio[3]: *Qui omnia novit hoc nobis in exemplum relíquid, quasi*[a] *diceret: Mala hominum non*
*v. 7. *prius crédite quam probétis.* Et iterum Eccli. XI*: *Priusquam interroges, ne vitúperes quemquam, et cum interrogáveris, corripe iuste.* Pauci inveniuntur, qui sciant uti
Ps. 118, 100. hac scriptura, nec etiam ipse David, qui dicit se *super senes intellexisse*. Et ideo, quia audivit campanam solummodo ex una parte sonantem et non ex alia reso-
2. Reg. 19. nantem, id est, quia audivit solummodo Sybam accusantem et non Mifiboseth excusantem, male iudicavit et malam sententiam dedit et male divisit. Et quia male divisit, ideo punitus fuit, quia servus Salomonis cum nepote suo Roboam regnum suum divisit; quamvis Gregorius in primo Dialogórum[4] leviter transeat excusando
Nota. ipsum. Nam consuetúdo prelatorum est, ut mútuo se excúsent. Cum
Ioh. 1, 20. igitur interrogassem Robertum, utrum relata fecisset necne, *confessus est et non negavit,* quod vere omnia illa opere adimplesset. Tunc reprehendi eum dure dicendo
*v. 12. sibi: 'Sapiens[5] in Proverbiis dicit VI*: *Homo apostata vir inutilis,* quia inutilis Deo,
Deut. 32, 15. inutilis sibi, inutilis proximo. Inutilis Deo, quia *dereliquit Deum factorem suum*
ib. v. 18. *et recessit a Deo salutari suo.* Et iterum: *Deum, qui te genuit, dereliquisti et oblitus*
*v. 32. *es Domini creatoris tui.* Inutilis sibi, quia, sicut Ecclesiasticus dicit X*: *Pec-*
*f. $318^{d}$. *cantem in animam suam quis iustificabit, et quis honorabit exhono*rantem animam suam?* Inutilis proximo, quem scandaliçat per malum exemplum. Ideo[b]
*v. 5. Ecclesiasticus dicit XIIII*: *Qui sibi nequam est, cui alio*[c] *bonus erit?* Item Eccli.
*v. 3. XIX*: *Extolletur in exemplum maius, et tolletur de numero anima eius'.* Cum
*v. 7. autem audisset Robertus verba mea, accidit ei quod Ecclesiasticus dicit XXI*:
*v. 21. *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris.* Et iterum Eccli. XXXII*: *Peccator*

a) q. *c.* b) *penna mutata.* c) *sic c.;* alii *Vulg. et sic supra p.* 154, *l.* 15.

1) *Faventiae bis aut pluries Sal. habitavit et in summa quinque annis (cf. supra f.* $289^{d}$, *p.* 191), *ubi per totum annum* 1265. (*cf. infra f.* $377^{b.c.d}$. $378^{a.b}$. $392^{a}$) *commoratus esse videtur, iterum a.* 1273. *exeunte (infra f.* $389^{a}$) *et a.* 1274. *c. Ian. — Sept. ibi fuit (supra f.* $290^{a}$, *p.* 191; *infra f.* $319^{a.b}$, *p.* 261 *sq. f.* $362^{c}$. $414^{d}$. $415^{a}$). 2) *Scil. hora sexta.* 3) *In margine Bibliae fratris Salimbene adscripta.* 4) *Cap.* 4. 5) *Haec* (— anima eius *l.* 37) *iam supra f.* $274^{b}$, *p.* 153. *ad verbum fere leguntur.*

*F.* CCCXIX[a]. De divisione que facta est inter istos Apostolos.

*homo vitabit correptionem et secundum voluntatem suam inveniet comparationem.* Nam
excusando se multa mala dixit de his *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt, sed* *Apoc.* 2, 9.
*sunt synagóga Sáthané.* Et primo dixit, quod frater Ghirardínus Segaléllus, qui
fuit primus eorum, nunquam voluit se intromittere de dominio congregationis sue,
ut eorum prelatus exísteret, quamquam rogaretur ab eis, sed dicebat eis, quod
quilibet bene faceret, quia *anima laborantis laborabit sibi*, et quod[a] *unusquisque* *Prov.* 16, 26. 1. *Cor.* 3, 8.
*propriam mercedem recipiet secundum suum laborem*, et quod[a] *unusquisque onus* *Gal.* 6, 5.
*suum portabit*, et quod *unusquisque pro se rationem reddet*[b] *Deo.* Et ideo, quia non *Rom.* 14, 12.
habebant caput, hec fuit causa dispersionis eorum, quia, *ubi non est gubernator,*
*populus corruet*, Prover. XII*[c], et *ubi non est sepes, diripietur possessio*, Eccli. XXXVI†. *11, 14. †*v.* 27.
Ideo vox démonum potest esse illa que habetur I. Macha. XII*: *Non habent prin-* **v.* 54.
*cipem et adiuvantem. Nunc ergo expugnémus illos et tollámus de hominibus memóriam*
*eorum.* Secundo dixit, quod, cum consuluissent magistrum Albertum Parmensem,
qui erat unus de septem notariis Romane curie[1], quid facerent de rectore, com-
misit negotium istud abbati monasterii ordinis Cistercii quod est in episcopatu
Parmensi et appellatur Fontána-viva. Ille vero breviter se expedivit de facto
eorum, dicens, quod non facerent loca conventualia nec congregarentur in domi-
bus, sed irent per mundum, sicut inchoáverant, portando capillos longos et barbam **f.* CCCXIX[a d].
prolixam et caput denudátum et mantellum circa scapulas involútum, et quod in
diversis domibus[e] hospitarentur. Que fuit causa destructionis eorum, cum testante
Ecclesiastico *vita nequam* sit *hospitandi de domo in domum*, Eccli. XXIX.* Dominus **v.* 31.
etiam dicit Luc. X*: *Nolite transire de domo in domum.* Tertio dixit, quod Guido **v.* 7.
Putagius, qui fuit concivis meus, socius et amicus, cum intrasset eorum ordinem
et vidisset, quod frater Ghirardínus Segaléllus non intromitteret se de regimine,
viriliter assumpsit sibi dominium, quod tenuit annis multis. Sed accidit sibi quod
Ecclesiasticus dicit XX*: *Qui potestatem sibi assúmit iniuste, odiétur.* Quia enim **v.* 8.
nimis pompátice incedébat cum multis equitaturis et faciebat largas expensas et
multa convivia, sicut legati vel cardinales [Románe[f] curie facere consueverunt],
displicuit suis, et fecerunt sibi alind caput, quendam fratrem Matheum in márchia
Anchonitána. Facta est itaque divisio inter eos, quia quilibet suis sequacibus
preesse volebat. Frater Guido Putagius dicebat: 'Dicitur michi quod Salomon
dicit Ecclesiastes X*: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum* **v.* 4
*ne dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima*'. [Et[g] addébat frater Guido]:
'Ego assumpsi curam istorum, et concessa est michi, et ideo non debeo eos relin-
quere'. Facta est igitur longa concertatio inter eos; et cum essent in civitate
Faventie, percusserunt se mútuo, scilicet Apostoli fratris Mathei cum Apostolis 1274.
fratris Guidonis Putágii, et dederunt malum exemplum secularibus Faventínis. Et
ego habitabam tunc temporis ibi et ideo testis istorum esse possum. Et impleta
est scriptura Domini que dicit Luc. XI*: *Omne regnum in seipsum di†visum desolabitur,* **v.* 17. †*f.* 319[b].
*et domus supra domum cadet.* [Et[h] iterum alia scriptura dicit Osee X*: *Divisum est cor* **v.* 2.
*eorum, nunc interibunt*]. Fuit autem causa istius conflictus et percussionis huius-

a) ꝙ (quod) *a Sal. superscr.* b) redet *corr.* reddet *c.* c) *numerus hic (pro* XI) *in loco vacuo relicto a Sal. post suppl., sed infra f.* 323[c], *ubi hic versus allatus est, recte* XI. d) CCCXX. *corr.* CCCXIX. *c.* e) doms *corr.* domibus *c.* f) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* g) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* h) Et — interibunt *in marg. super. a Sal. suppl.*

1) *Idem dictum est infra f.* 421[c].

*F.* 319[c]. Ostenditur hic, quod Deo dicatam nullus debet in matrimonio sumere propter multa exempla, que inferius describuntur.

---

1274. modi: Frater Guido Putágius habitabat Faventie in quadam ecclesia parvula, que erat in viridario illorum de Albrighéttis et de Accharísiis, et erant cum eo de suis valde pauci fratres et frater Ghirardínus Segaléllus. Visum est itaque Apostolis de Marchia, quod, si[a] haberent fratrem Ghirardinum Segaléllum, qui primus eorum fuerat, victoriam obtinérent. Et ideo, quia voluerunt eum violenter rapere et in Marchiam secum ducere, sed non potuérunt[b], se mutuo percusserunt. Tunc *cf. Matth. 17, 14.* temporis venit ad me frater Guido Putágius et genibus meis provolutus retulit michi omnia supradicta et omnes conditiones[c] ordinis sui, quas noverat et viderat a principio. Et rogavit me, quod eum extraherem de Faventia, quia timebat, ne Faventini súbito irati et turbati in eum[d] manum mitterent, tum propter litigium supradictum, tum quia in ordine suo accusatores habebat, mordaces et emulos, tum etiam quia domnus Rolandus Putagius, qui erat germanus consanguíneus suus, *(Sept.)* potestas Bononiensium erat[1], et Bononienses cum eo ad obsidendum Faventiam veniebant[2]. Et dixit michi, quod, si de Faventia incolumis et sine lesione posset exire, ordinem Templariorum intraret, pro eo quod papa Gregorius décimus ordinem suum apud Lugdúnum in pleno concilio destruxisset[3]. Et quod michi promisit postea effectui mancipavit opere adimplendo. Addébat[4] etiam predictus Robertus, qui fuerat famulus fratrum Minorum, ad excusationem sue egressionis et sui peccati et sue apostasíe, quod nunquam obligáverat se ad obedientiam **f. 319c.* nec ad castitatem, et ideo, ut *dicebat, bene poterat uxorem accipere. Cui cum dixissem, quod habitum religionis públice portaverat multis annis, et ideo heremitam Deo dicátam nullátenus debebat in[e] uxorem accípere, auctoritates et exempla superaddidi plura ad suam stultitiam et maliciam ostendendam. Et primo, quia **v. 14.* Dominus sic dicit de dedicáta sibi sponsa Oséé II*: *Ecce ego lactabo eam et ducam eam in* *ib. v. 19. 20.* *solitudinem et loquar*[f] *ad cor eius.* Cui etiam familiáriter loquitur dicens: *Et sponsabo te michi in sempiternum et sponsabo te michi in iustitia et in iuditio et in misericordia et miserationibus et sponsabo te*[g] *michi in fide, et scies, quia ego Dominus.* Secundo posui ei

Exemplum. exemplum regis Hýrtaci, qui voluit Ephygéniam[h] filiam precedentis regis in uxorem accipere, cum esset ab apostolo Matheo Deo dicáta et plus quam ducentis virginibus abbatissa effecta[5]. Et ideo propter mala, que fecit, penam incurrit ultricem. Nam apostolum fecit interfici, pro eo quod non consensit, ut Ephigéniam[h] in uxorem haberet, et circa monasterium Ephygénie[h] ignem copio- *Iac. L. Aur. c. 140.* sum fecit accendi, ut ipsam cum ceteris virginibus concremaret[i]. Apostolus autem eidem appárens omnem ignem ab eius domo excussit. Qui erumpens regis palatium invasit et, solo rege cum

a) si *a Sal. superscr.* b) *sequitur* ĩo (ideo) *expunctum.* c) ditiones, *9 a Sal. superscripto corr.* conditiones *c.* d) eum *in loco raso.* e) ı (in) *a Sal. superscr.* f) loquor *Vulg.* g) te *a Sal. superscr.* h) *sic h. l. c.* i) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *A.* 1274. *post Iun.* 2; *cf. Petrus Cantinelli, Rerum Ital. SS. Nova ed. XXVIII,* 2, *p.* 12; *Matheus de Grifonibus, ibid. XVIII,* 2, *p.* 21. 2) *Mense Septembri a.* 1274; *Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 560; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. R. Ital. IX, col.* 140. 3) *Quod paulo ante hoc colloquium a.* 1274. *Iul.* 17. *factum est. Decretalis illa cum reliquis edita est a.* 1274. *Nov.* 1; *cf. Potthast, Reg. p.* 1681. 1689, *nr.* 20950. 4) *In colloquio cum Salimbene habito, quod p.* 261, *l.* 26, *iis quae de Guidone Putagio dicta sunt interpositis, interruptum est.* 5) *Haec legit Sal. in Iacobi Leg. Aureae c. CXL* (135), *ed. Grässe p.* 624 *sqq., ex quo multa ad verbum transscripsit.*

*F.* CCCXX[a]. Quod qui apostatant recedendo a Deo mala morte finiunt vitam suam.

---

único filio vix evadente, cuncta consumpsit. Statimque filius eius areptus[a] a demonio, patris crimina cónfitens, ad sepulcrum apostoli properavit. Pater vero turpissimus leprosus effectus, cum curari non posset, manu propria se gladio interémit. (*Iac. L. Aur. c.* 140.) Qualiter autem apostolus Matheus regi Hýrtaco disuasit[a], ne Ephigeniam[b] sibi matrimonio copuláret, ad confusionem Roberti breviter audiamus. Congregatis omnibus *coram se dixit apostolus clara voce: 'Bene scitis', inquit, 'astantes, quod, si regis sponsam aliquis servorum usurpáre presumeret, non solum regis offensam, sed et mortem insuper mereretur, non quia uxorem duxisse probatur, sed quia sponsam domini sui accipiens eius matrimonium[c] violasse convincitur. Ita et tu, rex, sciens Ephygéniam[b] regis eterni sponsam effectam et sacro velámine consecrátam, quomodo póteris sponsam potentioris te tollere et tuo matrimonio copuláre?' (*ib.* *f. 319d.) Secundum exemplum est de Ruben, qui violávit uxorem Iacob patris sui, ut habetur Gen. XXXV*. Et ideo *data sunt primogenita eius Ioseph filio Israel, et non est ille reputatus in primogenitum,* ut habetur I. Parali. V*. (*v. 22. — *v. 1.) Tertium exemplum est de Adonía, quem Salomon propter Abysach, quam volebat habere uxorem, fecit interfici, ut habetur III. Reg. II. Quartum exemplum est de eo, quem apostolus excommunicavit et *tradidit Sáthane in interitum carnis,* (1. *Cor.* 5, 5.) pro eo quod novercam accepit uxorem. De quo[d] habetur I. ad Cor. V*: *Omnino auditur inter vos fornicatio. Et talis fornicátio, qualis nec inter gentes, ut uxorem patris aliquis habeat.* (*v. 1.) Ideo habetur in lege Deutero. XXVII*: *Maledictus qui dormit cum uxore patris sui et revelat operimentum lectuli[e] eius. Et dicet omnis populus[f]: Amen.* (*v. 20.) Quintum exemplum est de Menna monacho, de quo beatus Gregorius in tertio libro Dialogórum[1] sic dicit: [Exemplum.] *Quodam tempore possessor quidam Cartérius nomine inmundo desiderio derictus[g] quandam sanctimoniálem feminam rapuit sibique illicito matrimonio coniunxit. Quod mox ut vir Domini cognovit, per quos potuit que fuerat dignus audire mandavit. Cumque ille sceleris sui conscius timeret atque ad virum Domini accedere nequaquam presu*meret, ne forte hunc aspere, ut delinquentes solebat, increparet, fecit oblationes suas easque inter aliorum oblationes misit, ut eius munera saltem nesciendo susciperet. Sed cum coram eo fuissent oblationes omnium deportáte, vir Dei tácitus sedit, singilatim[a] considerare studuit, et omnes alias éligens atque seórsum ponens, oblationes, quas isdem Carterius transmiserat, per spiritum cognovit, sprevit et abiecit dicens: 'Ite et dicite ei: Oblationem suam omnipotenti Domino tulisti, et michi oblationes tuas transmíttis? Ego tuam oblationem non accipio, quia suam abstulísti Deo'. Qua ex re actum est, ut presentes quoque magnus timor inváderet, cum vir Dei tam scienter de absentibus iudicaret.* (*f. CCCXX[a].) Sexto[h] et ultimo ostendi Roberto, quod omnes qui apóstatant recedendo a Deo mala morte finiunt vitam suam[2]; quod probavi non solum per experientiam, quia oculata fide ita vidi et audivi ab aliis, verum etiam per divinam scripturam. Aut enim decapitantur aut conburuntur aut gladio iugulantur aut patibulis suspenduntur aut certe aliqua alia pessima et ignominiósa atque crudéli morte moriuntur. Ideo sic habetur in Iob XX*: *Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit, et gaudium ypocrite adinstar puncti. Si ascenderit usque ad celum superbia eius, et caput eius nubes tetígerit, quasi sterquilinium in fine perdétur, et qui eum viderant dicent: 'Ubi est?' Velut somnium ávolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna. Oculus, qui eum viderat, non vidébit, neque ultra intuebitur eum locus *suus.* (*v. 4—9.) Item Iob XVIII†: *Memoria illius péreat de terra, et non celebrétur nomen eius in platéis. Expéllat[i] eum de luce ad tenebras et de orbe transferat[k] eum.* (*f. 320b. †v. 17. 18.) Item Salomon similiter impio imprecatur Eccle. VIII*: *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem Dei.* (*v. 13.) Hoc est quod ait

a) *sic c.* b) *sic h. l. c.* c) m̄m̄. *c.* d) quo *in marg. a Sal. suppl.* e) leculi *corr.* lectuli *c.* f) pop. *in marg. a Sal. suppl.* g) uictus (?) *corr.* deuictus *c.* h) *penna mutata, hoc loco versu novo coepto, praecedente* ℂ *minio scripto.* i) Expellet *Vulg.* k) *cf. supra p.* 187, *l.* 34. 35, *n.* f.

1) *Cap.* 26. 2) *Cf. supra f.* 285[d], *p.* 181.

*F.* 320[c]. De deformi et inhonesta stultitia istorum ribaldorum, et quod processu temporis frater G[hirardinus] Segalellus mutavit habitum et alium sumpsit, et quod verbis scurrilibus utebatur.

---

*v. 32. Prover. XIIII*: *In malitia sua expellitur impius, sperat autem iustus in morte sua.* Item
*v. 20. Dominus dicit leçe. III*: *Si conversus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem, ponam offen-*
*v. 27. *diculum coram eo.* Item Eccli. XXVI*: *Qui transgreditur a iustitia ad peccatum, Deus paravit*
*72, 27 28. *eum ad rompheam.* Hinc psalmista* ait: *Quia ecce*[a] *qui elongant se a te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Michi autem adherere Deo bonum est, ponere in domino Deo*
*v. 25. *spem meam.* Hoc est etiam quod sapiens in Proverbiis dicit XIX*: *Pestilente flagelláto stultus sapientior erit; si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.* Idem habetur
*v. 11. Prover. XXI.* Audiens hec omnia Robertus cepit parvipendere, quia, sicut dicit
*v. 3. sapiens in Prover. XVIII*: *impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit,*
*v. 16. *sed sequitur eum ignomínia et opprobrium.* Item Prover. XIX*: *Qui negligit vias suas*[b],
*v. 10. *mortificábitur.* Item Prover. XV*: *Qui increpationes odit, morietur.* Qualis fuit iste
*v. 11. Robertus. Et ideo dimittamus eum, quia scriptura dicit Eccli. XXII*: *Cum stulto*
*v. 22. *non*[c] *multum loquaris.* Quare? Quia sapiens in Prover. dicit XXVII*: *Si contúderis stultum in píla quasi typsánas*[d] *feriente desuper pilo, non auferétur ab eo stultitia eius.*

Revertamur[e] iam nunc ad Ghirardinum Segaléllum, qui fuit primus istorum,
*Apoc.* 2, 9. *f. 320[d]. *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt, sed sunt* congregatio stultorum et *bestialium ribaldorum, qui volunt vivere de labore et sudore aliorum[1], et ipsi nullam utilitatem conferunt his qui elemosinas sibi faciunt. Hi namque de diversis partibus congregati venerunt ad videndum fratrem Ghirardinum Segalellum[2], eo quod primus eorum fuerit, et tantis eum laudibus extulerunt, ut etiam ipse pro tanto aplausu[f] miratus sit vehementer. Et nichil aliud dicebant, nisi quod congregati circa ipsum in quadam domo bene centies alta voce dicebant: 'Pater, pater, pater!' Et post breve intervallum resumébant istud idem et cantabant: 'Pater, pater, pater!' eo modo, quo pueri, qui instruuntur in scolis a magistris gramaticálibus, solent facere, cum per intervalla clamando repetunt quod dictum est a magistro. Ipse vero pro hoc honore tale beneficium rependit eisdem, quia se et omnes alios denudavit usque ádeo, quod etiam menbra genitalia sine bracis et aliquo
*cf.* 1. *Par.* 12, 33. velamine nuda essent, et stabant apodiati ad murum in acie circum circa, sed non in acie ordinata[3] nec honesta nec bona. Volebat enim eos expropriare, ut nudi nudum Christum decetero sequerentur. Posuerat enim quilibet eorum ex precepto magistri vestimenta sua in medio domus ligata seorsum. Tunc ex precepto magi-
Origenes. stri, cum ita inhoneste starent, introducta est *mulier, caput peccati, arma diaboli, expulsio paradisi, delicti mater, corruptio legis antíque*[4]. Cui Ghirardinus Segalellus, qui magister erat istorum, precepit, ut pauperibus sic expropriatis et a propriis denudatis vestimenta que vellet tribúeret. Ipsi vero, postquam reinduti sunt, clamaverunt: 'Pater, pater, pater!' Talis ergo fuit recompensatio et istius

a) *penna mutata.* b) *cf. supra p.* 258, *n.* b. c) ne *Vulg.* d) *cf. supra f.* 309[a], *p.* 238, *n.* d. e) *non versus novus hoc loco coeptus in c., sed tantum* ℂ *minio scriptum praecedit.* f) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 259, *l.* 39. 2) *Simile quid a.* 1284. *factum esse narrat Sal. infra f.* 444[c]. *Apparet Apostolorum consuetudinem fuisse, ut a magistro symbolice expropriarentur. Nam quae hoc loco narrantur haud paulo ante a.* 1284. *acta esse patet, cum f.* 326[a]. *demum a.* 1284. *Febr.* 4. *scriptum sit.* 3) *Cf. Cant.* 6, 3: terribilis ut castrorum acies ordinata. 4) *Hic locus, falso, ut videtur, Origeni addictus, iam supra f.* 264[b], *p.* 133. *allatus est.*

*F.* CCCXXI$^{a}$. Quod episcopus Parmensis posuit aliquando istum G[hirardinum] in compedibus et in carcere propter fatuitates suas.

---

honoris repensio, quia stultiçávit coram eis et fecit *eos stultiçáre. Ideo sapiens **f.* 320$^{d}$.
in Prover. dicit XXVI*: *Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii, ita qui tribuit* **v.* 8.
*insipienti honorem.* Item Eccli. XXIX*: *Pro honore et beneficio reddet illis*[a] *contumé-* **v.* 9.
*liam.* [Item[b] Osee IX*: *Effraim edúcet ad interfectorem filios suos*]. Post hec **v.* 13.
misit eos, ut se ostenderent mundo. Et iverunt aliqui eorum versus Romanam
curiam, aliqui ad Sanctum Iacobum[1], aliqui ad Sanctum Michaelem archangelum[2],
aliqui vero ad partes ultramarinas. Ipse vero remansit Parme, unde oriundus erat,
et fecit fatuitátes multas. Nam mantellum suum, quo involvebátur, deposuit et
abiecit et fecit sibi fieri sine mannicis[c] opitógium[3] album de stágmine forti, quo
indutus potius ioculátor videbatur esse quam religiosus. Habebat insuper in pedibus
scarpas[4] et in manibus cyrotécas. Verba eius scurrilia, turpia, vana et inhonesta
atque ociosa et risu digna magis propter fatuitatem et stoliditatem quam propter
maliciam. Ideo sapiens dicit Eccle. X*: *Labia insipientis precipitabunt eum. Initium* **v.* 12. 13.
*verborum eius stultitia, et novissimum oris illius error pessimus.* Igitur propter fatuitates
istius et propter turpia verba, carnalia et fatua, que dicebat, et quia cum mulieribus.
nudus cum nudis, in eodem lecto iacebat ad probandum, utrum castitatem tenere posset
necne[5], domnus Ópiço Parmensis episcopus, qui fuit domni pape condam Innocentii
quarti nepos ex sorore[6], cepit eum et posuit eum in compedibus et in carcere et
*sustentavit eum pane tribulationis et aqua angustie*[7]. Sed processu temporis extraxit 3. *Reg.* 22, 27.
eum inde[8] et tenebat eum in palatio suo; et quando episcopus comedebat, manducabat et iste in sala palatii in mensa depressa, ubi alii coram episcopo comedebant, et volebat vina exquisita bibere et cibaria delicata *comedere. Et quando **f.* CCCXXI$^{a}$.
vinum precipuum bibebat episcopus, ille clamabat audientibus cunctis, volens de
illo vino habere, et statim episcopus sibi mittebat. Cum autem plenus esset cibariis
delicatis et vino precipuo, fatua loquebatur, ut verbum Ysaie verificaretur in eo
XXXII*: *Non vocabitur ultra is qui insipiens est princeps, neque fraudulentus appella-* **v.* 5. 6.
*bitur maior. Stultus enim fatua loquetur, et cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat
simulationem et loquatur ad Dominum fraudulenter.* Episcopus vero Parmensis, quia
homo solatiosus erat, de verbis et operibus stulti istius ridebat, quem reputabat
non religiosum, sed ioculatorem fatuum et insensatum.

His diebus erat quidam frater Minor, qui habebat nepotem, qui necdum pervenerat ad bivium pytagórice littere. Hunc faciebat instrui, ut postea instructus
ordinem fratrum Minorum intraret. Huic fratri iste nepos sermones scribebat, ex
quibus IIII$^{or}$ vel V cordétenus dídicit. Cumque non reciperetur ita subito, ut
volebat, in congregationem, immo potius in dispersionem istorum, *qui se dicunt* *Apoc.* 2, 9.
apostolos *esse et non sunt,* se recipi fecit. Quem etiam sermones, quos didicerat,

a) illi *Vulg.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) *sic c.*

1) *De Compostella.* 2) *De monte Gargano (Monte Santangelo).* 3) *I. e. epitogium.* 4) *Ital.* scarpa = Schuh. 5) *Cf. supra f.* 317$^{b}$, *p.* 257. 6) *Margareta: cf. supra f.* 233$^{a.b.c}$, *p.* 61 *sq.* 7) *A.* 1294. *Girardinus ab Opizone episcopo perpetuo carcere damnatus est: cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 713. *Etiam, postquam Sal. haec scripsit, a.* 1286. *Opizo Apostolos de episcopatu Parmensi expulit; infra f.* 473$^{d}$. *A.* 1300. *Iul.* 18. *Gerardus Segalellus haereticus Parmae combustus est.* 8) *A.* 1286. *liberatus erat (cf. infra f.* 473$^{d}$). *Sed iam ante a.* 1284. *eum liberatum esse patet; cf. supra p.* 264, *n.* 2.

*F.* 321[b]. De quodam puerulo, quem isti Apostoli faciebant in ecclesiis predicare, et de verbis fratris Bonaventure de Iseo, que audiente populo Ferarie dixit.

*F.* 321[c]. De fatuitate populi Christiani.

---

faciebant in ecclesiis cathedrálibus predicáre. Et plures eorum, scilicet istorum, imperabant silentium, et puer loquebatur populo congregato. Cumque apud Ferariam frater Bonaventúra de Yséo[1] predicaret quadam die in loco fratrum Minorum, vidit quosdam de auditoribus suis subito surgere et festinanter currere, et miratus est vehementer, erat enim sollemnis predicator et gratiosus, et qui libenter audiri consuéverat, ita quod nullus a predicatione sua volebat recedere, quousque finita fuisset. Cum autem inquireret, quare sic festinanter recéderent, a residen- [*f. 321b.] tibus dictum[a] est: 'Quia unus puérulus *de Apostolis in matrice ecclesia beati Georgii ad predicandum se preparat, ubi populus congregatur, et ideo preoccupat quilibet currere, ut locum habere possit'. Quibus frater Bonaventúra dixit: 'Video, quod cor habetis attónitum[2] [et[b] circa alia occupátum], et ideo statim licenciabo vos, quia laborarem incassum, si amplius predicarem, quia scriptura dicit Eccli. [*v. 6.] XXXII*: *Ubi auditus non est, non effundas sermonem, et importune noli extolli in* [*v. 12.] *sapientia.* Et iterum alia scriptura dicit Iob XII*: *In antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia.* Sed *puerilia sunt hec et circulatorum ludo similia docere quod ignoras, immo, ut cum stómacho loquar, nec hoc scire, quod nescias*[3]. Certe non indigemus, nec expedit nobis, quod veniat Antichristus cum nuntiis suis, quia in populo Christiano multos haberet sequaces. Dixit enim Dominus de Antichristo Iudáico [*v. 43.] populo Io. V*: *Ego veni in nomine patris mei, et non accepistis me. Si alius venerit* [*v. 10. 11.] *in nomine suo, illum accipietis.* Item de eodem in secunda ad Thessa. II.* apostolus dicit: *Eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendatio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati*'. Et áddidit frater Bonaventura dicens: [*v. 3.] 'Beatus Iohannes[c] in Apoc. in persona Domini dicit XI*: *Dabo duobus testibus meis, et prophetabunt dies mille ducentos*[d] *amicti saccis.* Quod quamvis primo et principaliter de Enoch et Helia intelligatur, tamen abbatis Ioachym expositio non videtur incongrua, qui hoc de duobus ordinibus, scilicet fratrum Minorum et Predicatorum, luculenter exposuit[4], contra quos, ut ipse dicit, tempore Antichristi [Apoc. 11, 10.] populus Christianus insúrget; de quibus dicit: *Et habitantes*[e] *terram gaudebunt super* [*f. 321c.] *illos et iocundabuntur et munera mittent invicem, *quoniam hi duo prophete cruciaverunt eos qui habitant*[f] *super terram.* Quod de duobus ordinibus iam predictis, scilicet Minorum et Predicatorum, exponit Ioachym abbas[5]. Que omnia dicit complenda tempore Antichristi'. Et addidit frater Bonaventura dicens: 'Vere scriptura [Seneca.] Sénece[6] verificatur in vobis: *Mel musce secuntur, cadavera lupi, frumenta* [Versus[g].] *formice: Predam sequitur hec turba, non hominem.* Vere imprecatio Salo-

a) dc̄m (dictum) *a Sal. in marg. suppl.* b) *uncis inclusa in marg. a Sal. suppl.* c) Io. *c.* d) ducentis *Vulg.;* sexaginta, *quod Vulg. habet, deest in c.* e) inhabitantes *Vulg.* f) habitabant *Vulg.* g) *sic in marg. c., licet nullus versus in textu legatur.*

1) *De quo cf. supra f.* 250[d], *p.* 105, *infra f.* 343[d]. 440[a. b]. 2) *Iob* 15, 12: Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans attonitos habes oculos? 3) *Haec sunt verba Hieronymi, Epist.* 53. *ad Paulinum (Prol. Bibliae), Opera ed. Vallarsius I, col.* 274. 4) *Expos. in Apoc. pars III. (Venet.* 1527) *f.* 148' *sqq.* 5) *Non in Expos. in Apoc. l. l. f.* 150'. 151, *ubi hic versus exponitur.* 6) *De remediis fortuitorum X,* 4.

*F.* 321[d]. De scriptura abbatis Ioachym, quam facit[a] de pueris evangelicis.

---

monis completur in vobis Eccle. X*: *Ve tibi terra, cuius rex puer est.* Et[b] quia *v. 16.
testante Ecclesiastico X*, *qualis est rector civitatis, tales et inhabitantes in ea,* ideo *v. 2.
apostolus docet: *Nolite pueri effici sensibus.* Quare? Quia Ys. dicit LXV*: *Quoniam* 1. Cor. 14, 20. *v. 20.
*puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit.* Ite ergo
ad puerum vestrum, quem desideratis audire, et ipse vobis confessionem faciat
peccatorum. Nam hodie est dies, in qua verba Domini complebuntur, que dixit
Io. XVI*: *Ecce veniet hora et iam venit, ut dispergámini in propria et me solum relin-* *v. 32.
*quatis. Et non sum solus, quia pater mecum est.* Tunc licentiati ab eo recesserunt
omnes concito gradu, ita quod unus alium non expectabat. Alia vice, cum
habitarem Ravenne [1], fecerunt isti Apostoli predictum puerum predicare in ecclesia
Ursiána, que est archiepiscopalis ecclesia civitatis Ravenne. Et tanta fuit utrius-
que sexus populi festinatio[c] et discursus, quod vix unus alium expectabat. Unde
et quedam magna et nobilis domina de terra illa, que fratribus Minoribus erat
devota, scilicet domina Guiliétta, uxor domni Guidonis Riçúti de Poléuta, con-
questa est fratribus, quod vix potuit habere aliquam convicáneam, cum qua iret.
Et ita plena erat iam ecclesia Ursiána, quando pervenit illuc, quod non potuit
habere locum nisi *forinsecus extra iánuam. Et tamen usque ádeo grandis est *f. 321[d].
ecclesia cathedralis, quod IIII[or] alas habet, excepta nave maiori, que tenet medie-
tatem. Hunc etiam puerum isti, qui se dicunt apostolos, circumducebant[d] per civi-
tates et faciebant eum in ecclesiis episcopalibus predicare. Et fiebat[e] populi magnus
concursus et utriusque sexus congregatio et admiratio copiosa, quia *gaudent novitate
moderni* [2]. Unde super illo verbo Iere. I*: *Noli dicere, quia*[f] *puer sum, quoniam ad omnia* *v. 7.
*que mittam te ibis et universa, que mandávero tibi, loqueris ad eos*[g]. abbas Ioachym
dicit [3]: *Puto enim, quoniam, sicut olim Deus elégit patres antiquos, quibus revelavit* Ioachim.
*misteria sua, postmodum apostolos iuniores, quos et appellavit amicos, ita et*[h] *nunc tertio
pueros éligat ad litteram, ad evangeliçandum evangelium regni propter illos, quibus vetera
viluerunt.* Et ideo non est absque causa misterii, quod electum puerorum in festo
Innocentum pátitur ecclesia sedére in sede episcopali. Sed ista conveniunt ordini Dec. 28.
fratrum Minorum et Predicatorum, in quibus intrant pueri litterati, nobiles mori-
bus et honesti. De quibus Dominus dicit Ys. VIII*: *Ecce ego et pueri mei, quos* *v. 18.
*dedit michi Dominus in signum et in portentum Israelis a Domino exercituum, qui
habitat in monte Syon.* Istis etiam pueris a Domino data est sapientia, sicut
Daniel dicit I*: *Pueris autem his dedit Deus scientiam et disciplínam in omni libro* *v. 17.
*et sapientiam*[i]. Sed *vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelliget hec.* Quales Ps. 91, 7.
sunt isti stulti et ydiote, rudes et bestiales, *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt.* Apoc. 2, 9.

a) *sic c.* b) *penna mutata.* c) disc. et fest. *corr.* fest. et disc. *c.* d) ꝯducebāt *c.* e) fiat, eb *a Sal. superscripto corr.* fiebat *c.* f) quia *deest Vulg. et infra p.* 279, *l.* 29. g) ad eos *deest Vulg. et infra l. l.* h) 7 (et) *a Sal. superscr.* i) sapientia *Vulg.*

1) *Quinque annis Sal. Ravennae habitavit, ut dicit supra f.* 279[d]. 289[d], *p.* 166. 191, *infra f.* 389[b], *et a.* 1264. *et a.* 1268. 1269. *eum ibi fuisse constat.* 2) *Nescio, unde versus, cuius pars hoc loco allata est, assumptus sit, sed etiam Ann. Placent. Gib. p.* 501. *habent:* gaudent enim novitate moderni. 3) *Pseudo-Ioachim, In Ieremiam Interpret. c.* 1, *Coloniae* 1577, *p.* 12. *Sed multa verba huius loci ab editione differunt, nescio num quod Sal. e memoria non satis tenaci citaverit, an quod codicem ab editione differentem legerit; cf. f.* 308[c], *p.* 236, *n.* 8.

*F.* CCCXXII[a]. Quod isti Apostoli non sint in statu salutis, pluribus rationibus demonstratur.

---

*v. 10. *Porro docti intelligent,* sicut Daniel dicit XII*. [Quales[a] sunt fratres Minores et
Predicatores].
Quod autem isti Apostoli non sint in statu salutis, pluribus rationibus pos-
*f. CCCXXII[a]. sumus demon*strare[b]. Quarum prima et precipua est et magis periculosa et magis
notanda, quia nec Deum timent nec hominem reverentur[1]. Nam manifestum est
omnibus Christianis et etiam toti mundo, quod summus pontifex, qui papa et apo-
stolicus dicitur, non solum apostoli Petri vicarius est, verum etiam Iesu Christi,
*cf. Eph.* 4, 6. *Col.* 3, 20. et quod ei obediendum est in omnibus et per omnia, maxime in his que non sunt
contra catholicam fidem et bonum salutis eterne. Sed papa Gregorius decimus,
1274. qui Placentinus fuit, in pleno concilio Lugdunensi istorum congregationem et reli-
gionem, quam facere inchoaverant, omnino cassávit, destruxit et extirpavit[2], sicut
et Saccatorum, nolens, quod tot essent ordines mendicantes, ne populus Christianus
1. *Cor.* 9, 14. tédio affectus gravaretur ab eis, et ut hi, quos *ordinavit Dominus de evangelio vivere,*
eo quod *evangelium annuntiant,* libere *de evangelio vivere* possint. Saccati vero
obedientes fuerunt summo pontifici, et inde laudantur et precipue commendantur,
quia in aliis religionibus bene possunt salutem propriam operari vel saltem ubi
sunt, dummodo, secundum quod concessum est eis, alios sibi similes non recipiant,
donec penitus ad nichilum reducantur, sed sic deficiant in seipsis. Isti vero
stulti, bestiales et ydióte, qui se apostolos appellant, nullátenus obedire disponunt,
sed faciunt vestimenta habitus sui et ponunt seorsum in oculis intrare volentium
et dicunt eis: 'Non audémus vos recipere, quia prohibitum est nobis. Vobis autem
*Ps.* 39, 6. prohibitum non est, et ideo facite quod vobis videtur'. Et ita creverunt et *multi-
plicati sunt super numerum,* nec quiescent nec cessabunt a stultitia sua[3], donec ali-
quis summus pontifex indignetur contra eos et deleat eorum memoriam desub
celo[4]. Nam summis pontificibus Romane curie obediendum est, quia Dominus
*v. 16. †*f.* 322[b]. dicit Luc. X*: *Qui vos* †*audit, me audit.* Et *qui vos spernit, me spernit. Qui autem*
*v. 8. *me spernit, spernit eum qui me misit.* Hinc apostolus ait prima ad Thessa. IIII*:
*Itaque qui hec spernit, non hominem spernit, sed Deum.* Non ergo videatur leve
peccatum inobedientia his qui obedire contemnunt[c], quoniam propter inobedien-
tiam Adam perdidit paradisum, Saul regnum, Salomon amorem divinum. Sauli
*v. 22. 23. namque a Samuele dictum fuit I. Reg. XV*: *Numquid vult Dominus holocausta aut*[d]
*victimas et non potius, ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quam
victime, et auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ario-
landi est repugnare, et quasi scelus ydolátrie nolle acquiéscere.* Secunda[e] ratio est,
quia aliqui eorum non servant castitatem, ad quam omnes religiosi tenentur, quam
etiam Dominus docuit verbo et monstravit exemplo. Verbo docuit, cum dixit
*v. 35. Luc. XII*: *Sint lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes.* Ubi Gregorius dicit[5]:

a) *uncis inclusa in marg. infer. manu fratris Sal. suppl.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) ɔtenut *c.* d) et *Vulg.* e) *penna mutata.*

1) *Luc.* 18, 4: Etsi Deum non timeo nec hominem revereor. 2) *Cf. supra f.* 316[c], *p.* 255, *ubi sequentia fere ad verbum iam dicta sunt.* 3) *Cf.* 2. *Mach.* 4, 6: nec Simonem posse cessare a stultitia sua. 4) *Cf. Exod.* 17, 14: delebo enim memoriam Amalec sub coelo. 5) *In Evang. l. I, hom.* 13, *Opera ed. Maur. (Paris.* 1705*) I, col.* 1481. *Vide supra f.* 317[c], *p.* 258. *et infra f.* 389[b]. *eundem locum laudatum.*

*Lumbos quippe precingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coar-* Gregorius[a].
*tamus.* Exemplo monstravit, quando se circumcidi[b] fecit. Ubi beatus Augu-
stinus dicit[1]: *Circumcisio*[c] *Christi quid est nisi castitas nostra, qua Deus delectatur
in novissimis temporibus? Quoniam in primo seculo preceptum est: 'Crescite et multi-* Gen. 1, 28.
*plicámini et repléte terram'. Et cum impleta est, et nunc precipitur, 'ut qui habent uxores* 1. Cor. 7, 29.
*sint tamquam non habentes'. 'Et sunt eunúchi, qui seipsos castravérunt propter regnum
celorum'*, Mat. XIX.* *'Qui potest capere, capiat'. Ac si dixisset aliis verbis: Qui non* *v. 12.
*potest capere et seipsum castrare nolúerit, regnum celorum non possidebit. Et nos
itaque oportet circumcídi*[d]*, non in carne, sed in spiritu, et preputium nostrum, id est
vitium omne, a nobis abscídi, ut simus sancti et inmaculati in medio nationis prave *et* *f. 322c.
*perverse, inter quos luceamus sicut luminaria in mundum, verbum vite continentes.* Apo-
stoli autem, non Christi, sed Ghirardini Segalélli, male servant castitatem. Nam,
ut michi dixerunt, quando vadunt per mundum, ad meretrices declinant et in
domibus, in quibus hospitantur, si a lascívis mulieribus sollicitantur ad peccatum
sive ad peccandum, consentiunt eis, et parva est pugna, quia, sicut Ecclesiasticus
dicit XXIII*: *homini fornicário omnis panis dulcis.* Item Eccli. XIX†: *Et si ab* *v. 24. †v. 25.
*imbecillitáte virium vetetur peccare, si invenerit tempus malefaciendi, malefaciet.* [Ideo[e]
dicit Osee IIII*: *Quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur et cum effeminatis* *v. 14. 15.
*sacrificabant. Et populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu, Israel, non delin-
quat saltem Iuda*]. Item qui huiusmodi sunt cito per aliqua signa mutuo se cogno-
scunt. Ideo áddit Ecclesiasticus XIX*: *Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciéi* *v. 26. 27.
*cognoscitur sensatus. Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enuntiant
de illo.* De muliere vero sic ait XXVI*: *Fornicatio mulieris in extollentia ocu-* *v. 12.
*lorum et in pálpebris illius agnoscetur*[f]. Ideo Ecclesiasticus XLII.* docet: *In medio* *v. 12. 13.
*muliérum noli commorári. De vestimentis enim procedit týnea et a muliére iniquitas
viri.* Sed isti stulti, qui se dicunt apostolos, tota die discurrunt per civitates
mulieres videndo. Quod est contra scripturam que dicit Eccli. IX*: *Noli circum-* *v. 7. 8.
*spicere*[g] *in vicis civitatis nec oberráveris in platéis illius. Averte faciem tuam a muliére
cómpta et non circumspicias*[h] *mulierem*[i] *alienam.* Gregorius[a, 2]: *Non licet* Gregorius[a].
*aspicere quod non licet concupiscere.* Nam *concupiscentia spadónis devirginávit iuven-
culam*, Eccli. XX*. Cogitat enim virgo sive iuvencula, quando aspicitur a spa- *v. 2.
dóne, dicens: 'Si isti religiosi, qui spadones debent esse iuxta verbum Domini, qui
dicit: *Sunt eunúchi, qui se castraverunt propter regnum celorum*, non réputant pecca- Matth. 19, 12.
tum lasciviam carnis, ego quare reputabo?' Et ita dant ei malefa*ciendi occasio- *f. 322d.
nem nec non et sibi ipsis. Ideo Ecclesiasticus dicit IX*: *Virginem ne conspícias, ne forte* *v. 5.
*scandalizéris in decóre eius.* Quod bene faciebat Iob, qui dicebat XXXI*: *Pépigi fedus* *v. 1.
*cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* Audiant isti stulti, qui libenter
mulieres aspiciunt, quid Ecclesiasticus dicit IX*: *Propter speciem mulieris multi* *v. 9.
*perierunt, et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescet.* Ideo conqueritur Ieremias
in persona cuiuslibet stulti Tren. III*: *Oculus meus depredatus est animam meam in* *v. 51.
*cunctis filiabus urbis mee.* Unde Augustinus[3]: *Impudícus oculus impu-* Augustinus[k].
*díci cordis est nuntius.* Ideo sapiens dicit Prover. IIII*: *Oculi tui recta videant, et* *v. 25.

a) .Gr. *c.* b) c͛ocidi *c.* c) Circocisio *c.* d) c͛ocídi *c.* e) Ideo — Iuda *in super. marg. a Sal. suppl.* f) ag͂ ascetur, a *expunct. c.* g) c͛ospicere *c.* h) c͛ospicias *c.* i) speciem *Vulg.* k) a9 *c.*

1) *Neque in operibus Augustini neque in Pseudoaugustinianis hunc locum reperi.* 2) *Moralia in Iob XXI, 2, 4, Opera ed. Maur. I, col.* 679: intueri non decet quod non licet concupisci. 3) *Regula ad servos Dei* § 6, *Opera ed. Maur.* (1731) *I, col.* 791, *et Epist.* 211, *ib. II, col.* 784; *Decr. Gratiani II, C. XXXII, q.* 6, *c.* 12; *cf. supra f.* 240[d], *p.* 80.

*F.* CCCXX$3^{a}$. De commendatione castitatis, de qua plures auctoritates sanctorum ponuntur inferius. [Require[a] supra similiter carta CCLXIIII].

---

*v. 14. *palpebre tue precedant gressus tuos.* Item Eccle. II*: *Sapientis oculi in capite eius,*
Rom 1, 27. *stultus in tenebris ambulat.* Item[b] Apostoli Ghirardini Segalélli *masculi in masculos*
Ps. 148, 12. *turpitudinem operantur*, maxime *senes cum iunioribus*, qui ingrediuntur ad eos, ut
*v. 22. dixerunt michi. Et ideo aut conbustione aut carcere essent digni. Unde Ys. XLII*:
*Laqueus iúvenum omnes, et in domibus carcerum absconditi sunt.* Hinc apostolus dicit
*v. 9. 10. Apostolus. prima ad Cor. VI*: *An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare! Neque fornicarii neque ydolis servientes neque adúlteri neque molles neque masculorum concubitóres neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque rapáces regnum Dei possidebunt.* Hinc Dominus in lege precepit Levi-
*v. 13. tici[c] XX*: *Qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operati sunt*[d] *néfas, morte moriantur. Sanguis eorum sit super eos.* Item isti Apostoli credunt, quod pos-
*v. 5. 6. sint facere quod apostolus dicit I. ad Cor. IX*: *Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi*[e] *sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas?*
*f. CCCXX3a. *Aut solus ego et Barnabas non habemus potestatem hoc *operandi?* Hac auctoritate confisi et freti, credentes se esse apostolos, ducebant secum dominam Tripíam, sororem fratris Guidónis Putágii, qui multis annis prefuit omnibus, nec non et multas alias mulieres, que eis ruine occasio estitérunt[f]. Ideo apostolus dicit: *Ab*
*v. 22. *omni spetie mala abstinete vos,* I. Thessa. V*[g]. Moyses etiam feminas precepit
*v. 15—17. interfici Numeri XXXI*. Dixit enim: *Cur féminas reservastis? Nonne iste sunt que deceperunt filios Israel ad sugestiónem*[f] *Baláám et prevaricári vos fecerunt in Domino super peccato Phosgór*[h], *unde et percussus est populus? Ergo mulieres que noverunt viros in cóitu iugulate.* De[b] hac materia dicit beatus Ieronimus[1]: *Crede*
Ieronimus. *michi, quod non potest toto corde esse cum Deo qui feminarum accessibus*
Ieronimus. *copulatur.* Item idem[2]: *Flammígero igne pércutit femina conscientiam*
Ieronimus. *pariter habitantis.* Item idem[3]: *Ubi fémina erit cum viris, non deerit*
Ieronimus. *viscárium diáboli.* Item idem[4]: *Periculóse tibi ministrat, cuius vultum*
Augustinus. *frequenter attendis.* Item Augustinus[5]: *Inter omnia certámina Christianórum gravióra sunt prelia castitátis, de qua contínua pugna et rara victoria.* Item
Augustinus. Augustinus[6]: *Continentiam iubes? Da quod iubes et iube quod vis.* Ad[b] hanc materiam pertinet quod dicebat beatus Grisantus[7], cum a puellis virginibus temptaretur et ad peccandum sollicitaretur: 'Exurge, Domine, in adiutorium michi, dic anime méé: "Salus tua ego sum". Quis enim istam pugnam a diabolo excitatam vincere prévalet, nisi tua pro eo fuerit dextera dimicáta? Errat qui se putat castitatem perfectam suis nisibus obtinere. Nisi enim tuo ymbre fuerit extincta flamma libidinis, non potest animus venire quo pérgit'. Puellas

a) Req. — CCLXIIII. *alio subfusco atram., sed manu fratris Sal. post add.* b) *penna mutata.* c) leuitici *in loco raso.* d) operatus est *Vulg.* e) c͡oducendi *c.* f) *sic c.* g) I. thessa. V. *in spatio vacuo relicto a Sal. post suppl.* h) Phogor *Vulg.*

1) *Epist. ad Oceanum de vita clericorum, quae falso Hieronymo addicta est, Hier. Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1742*) XI, col.* 271. *Hos quatuor locos Pseudo-Hieronymi et Hieronymi Sal. iam supra f.* $264^{a}$, *p.* 132. *attulit, ad quod folium etiam in superscriptione paginae lectores remisit.* 2) *Ibid. col.* 270 *sq.* 3) *Ibid. col.* 271. 4) *Epist.* 52, *ibid. I, col.* 258. 5) *Sermo* 293. *falso Augustino attributorum, Aug. Opera ed. Maur.* (1731) *V, App. col.* 489. 6) *Confessionum X,* 40. 7) *Sequentia ex Actis Chrysanthi et Dariae c. I,* § 5. 6. 7, *Acta SS. Oct. XI, p.* 472, *exscripta sunt.*

*F.* 323[b]. Quod dominus noster Iesus Christus habuit in se illa tria, que sunt fundamentum omnium religionum, scilicet obedientiam, paupertatem et castitatem, sine quibus religiosis salus esse non potest.

*F.* 323[c]. De stultitiis Apostolorum fratris Ghirardini Segalelli, que multe sunt, sed XII ponamus tantummodo, et sufficit nobis. [Item[a] require infra carta CCCCLXXIIII].

---

autem virgines quasi viperas perorrebat. Iacebat autem in oratione inmobilis et am*plexus earum et oscula quasi sagitarum[b] ictus scuto sue fidei excipiens, clamabat ad Dominum dicens: 'Exurge, Domine', et cet. Quid ergo facient miseri Apostoli Ghirardini Segalélli, qui tota die discurrunt per civitatem mulieres videndo?[c] Audiant ergo, quid scriptura[1] dicit: *f. 323b.

*Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flammam,* Versus.
*Si carnis motus, ócia, vina, dápes.*

Item apostolus precipit I. ad Cor. VI*: *Fugite fornicationem.* Versus[2]: *v. 18.

*Persequitur, si tu sequeris, fugiendo fugatur*[d], Versus.
*Si cedis, cedit, si fúgis, illa fugit.*

Item super illo verbo, quod dicitur de Salomone III. Reg. X*[e]: *Cum iam senex esset, depravátum est cor eius per mulieres:* *11, 1.

*Si Loth, Sansónem, si David, si Salomónem* Versus.
*Femina decepit*[f], *quis modo tutus erit?*[3]

Tertia ratio, quare isti Apostoli non sunt in statu salutis, est, quia, quantum ad habitum eorum pertinet, videntur se obligasse ad apostolicam vitam. Apostolis autem Dominus ita precepit Mat. X*: *Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in çónis vestris.* Isti autem seu aliqui eorum vendunt domunculas suas, ortos, agros et vineas et non dant pauperibus, sed reservant et portant florinos áureos secum, et sunt sibi ipsis in[g] scándalum loculi reservâti. Item Dominus ita precepit Luc. XII*: *Vendite que possidétis et date helemosinam.* Ubi dicit Augustinus[4]: *Vénditis rebus nostris nullum maius pretium accépimus quam nos ipsos; talibus enim implicati nostri non eramus*[h]. Et nota, quod ista tria, de quibus supra dixi, omnium religionum sunt fundamentum, sine quibus nulli religioso poterit esse salus; immo qui aliquo istorum carúerit, nequaquam religiosus poterit nuncupári. Ideo dicit beatus Iacobus II*: *Quicumque enim*[i] *totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Item Eccle. IX*: *Qui in uno peccaverit, multa bona perdet.* Dominus autem *omnia supradicta in seipso habuit iuxta verbum quod scriptum est Act. I*: *Cepit Iesus facere et docere.* Nam prius fecit, *v. 9. *v. 33. Augustinus. *v. 10. *v. 18. *f. 323c. *v. 1.

a) Item — CCCCLXXIIII. *alio subfusco atram., sed manu fratris Sal. post suppl.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) a *in loco raso.* e) *sic c. pro* XI. f) deiecit *Wright male.* g) i (in) *a Sal. superscr.* h) *haec vox macula tecta legi nequit in c.* i) autem *Vulg.*

1) *Alani de Insulis liber Parabolarum I,* 37. 38, *Leyser, Hist. poet. medii aevi p.* 1066 *(Migne, Patrol. Lat. CCX, col.* 582*).* 2) *Sunt Alani, Liber de planctu naturae, ed. Th. Wright, 'The Anglo-Latin satirical poets and epigrammatists of the twelfth century' II, p.* 474. 3) *Hi versus sunt Alexandri Neckam, De vita monachorum, ed. Wright l. l. II, p.* 188. *Sed iidem haud raro separatim scripti in codicibus occurrunt, ut Aquicinctino, nunc Duacensi nr.* 23 *('Catal. des mss. des départ.' VI, p.* 15*), Monacensi Lat. nr.* 19488 *('SB. d. Münchener Akad. d. Wiss., Phil.-hist. Cl.'* 1873. *III, p.* 686*), tum in 'Anzeiger f. Kunde der deutschen Vorzeit' III* (1834), *col.* 293. *et N. F. XVIII* (1871), *col.* 306, *et alter eorum mutatus ibid. N. F. XX* (1873), *col.* 257; *Novati, Carmina medii aevi (Firenze* 1883*) p.* 22, *v.* 18. 4) *Frustra hunc locum in operibus Augustini et Pseudoaugustinianis quaesivi.*

*v. 8. postea docuit. De eius obedientia dicit apostolus ad Phili. II*: *Humiliavit
semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* De eius pauper-
*v. 9. tate dicit apostolus II. ad Cor. VIII*: *Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi,
quoniam propter nos*[a] *egénus factus est, cum esset dives, ut illius inópia vos divites essetis.*
*v. 20. Item Mat. VIII*: *Vulpes foveas habent et vólucres celi nidos, filius autem hominis non
habet ubi caput suum*[b] *reclínet.* De eius castitate sufficiunt supradicta [1]. Et sicut
beatus Augustinus dicit loquens de matre Christi [2]: *Cum de peccatis agitur* et cet.,
sic et de filio eius penitus est dicendum.

Ulterius[c] de Apostolis fratris Ghirardini Segalélli dicendum est, quod multi-
plex est eorum stultitia. Et prima, quia acéphali sunt, id est sine capite; que
*v. 14. est stultitia magna, quia, sicut dicit sapiens in Prover. XI* [3]: *ubi non est gubernator,*
*v. 54. *populus corruet.* Ideo vox démonum potest esse illa que habetur I. Macha. XII*:
*Non habent principem et adiuvantem. Nunc ergo expugnémus illos et tollamus de homi-
nibus memoriam eorum.* Secunda istorum stultitia est, quia vadunt soli aliqui
*v. 1. eorum. Quod Christus non docuit, immo, sicut scribit Luchas X*: *misit illos binos
ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus.* Hinc sapiens
*v. 9–12. dicit Eccle. IIII*: *Melius est duos simul esse quam unum. habent enim emolumentum*[d]
*societatis sue. Si unus ceciderit. ab áltero fulciétur. Ve soli! quia, cum cecíderit, non
habet sublevantem. Et si dormierint duo, fovebuntur mutuo; unus quomodo calefiet? Et*
*f. 323d. *si quispiam prevalúerit *contra proximum*[e]*, duo resistunt*[f] *ei.* Tertia istorum stultitia
est, quia tota die sunt vagabundi et ociosi et discurrentes per mundum sine utili-
*v. 10. tate. Ideo de talibus conqueritur Dominus Iere. XIIII*: *Hec dicit Dominus populo
huic, qui dilexit movere pedes suos et non quiévit. et Domino non placuit: Nunc recor-*
*12, 1. *dabitur iniquitatum eorum et visitabit peccata eorum.* Item Oséé XI*[g]: *Effraim pascit
ventum et sequitur estum. Tota die mendatium et vastitatem multiplicat, et fedus cum
Assyriis iniit et oleum in Egyptum ferebat.* Quarta istorum stultitia est, quia sub
*v. 5–8. disciplina non sunt. De qua dicit apostolus ad Hebre. XII*: *Fili mi, noli negli-
gere*[h] *disciplinam Domini. neque fatigéris. dum ab eo argúeris. Quem enim diligit
Dominus. castigat. flagellat autem omnem filium, quem récipit. In disciplina perseverate.
tamquam filiis nobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si
extra disciplinam estis. cuius participes facti sunt omnes, ergo adúlteri et non filii estis.*
*v. 10. Ideo dicit sapiens in Prover. VIII*: *Accipite disciplinam meam et non pecuniam.*
*v. 22. 23. *doctrinam magis quam áurum elígite.* Item Prover. V*: *Iniquitates sue capiunt impium.
et funibus peccatorum suorum constringetur*[i]. *Ipse morietur, quia non habuit discipli-*
Ps. 17, 36. *nam. et in multitudine stultitie sue decipietur.* Ideo dicit propheta: *Disciplina tua*
*v. 22. *correxit me in finem. et disciplina tua ipsa me docebit.* [Item[k] Sap. XII*: *Cum nobis
disciplinam das, inimicos nostros multipliciter flagellas*]. Quinta istorum stulticia
est, quia, cum alie religiones dent noviter intrantibus, scilicet novitiis, instructóres
et magistros, qui eos de bonis moribus et honestis et religiosis et regularibus
*f. CCC24a. statutis et observantiis doceant, isti nullum instructórem *habent[l]; que est magna

a) vos *Vulg.* b) suum *om. Vulg.* c) *littera initialis magna* U *atramento nigro et minio picta.* d) emolim. *corr.* emolum. *c.* e) uuum *Vulg.* f) resi:stunt, *littera erasa* (resustunt *corr.* resistunt) *c.* g) *sic c. pro* XII. h) *a* |gere *penna mutata.* i) constringitur *Vulg.* k) Item Sap. XII. *in columna et marg. laterali et* Cum — flagellas *in marg. super. a Sal. post suppl.* l) *penna mutata.*

1) *F.* 322[b], *p.* 268 *sq.* 2) *Nescio, ubi hic locus reperiatur.* 3) *Eadem* — memoriam eorum *iam supra f.* 318[d], *p.* 261. *Ut permulta in hoc tractatu iterum atque iterum repetita sunt, ad quod lectorem advertere non oportuit.*

stultitia, quia, cum bestie et vólucres nascuntur et cetera, statim habent a[a] natura quod debent, anima vero hominis creatur a Deo sicut tabula rasa, et ideo indiget instructóre, quia, sicut Ieronimus dicit[1]: *agricole, cementarii et fabri metallorum lignorumque cesóres, lanárii quoque et fullónes et céteri, qui variam suppelléctilem et vilia opuscula fábricant*[b], *absque doctore non possunt esse quod cupiunt.* [Ieronimus.] Ideo istis Apostolis, non Christi, sed fratris Ghirardini Segalélli, qui sine doctore sunt, potest adaptári quod dicitur in libro Iudic.: *In diebus illis non erat rex in Isräel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat.* Et ponitur ista cláusula in libro Iudicum quater. Semel in XVII°* capitulo et in subsequenti† capitulo bis, [*v. 6. †18, 1. 31.] scilicet in principio et in fine, et iterum in fine libri*. [*21, 24.] Ideo in Apúlia in quodam castro, ubi dixerunt rustici: 'Omnes sumus capetánei[c] et bona gens', fugáti sunt a quodam baróne de Francia, qui ad imperatorem ibat. Requirebant enim ab eo passagium, quod et dedisset, si capitáneum invenisset. Quod autem novitiis et rudibus necessarius sit instructor, demonstrat apostolus ad Hebre. dicens XII*: *Patres quidem carnis nostre habuimus eruditóres, et reverebamur eos. Non multo magis obtemperabimus patri spirituum et vivemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos, hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplína in presenti quidem videtur non esse gaudii, sed meroris, postea autem fructum pacatíssimum exercitatis per eam reddet iustitie.* [*v. 9—11.] Si quis autem det instantiam, pro eo quod Dominus dicit Io. VI*: *Est scriptum in prophetis: 'Et †erunt omnes docibiles Dei'*, quod alius doctor [*v. 45. †f. 324b.] nisi Deus necessarius non sit, dicimus, quod hoc, quod Dominus hic dicit, implebitur potissime in vita eterna, sicut dicit Ys. LIIII*: *Ponam universos filios tuos* [*v. 12. 13.] *doctos a Domino.* Hinc apostolus ad Hebre. ait 8*: *Non docebit unusquisque proxi-* [*v. 11. 12.] *mum suum et unusquisque fratrem suum dicens: 'Cognosce Dominum', quoniam omnes scient me, a minore usque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum et peccatorum illorum iam non memorabor.* Et sumitur hoc de Iere. XXXI*. [*v. 34.]

Sexta[d] istorum stultitia est, quia vadunt[e] *hospitando de domo in domum*, que est *vita nequam*, sicut Ecclesiasticus docet XXIX*[2]. Dominus etiam dixit Luc. X†: *Nolite* [*v. 31. †v. 7.] *transire de domo in domum.* Isti autem assimilari possunt illis, quibus Dominus ve imprecatur Mat. XXIII*: *Ve vobis, scribe et Pharisêi, hypócrite, qui*[f] *comédites domos* [*v. 14.] *viduarum, orationes longas orantes: propter hoc*[g] *amplius accipietis iuditium.* Item talibus convenire potest quod dicit apostolus II[a] ad[h] Timo. III*: *Ex his enim sunt* [*v. 6. 7.] *qui pénetrant domus*[i] *et captivas ducunt mulierculas onerátas peccatis, que seducuntur*[k] *variis desideriis, semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.*

Septima istorum stultitia est, quia dimittunt illud offitium, ad quod sunt apti, scilicet ut sint custodes vaccarum et porcorum et ut agricultúram exerceant. Debent ergo accipere ligónem et fódere terram, *que spatiosa et lata cultóribus índiget*, sicut dicitur Gen. XXX4*. [*v. 21.]

Octava istorum stultitia est, quia intromittunt se de offitio, quod non pertinet ad eos, et ad quod exercendum omnino inepti sunt: volunt enim docere et predicare. Quod offitium duo requirit, scilicet scientiam et mini-

a) a *a Sal. post suppl.* b) *sic c.;* fabricantur *Hieron.* c) *sic h. l. c.* d) *penna mutata.* e) *e corr.* f) quia *Vulg.* g) h (hoc) *a Sal. superscr.* h) a *corr.* ad *c.* i) *sic c.;* domos *Vulg.* k) ducuntur *Vulg.*

1) *Epist.* 53. *ad Paulinum (Prol. Bibliae), Opera ed. Vallarsius 1, col.* 273. 2) *Eccli.* 29, 31: Vita nequam hospitandi de domo in domum. *Eadem supra p.* 261, *l.* 22 *sq.*

*F.* 324c. Ostenditur hic, quod hi qui alios docere volunt debent habere scientiam aut infusam aut acquisitam, et si utramque simul, melius erit.

---

*f. 324c. sterium commissum ab eo qui dare *potest. De scientia, quam debent habere
*v. 19. hi qui docere alios volunt, dicitur Eccli. XVIII*: *Ante quam loquaris, disce.* Sed
Ps. 80. 11. dicunt isti, qui se apostolos nominant: 'Dominus, qui dixit: "*Diláta os tuum, et*
Ps. 67, 12. 34. *implebo illud*", *dabit verbum evangeliçantibus virtute multa* et *dabit voci sue vocem virtutis*[1].
*24, 45. Nam apostolis *aperuit sensum, ut intelligerent scriptúras*, sicut habetur Luc. ultimo*. Hinc
*v. 11. 12. apostolus Paulus dixit ad Gala. I*: *Notum vobis facio, fratres, evangelium, quod evangeli-
çátum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud neque
dídici, sed per revelationem Iesu Christi.* Qui ergo dedit apostolis, dabit et nobis, quia *non
*v. 1. †v. 23. est abbreviáta manus Domini*, ut dicit Ys. LIX*, nec invalida facta, ut habetur Numeri XI†[2].
*v. 23. Hinc Ioel ait II*: *Filii Syon, exultate et letamini in domino Deo vestro, quia dedit vobis
doctorem iustitie et descendere faciet ad vos ymbrem matutínum et serótinum sicut in principio*'.
Quibus dicimus, quod ista facta fuerunt in primitiva ecclesia, quando Christus per se-
ipsum apostolos docuit et per spiritum sanctum doceri fecit. De primo sic habes
*v. 2. 3. Mat. V*: *Aperiens os suum, docebat eos dicens: Beati p[auperes][a] s[piritu], q[uoniam] i[pso-
rum] est r[egnum] celorum.* Item Luc. XXI*: *Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui
*24, 15. non po[terunt] re[sistere] et contradicere omnes adver[sarii] v[estri].* Item Luc. ultimo*:
*v. 13. *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas*[3]. De secundo sic habes Io. XVI*:
*Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Item dicimus, quod
privilegia páucorum non faciunt legem communem[4]. Salomon enim et apostoli sapien-
tiam habuerunt infusam de gratia speciali. Alii vero studere debent, ut adíscant[b], quia,
*v. 12. 13. sicut dicitur in Iob XXVIII*: *sapientia non invenitur in terra suáviter viventium.* Et multa
secuntur ibi de dificultate[b] habendi sapientiam. In VII° etiam capitulo libri Sapientie de
*f. 324d. sapientia multa dicuntur. *Baruch etiam homini suádet, ut sapientiam adíscat[b], dicens
*v. 14. Baruch III*: *Disce, Israel, ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul, ubi sit
longiturnitas vite et victus, ubi sit lumen oculorum et pax.* Et quamvis Deus instruxerit
*v. 40. Moysen, cui et dixit Exo. XXV*[c]: *Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte
monstrátum est*, non tamen nocuit Moysi, quod *erudítus* erat in *omni sapientia Egyptiórum*,
*v. 22. et quod *erat potens in verbis et in operibus suis* [Act.[d] 7*].
Similiter, quamvis Paulus per revelationem evangelium habuerit, nichil nocuit ei, quod Gamaliélem doctorem habuerat,
*v. 3. sicut ipse dicit Act. 22*. Hinc Ieronimus dicit[5]: *Paulus apostolus ad pedes Gamaliélis
legem Moysi et prophetas didicísse se gloriatur, ut armátus spiritualibus télis póstea doceret
confidenter.* Item quod illi qui alios docere debent prius indigeant instructore, ab apo-
*v. 2. stolo nos habemus IIa ad Thimo. II*: *Que audisti a me per multos testes, hec commenda fide-
libus hominibus, qui ydonei erunt et alios docere.* Item ipse idem Paulus, qui edoctus erat
*v. 13. a Domino et instructus, utebatur libris et scripturis divinis; unde et Tymotheo IIII.*
mandavit in secunda epistola: *Penulam, quam reliqui Tróade apud Carpum, veniens affer
tecum et libros, maxime autem menbránas.* Item, quamvis Moyses habuerit auxilium

a) *nonnulla verba per litteras vel sillabas initiales tantum indicata sunt in c.* b) *sic c.* c) V *et* I *in loco raso.* d) Act. 7 *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Eadem vide supra f.* 306c, *p.* 232. 2) *Num.* 11, 23: Numquid manus Domini invalida est? 3) *Iam supra l.* 8. *hic versus allatus est.* 4) *Ut habetur in Decr. Gratiani II, C.* 25, *q.* 1, *p.* 2, § 3, *quae verba ibidem laudata sunt ex Hieronymi Expos. Ionae ad cap. I:* privilegia singulorum non possunt legem facere communem. 5) *Epist.* 53. *ad Paulinum (Prol. Bibliae), Opera ed. Vallarsius I, col.* 270. *Hic locus iam supra f.* 263a, *p.* 130. *allatus est.*

*F.* CCC25[a]. Nota, quod primus Hebreorum rex non fuit de tribu Iuda nec etiam ultimus. Et ideo illa scriptura sic potest intelligi: *Non auf[e-* *Gen.* 49, 10.
*retur]*[a] *sce[ptrum] de Iuda,* id est de Iudaico populo. Iudei enim ante Herodem ex progenie Mathathie regem[b] habebant, qui fuit ex tribu Levi.

*F.* 325[b]. Quare Dominus potius ostendit se turbatum ex eo, quod filii Israel petierunt regem, quam ex eo, quod Moyses hominis petivit ducatum.

---

Dei secum habendo columnam nubis per diem et camdem in igne per noctem, ad cuius *Exod.* 13, 21.
inditium et castrametabantur et castra movebant, tamen non recusavit auxilium hominis,
scilicet Obab cognati sui, cui et dixit Numeri X*: *'Proficiscimur ad locum, quem Dominus* *v. 29—32.
*daturus est nobis. Veni nobiscum, ut benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli'. Cui respondit: 'Non vadam tecum, sed revertar in terram meam, in qua natus sum'. Et ille: 'Noli', inquid*[c], *'nos relinquere. Tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere*
*debeámus, *et eris ductor noster. Cumque nobiscum veneris, quicquid óptimum fuerit ex ópibus,* **f.* CCC25[a].
*quas nobis daturus*[d] *est Dominus, dábimus tibi'.* Mirum videtur, quare Dominus contra Moysen non est iratus, qui ductorem hominem petiit, cum Deum ductorem haberet, sicut
dicit Ys. LXIII*: *Spiritus Domini ductor eius fuit. Sic adduxisti populum tuum, ut faceres* *v. 14.
*tibi nomen glorie.* De isto ducatu habetur in fine Exodi*. De quo etiam sic dicitur in *40, 32—36.
Hystoriis[1]: *Igitur mense primo*[e] *anni secundi, in prima die mensis erexit Moyses tabernáculum, et opéruit illud nubes, cum lux serena esset, non procellosa, sed lucida, non tamen per quam transiret aspectus, qualem decebat Dei presentiam; et ad nebule illius elevationem deinceps movérunt castra et ad depositionem*[f]*: et dum stabat super tabernaculum, et ipsi stabant. Eratque ignis in nocte.* In primo libro Reg. VIII. Dominus ostendit se habere pro malo, quod
filii Israel petiverunt regem. Unde *dixit ad Samuélem*: *'Audi vocem populi in omnibus* *v. 7.
*que locuntur tibi. Non enim te abiecérunt, sed me, ne regnem super eos'.* Et tamen Dominus de regibus, quos habituri erant filii Israel, in duobus locis fecerat mentionem, scilicet
Gen. XVII*, ubi Dominus sic dixit ad Abraham: *Faciam te crescere vehementissime et ponam* *v. 6.
*te in gentibus, regesque ex te egredientur.* Item in Deutero. XVII.* similiter facit mentionem *v. 15.
de rege dicens: *Non poteris altérius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.* Iacob etiam patriarcha idem sensisse videtur, scilicet quod habituri essent filii Israel
regem, dicens Gen. XLIX*: *Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de fémore eius, donec* *v. 10.
*véniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium.* In quo notabis, quod nec primus, quem habuerunt, de Iuda fuit, scilicet Saul filius Cys de tribu Béniamin, nec últimus,
quando venit Christus, scilicet Herodes Ascaloní*ta, qui fuit gentilis et altérius gentis; **f.* 325[b].
per quod manifestissime tempus adventus Christi Iudei cognoscere potuerunt. Fit igitur questio ex predictis, quare Dominus potius ostendit se turbátum ex eo, quod filii Israel[g] petierunt regem, quam ex eo, quod Moyses hominis petivit ducatum, cum Dominus per columnam nubis in die et ignis in nocte ductor esset eorum, sicut habetur
Neemíe IX*[2]. Solutio[h]: Dicimus, quod Dominus non debuit turbari de Moyse, quia *v. 12.
Moyses sic petiit ducatum hominis, ut tamen ducatum Dei semper precípuum reputáret[i]. Filii autem Israel petendo regem sic ponebant spem in homine, quem regem habere

a) *per sillabas initiales hae duae voces indicatae in c.* b) regem — Leui *in marg. infer. suppl.* c) *sic h. l. c.* d) traditurus *Vulg.* e) septimo *Petri ed. falso.* f) deposuerunt *omisit Sal., nullo signo distinctionis hoc loco posito.* g) isrl' (israel) *a Sal. in marg. suppt.* h) Sol'o *c., ubi sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Scil. Petri Comestoris Hist. scolast., Exod. c.* 78. 2) 2. *Esra (Nehem.)* 9, 12: Et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem et in columna ignis per noctem.

*F.* 325[c]. Ostenditur hic multiplici exemplo, quod non est spernendum auxilium hominis, quamvis habeatur auxilium Dei.

*F.* 325[d]. De aliquibus, quorum petitiones exaudiuntur, et postea inde puniuntur. De tribus hominibus, qui noluerunt sibi cavere, cum bene possent.

---

volebant, quod de Deo difidebant[a], qui sepe liberaverat eos, sicut habetur in libro Iudi-
*105, 42. 43. cum per totum et in principio primi Regum. Ideo dicit psalmista*: *Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum, sepe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo et humiliati sunt in iniquitatibus suis.* Ideo talibus imprecatur
*v. 5. Ieremias dicens XVII*: *Maledictus homo qui confídit in homine et ponit carnem brachium*
*43, 21. 22. *suum, et a Domino recédit cor eius.* Ideo dicit psalmista*: *Si obliti sumus nomen Dei nostri et si expandimus manus nostras ad deum alienum, nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis.* Nam

*quicquid ágant homines, intentio iudicat omnes*[1].

*v. 17. Hinc Ieremias ait XVI*: *Non sunt absconditi*[b] *a facie mea, et non fuit occulta iniquitas eorum*
*v. 27–29. *ab oculis meis.* Hinc Ecclesiasticus dicit XXIII*: *Omnia videt oculus illius, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores super solem, circumspicientes*[c] *omnes vias hominum et profundum abyssi et hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo, antequam crearentur,*
*f. 325c. *omnia sunt agnita, sic et post perfectum respicit omnia*[d]. *Ad idem facit quod dicit apo-
*v. 13. stolus ad Hebre. IIII*: *Nulla*[e] *creatura invisibilis est in conspectu eius. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.* Igitur Moyses non displicuit Deo ex eo, quod petiit adiutorium hominis, quamvis haberet auxilium Dei, nec ex eo, quod audivit
*Luc.* 9, 50. consilium Ietró[f] et fecit secundum eius doctrinam, quia Dominus dicit: *Qui non est contra*[g] *vos, pro vobis est.* Esdras etiam, qui per spiritum sanctum reparavit legem a Chaldéis conbústam, non erúbuit postea eam corrigere cum veteribus codicibus, qui apud Samaritanos remanserant. Dominus similiter Páulum bene sciebat docere, quando in conversione sua dixit: *Domine, quid me vis facere?* sed noluit eum tunc docere, immo misit eum ad hominem Ananíam, qui eum instrueret, dicens: *Surge et ingredere civitatem, et*
*v. 6. 7. *dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Act. IX*. Isti autem, qui se appellant apostolos et non sunt, nec scientiam habent acquisitam nec sapientiam infusam et intromituntur[a] se de lana caprina[2] et de quinta rota pláustri, dum sine scriptura predicare
1. *Tim.* 1, 7. volunt, quia dicunt truffas et hereses seminant, *non intelligentes,* de quibus *locuntur neque de quibus affirmant,* et *adiscunt*[a], *pró pudor! a feminis quod viros doceant. Et ne parum sit hoc, quadam facilitate verborum, immo audátia, edísserunt aliis quod ipsi*
*v. 9. *non intelligunt*[3]. Ideo bene convenit eis quod dicitur in Prover. XXVI*: *Quomodo*
*v. 22. *si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum.* Item Eccli. XX*: *Ex ore fátui reprobábitur parábola, non enim dicit illam in tempore suo.* Item Eccli.
*v. 19. 20. XXI*: *Narratio fatui quasi sarcina in via, nam in labiis sensati invenietur gratia. Os prudentis queritur in ecclesia, et verba illius cogitabunt in cordibus suis.* Nota,
*f. 325d. quod dicit: *os prudentis queritur in ecclesia,* non os hominis stulti. *Cui[h] cónvenit
*v. 15. quod dicit Michéas VI*: *Tu seminabis et non metes, tu calcábis olivam et non ungéris*

a) *sic c.* b) absconditae *Vulg.* c) ꝯspicientes *c.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) non est ulla *Vulg.* f) Ie *in loco raso.* g) adversum *Vulg.* h) *penna mutata.*

1) *Idem versus iam supra f.* 249[a], *p.* 101. *allatus est.* 2) *Horat. Epist. I,* 18, 15: rixatus de lana saepe caprina. *Hodieque proverbium Italicum est* disputar di lana caprina. 3) *Haec sunt verba Hieronymi, Epist.* 53, 7. *ad Paulinum (Prol. Bibliae), Opera ed. Vallarsius I, col.* 273.

*F.* CCC26[a]. Commendatur hic scientia, et ostenditur, quod cum multo studio et labore est acquirenda.

---

*oleo, et mustum et non bibes vinum.* Quod est dicere: Isti ribaldi fratris Ghirardíni
Segalélli, qui se apostolos appellant, nullum premium accipient de sua predica-
tione, quia nesciunt quid dicunt. Ideo dicit scriptura [Osee[a] VIII*]: *Ventum semi-* *v. 7.
*nabunt et turbinem metent.* Et illud Osee X*: *Arastis impietatem, iniquitatem mes-* *v. 13.
*suistis.* Et nota, quod, sicut filii Israel, qui petierunt carnes, fuerunt exaudíti et postea
inde puníti, sicut dicit propheta: *Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum*[b], *et ira Dei ascendit* *Ps. 77, 30. 31.
*super eos,* sic, quando petiverunt regem, exaudíti fuerunt et postea inde puniti, secundum
quod Dominus dicit Osee XIII*: *Dabo tibi regem in furóre meo et áuferam in indignatione* *v. 11.
*mea*[c]. De hac punitione tam regis quam populi habetur I. Reg. XXVIII*, ubi dixit *v. 19.
Samuel ad Saul: *Cras autem tu et filii tui mecum eritis* — scilicet in numero mortuorum,
sicut ego sum, vel in inferno —. *Sed et castra Israel tradet Dominus in manu*[d] *Phylistiim.*
Qualiter autem hoc factum sit, habetur in fine libri, ubi sic dicitur: *Mortuus est ergo
Saul et tres filii eius et ármiger illius et universi viri eius in die illa páriter.* Habetur hoc
I. Reg. 31*. Et nota, quod, sicut iuste punitus fuit Adam, quia noluit sibi cavere, *v. 6.
cum Dominus dixisset sibi: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris,* Gen. II*[e], sic *v. 17.
iuste punitus fuit Saul, quia noluit sibi cavere, cum de eo esset predictum Numeri XXIIII*: *v. 7.
*Tolletur propter Agag rex eius, et auferétur regnum illius.* De hoc habetur I. Reg. XV*: *v. 32.
*Dixitque Samuel: 'Adducite ad me Agag regem Amaléch'* et cet. Similiter iuste punítus fuit
Ahiel de Bethel, qui noluit sibi cavere, sed fecit *contra imprecationem Iosue filii Nun *f. CCC26a.
rehedificando Iericho, ut habetur III. Reg. XXII.*[f] et Iosue VI†. In fine utriusque capi- *16, 34. †v. 25. 26.
tuli invenies hoc, scilicet de imprecatione et reedificatione. Revertamur ad pro-
positum, de quo intendimus specialiter.

Iam[g] perveneram[h] ad bivium pythagórice littere, et completis tribus lustris,
id est uno indictionum circulo[1], ab ipsis cunabulis in gramatica erudítus et attrí-
tus, intravi ordinem fratrum Minorum; et statim in novitiatu meo in marchia 1238. Febr. 4.
Anconitána, in conventu Fanensi[2] habui doctorem in theologia fratrem Humilem
de Medioláno[3], qui Bonónie sub fratre Aymóne didícerat; qui postea frater Aymo
Anglicus et senex in generalem ministrum ordinis fratrum Minorum fuit electus et
prefuit usque ad diem mortis sue, scilicet tribus annis[4]. Et audivi primo anno,
quo intravi ordinem, in scolis theologie Ysaiam et Matheum, sicut frater Humilis
legebat ibidem; et non cessavi postea studere et in scolis audire. Et sicut Iudei
dixerunt Christo Io. II*: *XL et sex annis edificatum est templum hoc,* ita[i] possum *v. 20.
et ego dicere, quod XL et sex anni sunt hodie in festo sancti Giliberti, in quo 1284. Febr. 4.
hec scribo, in sexta feria, quod ordinem fratrum Minorum intravi[5], et agitur annus
Domini MCCLXXXIIII; et non cessavi postea studere, et nec sic pervéni ad scien-

a) Osee VIII. *in marg. a Sal. suppl.* b) eorum *corr.* ipsorum *c.* c) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* d) manus *Vulg.* e) III, *eraso* I *corr.* II. *c.* f) *sic c. pro* XVI. g) *hoc loco versus novus non coeptus erat, praecedente tantum* ℂ *minio scripto, sed in margine postea pinxit Sal. litteram initialem magnam* I *atramento nigro et minio.* h) *in marg.* N[ota] *singulari modo ornatum a Sal. pictum ut supra f.* 223[b], *p.* 38, *n.* e, *ubi de se ipso dixit.* i) *penna mutata.*

1) *Eadem fere verba supra f.* 223[b], *p.* 38. 2) *Ubi a.* 1238. *Febr.* — 1239. *Febr. vixit.* 3) *Lectorem conventus Fanensis. Cf. supra f.* 225[a]. 250[a], *p.* 42. 104, *infra f.* 382[b]. 4) *A.* 1240. *Nov.* 1 — 1244. *Iun.; cf. supra f.* 279[c]. 283[c], *p.* 165. 176. 5) *Quod fecit a.* 1238. *Febr.* 4; *cf. supra f.* 246[c]. 247[d], *p.* 96. 99.

tiam maiorum meorum, sed vere illud Socraticum[1] dicere possum: *Hoc tantum scio,*
*quod néscio.* Possum ergo adhuc adiscere[a] que ignoro, quia grandis michi restat
4. *Reg.* 4, 16. via[2] ad adiscendum[a], *si fuerit vita comes;* et grandis ignorantia mortalibus inest,
*v. 19. de qua etiam doctissimi conqueruntur. Ideo dicitur Iob XXXVII*: *Nos quippe*
*v. 8. *invólvimur tenebris.* Hinc Ecclesiastes dicit I*: *Cuncte res difficiles, non potest eas*
*f. 326b. Augustinus[b]. *homo explicare sermone.* *Docet beatus Augustinus[3], *ne homo frangátur*
*in difficultátibus rerum, que necesse est existant, ut ostendatur homini, quia homo est.*
*v. 24. 25. Item Eccle. VII*: *Cuncta temptavi in sapientia, dixi: 'sapiens efficiar', et ipsa longius*
*v. 17. *recessit a me, multó magis quam erat.* Item Eccle. VIII*: *Intellexi, quod omnium*
*operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum que fiunt sub sole. Et quanto*
*plus laboraverit ad querendum, tantó minus inveniet*[c]. *Etiam si dixerit sapiens se nosse,*
*non poterit repperire.* [Exemplum[d] habes in Gerardo de Roxe, qui dixit, quod bene
prosperarentur qui Colurnium intraverant, eo quod intrassent sub scorpionis signo[e].
1266. *Aug.* 5. Falsum dixit, quia intraverant in festo sancti Dominici[4], quando signum scorpionis
non est. Et statim fuerunt expulsi[e]. Si[f] autem referas hoc non ad solem, sed
ad lunam, tunc forte verum dixit, quod intraverunt Colurnium sub scorpionis signo,
quia luna quolibet mense duobus diebus in quolibet signo moratur et plus. Verum-
tamen probari potest adhuc, quod falsum dixit, triplici ratione: Prima, ut patuit
ex eventu, quia expulsi fuerunt tam cito. Secunda, quia scorpio animal retrogra-
*v. 24. 25. dum est, quod male prenosticari debebat. Tertia, quia Dominus dicit Ys. XL4*: *Ego*
*v. 17. *sum Dominus, irrita faciens signa divinorum et ariolos in furorem vertens.* Et illud Eccle. VIII*:
*v. 16. 17. *Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit repperire*[5]]. Item Sap. IX*: *Difficile esti-*
*mámus que in terra sunt et que in prospéctu sunt invenimus cum labore. Que autem in celis*
*sunt quis investigábit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu déderis sapientiam et miseris*
*spiritum sanctum tuum de altissimis?* Ut autem habeatur sapientia, studere debemus
*v. 5. 6. et doctores audire. Ideo dicit sapiens Prover. I*: *Audiens sapiens sapientior erit, et in-*
*telligens gubernacula possidebit. Animadvertet parabolam et interpretationem, verba sapientium*
*v. 27. *et enígmata eorum.* Item Prover. XIX*: *Non cesses, fili, audire doctrinam nec ignores ser-*
*v. 11. *mones scientie.* Item Prover. XXVII*: *Stude sapientie, fili mi, et letifica cor meum, ut possis*
*v. 12. *exprobranti respondere sermonem.* Item Prover. IX*: *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si*
*v. 16. *autem illusor, solus portabis malum.* Unde illud Prover. XVII*: *Qui evítat díscere, incidet*
*v. 15. 16. *in mala.* Item Prover. XXIII*: *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor*
*v. 33. *meum, et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.* Item Eccli. I*: *Fili,*
*v. 12. *concupiscens sapientiam conserva iustitiam, et Deus prebebit illam tibi.* Item Eccli. 4*: *Sapi-*
*v. 18. *entia filiis suis vitam inspirat et suscipit exquirentes se.* Item Eccli. VI*: *Fili, a iuventute*
*f. 326c. †v. 34. *tua excipe doctrinam, et usque ad cános invenies sapientiam.* *[Item[g] Eccli. VI†: *Si dilexeris*

a) *sic c.* b) A?. *c.* c) inveniat *Vulg.* d) Exemplum — expulsi *in marg. super. a Sal. suppl.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) Si — repperire (*l.* 23) *in marg. infer. f.* 326[a.b]. *a Sal. suppl.* g) Item — eris *in marg. super. f.* 326[c]. *a Sal. suppl.*

1) *Quod Sal. legit in Hieronymi epist.* 53, 8. *ad Paulinum (Prol. Bibliae), Opera ed. Vallarsius I, col.* 278: Ceterum Socraticum illud impletur in nobis: 'Hoc tantum scio, quod nescio'. 2) 3. *Reg.* 19, 7: Grandis enim tibi restat via. 3) *Sermo* 351. *de paenitentia, Opera ed. Maur. (Venet.* 1731*) V, col.* 1354. *(Qui locus iam supra f.* 271[b], *p.* 147. *allatus est, ubi etiam iidem versus Ecclesiastae citati sunt.* 4) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1266, *SS. XVIII, p.* 680, *ubi relatum est partem imperii Parmensem die Aug.* 2 *(vel* 1*) Colurnium cepisse, Aug.* 4 *(vel* 3*) expulsam esse. Hanc rem narrat Sal. infra f.* 364[c]. 365[b] *(sub a.* 1250*) et de Gerardo de Roxe eadem tradit f.* 437[d] *(sub a.* 1284*).* 5) *Quem versum ante ea quae in margine supplevit Sal. laudaverat l.* 12.

*F.* 326[d]. Quod aliqui ad predicandum mittuntur a Deo, aliqui veniunt a seipsis, sed dominus noster Iesus Christus noluit venire nisi missus[a].

*audire, sapiens eris*]. Igitur[b] hec omnia supradicta de sapientia ideo diximus propter illos ribáldos stultos et indoctos, qui se appellant apostolos, quia volunt sine scientia predicare, nec scripturam habent nec mores bonos neque vitam bonam, sed vadunt stultiçando per mundum et hereses seminando. Ideo cuilibet stulto, qui sine scriptura predicare vult, convenit illud Ys. 32*: *Stultus enim fatua loquetur,* *v. 6. *et cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, et loquetur*[c] *ad Dominum fraudulenter et vacuam faciet*[c] *animam esurientis*, quia non dicet auditori nisi inutilia et verba truffatoria *et potum sitienti áuferet*[d], quia non[e] dabit aquam, id est doctrinam, que facit[f] salire in vitam eternam[1], Io. IIII*. Ideo sequitur: *Fraudulenti* *v. 11. Is. 32, 7. *vasa pessima sunt.* Ideo melius faceret talis stultus, si taceret, quia, sicut dicit sapiens in Prover. XVII*: *stultus si tacúerit, sapiens reputábitur, et si compresserit* *v. 28. *labia sua, intelligens.* Item in eodem*: *Non decent stultum verba composita nec prin-* *v. 7. *cipem labium mentiens.* Item Prover. XXIIII*: *Excelsa stulto sapientia, in porta non* *v. 7. *aperiet os suum.* Item Eccle. X*: *Labia insipientis precipitabunt eum. Initium verbo-* *vv. 12–14. *rum eius stulticia, et novissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat.* Et ideo *qui imponit stulto silentium, iras mítigat,* ut dicitur Prover. XXVI*[g]. *v. 10. Quod bene voluit facere papa Gregorius decimus, qui in pleno concilio Lugdunensi cas- 1274. savit[h] et reprobavit cetum istorum stultorum[2], *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt.* Apoc. 2, 9. Sed miseria et pigritia episcoporum permittit eos per mundum infructuose vagári.

De offitio predicandi sciendum est, quod nullus hoc debet presumere, nisi ab eo qui dare potest fuerit sibi commissum. Unde apostolus dicit ad Ro. X*: *Quomodo* *v. 15. *predicabunt, nisi mittantur?* *De[h] hac missione predicatorum habetur in pluribus *f. 326d. locis in divina scriptura. Unde Dominus Moysi dixit Exo. III*: *Veni, mittam te* *v. 10. *ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Israel, de Egypto.* Item Ys. VI*: *vv. 8. 9. *Audivi vocem Domini dicentis: 'Quem mittam, et quis ibit nobis?' Et dixi: 'Ecce ego, mitte me'. Et dixit: 'Vade, et dices populo huic'* et cet. Item Iere. I*: *Et dixit* *v. 7. *Dominus ad me: 'Noli dicere: "puer sum", quoniam ad omnia que mittam te ibis et universa, quecumque mandávero tibi, loqueris'.* Item Eze. II: *Fili hominis, mitto ego* *v. 3. 4. *te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, que recesserunt a me. Patres eorum prevaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc, et filii dura facie et indomábili corde sunt, ad quos ego*[i] *mitto te.* De his autem qui non mittuntur a Deo, sed veniunt a seipsis, conqueritur Dominus. Quibus iure potest illud propheticum coaptari Eze. XIII[3]: *Ve qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suum, qui dicunt: 'Hec dicit Dominus', et Dominus non misit eos.* De quibus et salvator in evangelio Io. X.* loquitur: *Omnes, quot quot venérunt, fures sunt et latrónes, sed*[k] *non* *v. 8. *audierunt eos oves. Qui venerunt* dicit, non 'qui missi sunt'. Ipse enim ait: *Veniebant, et ego non mittebam eos*[4]. In venientibus[l] presumptio temeritatis, in missis ob-

a) *inscriptio col. CCC27*[a]*. erasa est.* b) *penna mutata.* c) loquatur . . . faciat *Vulg.* d) auferat *Vulg.* e) n (non) *a Sal. in marg. suppl.* f) faciat *c., sed* a *erasum videtur.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* h) cessauit *c., errore illius qui atram. recenti hoc verbum et alia multa renovavit, sed cf. supra f.* 316[c], *p.* 255, *l.* 19; *f.* 322[a], *p.* 268, *l.* 13. i) mitto te ego *corr.* ego mitto te *c.* k) et *Vulg.* l) ueniēbȝ, ti *a Sal. superscripto corr.* uenietibȝ *c.*

1) *Ioh.* 4, 14: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. 2) *Cf. supra p.* 255, *n.* 3; *f.* 322[a], *p.* 268. 3) *Non leguntur haec in hoc capite neque alibi in Vulgata, sed conflata sunt ex v.* 3. 6. 17. *huius capitis.* 4) *Haec non leguntur in Vulgata, sed similia Ier.* 23, 21, *qui versus infra p.* 280, *l.* 21. 22. *allatus est.*

*F.* 327[b]. Probatur pluribus modis, quod Dominus quantum ad litteram duas tunicas non prohibuit.

---

sequium servitutis est. Isti ergo ribaldi, qui se apostolos appellant et non
sunt, qui nec a Deo nec a summo pontifice missi sunt, nec scientiam habent nec
sanctam vitam nec offitium predicandi sibi commissum ab aliquo qui dare possit,
qua auctoritate predicare presúmunt, non video. Et ideo vere stultos se esse de-
*v. 15. monstrant. Quibus illud Ecclesiastes X.* óptime convenire videtur: *Labor stul-
torum afflíget eos, qui nesciunt in urbem pergere.* Item nota, quod dominus noster
*v. 10. Iesus Christus noluit venire nisi missus. Ideo Iacob patriarcha dixit Gen. XLIX*:
*f. CCC27*. †v. 13. *Veniet qui mittendus est.* Item 'Moyses[a] dixit Exo. IIII†: *Obsecro, Domine, mitte
quem missurus es.* Ille autem qui mitti debebat in Ioseph prefiguratus fuerat, de
*v. 13. quo dixit Iacob pater suus Gen. XXXVII*: *Fratres tui pascunt oves in Sicchimis,
*v. 14. veni, mittam te ad eos.* Et infra*: *Missus de valle Hebron venit in Sychem.* Item
*v. 16. de sua missione ipse idem dicit Ys. XLVIII*: *Ex tempore, antequam fierent*[b], *ibi
*v. 37. eram, et nunc dominus Deus misit me et spiritus eius.* Item Mat. XXI*: *Novissime
autem misit ad eos filium suum.* Item de Iohanne Baptista dicitur, quod *fuit homo
*v. 6. missus a Deo,* Io. I.* Istis autem ribaldis, qui se appellant apostolos, convenire
*v. 4. potest quod Dominus dicit Ieze. XIII*: *Quasi vulpes in desertis prophete tui, Israel,
*v. 1. erant.* Ideo docet Iohannes I. ca[nonica] IIII*: *Karissimi, nolite omni spiritui cre-
dere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophete exierunt in
*v. 21. mundum*[c]. Isti sunt illi prophete, de quibus Dominus dicit Iere. XXIII*: *Non
mittebam prophetas, et ipsi currebant, non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant.* Item
*v. 14. Iere. XIIII*: *Non misi eos et non precepi eis neque locutus sum ad eos. Visionem
mendacem et divinationem et fraudulentiam et seductionem cordis sui prophetant vobis.*
*v. 14. Que omnia plangit Iere. in Trenis II.* de Ierusalem dicens: *Prophete tui viderunt
tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent.
Viderunt autem tibi assumptiones falsas*[d] *et eiectiones.* Igitur octava stultitia isto-
rum Apostolorum est, quia intromittunt se de predicatione et non habent scripture
scientiam nec sensum naturalem, quod tale est, quale si sine pennis avis volare
vellet, et claudus sine pedibus currere. Item tales predicant non in congrega-
*Is.* 9, 3. tione, sed in dispersione Ghirardini Segalélli — qui *multiplicavit gentem,* sed *non
magnificavit letitiam* —, qui, si essent in ordine fratrum Minorum, vix permitte-
*f. 327b. rentur mensis ministrare vel lavare 'scutellas seu hostiatim ire pro pane.

Nona istorum stultitia est, quia volunt predicare nec habent predicationis
offitium sibi commissum ab eo qui dare potest et debet, sed sumunt illud a semet-
*v. 4. 5. ipsis; quod est contra illud apostoli ad Hebre. V*: *Nec quisquam sumit sibi hono-
rem, sed qui*[e] *vocatur a Deo tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clari-
*v. 15. ficavit.* Hinc apostolus dicit ad Ro. X*: *Quomodo predicabunt, nisi mittantur?* Igitur
ex predictis patet, quod illi qui predicare debent ab aliis debent mitti et non a
semetipsis venire et predicationis offitium usurpare.

Decima istorum stultitia est, quia omnino contra apostolum faciunt studiose,
*v. 1. qui ad Ro. dicit XII*: *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra
hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Non enim
est rationabile eorum obsequium, dum una tantum tunica volunt esse contenti,

a) *penna mutata.* b) fieret *Vulg.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) falsas *in marg. a Sal. suppl.* e) q (qui) *a Sal. superscr.*

*F.* 327[d]. De superfluitate victualium et vestimentorum.
Quod Naaman multipliciter excusari potest de vestimentorum superfluitate.

---

credentes hoc a Domino sibi esse preceptum, pro eo quod apostolis suis dixit Mat. X*: *neque duas tunicas* — supple 'habeatis'[a]. Et ideo ex tali intellectu sequitur inconveniens istud, quia contra apostolum faciunt, qui ad Ro. dicit XII*: *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Plus enim sapiunt, dum aliter intelligunt scripturam, quam Dominus dixerit intelligendam. Ideo Dominus quibusdam dixit Mat. XXII*: *Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei.* Hoc dixit Dominus Saducéis, qui resurrectionem negabant[a]. Ita revera isti etiam Apostoli errant, quia, cum Dominus dixit: *neque duas tunicas* habeatis, superfluitatem removit, non necessitatem interdixit nec abstulit. Quod pluribus modis potest probari. Et primo, quia Salomon in plurali dicit Eccle. IX*: *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* Secundo, quia preter alia vestimenta tunicam Dominus[b] habuit inconsútilem. De quibus habetur Ps.*: *Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem.* Idem habetur *in omnibus evangelistis, sed sufficit nunc Iohannis[c] testimonium ponere, qui sic dicit Io. XIX*: *Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius et fecerunt IIII*[or] *partes, unicuique militi partem. Et tunicam. Erat autem tunica inconsútilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: 'Non scindamus eam, sed sorciamur de illa, cuius sit'. Ut scriptura impleretur dicens: 'Partiti sunt vestimenta mea sibi et in vestem meam miserunt sortem'. Et milites quidem hec fecerunt.* Patet igitur ex predictis, quod, cum Dominus dixit: *neque duas tunicas* habeatis, non intellexit ad litteram, quin homo, qui indiget, possit habere plures et ad lavandum sordes et ad lesionem frigoris evitandam. Tertio[d], quia apostolus I. ad Timo. VI.* in plurali dicit: *Habentes alimenta et quibus tegamur, his contenti simus.* Quarto, quia, sicut testante Domino Act. XX*: *beatius est magis dare quam accipere,* sic bonum est habere, unde scriptura in operibus pietatis possit impleri. Hinc Iohannes[c] Baptista dixit Luc. III*: *Qui habet duas tunicas, det non habenti. Et qui habet escas, similiter faciat.* Ideo dicit Ieronimus[1]: *Quicquid corpori nostro sufficere potest et hominum imbecillitati, si aliud retines, duas tunicas habes.* De[d] penuria autem istorum, scilicet victualium et vestimentorum, sic dicit apostolus I. ad Cor. IIII*: *Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus.* Et iterum in secunda ad Cor. XI*: *In fame et siti, in ieiuniis multis. In frígore et nuditate.* Et tamen dicebat ad Phili. IIII*: *Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et abundare. Ubique et in omnibus institutus sum, et satiari et esurire et abundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.* Item parum infra*: *Habeo autem omnia et abundo.* Quare hoc? Audi †quare. Quia *melius est modicum iusto super divitias peccatorum multas.* Ideo sapiens in Prover. dicit X*: *Non affliget Dominus fame animam iusti.* Ideo apostolus ad Ro. dicit VIII†: *Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius?* Et cetera que secuntur. De superfluitate autem istorum duorum, scilicet victualium et vestimentorum, sic habes. Dicitur et verum est, immo valde et omnino et penitus superfluum est, quod patriarcha Aquilegiensis prima die maioris quadragesime[e] quadraginta fercula habet, id est ciborum

Margin: *v. 10. — *v. 3. — *v. 29. — Matth. 10, 10. — *v. 8. — *21, 19. — *f. 327c. — *v. 23. 24. — Matth. 10, 10. — *v. 8. — *v. 35. — *v. 11. — Ieronimus. — *v. 11. — *v. 27. — *v. 11—13. — *v. 18. — †f. 327d. — Ps. 36, 16. — *v. 3. — †v. 35.

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) dns *in marg. a Sal. suppl.* c) Io. *c.* d) *penna mutata.* e) XL[e] *c.*

1) *Epist.* 120, *Opera ed. Vallarsius I, col.* 817. *Sed Hieronymi verba immutata sunt.*

---

varietates et appositiones, et ita descendendo usque ad sabbatum sanctum qualibet die diminuitur una. Et dicit, quod hoc facit propter honorem et gloriam patriarchatus illius. Certe isti patriarche Aquilegienses[a] hoc exemplum non habuerunt a Christo, qui in deserto XL diebus et XL$^a$ noctibus ieiunavit. Ideo talibus Dominus *v. 7. comminatur Osee IIII*: *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Hoc erit, quando, sicut *v. 10. ibidem* dicitur: *comedent et non saturabuntur.* Nam nullus saturari potest ex se ipso. *v. 20. Ideo dicit Ysaias IX*: *Unusquisque carnem brachii sui vorabit.* Item vide commutationem *v. 15. istius glorie Iob XX*: *Divitias, quas devoravit, évomet, et de ventre illius extrahet eas Deus.* *v. 5. De superfluitate vestimentorum audi IIII$^o$ Reg. V*, quod Naaman princeps regis Syrie volens a leprá mundari et pergens ad Helyseum détulit secum vestimentorum mutatoria decem. Sed iste multipliciter excusari potest. Et primo, quia princeps. Nobilibus enim plura conceduntur tam ad vestitum quam ad victum quam privatis personis, pro *v. 10. eo quod sunt in sublimitatibus constituti. Ideo sapiens dixit [Eccle.[b] V*]: *Ubi multe sunt* *v. 18. †f. CCC28a. *opes, multi et qui comedunt eas.* Hinc Neemias dixit V*: *Parabatur autem †michi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, et inter dies decem vina diversa. Et* *v. 22. 23. *alia multa tribuebam*[c]. Item de victu Salomonis sic habetur III. Reg. IIII*: *Erat autem cibus Salomonis per dies singulos XXX$^{ta}$ chori símile et sexaginta chori farine, decem boves pingues et XX$^{ti}$ boves pascuales et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum atque bubalorum et avium altilium.* Sed et pisces cotidie ab alienigenis portabantur[c, 1]. Item de magno *1, 5. apparatu quantum ad victum invenies in principio libri Hester*, quem fecit Assuerus, quando *invitavit omnem populum, qui inventus est Susis*[d], *a maximo usque ad minimum, et VII diebus iussit convivium preparari in vestibulo orti et nemoris, quod regio cultu et manu cónsitum erat* et cet. Vide in libro. Secundo potest excusari Nááman de vestimentorum multiplicitate, quia talia portabat, ut prophete donaret; magna enim petere volebat, scilicet mundationem a lepra, et ideo magna dare disponebat[c]. Et forte non vacat a misterio, quod X mutatoria vestimentorum secum portabat, pro eo quod X sunt precepta decálogi, sicut non vacat a misterio, quod septies in Iordane se lavit. Et nota, quod post emundationem a lepra miro modo Naaman factus est Deo devotus, ita ut dignus[e] *v. 27. esset commendatione divina, Luc. IIII*: *Multi leprosi erant in Israel sub Helyseo propheta, et nemo illorum*[f] *mundatus est nisi Naaman Syrus*[g]. Vere dignus fuit commendatione divina. *v. 17. Dixit enim Helyseo, postquam vidit se mundatum, IIII. Reg. V*: *Non enim faciet servus tuus ultra holocaustum aut victimam diis alienis nisi Domino*[c]. Similiter ille erat alienígena, *f. 328b. quem Dominus mundavit a lepra et quem postea de recogni*tione benefitii commendavit *v. 16. 18. dicens Luc. XVII*: *Nonne X mundati sunt, et novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret et daret gloriam Deo nisi hic alienígena.* Item Naaman ante mundationem a lepra com- *v. 1. mendatur, quod per eum Deus miraculum fecit, IIII. Reg. V*: *Naaman princeps militie*

a) aquilegieses *c.* b) ecc̄ V. *in marg. a Sal. suppl.* c) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* d) in Susan *Vulg.* e) dignus *in marg. a Sal. suppl.;* esset *in loco raso alio atram. scriptum.* f) eorum *Vulg.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.*

1) *Haec* (Sed — portabantur), *quae in Vulg. non leguntur, exscripsit Sal. ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum III, c. 7.*

*F.* 328[d]. Quod munus Ieroboam non fuit nobile exenium propter IIII[or], nisi forte propter misterium excusetur.

---

*regis Syrie erat vir magnus apud dominum suum et honoratus. Per illum enim dedit Dominus salutem Syrie. Erat autem vir fortis et dives, sed leprosus.* Tertio[a] excusari potest Naaman de vestimentorum multiplicitate, quia non erat obligatus sub aliqua lege sicut Iudei, de quibus dicitur: *Ipsi obligati sunt et ceciderunt.* Hinc est, quod Dominus[b] dixit *Ps.* 19, 9. eis, quando *fecerunt vitulum in Oreb*[c] *et adoraverunt sculptile et mutaverunt gloriam suam in* *Ps.*105,19.20. *similitudinem vituli comedentis fenum*, Exo. XXXIII*: *'Iam nunc depone ornatum tuum, ut* **v.* 5. 6. *sciam, quid faciam tibi'. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum a monte Horeb*[c]. De superfluo ornatu sic habes in Ysaia III*: *Pro eo quod elevate sunt filie Syon et ambulaverunt extento collo et nutibus oculorum ibant et plaudebant et ambulabant et pedibus suis composito gradu incedebant, decalvabit Dominus verticem filiarum Syon, et Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum et lunulas et torques et monilia et armillas et mitras et discriminalia et periscelides et murenulas et olfatoríola*[d] *et inaures et ánulos et gemmas in fronte pendentes et mutatoria et pallíola et linteámina et acus et specula et sýndones et vittas et teristra. Et erit pro suávi odore fetor, et pro zona funiculus, et pro crispanti crine calvitium, et pro fascia pectorali cilitium.* De diminutione ve*stimentorum sic habes in Ysaia XX*: *In tempore illo locutus est Dominus in manu Ysaie filii Amos dicens: 'Vade et solve saccum de lumbis tuis et calciamenta tolle de pedibus tuis'. Et fecit sic, vadens nudus et discaltiátus*[c]. *Et dixit Dominus: 'Sicut ambulavit servus meus Ysaias nudus et discalciatus*[c], *trium annorum signum et portentum erit super Egyptum et super Ethyopiam, sic minabit rex Assyriorum captivitatem Egypti et transmigrationem Ethyopie, iuvenum et senum, nudam et discalciatam, discoopertis natibus ad ignominiam Egypti'.* Item IIII[o] Reg. I*, cum quesisset rex Israel a nuntiis, quos miserat ad Heliam, dicens: *'Cuius figure et habitus est vir*[e] *ille, qui occurrit vobis et locutus est verba hec*[f], *dixerunt: 'Vir pilosus et zona pellicea accinctus renibus'. Qui ait: 'Helyas Thesbítes est'.* Item de Iohanne Baptista sic habetur Mat. 3*: *Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste et mel silvestre.* Et ideo a Domino meruit commendari *Mat. XI*: *Quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.* Et impleta est scriptura que dicit II. ad Cor. XI*[g]: *Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Ille commendavit seipsum, qui dixit primo Macha. X*: *Interroga et disce, quis sim ego et ceteri qui auxilio sunt michi.* Quarto et ultimo excusari potest Naaman de vestimentorum multiplicitate, quia gentiles curialiores et liberaliores erant quam Iudei, qui nimis erant avari; quod verbis et exemplis monstrari potest. Nam in Luca dicitur XVI*, quod, cum Dominus contra avaritiam disputaret, *audiebant omnia hec Pharisei, qui erant avari, et deridebant illum.* *Item in III[o] libro Regum habetur XIIII†, quod Ieroboam rex Israel dixit uxori sue, quod tolleret in manu sua X panes et portaret Achie Siloniti et daret sibi et consuleret eum de filio suo, qui infirmabatur *infirmitate*, de *qua mortuus est*, utrum vivere posset nec ne. Quod si fuit regale munus et nobile, tu qui legis diiudica. Et dicimus, quod non, propter IIII[or]. Et primo ex parte mittentis, quia, sicut optimi est optima adducere, sic nobilis est nobilia dare. Erat enim rex, et ideo eum decebat regale munus mittere. Hinc rex Alexander dixit çuidam, qui munus suum recusabat, eo quod humili sue fortune disconveniens erat[1]: 'Non con-

[Margin: *v.* 16—24. — **f.* 328c. — **v.* 2—4. — **v.* 7. 8. — **v.* 4. — **v.* 7. 8. — *10, 18. — **v.* 72. — **v.* 14. — **f.* 328d. †*v.* 2. 3. — 4. *Reg.* 13, 14.]

a) *penna mutata.* b) dñs *in loco raso, in quo antea* [Moy]ses *scriptum erat.* c) *sic h. l. c.* d) *sic c.* e) *sequitur littera* (q = qui?) *erasa.* f) *non interrogationis signum, sed . h. l. in c.* g) *sic c. pro* X.

1) *Seneca, De beneficiis II,* 16, 1: Non quaero, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare.

*F.* CCC29[a]. De nobili dono Açaelis, quod detulit Heliseo.

Ad quantam miseriam quidam stultus devenit propter erroneum intellectum, tu qui legis considera.

1. *Cor.* 9, 14. *F.* 329[b]. Quod *Dominus ordinavit his qui evangelium annuntiant de evangelio vivere*, quod potest multipliciter demonstrari.

---

sidero', ait[a], 'quid te oporteat accipere, sed quid me deceat dare'. Secundo ex parte nuntii, quia regina erat, que illud portabat. Tertio ex parte persone, cui mittebatur, quia propheta erat, cui etiam Ieroboam multum tenebatur, utpoté qui ei regnum contulerat. Quarto ex parte rei, quam postulabat ab eo, scilicet ut consuleret Dominum pro vita filii sui. Sed non fuit mirum, si vile munus misit, tum quia avarus, ut habet Iudeorum natura, tum etiam quia, quamvis modo esset rex, tamen servus Salomonis estiterat[b]. Nisi forte dicamus, quod non vacat a misterio, quod decem panes misit, vel propter X precepta, quibus vivit qui ea observat[1], vel quia decem tribus Iudaici populi sibi contulerat Domino concedente, cum Salomoni indignatus fuisset; que X tribus [*v. 31.] in X scissuris prophetici pallii significate fuerunt, III. Reg. XI[*]. Naaman vero prin- [4. *Reg.* 5, 5.] ceps militie regis Syrie détulit viro Dei, scilicet Helyseo prophete, X talenta argenti et sex milia aureos et decem mutatoria vestimentorum, quamvis Helyseus non acceperit. [*v. 8.] Iam enim intelligebat filium Dei venturum, qui precepturus erat Mat. X[*]: *Gratis acce-* [*f. CCC29a.] *pistis, gratis date.* Azael quoque alius princeps regis Syrie, cum iret ad consulendum virum Dei, scilicet Helyseum prophetam, pro rege suo Benadab, qui infirmabatur ad [4. *Reg.* 8, 9.] mortem, ex precepto regis tulit *secum munera, omnia bona Damasci, onera XL camelorum.*

Igitur patet ex predictis, quod Apostoli Ghirardini Segalelli valde stultizant, quia non habent rationabile obsequium[2], dum volunt una tunica esse contenti, credentes sibi a Domino hoc esse preceptum, quia ad litteram hoc Dominus non precepit. Insuper exponunt se discrimini frigoris et magne infirmitatis seu etiam mortis, quam de facili cito possent incurrere. Nullus enim debet interficere semet- [*v. 18.] ipsum. Hinc sapiens dicit Eccle. VII[*]: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Ideo in Iob sic habetur de quibusdam stultis: *Sublati sunt ante tempus* [*v. 16.] *suum*, Iob XXII[*]. Item cum una tunica, qua solummodo utuntur, exponunt se multis miseriis[c] tam pediculorum, quos excutere non possunt, quam etiam sudoris et pulveris et fetoris, quia tunicam nec excutere nec lavare possunt, nisi remanserint nudi[d]. Unde quadam die dixit quedam mulier duobus fratribus Minoribus deridendo: 'Noveritis, quod habeo unum Apostolum nudum in lecto meo, et erit ibi, quousque tunica sua siccetur, quam lavi'[e]. Audientes hoc fratres Minores ceperunt ridere de fatuitate tam mulieris quam stulti Apostoli. Ideo beatus Iero- [Ieronimus.] nimus dicit[3], quod *nec affectate sordes nec exquisite delitie Deo placent.* [*v. 5.] De sordibus sic habes Eze. XXII[*]: *Sordida nobilis, grandis interitu.* Item Iere. in [*v. 9. †22, 11.] Trenis I[*]: *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.* Item Apoc. ultimo[†]: [*v. 31.] *Qui in sordibus est, sordescat adhuc.* De delitiis sic habetur Prover. VIII[*]: *Delitie mee esse cum filiis hominum,* dicit sapientia increata. Sed *non decent stultum delitie,* [*v. 10. †f. 329b. *†v. 6.] *nec servum dominari principibus.* Prover. XIX[*]. †Ideo dicit apostolus I. ad Timo. V[*†]: *Vidua que in delitiis est vivens mortua est.*

a) ait *in marg. a Sal. suppl.* b) *sic c.; cf. supra p.* 270, *l.* 19. c) mis. *in marg. a Sal. suppl.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Prov.* 7, 2: serva mandata mea, et vives; 4, 4: custodi praecepta mea, et vives. 2) *V. supra p.* 280, *l.* 43. 44. 3) *Epist.* 22, *Opera ed. Vallarsius I, col.* 111: Nec affectatae sordes nec exquisitae mundiciae conveniunt Christiano.

*F.* 329[c]. Quod Apostoli Ghirardini Segalelli propter IIII[or] graviter peccant helemosinas accipiendo et beneficia non rependendo.

---

Undecima istorum Apostolorum stultitia est, quia volunt de helemosinis vivere nec habent, quid rependant his qui helemosinas[a] sibi faciunt. Nam testante Salomone Prover. XXII*, sicut *qui accipit mutuum servus est fenerantis,* sic qui re- *v. 7. cipit servitium obligatur ad beneficium rependendum. Sed isti illitterati sunt et ydiote, et ideo nec predicare nec missas celebrare possunt, et defraudant[b] illos, a quibus accipiunt helemosinas, et illos, qui eas habere debent, scilicet fratres Minores et Predicatores, quia, sicut dicit apostolus prima ad Cor. IX*: *ordinavit* *v. 14. *Dominus his qui evangelium annuntiant de evangelio vivere.* Quod potest multipliciter demonstrari. Et primo, quia propheta dicit: *Sumite psalmum et date tympanum,* Ps. 80, 3. id est *sumite spiritualia et date temporalia,* dicit glosa [1]. Secundo, quia apostolus prima ad Cor. dicit IX*: *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos* *v. 11. *carnalia vestra metamus?* Quasi diceret: Non est magnum, quia meliora sunt spiritualia quam temporalia. Unde dicit*: *Si alii potestatis vestre participes sunt, quare non* *v. 12. *potius nos?* Tertio, quia ad Ro. XV.* dicit: *Si spiritualium eorum participes facti sunt* *v. 27. *gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis.* Quarto, quia ad Gala. VI.* dicit *v. 6. idem apostolus: *Communicet autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis.* Quod est dicere: Ille qui instruitur debet communicare instructori suo, omnia bona sua. Quod bene fit in Francia. Nam, quando habitabam ibi, dixerunt michi sacerdotes, quod de omnibus bonis parochialium suorum exigunt decimas, etiam de agniculis et pullis gallinarum. Quinto, quia Dominus ita dixit Luc. X*: *In eádem autem domo manete, edentes et bibentes que apud illos sunt.* *v. 7. *Dignus est enim operarius mercede sua.* Quod etiam probat apostolus multis exemplis, ut habetur prima ad Cor. IX*, dicens: †*Quis militat suis stipendiis unquam?* *v. 7—10. †f. 329[c]. *Quis plantat vineam et fructum eius non comedit*[c]*? Quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem hec dico, an et lex hec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi,* Deutero. XXV*[d]: *'Non alligabis os bovi trituranti'. Numquid* *v. 4. *de bobus cura est Deo? An propter nos utique hec dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare et qui tritúrat in spe fructus percipiendi.*

Illi[e] igitur Apostoli Ghirardini Segalelli accipiendo helemosinas et non rependendo beneficia IIII[or] mala faciunt. Primum, quia sine utilitate gravant ecclesiam. Et ideo adaptari eis potest quod de viduis apostolus dixit prima Timo. V*: *Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, et non gravetur ecclesia, ut* *v. 16. *his que vere vidue sunt sufficiat.* Secundum, quia defraudant illos, quibus de iure helemosine sunt concesse, quia *ordinavit Dominus his qui evangelium annuntiant de evangelio vivere,* I. ad Cor. IX*[2]. Tertium, quia decipiunt illos, quorum hele- *v. 14. mosinas comedunt. Ideo Dominus de eis dicit Oséé IIII*: *Peccata populi mei come-* *v. 8. *dent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Quartum malum istorum est, quia obligant semetipsos et in solvendo non sunt. Ideo dicit Ps.*: *Ipsi obli-* *19, 9. *gati sunt et ceciderunt*[3]. Hinc sapiens dicit Prover. VI*: *Fili mi, si spoponderis pro* *v. 1. 2.

a) hel̄mosinos *corr.* hel̄mosinas *c.* b) *littera erasa sequi videtur.* c) edit *Vulg.* d) *numerus in loco vacuo relicto post a Sal. suppl.* e) *non versus novus hic coeptus erat, tantum praecedente* ℂ *minio scripto, sed post Sal. in margine pinxit litteram initialem magnam* I *atramento nigro et minio.*

1) *In margine Bibliae fratris Sal. adscripta. Eadem vide iam supra f.* 228[b], *p.* 50, *ubi et alii versus hoc loco allati iam citati sunt.* 2) *Idem versus supra l.* 9. 10. 3) *Idem versus supra p.* 283, *l.* 6.

*F.* 329d. De fratre Boncompagno[a], qui assignabat rationem, quare una tunicula volebat esse contentus.
*F.* CCCXXXa. Quod multi ribaldi et seductores acceperunt habitum Segalelli, ut facilius scelera operentur.

---

*amico tuo, defixisti apud extraneum manum*[b] — sive *animam* — *tuam. Illaqueatus*
*v. 16. *es verbis oris tui et captus propriis sermonibus.* Item Eccli. VIII*: *Non spondeas*
*super virtutem tuam. Quod si spoponderis, quasi restituens cogita.* Ideo[c] sapienter
faciebat frater Bonuscompágnus de Prato ex ordine fratrum Minorum, qui erat
sacerdos et predicator et bonus clericus et litteratus et spiritualis homo. Nam
*f. 329d. cum in conventu Pisano IIIIor annis cum eo habitassem[1], et quolibet *anno quilibet frater acciperet duas tunicas novas de garbo[2], ipse nisi unam et illam
veterem volebat accipere. Cum autem interrogassem[d] eum, quare sic faciebat,
1. *Cor.* 3, 8. respondebat michi dicens: 'Frater Salinbene[e], apostolus dicit, quod *unusquisque*
*Rom.* 14, 12. *propriam mercedem recipiet*[f] *secundum suum laborem*, et quod *unusquisque pro se*
*Luc.* 16, 2. *rationem reddet Deo*, quam etiam Deus exiget, cum dicet: *Redde rationem villicationis tue*, cum interrogabit opera nostra[3]. Augustinus etiam dicit[4], quod *tempus*
*non sufficit singulis, quanto*[g] *magis non sufficit omnibus?* Vix enim pro ista, quam
*v. 27. accipio, potero satisfacere Deo'. Hinc sapiens dicit Prover. XXII: *Si enim non habes*
*unde restituas, quid cause est, ut tollat operimentum de cubili tuo?* Revera ille non habet
unde restituat, qui tamquam pauper recipit temporalia et non rependit spiritualia sibi
*Prov.* 22, 27. helemosinas facienti, et ideo dans est quasi exactor, qui tollit operimentum de cubili
1. *Petr.* 4, 8. accipientis, quia caritative dedit, et *caritas* est que *operit multitudinem peccatorum.* Ideo
Bernardus[h]. beatus Bernardus dicit[5]: *Ad iuditium helemosinas recipiunt qui de peccatis*
*dominorum non satisfaciunt.* Certe apostolus, magnus predicator et doctor, libere poterat
sumptus accipere ab illis, quibus predicabat, et tamen abstinebat, sicut ipse dicit prima
*v. 11. 12. Cor. IX*: *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?*
*Si alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos?*[6] *Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus evangelio Christi.* Item II. ad
*v. 7—9. Thessa. III.* dicit: *Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat vos imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus, non quasi non habuerimus *potestatem,*
*f. CCCXXXa.
*v. 10. 11. *sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.* Item in prima ad Thessa. IIII*:
*Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis et operam detis, ut quieti sitis et ut vestrum*
*negotium agatis et operemini manibus vestris, sicut precepimus vobis, et ut honeste ambuletis ad*
*v. 13. 14. *eos qui foris sunt et nullius aliquid desideretis.* Item in secunda ad Cor. XII.* dicit:
*Quid est enim, quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos?*
*Donate michi hanc iniuriam. Ecce hoc tertio paratus sum venire ad vos et non ero gravis*
*v. 6—15. *vobis. Non enim quero que vestra sunt, sed vos.* Item in secunda ad Cor. XI.* dicit:
*In omnibus autem manifestus sum*[i] *vobis. Aut numquid peccatum feci meipsum humilians, ut*
*vos exaltemini, quoniam gratis evangelium Dei evangelizavi vobis? Alias ecclesias expoliavi*
*accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Et cum essem apud vos et egérem, nulli onerosus*

a) bonɔpagno *c.* b) *sic Vulg.* c) *penna mutata.* d) introgassem *c.* e) *sic h. l. c.* f) accipiet *Vulg.* g) q̃(quam) *corr.* q̃to (quanto) *c.* h) .B'. *c.* i) manifestati sumus *Vulg.*

1) *A.* 1243—1247. *circa m. Maium.* 2) *Lanae species; vide Ducange-Henschel, Gloss. ed. L. Favre s. v.* lana 2. 3) *Sap.* 6, 4: qui interrogabit opera vestra. 4) *Nescio ubi.* 5) *Non reperi hunc locum in operibus Bernardi.* 6) *Eadem vide supra p.* 285, *l.* 13 *sqq.*

*fui. Nam quod michi deerat suppleverunt fratres qui venerunt a Macedonia, et in omnibus sine onere me vobis servavi et servabo. Est veritas Christi in me, quoniam hec gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaie. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio et faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur tales inveniantur sicut et nos. Nam et eiusmodi pseudo-apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitie, quorum finis erit secundum opera ipsorum.* Sic ad litteram inter Apostolos Ghirardini Segalelli ingrediuntur ribaldi et seductores *et deceptores et latrones et fornicatores, et multa (*f. 330[b].) turpia cum mulieribus faciunt necnon et cum pueris, postea redeunt ad ribaldariam. Unde Iere. IX*: *De malo ad malum egressi sunt.* [Item[a] II. Io.†: *Multi seductores exierunt in mundum*]. (*v. 3. †v. 7.) Item ad materiam supradictam pertinet quod apostolus dicit Act. XX*: *Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi: ipsi vos scitis, quoniam ad ea que michi opus erant et his qui mecum sunt ministraverunt manus iste. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos ac meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit: 'Beatius est magis dare quam accipere'.* (*v. 33—35.) Hinc beatus Bernardus[b] dicit[1]: *Apostolus, doctor gentium, predicator veritatis, predicans evangelium noluit comedere panem de evangelio,* ut dicitur secunda Thessa. III*: *neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione*[2], (Bernardus[c]. — *v. 8.) cum Dominus tamen ordinaverit vivere de evangelio, ubi dixit: *Dignus est operarius mercede sua.* (1. *Cor.* 9, 14. *Luc.* 10, 7.) Quale ergo fiet iuditium clericis nostri temporis, *qui*[3] *evangelium non predicant et panem de altari otiosi manducant? Non laborant ut rustici, non pugnant ut milites, non evangelizant ut clerici. Et quia nullum ordinem tenent, ibi erunt, ubi 'nullus ordo, sed sempiternus orror inhabitat'.* (*Iob* 10, 22.) Patet igitur ex predictis, quod isti Apostoli Ghirardini Segalelli multum stultizant, dum volunt de helemosinis vivere et non habent, quid spirituale rependant. Et hoc patet multis exemplis. Et primo[d] exemplo de clericis supraposito, qui cum optime in ecclesia prebendati sint, tenentur facere illud offitium, propter quod prebendas acceperunt, scilicet predicare, missas cantare, confessiones peccatorum audire, consilia salutifera dare, pro vivis et defunctis orare, sanctam vitam habere et conversationem sanctam et hone*stam omnibus intuentibus demonstrare, sicut docet apostolus Petrus I. canonica II*: (*f. 330[c]. — *v. 12.) *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detractant*[e] *de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Et tamen ista non faciunt, vel quia nolunt, quia potius volunt sequi consolationes mundanas et carnales, vel certe quia non habent scientiam,

*) *Manu alia saec. XIV—XV, quae indicem in primis foliis libri scripsit, litteris inclinatis add.:* Nota etiam de hac materia supra ad c. 216[4].

a) Item — mundum *in marg. super. a Sal. suppl.* b) *penna mutata.* c) B'. *c.* d) p̈ (primo) *a Sal. superscr.* e) *sic c.;* detrectant *Vulg.*

1) *Neque hunc locum reperi.* 2) *Idem versus supra p.* 286, *l.* 30. 3) *Haec verba infra f.* 383[a]. *sub nomine Bernardi Clarevall. allata sunt, qui eadem fere habet De considerat. III,* 5, 20, *Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 440 *sq., sed haec multo a textu Bernardi differunt. Cf. supra f.* 267[b], *p.* 139, *ubi eadem allata aliquanto magis cum Bernardi textu conveniunt.* 4) *Supra p.* 21.

*F.* 330[d]. Nota, quod in piscatoribus intelliguntur fratres Minores, in venatoribus Predicatores.

---

*v. 17—19. unde velle possint. Secundo exemplo Moysi, cui a Ietró dictum fuit Exo. XVIII*: *Non bonam, inquit, rem facis. Stulto labore consúmeris, et tu et populus iste, qui tecum est. Ultra vires est negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atque consilia, et erit Dominus tecum.* Acquievit Moyses nec erubuit vir Deo plenus consilium gentilis[a]. Si sic faceret Gerardinus[b] Segalellus, scilicet audiret verba [N[ota].] atque consilia, rediret ad ligónem cum rusticis suis et custodiret porcos et vaccas, et melius faceret quam eundo stultizando per mundum et pauperes homines defraudando de helemosinis suis et fastidium Christiano populo inferendo, qui de tanta multitudine religiosorum mendicantium nimie[c] pregravatur[a]. Sed *Prov.* 15, 12. frustra talia dicimus, quia *non amat péstilens eum qui se corripit nec ad sapientes* *v. 2. *graditur.* Item[d] Prover. XXI*: *Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem* *v. 15. *corda Dominus.* Item Prover. XII*: *Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilia.*

[N[ota].] Patet igitur ex predictis, quod isti duo ordines, scilicet fratrum Minorum et Predicatorum, qui vitam[e] et scientiam habent, iniquitatem sanctuarii por- *v. 1—4. tare debent, secundum quod Dominus ad Áaron dixit Numeri XVIII*: *Tu et filii* *f. 330d. *tui et domus patris tui tecum portabitis *iniquitatem sanctuarii. Et tu et filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri. Sed et fratres tuos de tribu Levi et sceptrum patris tui sumes*[f] *tecum, prestóque sint, ut*[g] *ministrent tibi*[h]. *Tu autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii. Excubabuntque Levite ad precepta tua et ad cuncta opera tabernaculi, ita dumtaxat ut ad vasa sanctuarii et ad altare non accedant, ne et illi moriantur, et vos pereatis simul. Sint autem tecum et éxcubent in custodiis tabernaculi et in omnibus cerimoniis eius.* Per supradicta patet, quod isti duo ordines debent habere famulos sibi servientes, qui clericis non equentur. Per hoc autem quod *Num.* 18, 4. *ib. v.* 7. sequitur: *Alienígena non miscebitur vobis* et cet. usque ibi: *Si quis externus*[i] *accesserit, occidétur,* datur intelligi, quod Ghirardinus Segaléllus[k] cum suis Apostolis non debet se intromittere de offitio istorum duorum ordinum, quoniam isti sunt illi duo ordines, qui prefigurati in Ieremia fuerunt sub nomine piscatorum et venatorum, sicut abbas Ioachym [1] dilucidavit aperte. Dicit enim Dominus per Iere. *v. 16. XVI*: *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos*[a]. Ad litteram, quando Christus venit in mundum natus de virgine, piscatores elegit, *v. 18. 19. quos misit. De quibus dicitur Mat. IIII*: *Erant enim piscatores, et ait illis: 'Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum'.* Et statim sequitur ibidem de vocatione aliorum duorum fratrum, scilicet Iacobi Zebedei et Iohannis, qui *16, 16. 17. piscatores similiter erant. Sequitur in Ieremia*: *Et post hec mittam eis multos venatores, et venabuntur eos de omni monte et de omni colle et de cavernis petrarum,* *f. CCCXXXIa. *quia oculi mei super omnes vias*[l] *eorum*[a]. Salva expositione *abbatis Ioachym, quam non legi, multi sunt anni, videtur michi, quod ista particula ultima, in qua de

a) *sequitur* C *atramento nigro scriptum.* b) *sic h. l. c.* c) *sic c.* d) *penna mutata.* e) sanctam *Sal. procul dubio addere voluit; cf. supra p.* 280, *l.* 5. *et p.* 287, *l.* 32. f) sume *Vulg.* g) et *Vulg.* h) tibi *in loco raso.* i) externus *Vulg.* k) sagal. *corr.* segal. *c.* l) s *in loco raso.*

1) *Cf. Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam cap.* 4, *ed. Coloniae* 1577. *p.* 81: Mittet Dominos piscatores et venatores, qui curiosos saeculi colligant et terrenos undique comprehendant. Piscatores sunt praedicantes, reliqui venatores, ut de faucibus bestiae ascen-

*F.* 331[b]. Nota, quod dictator prosequitur hic de ordine beati Francisci, qui est ordo suus; [de[a] quo etiam require infra, ubi est evidentiora dicturus, carta CCCC87. et . . .[b]].

---

venatoribus agitur, ordini magis congruat sancti Dominici quam sancti Francisci, non solum quia in Esau significatus fuit ordo ille, qui fuit vir venator et qui filias Heth accepit uxores, scientias scilicet seculares, sicut predictus abbas exponit[1], verum etiam quia magis ad exteriora egreditur ad venandum animas hominum *de omni monte et de omni colle et de cavernis petrarum,* quamvis et alter ordo *Ier.* 16, 16. hec eadem faciat, maxime in partibus ultramontanis[c]. Nam in Ytalia excusant se, si non egrediuntur, pro eo quod milites et potentes et nobiles in civitatibus habitant; et in villis et castris heremitoria habent, in quibus fratres Minores habitant, qui satisfacere secularibus possunt. Porro *Iacob, vir simplex, in taberna-* *Gen.* 25, 27. *culis habitabat,* quia ordo Minorum quieti contemplationis et orationis et devotionis magis deditus fuit quam alter ordo in Esau designatus. Sane quod in Zacharia scribitur XIII*: *Et convertam manum meam ad parvulos, et erunt in omni* *v. 7. 8. *terra, dicit Dominus,* specialiter ad ordinem fratrum Minorum pertinere videtur. De quibus subdit: *Partes due in ea disperdentur et deficient, et tertia pars relinquetur in* *v. 8. 9. *ea. Et educam*[d] *tertiam partem per ignem et uram eos, sicut uritur argentum, et probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum,* scilicet ordo Minorum sive parvulorum, *et ego exaudiam eum. Dicam: 'Populus meus es', et ipse dicet: 'Dominus Deus meus'.* Isti[e] parvuli prefigurati fuerunt in illis parvulis, de quibus Esau quesivit a Iacob fratre suo dicens Gen. XXXIII*: *'Quid sibi volunt isti et si ad te* *v. 5. *pertinent?' Respondit: 'Parvuli sunt, quos donavit michi Deus servo tuo'.* Item isti sunt parvuli, de quibus habetur Mat. XIX*: †*Oblati sunt Iesu parvuli, ut manus eis* *v. 13. 14. †*f.* 331[b]. *imponeret et oraret. Disciputi autem increpabant eos.* — Quia aliquando primitivo tempore aliqui cardinales non multum favorabiles erant, quod ordo iste consurgeret[2]. — *Iesus vero ait eis* — quia summus pontifex, scilicet domnus Innocentius tertius, cardinalibus dixit —: *'Sinite parvulos et nolite eos prohibere ad me venire. Talium est enim regnum celorum'.* Hec dixit papa Innocentius tertius, postquam vidit celitus visionem sibi divinitus demonstratam de ecclesia Lateranensi, que minabatur ruinam pre nimia vetustate, et a quodam pauperculo humili et despecto fuit mirabiliter, ne omnino cáderet, sustentata[3]. Sequitur: *Et cum imposuisset* *Matth.* 19, 15. *eis manus, abiit inde.* Quia tunc temporis papa Innocentius tertius beato Francisco et sociis suis XII, quos secum ad papam duxerat ad suum ordinem confirmandum,

a) de — CCCC87. et *alio subfusco atram. a Sal. post suppl.* b) *vacat locus post* et. c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) ducam *Vulg.* e) *penna mutata.*

dentis e mari coetum extrahant. . . . . Puto, quod praedicantium ordo piscabitur in mari Christianorum, reliquus ordo [in mari *cod. Bruxell., quod deest ed.*] venabitur infidelium. 1) *Ibid. cap.* 13, *p.* 165: Hic nota, quod Isaac designat episcopos . . . . Esau et Iacob, filii eius, duos ordines futuros, quorum unus pharetram literae et arcum praedicationis accipiet; *ib. p.* 167: Sed ibit Esau ad filias Heth, scolasticas scilicet, animalem et secularem prudentiam [scientiam *cod. Bruxell.*] exquirentes. *Cf. supra f.* 215[d]. 216[a], *p.* 21. 2) *Leg. Francisci auct. Bonaventura c.* 3, 7: Distulit *(Innocentius III. papa)* tamen perficere quod Christi postulabat pauperculus *(Franciscus)*, pro eo quod aliquibus de cardinalibus novum aliquid et supra vires humanas arduum videretur. 3) *Haec ex Leg. Francisci auct. Bonaventura c.* 3, 8; *cf. Vita Francisci secunda auct. Thoma de Celano I,* 11.

*F.* 331[c]. De apostolis Christi, qui in veteri Testamento in multis figuris prefigurati fuerunt.

*F.* 331[d]. Quod Barnabas et Paulus XII apostolis additi sunt, sicut in veteri Testamento fuerat prefiguratum.
Item de figura LXXII discipulorum.

---

clericas fecit et regulam et ordinem confirmavit et offitium predicandi commisit[1].
1210. — Agebatur tunc annus Domini M[us]CC[us]VII. — Et deinceps tam cardinales Romane curie quam summi pontifices ordinem beati Francisci totis viribus dilexerunt, cognoscentes et oculata fide videntes, quod fratres Minores utiles sunt
*v. 15. 16. ecclesie et mundo dati sunt ad salutem. De hac materia parvulorum Mar. X.* sic habetur post ea que dicta sunt in Mat.: '*Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud*'. *Et complexans eos et imponens manum super illos benedicebat eos.* De parvulis ista sufficiant.

Duodecima stultitia Apostolorum fratris Ghirardini Segalelli fuit et est, quia nimis altum nomen et nobile imposuerunt sibi, quod ribaldis minime convenit, ut
*v. 13. Apostoli nominentur, quia de Domino dicitur Luc. VI*, quod *vocavit discipulos suos*
*f. 331c. *et elegit XII ex ipsis, quos et apostolos nominavit.* *Isti prefigurati fuerunt in XII patriarchis, qui filii Iacob fuerunt, quos etiam congregavit, cum mori deberet, quibus multa predixit futura, et propriis benedictionibus benedixit. De quibus habetur Gen.
*v. 7. XLIX[a]. Sic et Christus fecit, quando implevit illud propheticum Sophonie I*: *Preparavit Dominus hostiam, sanctificavit vocatos suos.* Ideo apostolis congregatis in cena dixit
*v. 15. Luc. XXII*: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, ante quam patiar.* Item in XII principibus synagoge sive Israelitici populi prefigurati fuerunt, de quibus in multis
*44, 17. locis habetur. Et de apostolis dictum fuerat Ps.*: *Constitues eos principes super omnem*
*v. 8. *terram*[a]. Istis adaptari potest quod dixit Senacherib de principibus suis Ys. X*: *Num-*
*v. 29. *quid non principes mei simul reges sunt?* Sic etiam dixit Christus, cum ait Luc. XXII*: *Ego dispono vobis, sicut disposuit michi pater meus regnum.* Sed pater sic disposuit, quod
*2, 6. fecit eum regem, sicut ipse dicit Ps.*: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius.* Ergo apostoli simul reges erunt. Item in XII fontibus in Helym
*v. 27. inventis[2], de quibus habetur Exo. XV*. Item in XII bobus, qui in templo Domini
*v. 25. mare eneum sustentabant. De quibus habetur III. Reg. 7*. Item in XII leunculis
*v. 20. Salomonici throni. De quibus habetur III. Reg. X*. Et in XII panibus, qui super mensam, que in tabernaculo coram Domino stabat, diebus sabbatorum calidi ponebantur. De
*v. 30. †40, 21. quibus habetur Exo. XXV.* et in fine libri†. Item in XII principibus, qui ex precepto Domini missi sunt ad explorandam terram, de quibus habetur Numeri XIII. Quod autem XII apostolis duo superadditi sunt, scilicet Barnabas et Paulus, de quibus habetur
*v. 2. Act. XIII*: *Ministrantibus autem illis Domino et ieiunantibus dixit spiritus sanctus: 'Segregate*
*f. 331d. *michi Barnabam et Sau*lum in opus quo*[b] *assumpsi eos'*, totum prefiguratum fuerat in veteri Testamento, quando Iacob patriarcha, qui XII filios habebat, dixit Ioseph filio suo
*v. 5. 6. Gen. XLVIII*: *Duo filii tui, qui nati sunt tibi in terra Egypti, ante quam huc venirem ad te, mei erunt. Effraym et Manasses sicut Ruben et Symeon deputabuntur michi. Reliquos autem, quos genueris post eos, tui erunt et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis*[c]. Item in Moyse et Aáron prefigurati fuerunt, quia, sicut illi duo fratres eduxerunt synagogam de Egypto, sic Barnabas et Saulus gentilitatem extra ydolatriam eduxerunt, ut in

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) ad quod *Vulg.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Cf. ibid.* 2) *Scil. praefigurati sunt XII apostoli.*

*F.* CCC32[a]. Multiplici exemplo demonstratur, quod isti ribaldi non se debent apostolos nominare.

---

terram promissionis inducerent, scilicet catholice fidei credere facerent et Romane ecclesie
incorporarent, ydolorum superstitiositate relicta. Talis est expositio abbatis Ioachym[a, 1].
Porro quod dicit beatus Lucas X*: *Post hec designavit Dominus et alios LXX duos*, a *v. 1.
misterio non vacat. Fuerunt enim et isti prefigurati in Exo. XV*, ubi dicitur, quod filii *v. 27.
Israel venerunt in Helym, ubi erant XII fontes aquarum et LXX palme[a]. Item Numeri XI*,
ubi Dominus dixit ad Moysen: *Congrega michi LXX viros de senioribus, quos nosti, quod senes* *v. 16. 17.
*sint ac magistri, et duces eos ad hostium tabernaculi federis faciesque stare tecum, ut descendam et*
*loquar tibi et auferam de spiritu tuo tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus*
*graveris.* Apostoli vero Ghirardini Segalélli[b] nec in duodenario numero nec in
septuagesimo[c] prefigurati leguntur, sed sicut scriptum est, si tamen de eis scriptum
est: *Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.* Et iterum: *Multiplicati sunt* *Ps.* 138, 18. *Ps.* 39, 6.
*super numerum.* *Item apostoli interpretantur missi[2]. Isti autem missi non sunt, *f. ccc32[a].
immo venerunt ex seipsis; et prohibitum est eis a Romano pontifice, scilicet papa
Gregorio decimo, in pleno concilio Lugdunensi, ne penitus veniant. Nullus autem 1274.
venire debet, sicut[d] supra[3] ostendi, nisi a Deo mittatur vel ab eo qui tenet locum
Dei in terra. Unde Dominus Iere. VII*: *Misi ad vos omnes servos meos prophetas per* *v. 25.
*diem, consurgens diluculo et mittens.* Item: *Misit verbum suum et sanavit eos.* De quo etiam *Ps.* 106, 20.
dicitur: *In eternum, Domine, pérmanet verbum tuum.* Verbum enim prolatum non mittitur *Ps.* 118, 89.
neque in eternum pérmanet. Patet igitur, quod multum stultizant isti ribaldi,
qui se apostolos nominant, presertim cum apostolus dicat I. ad Cor. XV*: *Non sum* *v. 9.
*dignus vocari apostolus.* Posita[e] sunt itaque tria exempla, quare isti non se debent
apostolos appellare. Primum, quia filius Dei ad certum numerum apostolos et discipulos ordinavit. Secundum, quia illi, ante quam mitterentur, in veteri Testamento
prefigurati fuerunt. Tertium, quia apostolus hoc nomine se dicit indignum. Quartum
est, quia male cessit diabolo, qui se nimis elevavit. Unde Ys. XIIII*: *Quomodo cecidisti* *v. 12—15.
*de celo, lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes. Qui dicebas*
*in corde tuo: 'In celum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte*
*testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo'.*
*Verumtamen ad infernum detrahéris, in profundum laci* et cet.[a] Item in Eze. XXVIII.* sic *v. 12. 13.
habetur de eo: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitiis paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum* et cet. usque ibi: *Et peccasti, et* *v. 16—19.
*eieci te de monte Dei et perdidi te, o Cherub protegens, de medio lapidum igni*torum. Et ele-* *f. 332[b].
*vatum est cor tuum in decore tuo. In terram proieci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum et in iniquitate negotiationis tue polluisti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, et dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te. Omnes qui viderint te in gentibus obstupescent super te. Nichili factus es et non eris in perpetuum*[a]. Hinc apostolus dicit cuilibet elevanti se
supra id quod non decet Ro. XI*: *Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus* *v. 20. 21.
*ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Idem habetur II. Petri II*: *Si enim Deus* *v. 4.

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) segaléllii *c.* c) *sic c.* d) si, *superscripto a Sal.* c *corr.* sicut *c.* e) *penna mutata.*

1) *Expos. in Apocalypsin, Introduct. c.* 6, *Venetiis* 1527. *f.* 7; *cf. ibid. c.* 19, *f.* 18.
2) *Liber de ortu et obitu patrum c.* 38, *Isidori opera ed. Arevalus VII, p.* 388: Apostoli enim Graece missi Latine appellantur. 3) *F.* 326[c] — 327[a], *p.* 279 *sq.*

*F.* 332c. De duobus bonis que in istis Apostolis esse videntur.

Quod abbas Ioachym de istis Apostolis nichil predixit, sicut de fratribus Minoribus et Predicatoribus ante predixerat, nec non et de septem ordinibus, quos post Antichristi ruinam predixit esse venturos.

---

*angelis peccantibus non pepercit* et cetera. Quintum, quia male cessit parentibus primis.
*Ps.* 68, 5. Glosa. Unde super illo loco: *Que non rapui tunc*[a] *exsolvebam* dicit glosa[1]: *Quia Adam*
**v.* 5. *voluit rapere divinitatem, ideo perdidit felicitatem.* Hinc Çacharias dicit XIII*: *Adam exemplum meum ab adolescentia mea.* Item quidam dixit:

*O lasso me, ke fu temptato,*
*cum fô Adam el paradhiso.*
*Ki volse plu ke noi fo dato,*
*perde lo bene o era miso.*

*Perço ne prego ogne amadhor,*
*ke no alçe tanto 'l core*[b],
*ke cadha in terra e sia damnato.*

Item alius dixit[2]: N[ota].

*Adam, Adam, primus homo,*
*tu damnatus es pro pomo.*
*Quod sumpsisti contra Deum,*
*hoc te fecit esse reum.*

*Adam, Adam, quid fecisti,*
*quare stolam amisisti*[c].
*Qua indutus inmortalis*
*eras angelis equalis.*

*Adam, Adam, quid querebas*[d].
*Deus eras, nesciebas*
*Te maiorem, es contemptus,*
*vere minor es inventus.*

Responsio[e].

*Serpens nequam me decepit,*
*genus meum sic deiecit.*
*Miserere mei, Deus!*
*ad te clamat Adam reus.*

**f.* 332c. Item *alius dixit:

*Boni sun li sparici e li funci*[f],
*e meio sun le pecora ki le munçe.*
*Ki punçe troppo ad alto e no li*[g] *çunçe,*
*kadhe in terra e tutto se deçunçe.*

a) nunc *Vulg.* b) tātolcore *c.* c) *nec hoc loco neque in fine strophae signum interrogationis in c.* d) *hoc quoque loco punctum, non signum interrogationis in c.* e) *haec vox in marg. linea rubra subducta.* f) elifūci *c.* g) noli *c.*

1) *In margine Bibliae fratris Sal. adscripta.* 2) *In 'Anzeiger f. Kunde der Deutschen Vorzeit' N. F. XVII* (1870), *col.* 11. *legitur carmen simile:*

Dicat nobis primus homo,
qui deceptus est in pomo:
Sum eiectus Dei domo *etc.*

*Aliud simile edidit A. Faifalik in 'SB. d. Wiener Akad., Philos.-histor. Cl.' XXXVI, p.* 163:

Dic tu, Adam, primus homo,
qui deceptus es in pomo:
Sum privatus Dei dono *etc.*

*F.* 332[d]. De Gamaliele et eius consilio.

---

Revera[a] ita accidit istis Apostolis fratris Ghirardini Segalelli, qui se apostolos nominant, cum sint ribaldi et deceptores, qui ligónem vitant et laborare recusant, quibus vaccas et porcos custodire[1] magis incomberet[b] seu purgare latrinas aut alia vilia opera exercere vel saltem agriculture insistere[c]. Nec aliquod bonum in eis video nisi apparentiam quandam quantum ad exteriorem habitum, quem portare videntur secundum apostolicam formam, sicut pictorum traditio a tempore Christi usque ad dies nostros perduxit[2], ostendens apostolos naçareos fuisse cum capillis longis et barba prolixa et cum mantello circa scapulas involuto. Porro aliud bonum, quod in eis notari potest, est, quia circa annum Domini millesimum CC[m]LX[m] ceperunt apparere, N[ota]. 1260. quo anno verberatorum devotio per Ytaliam facta est[c]; quo etiam anno, ut Ioachite dicunt[3], inchoatus est status spiritus sancti, qui in tertio statu mundi in viris religiosis operari debet quadam proprietate misterii, ut lucidius in subsequentibus declarabimus[4]. Mirum est autem, quod abbas Ioachim de istis N[ota]. Apostolis in scriptis suis nullam videtur facere mentionem, sicut fecit de ordine fratrum Minorum et fratrum Predicatorum, quos in multis figuris veteris Testamenti, ante quam mundo apparerent, venturos esse predixit, sicut in hac cronica[5] et in alia et in tertia et in quarta nec non et[d] in tractatu, quem de N[ota][e]. Helyseo[6] feci, optime et pluries demonstravi[f]. Per quod factum istorum Apostolorum omnino redditur michi suspectum et penitus contemnendum, quia, si ex Deo fuissent, *abbas Ioachym nequaquam eos sub silentio preterisset[c]. Nam in **f.* 332d. libro Figurarum, sicut frequenter legi, describit septem ordines post ruinam Antichristi esse futuros, ex quibus adhuc nullus eorum mundo apparuit. Quod ex hoc cognoscitur, quia describit eorum formam vivendi et quantum ad habitum et quantum ad alium conversandi et ieiunandi modum[g]. Quapropter implebitur in Apostolis istis quod de Phariseis Dominus discipulis[h] suis dixit Mat. XV*: *Omnis* **v.* 13. 14. *plantatio, quam non plantavit pater meus celestis, eradicabitur. Sinite illos! Ceci sunt et duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt*[g]. Ideo Gamalihel Phariseus, *legis doctor honorabilis universe plebi*, magister Pauli, utile con- *Act.* 5, 34. silium dedit principibus sacerdotum et aliis in concilio congregatis. Iste[7] Gama- *Petr. Com.* lihel, ut dicit Clemens in epistola, quidam[i] fuit discipulus apostolorum sicut Nichodémus et de consilio apostolorum inter Iudeos erat, ut sepe mitigaret iram vel furorem eorum adversus eos. Locutus est ergo Gamalihel in concilio in hunc modum[c]: *Viri Israelite, adtendite vobis, quid acturi estis super* *Act.* 5, 35. *hominibus istis.* Quasi dicat[k]: Non debetis subito iudicare, sed expectare, quia, si opus eorum est tantum opus hominum, per se destruetur. Si autem est opus Dei, stabit nec poterit destrui[c]. Et hoc ostendit exemplo duorum, scilicet Theddé[l] et Iude Galilei. De quibus in Iosepho et in Hystoriis[8] sufficienter habetur[c]. In Actibus vero apostolorum sic habetur, Act. V*: *Disce-* **v.* 38. 39.

a) *penna mutata.* b) *sic* (incoberet) *h. l. c.* c) *sequitur* ₡ *atramento nigro scriptum.* d) ⁊ (et) *a Sal. superscr.* e) *manus hunc locum ostentans in marg. picta est in c.* f) demo *in marg. a Sal. suppl.*, straui *in loco raso in initio versus scriptum.* g) *sequitur* ₡ *minio scriptum.* h) .di. *a Sal. superscr.* i) quadam *Petrus.* k) .d. *c.* l) *sic c. pro* Theode.

1) *Eadem supra p.* 259, *l.* 20. *et p.* 273, *l.* 37. *et p.* 288, *l.* 8. 9. 2) *Cf. supra f.* 316[d], *p.* 256. 3) *Cf. H. Denifle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengeschichte des Mittelalters' I, p.* 50. 4) *Infra f.* 404[c]. 5) *Supra f.* 215[b]—216[a], *p.* 20 *sq.* 6) *Hunc tractatum Sal. tunc fecisse videtur, cum a Philippo archiepiscopo Ravennate reliquias Helisei Ravennae, ut credebatur, inventi acceperat; cf. infra f.* 377[a]. 7) *Haec exscripsit Sal. ex Petri Comest. Hist. scolast., In Actus apost. c.* 28. 8) *Petri Comestoris scil., qui Iosephi locum de his attulit. Salimbene Iosephi librum non legit.*

*F.* CCC33[a]. De civitate Aquensi et de sancto Maximino et de Maria et Martha et Laçaro et sancto Cedonio et sancta Marcilla.

*F.* 333[b]. De comite Provincie, qui in loco fratrum Minorum voluit sepeliri, et de sancta Elisabeth, que voluit istud idem, sed fratres noluerunt.

---

*dite ab hominibus istis et sinite illos, quoniam, si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere eos*[a], *ne forte Deo repugnare inveniamini*[b] — sive *videamini*. Hinc beatus Bernardus[c] dicit[1]: *Hero-*
*f. CCC33a. Bernardus[c]. *diana malicia et Babilonica *crudelitas est nascentem velle extinguere religionem et allidere parvulos Israelis. Si quid enim ad salutem pertinens, si quid religionis oritur, quicumque resistit, quicumque repugnat, plane cum Egyptiis parvulos Israelitici germinis necare conatur, immo cum Herode nascentem persequitur salvatorem.*

Revertamur iam nunc ad fratrem Hugonem Provincialem ex ordine Minorum, qui erat unus de maioribus clericis de mundo et spiritualis homo et magnus predicator et magnus Ioachita[2], ut que dicenda sunt prosequamur.

1248 (*Iul.*) Anno[d] Domini M°CC°XLVIII°, cum essem cum fratre Hugone in provincia Provincie apud castrum Arearum[3], ubi Saccati sumpserunt initium, et ubi habitabat frater Hugo, accepi ab eo quod habebat de expositione abbatis Ioachym super IIII[or] evangelistas et ivi ad civitatem Aquensem[4] et habitavi ibi in conventu fratrum Minorum, et scripsi cum socio meo[5] illam expositionem abbatis Ioachim pro generali ministro fratre Iohanne de Parma, qui similiter maximus erat Ioachita. Est autem Aquis civitas archiepiscopalis sanissima, habens magnam frumenti copiam, subtus Massiliam per XV miliaria, in[6] qua primo prefuit archiepiscopus sanctus Maximinus, qui fuit unus de LXXII discipulis[e] Christi[f]. Hic duxit secum Martham et Mariam Magdalenam et Laçarum, cum venit de ultramarinis partibus in odium Christi a Iudeis expulsus et positus ab eis in navi sine velo et rémige. Sed ex voluntate divina Massiliam aplicuerunt[g]; in qua processu temporis Laçarus, quem Dominus suscitavit a mortuis, episcopus fuit, et scripsit librum de infernalibus penis, sicut oculis suis ipse conspexerat. Sed audivi, cum
*f. 333b. essem Massilie et *de hoc libro inquirerem, quod ex negligentia et incuria custodis ecclesie conbustus sit liber. Habuit similiter secum sanctus Maximinus beatum Cedonium, qui fuit cecus, quem Dominus illuminavit[7]; de quo dixerunt discipuli
*Ioh.* 9, 2. Domino: *Rabi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut cecus nasceretur*[f]. Habuit et Marcillam in societate sua, pedissequam[h] Marthe, que fuit mulier, que Domino
*Luc.* 11, 27. predicante exclamavit in turba dicens: *Beatus venter, qui te portavit, et ubera, que*
*Iac. L. Aur.* c. 105. *suxisti*[7]. Ista[8] Marcilla, famula Marthe, vitam sancte Marthe conscripsit; que postmodum Vien-

a) *sic et infra p.* 299, *l.* 37; illud *Vulg.* b) *sic Vulg. et infra p.* 299, *l.* 38. c) .B[9]. *c.* d) *littera* A *magna rubra.* e) .di. *c.* f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* g) *sic c.* h) pessequam, di *a Sal. superscripto corr.* pedissequam *c.*

1) *De epiphania Domini sermo III, Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719) *I, col.* 809. 2) *Eadem f.* 303[d], *p.* 226. *et f.* 306[a], *p.* 231. 3) *Mense Iulio; cf. supra f.* 303[d], *p.* 225 *sq.* 4) *Circa Iul.* 20; *nam infra f.* 426[c]. *narrat Sal. se nocte Iul.* 22—23. *in spelunca S. Mariae Magdalenae fuisse, quod nonnisi hoc anno et in hoc itinere factum esse potest.* 5) *Iohannino de Ollis; cf. infra f.* 334[b]. 6) *Haec* — episcopus fuit (*l.* 29) *Sal. ex Iacobi Leg. Aurea c. XCVI* (90), *ed. Grässe p.* 409. 413, *mutatis verbis assumpsit. Cf. infra f.* 426[a. b]. 7) *Haec ex eodem Leg. Aureae capite, l. l. p.* 409. 8) *Haec ex Leg. Aurea c. CV* (100), *ed. Grässe p.* 447.

*F.* 333[c]. De corpore sancte Marthe, quod est Tarasconi, et de Clodoveo rege Francie, qui, cum ad tumulum eius esset sanatus, illi loco multas possessiones donavit.

*F.* 333[d]. De humilitate fratris Iohannis[a] de Parma, generalis ministri.

---

nam[1] pergens et ibi evangelium Christi predicans, post decimum annum a dormitione sancte Marthe in pace quievit. Porro in civitate Aquensi plus habitabat comes Provincie[2], qui fuit pater regine Francie[3], uxoris sancti Lodoici, qui bis transfretavit, et regine Anglie[4]; tum quia sanissima civitas, tum etiam propter reverentiam sancti Maximini, qui ibi archiepiscopus fuit. Mortuus est etiam ibi comes et sepultus extra 1245.
civitatem in quadam parvula ecclesia[5], ut vidi oculis meis, in nobilissimo et pulcherrimo sepulchro, quod filia sua regina Francie fieri fecit. Libenter enim voluit sepeliri in ecclesia fratrum Minorum, sed fratres Minores non permiserunt, quia tunc temporis sepulturas penitus recusabant, tum ut vitarent laborem, tum etiam ut cum clericis discordiam non haberent. Hec etiam fuit causa, quare sanctam Helisabeth in ecclesia sua sepelire noluerunt[6]. Igitur cum scripsissem quod 1248.
inchoaveram, iam advenerat mensis septimus, qui est September, circa festum exal- *Sept.* 11.
tationis sancte crucis, et tunc scripsit michi frater Raymundus, minister Provincie[7], quod occurrerem generali *ministro, qui de Francia veniebat; visitaverat enim *f. 333c.
Angliam, Franciam et Burgundiam[b], et Provinciam et Hyspaniam visitare volebat. Scripsit etiam fratri Hugoni, ut occurreret sibi. Et invenimus eum Tarasconi, ubi est corpus sancte Marthe, et ubi comitissa[8], mater regine Francie et regine Anglie, plus habitare solebat. Et ivimus cum generali ministro ad visitandum corpus sancte Marthe, et fuimus XII fratres preter generalem. Et canonici ostenderunt nobis brachium sancte Marthe ad osculandum. Nam[9] cum antiquitus ad eius *Iac. L. Aur. c.* 105.
tumulum crebra miracula fierent, Clodovéus rex Francorum Christianus effectus, a sancto Remigio baptiçatus, cum gravem renum pateretur dolorem, ad eius tumulum veniens sanitatem integram reportavit. Quapropter locum illum ditavit et trium miliariorum spatio in gyro ex utraque parte Ródani terras et villas et castra dedit locumque illum liberum fecit. In[c] hoc autem loco fratrum Minorum istius castri cum dixissemus completorium cum generali quodam sero, et lecti essent assignati hospitibus ad dormiendum in eadem domo cum generali, exivit generalis ad claustrum, ut oraret. Fratres vero forenses timebant intrare lectos, nisi generalis prius ad suum lectum veniret[d]. Videns ego desolationem eorum, quia musitabant, eo quod dormire vellent et non possent — nam lumen ubi lecti erant resplendebat ex cereo —, accessi ad generalem, quia familiaris erat michi et intimus valde, utpote quia de terra mea erat et propinquus[e] propinquorum; quem inveni in claustro[f] orantem, et dixi ei: 'Pater, forenses gravati ex itinere et labore dormire vellent, sed timent propter vos *intrare lectos, nisi prius *f. 333d.
veniatis ad vestrum'. Tunc dixit michi: 'Vade et dicas eis ex parte mea, quod dormiant cum benedictione Dei'. Et factum fuit ita[d]. Visum autem fuit michi

a) Io. *c.* b) *distinctum est in c. ut scripsi.* c) *penna mutata.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) propinq⁹ *c.* f) clastro *corr.* claustro *c.*

1) *Ed. Grässe corruptam lectionem habet* in Sclavoniam. 2) *Raimundus Berengarius IV.* 3) *Margaretae.* 4) *Alienorae.* 5) *Scilicet in ecclesia fratrum hospitalis S. Iohannis Ierosolymitani; cf. Potthast nr.* 20413. 6) *Idem dicit Sal. infra f.* 387[d]. *Elisabeth sepulta est in hospitali s. Francisci, quod construxerat. Eam in ecclesia conventus Minorum Marburgensi sepeliri voluisse neque usquam relatum nec verum est.* 7) *De quo cf. supra f.* 303[d], *p.* 225. 8) *Beatrix.* 9) *Haec ex Leg. Aurea c. CV* (100), *ed. Grässe p.* 447.

*F.* CCC34[a]. Quod frater Iohannes[a] de Parma misit fratrem Stephanum Anglicum lectorem ad Ianuensem conventum, ubi multa bona fecit.

---

1248. *(Sept.)* expectare generalem, ut ostenderem ei lectum suum. Cum autem[b] ab oratione venisset, dixi sibi: 'Pater, vos debetis iacere in isto lecto, qui paratus est vobis[c]'. Et dixit michi: 'Fili, in isto lecto, quem michi ostendis, posset dormire papa; nullo modo frater Iohannes de Parma iacebit in eo'. Et prostravit se in lecto, quem habere sperabam, qui vacuus erat. Et dixi sibi: 'Pater, parcat vobis Deus, quia abstulistis michi lectum, in quo dormire credebam, quia michi fuerat assignatus'. Et dixit michi: 'Fili, dormias in illo lecto papali'. Quod cum recusarem exemplo sui, dixit michi: 'Volo penitus, quod ibi iaceas, et precipio'. Et sic oportuit me facere quod precepit. In crastinum venit guardianus Bellícadri, qui habitabat ex altera ripa Ródani in Bellícadro nobilissimo castro, rogans generalem, ut, quando esset expeditus de Terascone[d], cum omni societate sua iret ad visitandum filios suos, qui habitabant Bellícadri. Et factum fuit ita. Cumque ibi essemus, supervenerunt duo fratres ex Anglia, scilicet frater Stephanus lector, qui puerulus intraverat ordinem beati Francisci, et erat pulcher homo et spiritualis et litteratus et optimus in consiliis dandis et cotidie paratus ad predicandum clero; et habebat optima[e] scripta, scilicet fratris Ade de Marisco, cuius lecturam super Genesim audivi ab eo[f, 1]. Huic promiserat frater Iohannes[a] de Parma, generalis minister, cum Angliam visitasset[2], quod mitteret eum Romam ad legendum
*f. CCC34a. *pro consolatione sua. Socius istius erat alius Anglicus, frater Iocelinus, pulcher homo et spiritualis et litteratus. Tunc similiter eadem hora supervenerunt duo alii fratres rogantes generalem, ut provideret conventui Ianuensi de uno bono lectore. Fratres autem qui venerunt de Ianua fuerunt frater Henricus de Bobio, cantor Ianuensis conventus et avunculus fratris Guillielmi[g], processu temporis lectoris et ministri, et alius quidam, cuius nomen memorie non occurrit. Hi instanter rogabant generalem, ut amore Dei fratres de conventu Ianuensi necnon et fratrem Namtelmum, ministrum eorum, exaudire deberet[h]. Tunc generalis, qui in brevi tempore multa expedire sciebat — nam vir consilii[3] erat et semper habebat in promptu meditatum consilium —, fratri Stephano dixit: 'Ecce littere, in quibus rogant me fratres de Ianuensi conventu, quod satisfaciam eis de uno bono lectore. Quapropter si placeret vobis ire illuc ad legendum, multum haberem pro bono; et ego, cum illuc venero, mittam vos Romam'. Cui respondit frater Stephanus: 'Pater, consolatorie et libenter paratus sum obedire vobis'. Cui generalis dixit: 'Benedicaris tu, fili, quia bene respondisti. Ibis ergo cum fratribus istis, tu et socius tuus, et ego scribam ministro et fratribus illis, quod habeant te bene recommendatum'. Et factum fuit ita. Post hec, cum recessimus a fra-

a) Io. *c.* b) a (autem) *a Sal. superscr.* c) ub *c.* d) *sic h. l. c. et infra p.* 297, *l.* 5. e) optima *bis scriptum, alterum minio deletum.* f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* g) Guill'i *c.* h) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *A.* 1248. *Nov.* — 1249. *Febr. Ianuae procul dubio, cum Stephanus conventus Ianuensis lector esset, ut infra narratum est.* 2) *Quod a.* 1247. *post mensem Aug. (cf. supra f.* 284[c], *p.* 178*) aut a.* 1248. *ineunte factum esse apparet. Cf. Thomae de Eccleston, Coll. XIII* (12), *Analecta Francisc. I, p.* 244; *Adae de Marisco epist.* 167, *Monum. Francisc. ed. Brewer I, p.* 304. 3) *Eccli.* 32, 22: Vir consilii non disperdet intelligentiam.

*F.* 334[b]. De fratre Iohanne de Parma, generali ministro.
*F.* 334[c]. De habitudine corporis fratris Iohannis[a] de Parma et virtutibus eius et moribus quantum ad animam.

---

tribus de Bellícadro, descendimus navigio per Rodanum ad civitatem Arelatensem [1], 1248. *(Sept. ex.)* que parum a Terascone distabat. Et gavisi sunt fratres illi de generalis adventu, quia homo erat boni exempli et magne edificationis. Quadam autem die, cum solitarius esset generalis, acces*si ad eum. *f. 334[b]. Et ecce supervenit socius meus, qui erat de Parma et dicebatur frater Iohanninus de Ollis. Et dixit ministro: 'Pater, faciatis ita, quod ego et frater Salimbene habeamus aureolam'. Tunc generalis ostendit vultum iocundum et dixit socio meo: 'Et qualiter possum facere, quod habeatis aureolam?' Cui frater Iohanninus respondit: 'Dando nobis predicationis offitium'[b]. Tunc dixit frater Iohannes[a], generalis minister: 'In veritate, si[c] essetis ambo fratres mei germani, non habebitis aliter, nisi per gladium examinis habeatis'. Tunc respondi et dixi socio meo audiente ministro: 'Vade, vade cum tua aureola! Ego habui millesimo precedenti predicationis offitium a papa Innocentio quarto apud Lugdunum [2], et modo debeo accipere a fratre Iohannino de Sancto Laçaro? Sufficit, quod semel fuit michi concessum ab eo qui dare potuit'[b, 3]. Revera magister Iohanninus dicebatur frater Iohannes, cum in seculo docebat in loyca[d]. Et de Sancto Laçaro ideo dicebatur, quia puerulus fuit nutritus in domo sancti Laçari de Parma a patruo suo, qui erat sacerdos et habebat domum sancti Laçari sub sua custodia, et istum nepotem suum cum suis expensis fecit studere. Accidit autem, ut quodam tempore puer infirmaretur ad mortem, prout visum fuit astantibus. Quadam autem die confortatus in Domino dixit audientibus qui astabant: *cf. Zach. 10,12.* *Castigans castigavit me Dominus et morti non tradidit me. Non moriar, sed vivam et narrabo opera Domini*[b]. *Ps. 117,18.17.* Post hec subito convaluit puer, et cepit studere ferventer et fortissime in via Domini ambulavit, quousque factus est frater Minor; et tunc de virtute in *virtutibus abundantissime cepit proficere, *f. 334[c].* *Luc. 2,40.* *et confortabatur plenus sapientia, et gratia Dei erat in eo.* Mediocrem staturam habuit, que magis ad parvitatem declinabat quam ad nimiam longitudinem. Formosus erat in omnibus menbris suis et bene complexionatus et bene sospes et bene fortis ad sustinendum labores, tam ad ambulandum quam ad studendum. Vultum habebat angelicum et gratiosum et semper iocundum. Largus, liberalis, curialis, caritativus, humilis, mansuetus, benignus et patiens. Homo Deo devotus et magne orationis, pius, clemens et compassivus. Cotidie celebrabat et ita devote, quod aliquam gratiam inde sentiebant astantes. Ita ferventer et bene predicabat tam clero quam fratribus, quod multos ex auditoribus, ut pluries vidi, provocabat ad lacrimas [4]. Linguam habebat disertissimam et nunquam cespitantem. Scientiam habebat optimam, quia bonus gramaticus erat et magister in loyca[d] in seculo fuit, et in ordine fratrum Minorum magnus theologus fuit et magnus disputator. Parisius Senten-

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) si *a Sal. superscr.* d) *sic c.*

1) *Ut Sal. infra f.* 339[c.d]. 340[a]. *narrat, ibi Sept.* 28. 29. *fuit; sequentia ergo mense Sept. exeunte facta sunt.* 2) *A.* 1247. *Nov.* 1. *Cf. supra f.* 233[b]. 284[c], *p.* 61. 178. 3) *Infra f.* 339[c]. *narrat Sal., quem exitum haec res habuerit.* 4) *Angelus de Clarino in Hist. tribul., parte IV, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 271, *de eo scribit:* frater Iohannes erat vir ardentis animi et observancie perfectionis premisse zelator, operator et predicator ferventissimus et apertus, neminem palpans.

*F.* 334[d]. Quod frater Iohannes[a] de Parma fuit primus generalis minister, qui ordinem circuivit et visitavit et qui devotis benefactoribus fratrum dedit litteras ad beneficia ordinis obtinenda[b].

*F.* CCC35[a]. De forma litterarum, quas dabat frater Iohannes[a] benefactoribus ordinis, et non nisi petentibus eas.

De libris fratris Bonaventure, qui fuit generalis minister.

---

tias legit[1]. In conventu Bononie lector fuit et in Neapolitano conventu multis annis. Quando transibat per Romam, faciebant eum fratres vel predicare vel disputare cardinalibus audientibus; qui magnus philosophus reputabatur ab eis. Speculum et exemplar erat omnibus intuentibus, quia tota vita sua honestate et sanctitate plena erat et moribus bonis atque perfectis. Deo enim et hominibus gratiosus erat. Bene sciebat musicam et bene cantabat. Nunquam vidi ita velocem scrip-
*f. 334d. torem et ita pulchrum atque veracem in littera de valde legibili nota. *Dictator nobilissimus fuit de stilo polito et sententiosus valde, quando voluit, in suis epistolis. Hic fuit primus generalis minister, qui cepit ordinem circuire et provincias ordinis visitare, quod consuetum prius non erat, excepto quod frater Aymo[2] semel ivit in Angliam, unde fuerat oriundus. Cum autem frater Bonagratia[3] exemplo fratris Iohannis de Parma sic vellet ordinem visitare, non potuit sustinere labores; et ideo infra IIII[or] annos sui regiminis infirmatus ad mortem Avignioni
1283. ultimum diem clausit. Item iste frater Iohannes de Parma fuit primus generalis minister, qui recepit devotos et devotas fratrum Minorum ad ordinis beneficia, dando eis litteras sigillatas suo generali sigillo, per quas multi Deo et ordini beati Francisci facti sunt miro modo devoti. Et forte fuit eis ista concessio occasio vel causa dimittendi peccata et convertendi ad Deum, tum ex parte devotionis ipsorum, tum etiam quia fratres pro ipsis ad Dominum oraverunt. Nam, sicut dicit Augustinus[c]. Augustinus, *impossibile est multorum preces non exaudiri*[4]. Forma autem litterarum, quam[d] dabat, erat huiusmodi, mutatis vocabulis personarum, ut congruum erat:

*Dilectis in Christo amicis fratrum Minorum atque devotis domno Iacobo de Buxolis et domine Mabilie, uxori eiusdem, necnon et Anselixe predictorum dilecte filie frater Iohannes, ordinis fratrum Minorum generalis minister et servus, salutem et pacem in Domino sempiternam. Devotionem, quam ad ordinem nostrum vos habere pia fratrum relatione cognovi, affectu sincere caritatis acceptans ac dilectioni vestre vicissitudinem rependere cupiens salutarem, vos ad universa et singula nostre religionis suffragia tam*
*f. CCC35a. *in *vita quam in morte recipio, plenam vobis bonorum omnium tenore presentium participationem concedens, que per fratres nostros ubicumque terrarum morantes operari dignabitur clementia salvatoris. Valete in Domino bene semper! Datum Ferarie VIII° Idus*
1254. Sept. 6. *Sept. anno Domini millesimo CC° LIIII°*[5].

a) Io. *c.* b) bti *in loco raso.* c) .A⁹. *c.* d) *sic c., non* quas *ut in inscriptione columnae* 335[a].

1) *Cf. Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *SS. XXVIII, p.* 565, *Analecta Francisc. I, p.* 244; *Catal. ministr. gener. c.* 6, *Analecta Francisc. III, p.* 697. 2) *Generalis minister a.* 1240. *Nov.* 1—1244. 3) *Minister generalis a.* 1279, † 1283. *Oct.* 3. *Cf. infra f.* 426[a]. 4) *Iam supra f.* 253[c], *p.* 111, *l.* 32. *hoc dictum allatum est. Quod quidem habet Iacobus de Varagine, Legenda Aurea c. CLXII* (157), *ed. Grässe p.* 727 (Si enim impossibile est multorum preces non exaudiri, constat, quia impossibile valde erit omnium sanctorum pro nobis orantium preces non exaudiri), *num ab Augustino dictum sit, nescio.* 5) *Sal. hoc tempore Ferrariae morabatur. Cf. infra f.* 337[d]. 338[a].

*F.* 335[b]. Quod frater Iohannes[a] de Parma satisfecit universitati Parisiensium magistrorum atque scolarium et sedavit litigium, quod cum religiosis habebant occasione magistri G[uillielmi] de Sancto Amore.

---

Et nota, quod has litteras nisi petentibus dare nolebat, et nisi essent qui petebant Deo et ordini vere devoti et benefactores precipui aut esse disponerent. Item frater Iohannes de Parma dedit licentiam fratri Bonaventure de 1248. Balneo-regis, ut Parisius legeret; quod nunquam alicubi fecerat, quia bacellarius erat nec adhuc cathedratus. Et tunc fecit lecturam super totum evangelium Luce, que pulcra et optima est. Et super Sententias IIII[or] libros fecit, qui usque in hodiernum diem utiles et sollemnes habentur. Currebat tunc annus millesimus CCXLVIII. Nunc autem agitur annus Domini MCCLXXXIIII. Fecit etiam 1284. processu temporis et alios multos libros, qui habentur a multis.

Item cum magister Guillielmus[b] de Sancto Amore provocasset universitatem 1254. Parisiensem[c] contra ordinem fratrum Minorum et Predicatorum, frater Iohannes[a] de Parma generalis existens congregata universitate predicavit tam scolaribus quam magistris[1]. Et facto eis sermone pulcherrimo, utili et devoto, in fine protulit verba talia, tale ponendo exemplum[d]: 'Quidam magnus rex, dives et Exemplum. potens, in viridario suo quandam nobilem plantam plantavit, quam multi evellere sunt conati; sed rex diligenti clausura suum viridarium custodivit, ita quod aper de silva plantam exterminare non potuit[2]; et ideo non fuit evulsa. Rex iste magnus est celestis agricola, viridarium suum ecclesia est vel religio beati Francisci. *Plantam accepit a vobis, quia vos estis magistri nostri et domini nostri, *f. 335b. et a vobis didicimus, et die noctuque beneficia vobis impendimus et parati sumus impendere tam orando pro vobis quam predicando et utilitatem animarum vestrarum plenarie faciendo. Quocirca, si vultis plantam vestram evellere, bene potestis, nisi dumtaxat ille se opponat, qui dicit: *Omnis plantatio, quam non plantavit pater* Matth. 15, 13. *meus celestis, eradicabitur.* Ergo per consequens, quam pater celestis plantavit, eradicari non poterit. Verumtamen scitote, quia non est bona vindicta, qua quis contra se et de semetipso ulciscitur, nisi forte hoc pro peccatis suis faciat, ut ex hoc placet iram divinam et magis diligatur a Deo, iuxta illud apostoli I. ad Cor. XI*: *Si nosmetipsos iudicaremus*[e], *non utique iudicaremur. Dum iudicamur* *v. 31. 32. *autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Hinc est quod Gamaliel legis doctor et Pauli magister principibus sacerdotum, scribis et Phariseis in concilio congregatis pro apostolis defendendis tale legitur dedisse consilium Act. V*: *Discedite ab hominibus istis et sinite illos, quoniam, si est ex hominibus con-* *v. 38. 39. *silium hoc aut opus, dissolvetur. Si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere eos*[f], *ne forte Deo repugnare inveniamini*[d]'. Et addidit frater Iohannes: 'Ego sum generalis minister ordinis fratrum Minorum, quamvis insufficiens[g] et indignus et contra voluntatem meam, vos estis domini et magistri nostri, nos vero servi vestri, filii et discipuli; et si aliquam scientiam habemus, a vobis volumus cognoscere nos habere. Expono me metipsum et fratres qui sunt sub manu mea discipline et correctioni vestre. Ecce in manibus vestris sumus. Facite de nobis quod rectum et bonum

a) Io. *c.* b) Guill's *c.* c) parisiensen *c.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) diiudicar. *Vulg.* f) *cf. supra p.* 294, *n.* a. g) insuff. et *in marg. a Sal. suppl.*

1) *A.* 1253. *haec facta esse videntur. Cf. Denifle, Chartul. univers. Paris. I, p.* 252. 258, *nr.* 230. 231. 2) *Ps.* 79, 14: Exterminavit eam aper de silva.

*F.* 335[c]. Quod quidam magister Parisiensis commendavit fratrem Iohannem[a] et ordinem beati F[rancisci] et magistrum G[uillielmum] de Sancto Amore dignum vituperio demonstravit.

*F.* 335[d]. Quod frater Iohannes[a] in generali capitulo Metis celebrato nullam constitutionem voluit facere, eo quod subditi de constitutionum gravamine reclamarent.

---

1254. *f. 335c. vobis videtur'[b, 1]. Audientes hoc omnes acceperunt satisfactionem, *et quievit spi-
ritus eorum, quo tumescebant contra fratres[c, 2]. Tunc surrexit unus, cui incum-
1. *Reg.* 25,32. bebat[d] responsio, et dixit generali ministro: 'Benedictus tu, *et benedictum eloquium*
*Eccli.* 48, 11. *tuum! Beati qui te viderunt et in amicicia tua decorati sunt.* Verum cognoscimus
*v. 1. esse quod dicit sapiens in Prover. XV*: *Responsio mollis frangit iram, sermo durus*
*v. 5. *suscitat furorem.* Et iterum Ecclesiasticus dicit VI*: *Verbum dulce multiplicat amicos*
*et mitigat inimicos, et lingua eucharis in bono homine abundabit*[e]. Et *si est lingua cura-*
*v. 25. *tionis, est et mitigationis et misericordie,* Eccli. 36*.[3] Certe vere cognovimus imple-
*v. 24—28. tum quod Dominus in evangelio dicit Mat. XIII*: *Simile factum est regnum ce[lo-*
*rum] homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines,*
*venit inimicus eius et superseminavit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem*
*crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Accedentes autem servi*
*patrisfamilias dixerunt ei: "Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde*
*ergo habes zizania?" Et ait illis: "Inimicus homo hoc fecit"*[b]. Tunc cepit exponere
quod dicebat: 'Bonum semen seminatum in agro' ecclesie est religio beati Fran-
N[ota]. cisci, que est fratrum Minorum. Inimicus homo est quicumque nititur
hanc religionem destruere'; qualis fuit magister Guillielmus[f] de Sancto Amore,
*Martin. Opp. p.* 440. qui scripsit libellum, in quo continebatur, quod omnes religiosi et verbum Dei predicantes
de elemosinis vivendo salvari non poterant[4]. Et ab ingressu ordinis tam Minorum quam
*cf. ib.* Predicatorum multos avertit. Sed processu temporis papa Alexander quartus illum
1256. reprobavit et damnavit libellum, et sanctus Lodovicus rex Francie bone memorie
*f. 335d. Guillielmum[g] *de Sancto Amore de Parisius[5] irrevocabiliter fecit expelli, eo quod
*Eccli.* 11, 33. *in electis maculam imponere* voluit. Hec omnia supradicta habui a magistro Benedicto Faventino phisico, qui interfuit et audivit. Nam multis annis Parisius studuit, et multum diligebat et commendabat fratrem Iohannem de Parma.

1249. *(Maii 23?).* Item alio quodam tempore, cum in generali Metensi capitulo[6] ministri et custodes dicerent fratri Iohanni: 'Pater, faciamus constitutiones', respondit eis:

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) ingbebat *c.* e) abundat *Vulg.* f) Guill's *c.* g) Guill'm *c.*

1) *Ios.* 9, 25: Nunc autem in manu tua sumus, quod tibi rectum et bonum videtur fac nobis. 2) *Iudic.* 8, 3: requievit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. *Cf. Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *SS. XXVIII, p.* 565, *Analecta Francisc. I, p.* 244. 3) *Eosdem versus Bibliae, quos hoc loco magistrum Parisiensem dicentem inducit, ipse Sal. affert supra f.* 252[b], *p.* 109. 4) *Cf. supra p.* 53, *n.* 2. 5) de toto Francie regno *recte Catal. ministr. gener. c.* 6, *Analecta Francisc. III, p.* 698. 6) *Iam satis constat capitulum Metense a.* 1249. *(circa pentecosten? Maii* 23*) celebratum esse, quod iam opinatus est Wadding, Ann. Min. ed.* 2. *III, p.* 208. *ex Thomae de Eccleston Coll. IX* (8). *et XIV* (13). *et praesertim XV* (14), *Analecta Francisc. I, p.* 235. 249. 255 *(cf. etiam Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 30*). Dicit enim Thomas p.* 255. *fratrem Wilhelmum de Notingham post capitulum Metense celebratum Ianuam (postquam Lugduni papam visitavit) venisse cum Iohanne de Parma, quem a.* 1249. *post medium mensem Iunium*

*F.* CCC36[a]. Quod frater Iohannes[a] de Parma unam per totum ordinem misit epistolam, in qua precipiebat, quod ecclesiasticum offitium uniformiter ab omnibus cantaretur.

---

'Non multiplicemus constitutiones, sed servemus bene illas, quas habemus, quia 1249. Deus ab initio non nisi duo precepta primis parentibus dedisse legitur, unum affirmativum et aliud negativum, et statim alterum illorum transgressi sunt. Ideo de quibusdam conqueritur Dominus in Osee VI*: *Ipsi autem sicut Adam transgressi* *v. 7. *sunt pactum* meum. Quare hoc? Quia, sicut dicit psalmista*: *obligati sunt et ceci-* *19, 9. *derunt*[b]. Noveritis, quod de vobis conqueruntur pauperes fratres, quia vos facitis multitudinem constitutionum et imponitis super collum subditorum, et vos, qui eas facitis, non vultis eas servare. *Plus* enim *ad manum quam ad linguam respicitur prelatorum*[1]. Ideo de quibusdam Dominus dixit Mat. XXIII*: *Dicunt enim et* *v. 3. *non faciunt.* In Esdra etiam sic habetur: *Manus principum et magistratuum*[c] *fuit in transgressione hac prima.* Esdre IX*. Quapropter optimum verbum dicit beatus *v. 2. Iohannes[a] Crisostomus[2] super illo verbo Domini, ubi reprehendit scribas et Phariseos dicens Mat. 23*: *Alligant onera gravia et importabilia et imponunt ea in humeros* *v. 4. *hominum, digito autem suo nolunt ea movere: Vis apparere et esse sanctus?* Crisostomus. *Circa vitam tuam austerus esto, circa aliorum*[d] *benignus. Audiant te homines gravia facientem et parva *mandantem.* Hinc est quod Iulius Cesar nunquam legitur dixisse *f. CCC36a. militibus suis[e]: "Eatis et faciatis", sed: "Eamus et faciamus hoc", semper associando se eis[3]. Unde Ambrosius[4]: *Libenter facit inferior quod videt a* Ambrosius. *potiore fieri'*[5]. Cessatum est igitur in isto capitulo propter huiusmodi verba a constitutionibus faciendis. Verumtamen unam scripsit epistolam[6] frater Iohannes, generalis minister, quam per totum ordinem misit precipiendo, quod omnes fratres offitium ecclesiasticum ubique secundum rubricam ordinarii uniformiter facerent; quod prius non fiebat, quia, si habebant summo mane in conventu de mortuis aliquam missam, ex illa in aliquibus locis contenti erant et aliam, que occurrebat illa die, de dominica vel de festo circa tertiam penitus dimittebant. Et alia plura faciebant, ut vidi oculis meis, que erant vel contra rubricam vel omnino preter[f]. Que omnia per venerabilem patrem nostrum Iohannem de Parma, generalem ministrum, in melius sunt reformata. Hic propter doctrinam abbatis Ioachim, quia

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) et mag. *in marg. a Sal. suppl.* d) alienam *Ps.-Chrys.* e) ff (suis) *alio atram. a Sal. superscr.* f) *sic* (pret) *c., scil.* praeter rubricam.

*eo venisse Sal. infra f.* 344[c]. 348[b]. *narrat. Sane Wilhelmus Lugdunum a capitulo generali missus, ut Thomas de Eccleston scribit, adire potuit, postea cum generali ministro Ianuam eunte se iungere.* 1) *Haec sunt verba Thomae de Celano, Vita Francisci secunda III, c.* 108, *quae iam supra f.* 258[d], *p.* 122. *allata sunt.* 2) *Pseudo-Chrysost., Opus imperf. in Matthaeum hom.* 43, *Opera ed. B. de Montfaucon VI, p. CLXXXIV. Cf. supra f.* 255[d]. 285[a], *p.* 116. 179. 3) *Eadem vide iam supra f.* 255[d], *p.* 116. 4) *Pseudo-Ambr., Comment. in epist. ad Rom. c.* 1, *Ambr. Opera ed. Maur. (Parisiis* 1690*) II, App. col.* 29. *Cf. supra f.* 256[a], *p.* 116. 5) *Omnia fere haec, quae Sal. a Iohanne Parmensi dicta esse effingit, cum iisdem versibus Bibliae et locis Pseudo-Chrysostomi et Pseudo-Ambrosii et exemplo Iulii Cesaris ipse supra f.* 255[d]. 256[a], *p.* 116. *dixit. Cf. etiam p.* 283, *l.* 6. *et p.* 285, *l.* 40. 41. 6) *Editam a Waddingio, Ann. Min. ed.* 2. *III, p.* 208 *sq. Quae haec epistola continet in ipso capitulo generali Metensi a generali ministro praeceptum esse tradit Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 275, *ubi haec ex parte exscripta sunt ex Catal. ministr. gener., ibid. p.* 697. *Cf. ibid. n.* 9.

*F. 336*[b]. Quod frater Iohannes[a] de Parma propter doctrinam abbatis Ioachym multis factus est odiosus.

*F. 336*[c]. Quod aliqui sunt ita protervi, quod resilire nolunt, et ideo a sua credulitate revocari non possunt.

---

nimis adhesit dictis suis, exosus fuit quibusdam ministris et pape Alexandro
quarto[1] et pape Nicholao tertio, qui ambo, cum essent cardinales, fuerunt ordinis
gubernatores, protectores et corectores[b]; et prius diligebant eum intime sicut semet-
ipsos propter eius scientiam et sanctam vitam. Unde post longum tempus domnus
Iohannes Gaietanus, qui erat papa Nicholaus tercius[2], accepit eum per manum et
familiariter ducebat eum per palatium dicendo sibi: 'Cum tu sis homo magni con-
silii, nonne melius esset tibi et ordini tuo, quod tu esses hic nobiscum cardinalis
*Ezech. 13, 17.* in curia, quam sequi verba stultorum, qui *de corde suo prophetant?*'[c] Respondit
**f. 336*[b]. frater Iohannes et dixit pape: 'De dignitatibus vestris non curo, quia de hoc *com-
mendatur quilibet sanctus, ad cuius laudem cantatur: *Nec terrene dignitatis gloriam
quesivit, sed ad celestia regna pervenit*[d]. De consilio autem dando dico vobis, quod
bene sanum darem consilium, si essent qui me vellent audire, sed in Romana curia
his diebus parum aliud tractatur nisi de guerris et de truphis et non de ani-
marum salute'[c]. Audiens hec papa ingemuit et dixit: 'Sic sumus talibus consueti,
quod omnia que dicimus et facimus utilia fore credamus'. Cui frater Iohannes[a]
respondit: 'Et beatus Gregorius, sicut in Dialogo[3] legitur, de talibus suspirasset'[d].
Post hec dimissus frater Iohannes[a] reversus est ad heremum Grecii, ubi habitare
solitus erat. Alio quodam tempore, cum apud Ravennam habitarem[4], dixit
michi frater Bartholomeus Calarosus de Mantua, qui erat lector, et minister Medio-
lanensis et Romanus extiterat, et tunc in conventu Ravenne mecum pariter habi-
tabat existens persona privata, id est sine aliqua dignitate[d]: 'Dico vobis, frater
Salimbene, quod frater Iohannes de Parma turbavit semetipsum et ordinem suum,
quia tante scientie et sanctitatis et excellentissime vite erat, quod curiam Roma-
nam corrigere poterat, et credidissent sibi. Sed postquam secutus est prophetias
hominum fantasticorum, vituperavit seipsum et amicos suos non modicum lesit'[c.5].
Et respondi et dixi: 'Ita etiam et michi videtur, et tristor non modicum, quia in-
**v. 19. 20.* time diligebam eum. Sed Ioachite dicunt: Apostolus in prima ad Tessalo. V.* dicit:
*Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere.* Et Salomon in Prover. dicit
**v. 18.* XXIX*: *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus.* Et ab ecclesia Balaam pro-
**f. 336*[c]. phetia non spernitur, quia vera dixisse cognoscitur, cum de nativitate *Christi predixit,
*Ioh. 11, 50.* sicut et Cayphas, qui prophetavit de morte[e] dicens, quod oportebat unum hominem
pro populo mori, ne simul omnes perirent[6]. Quod etiam ipse Dominus confirmavit,
**v. 46.* cum dixit Luc. XXIIII*: *Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis*'[c]. Audiens
hec omnia frater Bartholomeus dixit michi: 'Et tu similiter Ioachita fuisti'. Cui
dixi: 'Verum dicitis. Sed postquam mortuus est Fridericus, qui imperator iam
fuit, et annus millesimus ducentesimus sexagesimus est elapsus, dimisi totaliter

a) Io. *c.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *supple* Christi.

1) *Cf. infra p.* 309, *n.* 8. 2) *A.* 1277—1280, *quo tempore sequentia gesta esse Sal. indicavit. Sequentibus repugnat quae tradit Catal. ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 698 *sq.* 3) *Nescio an III,* 15. *in mente habuerit.* 4) *Cf. supra p.* 166, *n.* 4. *et p.* 267, *n.* 1. 5) *Cf. Angelus de Clarino, Hist. tribul., pars IV, ed. Fr. Ehrle, 'Archiv f. Litteratur- und Kirchengesch.' II, p.* 283 *sq.* 6) *Cf. supra f.* 311[d], *p.* 245.

istam doctrinam et dispono non credere nisi que videro'[a]. Et[b] dixit michi: 'Benedicaris tu! Si sic fecisset frater Iohannes, placasset animos fratrum suorum'. Et dixi: 'Non poterat, quia sunt non nulli, qui ita adherent dictis suis, quod N[ota].
postea erubescunt retractare que dixerunt, ne videantur mendaces, et ideo resilire
non possunt. Unde sapiens in Prover. dicit XXVI*: *Sicut canis qui revertitur ad* *v. 11.
*vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.* Et inmediate sequitur*: *v. 12.
*Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit stultus*[c]'[1]. Hinc est quod, cum comitissa de Caserto[2] imperatorem Fridericum reprehendisset, quod insipienter egerat intromittendo se de guerris Lombardorum, cum omnia bona haberet in regno suo, in quibus humana vita poterat delectari, respondit et dixit: 'Cognosco, comitissa, quod verum dicis, sed in tantum iam processi, quod sine opprobrio meo amodo cessare non possum. Utinam semper usus fuissem consilio tuo, quia tot calamitates non incurrissem'. Cui comitissa dixit: 'Deterius tibi erit, si maiores incurreris'. Necdum enim erat depositus nec a Parmensibus superatus. Cui imperator dixit: 'Non expecto mala maiora incurrere, sed spero de inimicis meis habere
vindictam'. *Cui comitissa dixit: 'Male ulciscitur iniuriam suam qui eam dete- *f. 336d.
riorem facit'. [Ideo[d] quidam dixit:

*Iniuriam latam sibi nunquam vindicat apte* Versus.
*Qui ruit in peius, quo dedecoratur aperte*].

Idem accidit Icilino de Romano, qui cum iret ad ultimum bellum, in quo fuit 1259.
prostratus, et quesisset consilium a suis, utrum fluvium[3] transire deberet, ut pugnaret cum hostibus, necne, et disuasum[e] ei fuisset a suis, quod non transiret, dixit: 'Scio, quod melius dicitis quam ego, sed volo penitus transire'. Et sic sciens
et prudens[4] festinavit ad mortem. Ideo dicit Ecclesiastes VII*: *Considera opera* *v. 14.
*Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Ionas etiam erubuit habitare in terra sua, eo quod prophetans contra Ninevem[e] mendax fuisset repertus. Unde
et Domino dixit: *Bene irascor ego usque ad mortem.* Melius fecit Micheas, qui *Ion.* 4, 9.
dixit*: *Utinam essem vir non*[f] *habens spiritum et mendatium potius loquerer.* Igitur *2, 11.
aliqui sunt ita protervi et obstinati, quod nolunt rescipiscere[g] a dictis suis, quia
erubescentiam timent incurrere. Ideo sapiens in Prover. dicit XXI*: *Vir, qui erra-* *v. 16.
*verit a via doctrine, in cetu gigantium commorabitur.* Et iterum*: *Vir impius proca-* *v. 29.
*citer obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corriget*[h] *viam suam.* Cum dixisset
michi frater Iohannes de Castro-veteri[i], minister Romanus, qui ibat ad capitulum 1282.
generale quod factum fuit Argentine[5], quod frater Iohannes de Parma, condam generalis minister, adhuc erat in credulitate preterita, et ego dixissem sibi, quod, si essem cum eo, sperabam, quod possem eum revocare ab illa, dixit michi: 'Vade ergo ad eum, quia in provincia mea est in loco Grecii' — ubi beatus Franciscus in nativitate Christi cantavit evangelium et fecit representationem pueri Bethlee-

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) *cf. p.* 126, *n.* a. d) *uncis inclusa in columnae spatio vacuo et in marg. laterali et super. a Sal. suppl.* e) *sic c.* f) non essem vir *Vulg.* g) *sic c. ut supra p.* 237, *l.* 38. h) corrigit *Vulg.* i) castro ueteri *in loco raso.*

1) *Non patet, ubi oratio fratris Salimbene finiatur.* 2) *Quae non videtur fuisse filia illegitima Friderici imperatoris, uxor Richardi comitis de Caserta, ut Raumer, 'Geschichte der Hohenstaufen' ed.* 4 (1872) *III, p.* 416, *n.* 2, *et Fr. Böhmer, Reg. Imp. V,* 5, *p. LX, opinati sunt, sed forte mater Richardi comitis Sifridina.* 3) *Adduam; cf. Rolandin. Patav. XII,* 4, *SS. XIX, p.* 139. 4) Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum *dicit Hieronymus in praefat. in Isaiae translationem ad Paulam et Eustochium.* 5) *A.* 1282. *Maii* 17; *cf. infra f.* 422[d].

*F.* CCC37[a]. Quod frater Iohannes[a] de Parma, licet habuerit inimicos, tamen multos habuit magnos amicos, qui ipsum honoraverunt, qui specificantur inferius.

*F.* 337[b]. De Vattacio, et de honore quem fecit fratri Iohanni[a] de Parma.
De Palialógo, qui successit Vattacio in Grecorum imperio.

---

1282. mite cum presepio et feno et puero[1] —. 'Nam illum locum ad habitandum sibi
frater Iohannes elegit, et tamen potest ire quo vult'[b]. Et addidit minister Roma-
*Prov.* 6, 3. *f. CCC37[a]. †5, 19. 20. nus: '*Discur**re*[c], *festina, suscita amicum tuum*, quia beatus Iacobus† dicit: *Fratres
mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet, quoniam,
qui converti fecerit peccatorem ab errore vie sue, salvabit animam eius a morte et operit*[d]
*multitudinem peccatorum*'. Et notandum, quod, quamvis frater Iohannes de Parma
habuerit multos mordaces[2] occasione doctrine abbatis Ioachym, habuit tamen
multos qui eum dilexerunt. Inter quos fuit magister Petrus Hyspánus; qui factus
1276. cardinalis[3] et postea ipse idem factus papa Iohannes[a] XXIus, cum esset magnus
sophysta, loycus et disputator atque theologus, misit pro fratre Iohanne[a] de Parma,
*v. 19. 20. qui similia in se habebat. Nam, ut dicit Ecclesiasticus XIII*: *Omne animal diligit simile
sibi, sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, et omnis
homo simili sui sociabitur*[b]. Voluit ergo papa, quod semper esset cum eo in curia,
1277. et cogitabat eum facere cardinalem, sed morte preventus non potuit facere quod
(*Maii* 20). mente conceperat. Nam camera cecidit super papam, et mortuus est. Et impleta
*v. 11. est scriptura que dicit Eccli. X*: *Omnis potentatus brevis vita*. Papa etiam
Innocentius quartus diligebat fratrem Iohannem[a] sicut animam suam, et quando
ibat ad eum, recipiebat eum ad osculum oris; et cogitavit eum facere cardinalem,
1254. sed morte preventus non potuit. Vattatius similiter imperator Grecorum, audiens
1249. sanctitatem fratris Iohannis[a] de Parma, misit ad papam Innocentium quartum[4]
rogando, quod mitteret ei fratrem Iohannem[a] generalem, quia sperabat, quod per
eum Greci redirent ad precepta Romane ecclesie. Cumque ibi esset frater Iohannes[a],
tantum dilexit eum Vattatius, quod voluit sibi donaria multa dare[5]. Que frater
*Dan.* 5, 17. Iohannes[a] omnia recusavit Danielis exemplo, qui regi Babylonico dixit: *Munera
*f. 337[b]. tua tibi sint, et dona domus tue alteri da*[b]. Cum autem vidisset *Vattacius, quod
frater Iohannes[a] nichil accipere voluit, habuit inde bonum exemplum. Tamen
multum thesaurum sibi libenter dedisset. Tunc rogavit eum, quod amore sui, cum

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *a sillaba* re *in novo folio penna mutata.* d) operiet *Vulg.*

1) *Cf. Leg. Franc. auct. Bonaventura c.* 10, 9, *Opera ed. Peltier XIV, p.* 329. 2) *Cf. locum Peregrini de Bononia infra ad f.* 339[a], *p.* 309, *n.* 8. *allatum.* 3) *Episcopus Ostiensis a.* 1273. *a Gregorio X. papa.* 4) *A.* 1249. *mense Martio Sal. vidit nuntium Iohannis Vatatzis, quocum et cum Iohanne ministro generali inde Lugdunum ivit: cf. infra f.* 343[b, c, d]. 5) *Cf. Angelus de Clarino, Hist. tribul. III, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' II, p.* 268 *(v. Döllinger, 'Beiträge zur Sektengeschichte des MA.' II, p.* 471*):* Nam missus ad Grecos . . . ut legatus a summo pontifice in tanta ab imperatore et patriarcha et religiosis eorum et omni clero et populo est habitus reverencia et estimacione sanctitatis vite et divine sapiencie, ut non se putarent hominem quempiam prudentem et eruditum videre, sed unum de antiquis patribus et doctoribus vel aliquem de Christi discipulis. *Cf. etiam Catal. ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 697; '*Chronica XXIV ministr. gener., ibid. III, p.* 277; *Nic. de Carbio Vita Innoc. IV. c.* 17, '*Archivio della R. Soc. Romana*' *XXI, p.* 92 *sq.*

*F.* 337[c]. De rege Anglie, qui fuit pater Odoardi, et de quodam ioculatore, qui eum truffatorie commendavit, quem suspendi precepit.

---

equitaret per Greciam cum societate sua, portaret in manu quandam scuriatam[1], 1249.
quam dedit ei. Ille vero putans esse flagellum ad verberandum equum accepit
illud, reminiscens illius versus[2]:

*Nil nocet admisso* — id est veloci — *subdere calcar equo.* Versus.

Cum igitur tale signum Greci viderent, quod erat[a] imperiale, omnes coram fratre
Iohanne genuflectebant, sicut faciunt Latini, quando corpus Domini elevatur et
demonstratur in missa, et faciebant ei et societati sue omnes expensas; et sic re-
versus est frater Iohannes[b] ad papam Innocentium[3], qui miserat eum. Fuit
autem Vattacius, cui Palialógus successit. Nichil tamen attinebat Vattacio, sed 1261.
interfecerat filium eius et imperabat pro eo[4]. In quodam provintiali capitulo
Senonis celebrato[5] vidi, qualiter rex Francie bone memorie sanctus Lodovicus vene- 1248. *(Iun.)*
ratus est fratrem Iohannem, et tres fratres regis et quidam Romane curie cardi-
nalis, [scilicet[c] domnus Oddo], qui omnes in illo capitulo comederunt. Item
cum esset in Anglia frater Iohannes[b, 6] et ivisset ad regem[7] videndum, statim sur- 1247/8.
rexit a mensa rex Anglie et descendit de palatio et festinanter venit et amplexatus
et osculatus est eum. Cum autem de hoc a militibus suis reprehensus fuisset,
quod nimis se humiliaverat uni homuntioni taliter occurrendo, respondit dicens:
'Hoc feci ad honorem Dei et beati Francisci, et quia magnam sanctitatem audivi
de homine isto, quod vere sit servus et amicus summi Dei excelsi; et ideo non
nimis se humiliat qui servos Dei honorat, quia Dominus dicit: *Qui recipit vos, me* *Matth.* 10, 40.
*recipit*'[d]. Et reputata fuit regis bona responsio, et commendaverunt et lauda-
verunt, quod fecerat valde bene.

*Iste rex fuit pater Odoardi[e] regis Anglie, et reputabatur simplex homo. Unde, **f.* 337[c].
cum quadam die discumberet[f] cum militibus suis, dixit quidam ioculator N[ota].
audientibus omnibus: 'Audite, audite! Rex noster similis est domino Iesu Christo'.
Audiens hoc rex gavisus est valde, quia tanto domino similis dicebatur. Tunc cepit
instare, quod ioculator diceret, in quibus similis esset Christo. — Et Gallice loque-
batur tam rex quam ioculator, et bene sonabant in vulgari Gallico verba eorum —.
Tunc ioculator dixit: 'De domino Iesu Christo dicitur, quod ita sapiens fuit in
instanti conceptionis sue, sicut quando fuit XXX annorum. Simili modo rex
noster ita sapiens est modo, sicut quando puerulus erat'[d]. Audiens hec rex tur-
batus est valde et precepit astantibus, ut ioculatorem ad suspendium ducerent.
Cumque seorsum essent cum eo, nichil mali fecerunt ei, sed ligaverunt funem ad
collum eius et supposuerunt se elevando ipsum a terra aliquantulum et[g] ludendo
cum ipso. Et dixerunt ei: 'Discede a partibus istis, quousque regis ira quiescat[8],
ne super te et super nos, qui pepercimus tibi, indignatio eius deseviat'. Tunc
reversi famuli regis dixerunt, quod preceptum eius bene impleverant.

a) era *corr.* erat *c.* b) Io. *c.* c) .f. (scilicet) d. Oddo *in marg. a Sal. suppl., ut etiam supra p.* 223, *n.* b. d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) l *ante* od. *erasum.* f) disꝯberet *c.* g) ⁊ (et) *expunctum in c.?*

1) *Ital. scuriata,* Peitsche. 2) *Ovid. Ex Ponto II,* 6, 38. 3) *Lugdunum scilicet.* 4) *Error. Iohanni Vatatzi imperatori Niceno successit Theodorus Lascaris II. Huius filium Iohannem Lascarim deposuit et excaecavit a.* 1261. *Michael Palaeologus.* 5) *A.* 1248. *medio mense Iunio. Cf. supra f.* 302[a] — 303[c], *p.* 222 *sqq.* 6) *Cf. supra p.* 296, *n.* 2. 7) *Heinricum III.* 8) *Cf. Exod.* 32, 12: quiescat ira tua.

*F.* 337[d]. De curialitate fratris Iohannis[a] de Parma, et quomodo se pauperculis fratribus conformabat, et quomodo quantum ad cibum omnia volebat esse communia.

---

Porro cum frater Iohannes de Parma lector Neapolitanus existeret, ante quam esset generalis minister, et transiret per Bononiam et discumberet[b] in forestaria [1] quadam die cum socio et forensibus aliis, supervenerunt aliqui fratres et violenter elevaverunt eum a mensa, ut ad comedendum ad infirmitorium ducerent. Videns autem ipse, quia socius remanebat nec invitabatur ab eis, reversus est ad socium dicens: 'Non comedam alicubi nisi cum socio meo'. Et reputata fuit ex parte in-
*f. 337d. vitantium magna rusticitas et ex parte fratris *Iohannis curialitas et fidelitas
1254. (Sept.) maxima. Alio quodam tempore, cum esset generalis et vellet aliquantulum sibi vacare, venit ad conventum Ferariensem [2], ubi VII annis continue habitavi [3]. Et considerans ipse, quod semper idem[c] fratres invitabantur ad comedendum cum eo, videlicet ut qui in prandio erant, erant in cena, et qui una die erant, erant in alia, cognovit, quod guardianus frater Guilielmus de Buçea, qui erat Parmensis, personarum esset acceptor, et displicuit sibi iuxta verbum quod scriptum est:

*Displicet imprudens unde placere studet* [4].

Cum autem quodam sero lavaret sibi manus frater Iohannes[a] ad cenandum, dixit guardiano frater qui servire debebat: 'Quos invitabo?' Cui guardianus respondit: 'Tolle fratrem Iacobum de Papia et fratrem Avantium et talem et talem' [5]. Hi vero[d] iam laverant manus suas et erant post tergum generalis parati; quos bene viderat prius. Tunc in ardore spiritus sui [6], forte inspiratus spiritu divino, assumpta parabola [7] dicere cepit: 'Sic, sic! tolle fratrem Iacobum de Papia, tolle fratrem
3. Reg. 11, 31. Avantium, tolle talem et talem! *tolle tibi X scissuras!* Ista est cancio anseris'.
3 Reg. 1, 49. Confusi sunt igitur et erubuerunt *qui invitati fuerant ab Adonia* [8] talia audientes, sed nec minus erubuit guardianus[e]. Qui dixit ministro: 'Pater, istos invitabam causa honoris vestri, ut sociarent vos, quia eos reputo digniores'. Respondit mini-
Sap. 6, 8. ster: 'Nonne scriptura ad laudem Dei dicit, quod *pusillum et magnum ipse fecit, et*
Marc. 10, 14. *equaliter est illi cura de omnibus?* Nonne Dominus dicit: *Sinite parvulos venire ad*
*2, 5. *me?* Et beatus Iacobus* dicit, quod *Deus elegit pauperes in hoc mundo.* Ipse etiam
v. 12. 13. Dominus dixit Luc. XIIII*: *Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos*
*f. CCC38a. *neque fratres tuos *neque*[f] *cognatos neque vicinos divites, ne forte et ipsi te reinvitent, et fiat tibi retributio. Sed, cum facis convivium, voca pauperes* et cet.' Audiebam hec omnia, quia iuxta eum eram[e]. Tunc dixit is qui ministraturus erat: 'Quos ergo invitabo?' Respondit guardianus: 'Secundum quod a ministro audis invita'. Tunc

a) Io. *c.* b) disɔberet *c.* c) *sic c.* d) *penna mutata.* e) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* f) *penna cum novo folio mutata.*

1) *Locus conventuum, quo peregrini hospitantur; hodieque Italice* foresteria. 2) *Quo tempore hoc factum sit, elucet ex epistola data a.* 1254. *Sept.* 6, *supra f.* 334[d]. 335[a], *p.* 298. 3) *A.* 1249. *c. Aug.* — 1256. *Cf. supra f.* 279[c], *p.* 165, *n.* 8. 4) *Hic versus est Gualteri Anglici, Romuleae fabulae* 17, *v.* 16, *L. Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 392; *legitur etiam in Dialogo creaturarum* 55, *Th. Grässe, 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des litter. Vereins in Stuttgart' CXLVIII, p.* 198. 5) *Nonne fratrem Salimbene? Vide l.* 34. *collatam cum l.* 21. 6) in spiritu ardoris *dicit Is.* 4, 4. 7) assumpta parabola *quinquies legitur in libro Numeri,* 23, 7. 18. *etc.* 8) 3. *Reg.* 1, 49: Territi sunt ergo et surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adonia, et ivit unusquisque in viam suam.

*F.* 338[b]. De cuiusdam regis Anglie curiali exemplo.
De sociis fratris Iohannis[a] de Parma, generalis[b] ministri.

---

dixit minister: 'Vade, voca michi fratres pauperes de conventu, quia istud est tale 1254.
offitium, ad quod omnes sciunt associare ministrum'. Ivit ergo ad refectorium
frater qui servire debebat et dixit debilioribus fratribus et pauperioribus, qui raro
extra refectorium comedebant: 'Generalis minister invitat vos ad cenam, precipio
vobis ex parte sua, quod incontinenti eatis ad ipsum'. Et factum est ita[c]. Vole-
b eat[d]nim frater Iohannes de Parma, generalis minister, quando noviter ibat ad
aliquam domum fratrum Minorum, quod pauperes fratres cum eo comederent, vel
omnes simul, vel modo isti, modo illi, ante quam forestaria sua esset completa —
id est ante quam ad comedendum refectorium ingrederetur, quod semper continuabat
post recreationem itineris et laboris, quando moram contrahebat in aliquo loco —,
ut[e] ex adventu suo aliquam recreationem haberent iuxta verbum quod de Domino
scriptum est Ys. XXVIII*: *Hec est requies mea: reficite lassum, et hoc est meum re-* *v. 12.
*frigerium, et noluerunt audire.* Sed dicitur Prover. XXI*: *Qui obturat aures suas* *v. 13.
*ad clamorem pauperis, et ipse clamabit et non exaudietur.* Quod accidit diviti petenti,
qui ad Abraham pro gutta aque habenda clamavit, Luc. XVI*. Item legitur *v. 24.
de domino nostro Iesu Christo, quod assimilavit se galline pullos habenti, que sub-
trahit sibi, ut filiis det cibum inventum, nec discernit inter eos, quis albus, quis
niger, quisve sit rubeus, sed communiter granum exponit inventum[1], ut *omnes *f. 338b.
communiter habeant et communiter participentur eodem, Mat. XXIII*. Ideo de *v. 37.
Deo ad laudem dicitur eius Sap. VI*: *Pusillum et magnum ipse fecit, et equaliter* *v. 8.
*cura est illi de omnibus*[f]. Sic frater Iohannes[a] de Parma communis fuit persona,
non habens erga aliquem amorem privatum, et curialis et liberalis fuit valde in
mensa, usque ádeo quod, si diversitates boni vini ante se in mensa habebat, faciebat
omnibus equaliter propinari aut in cratere poni, ut communiter omnes haberent;
que curialitas et caritas maxima ab omnibus dicebatur[c]. Et hoc cuiusdam regis
Anglie faciebat exemplo[2]. Qui cum quadam vice cenare deberet cum militibus
suis in nemore iuxta fontem, et quidam ei unum boni vini detulisset flascónem,
et quesisset rex, utrum plus adesset de vino, et dictum ei fuisset, quod non, dixit:
'Abundanter habemus'. Et continuo totum vasculum effudit in fontem dicens:
'Omnes bibant'. Quod videntes milites de curialitate regis[g] plurimum sunt gavisi,
cognoscentes, quia solus noluit bibere, ne postea ipsi sitirent. Sed contrarium
facit avarus, de quo Eccli. habetur XI°*. Dicit enim: *Inveni requiem michi, nunc* *v. 19.
*manducabo de bonis meis solus*[c]. Sed dici consuevit:

*Nullius sine socio iocunda est*[h] *possessio*[3].

Et iterum: *Melior est honor quam bolus.*

Isti sunt socii, quos habuit frater Iohannes[a] de Parma, quando fuit generalis
minister. Primus frater Marchus de Monte-feltro, honestus homo et sanctus,
qui longo tempore vixit. Et fuit socius fratris Crescentii[4] et fratris Iohannis de

a) Io. *c.* b) .G. *c.* c) *sequitur minio scriptum.* d) *penna mutata.* e) *penna mutata. Sequentia omnia — f.* 338[d]. cum fuerit oportunum (*p.* 308, *l.* 31) *in loco raso scripta sunt.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) regis *a Sal. statim in marg. suppl.* h) fit *supra f.* 276[b].

1) *Eadem fere supra f.* 256[a. c], *p.* 117 *sq.* 2) *Sequens fabella iam supra f.* 254[b], *p.* 113. *iisdem fere verbis narrata est.* 3) *Seneca, Epist. moralium I,* 6, 4: Nullius boni sine socio iucunda possessio est. *Idem versus iam supra f.* 276[b], *p.* 157. *allatus est.* 4) *Ministri generalis a.* 1244—1247.

*F.* 338[c]. De fratre Marco, socio generalium ministrorum.
*F.* 338[d]. Quod frater Bonaventura, generalis minister, gaudebat de illatis sibi convitiis propter quinque.
Quod frater Iohannes[a] de Parma conformabat se fratribus quantum poterat, quantum ad ista communia que a fratribus fiunt.

---

*f. 338c. Parma et fratris Bonaventure[b, 1]. *Hic fuit de Mutino, quiescit in Urbino, miraculis corruscat[c]. Est autem Mutinum quoddam castrum in Massa Sancti Petri. Urbinum vero civitas est in montibus, per quam itur ad aliam civitatem, que appellatur Callium[2]; que est clavis marchie Anconitane provincie, per quam itur Asisium ad vallem Spolitanam ad beatum Franciscum. Item frater Marcus fuit minister provincialis in marchia Anconitána et laudabiliter se habuit ibi[b]. Item bonus dictator fuit et velox et intelligibilis; et pro labore, quem sustinuit asso-
1272. ciando generales ministros et scribendo eis litteras, promeruit sibi et in quodam
1279. generali capitulo[3] obtinuit, quod quilibet sacerdos ordinis post decessum suum diceret pro anima sua unam missam de mortuis. Obiit autem anno Domini
1284. M°CC°LXXXIIII°[4]. Hic fuit meus specialis amicus. Et generalem ministrum fratrem Bonaventuram in tantum dilexit, quod post mortem eius[5], quando recordabatur magne litterature ipsius et omnium gratiarum, quas habebat, ex quadam dulcedine erumpebat in lacrimas, sicut de beato Petro legitur et de Christo. Item quando frater Bonaventura, generalis minister, clero predicare debebat, ibat ad eum frater Marcus et sibi dicebat: 'Tu es quidam mercenarius, et alia vice, quando predicasti, nescivisti, quid diceres. Sic, spero, quod facies modo'. Hoc autem ideo frater Marcus dicebat, ut eum ad melius dicendum provocaret iuxta verbum quod
*v. 24. scriptum est Eccli. XXII*: *Pungens oculum deducit lacrimas, et qui pungit cor, profert sensum.* Et tamen frater Marcus omnes sermones fratris Bonaventure scribebat et habere volebat. Gaudebat autem frater Bonaventura, quando frater Marcus ei
*f. 338d. dicebat *convitia, propter V: Primo, quia homo erat benignus et paciens. Secundo, quia in hoc imitabatur beatum patrem Franciscum. Tertio, quia constabat sibi, quod eum intime diligebat. Quarto, quia habebat occasionem vitandi vanam gloriam. Quinto, quia habebat occasionem melius previdendi. De[d] aliis sociis fratris Iohannis[a] alibi dicemus, cum fuerit oportunum[6].

Item[e] frater Iohannes[a] de Parma generalis minister existens, quando pulsabatur campanella pro leguminibus vel herbis mundandis, veniebat[f] ad factiones conventus et laborabat cum aliis fratribus, ut vidi pluries oculis meis. Et quia erat michi familiaris, dicebam sibi: 'Pater, vos facitis quod Dominus docuit

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sic c.* d) De — oportunum *linea rubra subducta insignita sunt.* e) *ab hoc loco, quo desinunt quae in loco raso scripta sunt, penna et atramentum mutata.* f) uenieb *corr.* ueniebat, at *a Sal. superscripto c.*

1) *Ministri generalis a.* 1257—1274. *Cf. infra f.* 439[b]. 2) *Per quas civitates procul dubio Sal. ivit, cum a.* 1265. *vel* 1266. *Faventia Assisium proficisceretur, ut ipse infra f.* 441[b]. *narrat.* 3) *Pisano a.* 1272. *et Assisino a.* 1279. *celebrato, inter cuius constitutiones legitur, ed. Fr. Ehrle, 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengeschichte' VI, p.* 50: Fratri Marcho, quondam generalium ministrorum socio, confirmata est gratia sibi in capitulo Pisano concessa, scilicet quod quilibet sacerdos post mortem eius celebret pro eo unam missam. *Cf. Nic. Glassberger, Analecta Francisc. II, p.* 96. 4) *Paulo igitur, antequam Sal. haec scripsit; nam sequens folium demum a.* 1284. *Maii* 9. *scriptum est. Cf. infra f.* 339[b], *p.* 311. *f.* 439[b]. 5) *Qui obiit a.* 1274. *Iul.* 15. 6) *Infra f.* 439[b]—440[b]. *de iis dixit.*

*F.* CCC39[a]. Quod frater Iohannes[a] de Parma acceleravit terminum generalis capituli, volens offitium recusare, et procuravit, quod frater Bonaventura factus est generalis.

---

Luc. XXII*: *Qui maior est in vobis fiat sicut iunior*[b], *et qui precessor est sicut mini-* *v. 26.
*strator'*. Et respondebat: '*Sic decet nos implere omnem iustitiam,* id est perfectam *Matth.* 3, 15.
humilitatem'[1]. Item ecclesiasticum offitium continuabat die et nocte et maxime
matutinum et vespertinum et missam conventualem. Quicquid imponebat ei cantor,
statim faciebat et antiphonas inchoando et lectiones et responsoria cantando et
missas conventuales dicendo. In conventu Lugdunensi, ut vidi[2], bis una die 1249.
fratribus predicavit in cena Domini, semel in mane et postea ad mandatum[3]; et *Apr.* 1.
erant ibi de fratribus nostris episcopi et ministri. Et papa Innocentius quartus
tunc temporis Lugduni morabatur cum cardinalibus suis. Item in sequenti para- *Apr.* 2.
sceue fecisset offitium, sed quia domnus Guilielmus, qui fuit Mutinensis episcopus[4]
et[c] Romane curie cardinalis[5], se invitavit ad hoc, cessit eidem, ut conveniens erat[6].
In sabbato sancto cantor imposuit ei ultimam prophetiam, statim ivit et eam can- *Apr.* 3.
tavit. Quid plura? Plenus erat omnibus bonis. Manibus suis volebat scribere,
ut ex suo la*bore haberet, unde se posset induere, etiam generalis existens, sed *f. CCC39[a].
fratres non permittebant, quia videbant eum in servitiis ordinis occupatum, et ideo
ei libenter necessaria tribuebant.

Anno Domini M°CC°XLVII° factus fuit generalis minister in generali capi- 1247.
tulo Lugduni celebrato in mense Augusti[7], papa Innocentio quarto ibidem morante. *Aug.*
Decem annis ordinem fratrum Minorum laudabiliter rexit. Ultimum generale capi-
tulum, quod sub eo celebratum fuit, acceleravit, quia penitus nolebat esse minister[8];
et factum est Rome in festo purificationis[9] anno Domini M°CC°LVII°. Et stete- 1257. *Febr.* 2.
runt per unum diem ministri et custodes et discreti, quod in negotiis capituli pro-
cessum non est, quia penitus nolebant ipsum absolvere[d]. Tunc ingressus locum *Febr.* 3.
capituli protulit verba sua secundum quod scivit et voluit dicere. Tunc hi, quibus

a) Io. *c.* b) minor *Vulg.* c) ₇ (et) *a Sal. superscr.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Vide quae Angelus de Clarino, Hist. pers. III, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 267, *de humilitate Iohannis de Parma scribit.* 2) *A.* 1249. *Sal. tempore paschatis Lugduni fuit; cf. infra f.* 343[c.d]. 344[a]. 3) *Mandatum est ablutio pedum, quae fit die coenae Domini; vide Ducange-Henschel, Gloss. s. v.* Mandatum 9. 4) *A.* 1222—1233. 5) *Episcopus Sabinensis a.* 1244. *creatus.* 6) *Idem iam supra f.* 237[d], *p.* 72. *narratum est.* 7) *Cf. supra f.* 284[c], *p.* 178, *n.* 7; *infra f.* 341[b]. 439[d]. 8) *Iohannem sponte generalatu cessisse, obtenta ab Alexandro papa missione, asserunt etiam Catal. ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 698, *et Thomas de Eccleston Coll. XIII* (12), *ibid. I, p.* 244, *et Angelus de Clarino in Hist. tribul. III, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 270, *sed hoc iussu Alexandri papae IV. eum fecisse narrat Peregrinus de Bononia (de quo vide infra f.* 351[a]. 450[a]*) loco libri sui, qui periit, descripto in Chronica XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 287: Frater tamen Peregrinus de Bononia in sua chronica sic dicit, quod hic generalis, postquam de legatione Grecie fuit reversus, emulis ipsius, qui erant multi, accusantibus eum domino pape Alexandro, idem papa sibi in secreto precepit, quod renuntiaret officio, et quod nullo modo assentiret, si ministri eum vellent in officio retinere. 'Et ego', inquit, 'in capitulo fui mediator inter ipsum et ministros et hoc habui ab ore eius'. *Huic narrationi bene convenit quod Sal. supra f.* 336[a], *p.* 302. *scribit, Alexandrum IV. Iohanni infestum fuisse.* 9) *Quod et Chronica XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 288. 324. 354, *dicit.*

*F.* 330[b]. De avibus silvestribus, que sub disco fratris Iohannis[a] apud Grecium nidificaverunt et pullos fecerunt.
De fratre Iohanne, cui angelus servivit ad missam.

---

1257. *Febr.* 3. electio incumbebat[b], videntes angustiam anime eius, quamvis male libenter, dixerunt ei: 'Pater, vos, qui visitastis ordinem et cognoscitis mores et conditiones fratrum, assignetis nobis unum ydoneum fratrem, quem constituamus super hoc opus, et vobis succedat'[c]. Et statim assignavit fratrem Bonaventuram de Bagnoreto[1] et dixit, quod in ordine meliorem eo non cognoscebat. Et statim omnes consenserunt in eum, et fuit electus. Et rogaverunt fratrem Iohannem, quod compleret capitulum. Et factum est ita. Et prefuit frater Bonaventura XVII annis et multa bona fecit.

Porro[d] post absolutionem suam frater Iohannes[a] ivit et habitavit in heremitorio Grecii, ubi beatus Franciscus in nativitate Domini fecit representationem presepii, de qua in legenda sua[2] plenius continetur. Cumque ibi habitaret, veniebant due aves de silva silvestres, ad modum anseris grandes, et sub disco suo, ubi studebat *f. 339b. continue, *fecerunt nidum, ova et pullos, et permittebant se tangi ab eo nec moleste ferebant. Accidit autem, ut quadam die veniret quidam episcopus ad visitandum eum, et ob gratiam eius voluit habere unum de illis pullis. Item cum quodam mane summo diluculo frater Iohannes[a] vocasset scolarem suum, quia celebrare volebat, scolaris respondit, quod bene iret, sed quia somno maximo gravabatur, iterum obdormivit; post hec excitatus erubuit de somnolentia sua. Et veniens invenit fratrem Iohannem[a] missam dicentem et scolarem cum superpellicio optime ministrantem. Et finita missa sub silentio recesserunt[c]. Tunc eadem die dixit frater Iohannes scolari suo: 'Benedicaris tu, fili, quia hodie michi reverenter et sedule ministrasti, et multam consolationem propter te, ut puto, in hodierna missa contulit michi Deus'. Cui scolaris respondit: 'Pater, parcatis michi, quia, quando vocastis me, gravatus somno non potui ita cito venire ad vos; et cum veni, vidi, quod alius ministrabat vobis, et scio, quod nullus est forensis in domo; et interrogavi quemlibet fratrem de domo, utrum ministraverit vobis in missa, et quilibet dixit michi, quod non'. Cui dixit frater Iohannes[a]: 'Credebam, quod tu fuisses. Verum quicumque fuerit, benedicatur ipse, et benedictus sit creator noster in omnibus donis suis!'[3] Multa alia bona vidi et audivi et cognovi de fratre Iohanne de Parma, qui fuit generalis minister, que essent digna relatu, que subticeo et brevitatis causa, et quia ad alia dicenda festino, et quia scriptura dicit *v. 30. Eccli. XI*: *Ante mortem non*[e] *laudes hominem quemquam*. Vivit enim adhuc. Diu

a) Io. *c.* b) 19bebat *c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Po *in loco raso, littera initiali* P *magna atramento nigro et minio picta; ubi antea simplicem litteram* P *scriptum fuisse patet.* e) *sic* (n̄) *c.;* ne *Vulg.*

1) *Cf. Angelus de Clarino, Hist. tribul. III, l. l. II, p.* 270 *sq.:* Videntes autem fratres *(in capitulo generali Romae celebrato)* propositum suum et deliberacionem *(Iohannis de Parma)* rogaverunt ipsum omnes unanimiter, quod saltem de uno sufficienti et ydoneo daret eis consilium, cum omnium fratrum tocius religionis plenam haberet noticiam. Qui pro magis ydoneo et sufficienti ad eorum regimen assignavit eis fratrem Bonaventuram; ac consenserunt audito consilio fratris Iohannis omnes in fratrem Bonaventuram, et factus est generalis. 2) *Auct. Bonaventura c.* 10, 9; *cf. supra f.* 336[d], *p.* 303. 3) *Eadem fabula narrata est in Chronica XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 289.

enim fuit in vita[1]; et agitur nunc annus Domini MCCLXXXIIII, quo scribimus 1284. hec, inmediate post festum inventionis sancti Michaelis, anno quarto pape Martini *Maii 9.* quarti, indictione[a] XII[a], in mense Maii, feria III[a]. *Pater fratris Iohannis **f.* 339c. dictus est Albertus Auceps, eo quod in avibus capiendis delectaretur et tale haberet offitium.

Igitur, ut supra dictum est[2], cum gloriarer in Arelatensi civitate[3] coram 1248. *(Sept. ex.).* fratre Iohanne, quod a papa Innocentio quarto in civitate Lugdunensi habueram predicationis offitium, respondit socius meus frater Iohanninus de Ollis: 'Potius vellem habere a generali ministro quam ab aliquo papa; et si necesse est, quod per gladium examinis transeamus, examinet nos ergo frater Hugo'. Dicebat de illo magno Hugone Provinciali, qui erat tunc in domo Arelatensi occasione generalis[4], cuius maximus erat amicus'[b, 5]. Respondit frater Iohannes[c]: 'Nolo, quod examinet vos frater Hugo, quia amicus vester est, et parceret vobis. Sed vocate michi lectorem istius domus et repetitorem'. Vocati venerunt. Quibus generalis dixit: 'Ducatis istos duos fratres seorsum et examinate eos de predicabilibus tantum, et si fuerint digni pro predicationis offitio habendo, renuntiate michi'. Factum fuit. Michi dedit, socio meo noluit dare, quia inventus est minus habens. Cui dixit generalis: 'Quod differtur, non aufertur[6]. *Stude sapientie, fili mi, et letifica* *Prov.* 27, 11 *cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.* Dicit enim Ecclesiasticus 18*: **v.* 19. *Ante quam loquaris, disce*'. Tunc supervenerunt duo fratres de Tuscia, qui ibant *Sept.* 28. Tolosam ad studium, scilicet frater Gerardus de Prato, germanus fratris Arlotti[7], et frater Benedictus de Colle[d]. Hi tunc temporis diacones et iuvenes et boni scolares erant, et mecum studuerant pluribus annis in Pisano conventu[8]. Isti in crastinum volentes recedere miserunt fratrem Marcum ad generalem, cuius socius erat, rogantes, *ut daret eis predicationis offitium et licentiam ad sacerdocium **f.* 339d. promovendi. Et illo sero generalis dicebat completorium, et ego solus cum eo. Tunc venit frater Marcus et interupit[e] completorium nostrum, ut diceret verba sua[f]. Cui generalis respondit in fervore spiritus, secundum quod talem habebat consuetudinem, quando zelo movebatur divino, ut videbatur sibi, et dixit fratri Marco, socio suo: 'Fratres male faciunt, quia impudenter talia petunt, cum apostolus dicat: *Nemo*[g] *sumit sibi honorem.* Ecce ipsi veniunt a ministro suo[9], qui *Hebr.* 5, 4. cognoscebat eos et poterat eis dare ista, que a me petunt. Vadant ergo Tolosam, quo mittuntur ad studium, et adiscant[e], quia ibi non est eorum predicatio necessaria; tempore vero congruo poterunt habere quod petunt'[b]. Tunc frater Marcus divertit ab eo, videns ipsum turbatum, et dixit: 'Pater, debetis credere, quod ipsi non petunt, sed frater Salimbene potuit michi dicere, ut dicerem vobis pro eis'. Respondit generalis: 'Frater Salimbene[h] fuit semper hic mecum ad dicendum com-

a) inditione *corr.* indictione *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) Io. *c.* d) e *certe legi nequit.* e) *sic c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) nec quisquam *Vulg.* h) Salibn̄ *hoc loco c.*

1) *Obiit a.* 1289. *Mart.* 20. 81 *annos natus; Iren. Affò, 'Vita del beato Gioanni di Parma' (Parma* 1777*) p.* 178; *Luigi da Parma, 'Vita del b. Giovanni da Parma' (Quaracchi* 1900*) p.* 119. 2) *F.* 334b, *p.* 297. 3) *A.* 1248. *mense Sept. exeunte (ante diem* 28*); cf. infra f.* 340b, *p.* 313. 4) *Cf. supra f.* 333c, *p.* 295. 5) *Cf. supra f.* 306d, *p.* 232, *n.* 4. 6) *Hoc proverbium attulit A. Otto, 'Die Sprichwörter . . . der Römer' (Leipzig* 1890*) p.* 114, *ex Arnobio iuniore, Migne, Patrol. Lat. LIII, col.* 375. *In epistola rectorum societatis Lombardorum, Winkelmann, Acta imp. I, p.* 518, *nr.* 643, *dicitur econtra:* quod differtur aufertur. 7) *De utroque fratre vide supra f.* 297c, *p.* 210. 8) *Ubi a.* 1243—1247 *(ante Iun.) Sal. moratus est.* 9) *Tusciae Petro de Cora infra dicto.*

*F.* CCCXL[a]. Quod Pisani steterunt excommunicati XXX[ta] annis pro triplici culpa sua.
De Garfaiana parva provincia.
*F.* 340[b]. Quod frater Iohannes[a] de Parma, quando erat generalis minister, voluit Hyspaniam visitare.

---

1248. (Sept. 28). pletorium, et ideo constat michi, quod ipse hoc tibi non dixit'. Recessit ergo frater Marcus, dicens: 'Pater, sicut vultis, ita fiat'[b]. Cognovi ergo, quod frater Marcus responsionem generalis non acceptasset, et finito completorio ivi ad consolandum eum. Et dixit michi: 'Frater Salimbene[c], male fecit frater Iohannes[a], quia confudit faciem meam[1] et noluit admittere preces meas et de satis parva petitione; et ego laboro pro ordine sequendo ipsum et faciendo sibi litteras, cum sim amodo provecte etatis[d]. Verum est, quod veniunt a ministro suo, qui cognoscit eos, et quia cognoscit eos bonos, ideo mittit eos ad studium Tolosanum, ut postea
*f. CCCXL[a]. Parisius vadant. Sed plus *gaudebant[e] fratres isti habere predicationis offitium a fratre Iohanne propter suam sanctitatem et dignitatem quam a fratre Petro de Cora, ministro suo[d]. De promotione vero ad sacerdocium ideo volebant habere licentiam, quia Pisana civitas, ubi habitaverunt, sicut scitis, XXX annis sine ecclesiastico offitio fuit[2], pro eo quod Pisani ceperunt cardinales et alios prelatos in mari[3], pro eo etiam quod violenter tenent in montibus decem castra Lucensis episcopi, et tertio pro eo quod contra voluntatem ecclesie Garfajane[f] provintiam invaserunt'[d]. — Est autem Garfajana[f] quedam contrata inter Lucam et Lombardiam inter montes inclusa. — 'Quocirca, cum isti essent Pisis, de promotione sacerdotii non curabant, modo libenter vellent fieri sacerdotes, quod nullum peccatum reputo, quia possent pro vivis et mortuis celebrare et fratribus, ad quos vadunt, utiliores existere; et toto tempore vite sue isti iuvenes habuissent pro bono et modo cognovissent gratiam sibi factam. Et novit Deus, quia ego erubesco redire ad eos sine effectu precum mearum'[d]. Cui breviter respondi et dixi: 'Placent michi verba
Iac. 1, 4. vestra plus quam responsio generalis ministri, sed *patientia opus perfectum habet*'.

Tunc illo sero generalis fecit me vocari et socium meum et dixit nobis: 'Filioli, spero cito a vobis recedere, quia in Hyspaniam ire volo, et ideo eligite vobis unum locum, quemcumque vultis in toto ordine, et ad illum mittam vos, excepto conventu Parisiensi; et habeatis spacium cogitandi et eligendi et deliberandi [per[g]
Sept. 29. totam noctem], et cras dicetis michi'. In crastinum dixit nobis: 'Quid deliberastis et quid elegistis?' Cui respondi: 'Nichil de materia ista, ut eligamus locum, ne
*f. 340[b]. sit nobis in singultum[4]; *sed ponimus in voluntate vestra, ut mittatis nos ad quemcumque locum vultis, et nos obedientes erimus'[b]. Et habuit inde bonum exemplum et dixit nobis: 'Ite ergo ad conventum Ianuensem, et eritis ibi cum fratre Stephano Anglico[5], quem mitto illuc. Insuper scribam ministro[6] et fratribus illis, quod habeant vos recommendatos sicut meipsum, et quod tu, frater Salimbene[c], promovearis ad sacerdocium, et socius tuus frater Iohanninus ad diaconatum. Et

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) Salibn *hoc loco c.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *penna cum novo folio mutata.* f) *sic cum* j *longo c.* g) per totam noctem *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Cf.* 3. *Reg.* 2, 16. 20: ne confundas faciem meam. 2) *Hoc a.* 1248. *dici non potuit, quo Pisa octo annis interdicto subiecta erat.* 3) *A.* 1241. *Maii* 3. 4) *Cf.* 1. *Reg.* 25, 31: non erit tibi hoc in singultum. 5) *Cf. supra f.* 333[d]. 334[a], *p.* 296. 6) *Ianuensis provinciae Namtelmo de Mediolano; cf. supra f.* 334[a], *p.* 296, *infra f.* 341[c], *p.* 316.

*F.* 340[c]. De mora quam cum fratre Hugone contraxi.

---

cum venero illuc, si invenero vos consolatos, gaudebo. Sin autem, consolabor vos 1248. iterum'. Et hec omnia opere impleta fuerunt. Porro illo die dixit generalis fratri Hugoni, amico suo: 'Quid dicitis, frater Hugo? Volumus ire in Hyspaniam et desiderium supplere apostoli?'[1] Cui frater Hugo respondit: 'Ibitis vos, pater, ego desidero mori in terra patrum meorum'. Et statim deduximus eum[2] ad navem, que preparata erat in Rodano. Erat[a] enim festum sancti Michaelis post nonam. Et *Sept.* 29. valedicto recessit a nobis, ut iret ad Sanctum Egidium illa die. Nos vero per mare Massiliam ivimus et invenimus ibi fratrem Stephanum Anglicum. Et rogavit me, quod dicerem guardiano, quod in festo beati Francisci libenter clero et fra- *Oct.* 4. tribus predicaret. Et respondit guardianus, quod libenter audiret ipsum, sed timebat offendere episcopum[3], qui debebat venire ad festum[b]. Et finito festo beati Francisci intravimus mare et ivimus Areas ad locum fratris Hugonis. Et *Oct.* 5. frater Stephanus, quia navem habere non poterat, arripuit iter per terram cum socio[4], ut ad conventum Ianuensem iret. Ego vero et socius meus remansimus Areis cum fratre Hugone *a festo beati Francisci usque ad festum omnium sancto- **f.* 340[c]. *Nov.* 1. rum. Et gaudebam, quia habebam occasionem standi cum fratre Hugone, cum quo tota die de doctrina abbatis Ioachym erat sermocinatio mea. Habebat enim omnes libros abbatis Ioachym et erat maximus Ioachita et unus de maioribus clericis de mundo, sanctitate et scientia incomparabilis[5]. Dolebam vero, quod sotius meus[6] graviter infirmabatur quasi ad mortem, et nolebat sibi cavere, et tempus navigandi propter hyemem in deterius mutabatur[c]. Et contrata illa illo anno valde infirma erat propter ventum marinum[7], et vix poteram respirare[d] de nocte, etiam morando sub divo; et audiebam lupos clamantes et ululantes de nocte in maxima quantitate, *non semel neque bis*. Et dixi socio meo, qui erat iuvenis valde protervus: *4. Reg.* 6, 10. 'Tu non vis tibi cavere a contrariis et semper recidivas, ego vero cognosco contratam istam valde infirmam, et nollem adhuc mori, quia vellem videre illa que predicat frater Hugo. Quapropter noveris, quod, si occurrerit de fratribus nostris societas congrua, ibo cum illis'. Et dixit: 'Placet quod dicis, veniam et ego tecum'. Sperabat enim, quod nullus veniret, qui frater[e] esset[f]. Et ecce Domino faciente statim venit frater Pontius quidam[g], sanctus homo, qui nobiscum steterat *Nov.* 5. in conventu Aquensi[8], et ibat Niciam, unde factus fuerat guardianus. Et gavisus est, quando vidit nos. Et dixi sibi: 'Volumus venire vobiscum, quia Ianuam ire debemus ad habitandum'. Et respondit et dixit: 'Multum placet michi. Vado ergo ad procurandum, ut habeamus navem'. In crastino autem post prandium ivimus *Nov.* 6. ad navem, que distabat a loco fratrum per unum miliare. Socius autem meus nolebat venire, sed videns, quod penitus recedebam, assumpto guar*diano loci venit **f.* 340[d]. post nos. Cumque porigerem[h] sibi manum, ut elevarem eum ad navem intrandam, aborruit et ait: 'Absit, quod tu tangas me, quia non conservasti michi fidem

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) mu *in loco raso.* d) a *e corr.* (*ex* o) *c.* e) socius *potius Sal. scribere voluisse videtur.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *nec ante nec post* quidam *signum distinctionis in c.* h) *sic c.*

1) *Pauli; cf. Rom.* 15, 24. 28. 2) *Ministrum generalem.* 3) *Benedictum.* 4) *Iocelino; cf. supra f.* 334[a], *p.* 296. 5) *Cf. supra f.* 303[d], *p.* 226. 6) *Iohanninus de Ollis.* 7) *Ventum illum famosum, qui nunc dicitur 'mistral'.* 8) *A.* 1248. *circ. Iul.* 23 — *Sept.* 14. *Cf. supra f.* 333[a.b], *p.* 294 *sq.*

*F.* CCCXLI[a]. De socio meo, qui missus fuit in Egyptum ad captivos Christianos consolandos.

---

1248. *Nov.* 6. et bonam societatem'[a]. Cui dixi: 'Miser, cognosce bonitatem Dei erga te, quia revelatum est michi a Domino, quod, si stetisses ibi, absque dubio mortuus fuisses;
*v. 18. et sapiens in Eccle. VII.* dicit: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.*
*v. 16. Et de quibusdam dicitur in Iob XXII*[b]: *Sublati sunt ante tempus suum, et fluvius* — scilicet mortalitatis humane — *subvertit fundamentum eorum*'. Quid plura? Non
*Is.* 28, 19. credebat iste michi, quousque *vexatio* dedit *auditui intellectum.* Nam per totam hyemem in conventu Ianuensi ab illa infirmitate, quam in Provincia contraxerat,
1249. *Febr.* 24. non potuit liberari; et in festo beati Mathie intravi mare et a Ianua usque ad
*Febr.* 27. locum fratris Hugonis in IIII^or diebus perveni[1]; et sex fratres de illo loco inveni mortuos et sepultos; quorum primus fuit guardianus loci illius, qui socium meum ad navem associaverat; alter fuit frater Guillielmus[c] de Pertuso, bonus predicator, qui in conventu Parmensi habitavit aliquando; et IIII^or alii, quos nominare ne-
*(Maio).* cesse non est. Cum autem in reversione mea ad Ianuensem conventum[2] retulissem socio meo de morte istorum fratrum supradictorum, gratias referebat michi, quod eruissem eum de faucibus mortis. Convaluit tandem, et post multos annos ivit
1270. ad provinciam ultramarinam, eo anno, quo rex Francie transfretavit secundo et Tunicium ivit[3]; et fuit ibi custos et pro custode ad generale capitulum venit,
1279. quod fuit Assisii celebratum, in quo frater Bona-gratia factus fuit generalis minister, et declaratio regule fratribus data[4]. Et quia Christiani, qui apud Egyptum a Saracenis in vinculis tenebantur, miserant ad papam Nicholaum tertium, ut
*f. CCCXLI^a. *amore Dei mitteret eis unum bonum et ydoneum sacerdotem, cum quo possent de peccatis suis fiducialiter confiteri, papa hoc negotium commisit generali ministro; et frater Bona-gratia, generalis minister, voluit, quod iste iret ad Christianos captivos, qui erant in Egypto, in merito obedientie salutaris et in remissionem suorum omnium peccatorum. Ipse vero a generali obtinuit, quod ad sequens generale capitulum posset venire et postmodum de provincia Bononie esse, sicut antiquitus fuerat. Que omnia laudabiliter facta sunt. Nam Christianis illis multa bona fecit et fecit fieri; et unicornum vidit et vineam balsamitam, et de manna attulit in vase vitreo et de aqua fontis sancte Marie[d], sine cuius irrigatione vinea balsamita fructificare non potest[5]. Et de lignis balsami secum portavit et multa talia nobis ignota, que fratribus ostendebat. Et referebat, quo modo Saraceni Christianos habent in vinculis et faciunt eos fodere foveas castrorum suorum et terram cum cophinis asportare; et quod qualibet die non dantur nisi tres panes parvi cuilibet
1282. Christiano. Igitur cum celebratum fuisset in Alemannia apud Argentinam generale capitulum[6], in quo iste interfuit, in reversione sua in primo loco fratrum[7] prope Argentinam ultimum diem clausit, et miraculis fulsit. Iste fuit frater Iohanninus de Ollis de Parma, qui fuit de provincia Romanie sive Grecie et de

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *numerus alio atramento in loco vacuo relicto a Sal. post suppl.* c) Guill's *c.* d) Mrie *corr.* Marie *c.*

1) *Cf. infra f.* 343[b]. 2) *A.* 1249. *mense Maio ineunte (circ. 8); cf. infra f.* 344[c]. 3) *Scil. Ludovicus rex, non Iohanninus, qui ivit in Palaestinam.* 4) *Cf. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' VI, p.* 48. 5) *Cf. Burchard. de Monte Sion VII,* 53, *ed. Laurent, Peregrinatores . . . quatuor p.* 61; *Thietmari peregr. XII,* 11, *ed. Laurent p.* 34. 6) *A.* 1282. *Maii* 17; *cf. infra f.* 422[d]. 7) *Primus conventus fratrum Minorum revertenti Argentina in Italiam fuit Columbaria (Colmar): cf. Provinciale ordinis fratrum Minorum ed. C. Eubel (Ad Claras Aquas* 1892*) p.* 26.

*F.* $341^{b}$. Comendatio[a] quorumdam fratrum Minorum, qui sanctissime vite fuerunt in conventu Ianuensi et laudabiliter terminaverunt vitam suam in ordine moriendo.

---

provincia Bononie et de provincia Terre Sancte, et socius meus fuit in Francia, in Burgundia, in provincia Provincie et in Ianuensi conventu; [bonus[b] scriptor, bonus cantor, bonus predicator, honestus et bonus et utilis homo]. Cuius anima requiescat in pace! [In[c] conventu, in quo obiit, erat quidam frater Minor ex diuturna infirmitate incurabiliter infirmus quantum ad medicos, qui totum se contulit ad rogandum Deum, ut amore istius fratris daret sibi integram sospitatem. Et statim factum fuit. Audivi hoc a fratre Paganino de Feraria, qui presens erat].

Igitur cum essem cum eo et cum fratre Poncio guardiano Nicie noviter facto, 1248.
eadem die, qua de Areis a fratre Hugone recessimus, devenimus Niciam, que est *Nov. 6.*
civi*tas iuxta mare; et vidimus et cognovimus fratrem Symonem Apulum de Monte- **f. 341b.*
sarculo[1], qui erat ordinis procurator in curia domni pape, qui tunc temporis erat
Lugduni. Hic volebat ire Ianuam et expectabat in litore cum refectorario Lugdunensi, si possent navem sibi congruam reperire. Quibus dixi: 'Nos habemus navem paratam et cras ibimus viam nostram'. Et gavisi sunt talia audientes. Et se-
quenti die per totum diem navigavimus et per totam noctem sequentem, et summo *Nov. 7.*
diluculo intravimus portum Ianuensem, qui est iuxta civitatem; et erat dies domi- *Nov. 8.*
nica[2]. Et letati sunt fratres, quando viderunt nos, et valde gavisi, et specialiter frater Stephanus Anglicus, qui erat lector; quem postea generalis minister misit Romam, sicut promiserat sibi[3]; et fuit lector in conventu Romano, et ibi obiit cum socio suo fratre Iocelino, postquam compleverunt desiderium suum, ut Romam
et sanctuaria Rome viderent, iuxta verbum quod scriptum est Prover. X*[d]: *Desi- *v. 24.*
*derium suum iustis dabitur.* Et erat minister Romanus tunc temporis frater Iacobus de Yseo[4]. Item in conventu Ianuensi, quando perveni illuc, erat frater Tadeus Romanus, qui fuerat canonicus ecclesie sancti Petri de Roma. Hic erat senex et antiquus[e] dierum et sanctus habebatur a fratribus. Idem erat de fratre Marcio de Mediolano, qui fuerat iam minister. Idem de fratre Anselmo Rabuino de civitate Astensi. Hic fuerat minister provintie Terre Laboris et provintie marcie[f] Trivisine et in conventu Neapolitano diu steterat cum fratre Iohanne de Parma[5]; et procuravit in capitulo Lugdunensi[6], quod frater Iohannes de Parma fieret generalis, fratres sollicitando, et complevit Deus desiderium suum[7]. Item frater Ber-
tholinus, custos Ianuensis, qui postea fuit minister; et frater *Pentecostes, sanctus **f. 341c.*
homo; et frater Matheus Cremonensis, discretus homo et sanctus; qui omnes humane et curialiter et caritative se habuerunt erga nos. Guardianus[8] vero dedit michi duas tunicas novas, unam inferiorem et unam superiorem. Idem fecit socio meo.

a) *sic c.* b) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* c) *uncis inclusa in marg. infer. f.* $341^{b}$. *a Sal. suppl. alio tempore ac precedentia post suppleta.* d) *numerus in loco vacuo relicto a Sal. post suppl.* e) antiq⁹ *c.* f) *sic h. l. c.*

1) *Plura de eo vide infra f.* $342^{b.c}$, *p.* 318. 2) *Ex eo quod Sal. supra f.* $340^{c}$, *p.* 313. *dicit se usque ad festum omnium sanctorum Areis remansisse apparet hanc diem Nov.* 8. *fuisse.* 3) *Cf. supra f.* $333^{d}$. $334^{a}$, *p.* 296. 4) *De quo vide supra f.* $236^{a.b}$, *p.* 67 *sq.* 5) *Qui ibi lector fuerat; vide supra f.* $337^{c}$, *p.* 306. 6) *A.* 1247. *Aug.: cf. supra f.* $284^{c}$. $339^{a}$, *p.* 178. 309. 7) *Eadem et plura de eodem dicit Sal. infra f.* $439^{d}$. 8) *Petrus Lanerius: cf. infra f.* $344^{b}$, *p.* 324.

*F.* 341[d]. De episcopo Corsice, qui fecit me sacerdotem, et de ecclesia sancti Honorati, quam papa Alexander IIII. dedit fratribus Minoribus de Ianuensi conventu.

---

1248. Minister vero[a] frater Namtelmus, qui fuerat lector et de Mediolano erat, sanctus
homo et Deo devotus, dixit, quod faceret michi quicquid vellem sibi precipere
consolationis et gratie, et assignavit michi socium suum fratrem Guilielmum de
Pede-montis, qui erat valens homo et litteratus et bonus, ut doceret me missam
*Phil.* 4, 3. adiscere[b] et cantare. Hi omnes transierunt de hoc mundo ad patrem. *Quorum
nomina sunt in libro vite*, quia bene et laudabiliter terminaverunt vitam suam[c].
Nunquam vidi hominem, qui ita assimilaretur fratri Vitali, ministro Bononie[1], sicut
frater Namtelmus, minister Ianuensis, quantum ad apparentiam et quantum ad
existentiam, quantum ad mores et quantum ad omnia. Hic erat in gratia fratris
Iohannis[d] de Parma multum. In hoc M^0^CC^0^XLVIII^0^ erat in civitate Ianuensi
quidam episcopus de Corsica[2], qui fuerat monachus niger ordinis sancti Benedicti,
et erat Placentinus ex parte patris et Parmensis ex parte matris, que erat de
Scarpis. Hunc rex Hentius sive Fridericus pater suus, condam imperator, fecerat
expelli de Corsica, que est contigua Sardinie, in odium ecclesie; et morabatur
Ianue et scribebat propria manu, ut haberet victum suum; et cotidie veniebat ad
missam fratrum Minorum et postea audiebat fratrem Stephanum Anglicum in
scolis docentem. Siquidem imperator Fridericus dederat Hencio sive Henrico filio
*f. 341d. suo non legitimo uxorem in Sardinia quandam *dominam, que appellabatur Domi-
*(Dec. 16—19).* cella[3]. Igitur episcopus supradictus fecit me sacerdotem[4] in ecclesia sancti
Honorati, que est in loco fratrum Minorum de Ianua, sed tunc temporis non erat,
immo tenebat eam quidam sacerdos occupatam super locum fratrum, nec habebat
populum; et quando fratres redibant a matutino suo, ut in cellis suis quiescerent,
iste bonus homo non permittebat eos quiescere cum campanis suis, et sic faciebat
qualibet nocte. Quapropter gravati fratres de Ianuensi conventu procuraverunt
cum papa Alexandro quarto, quod illam ecclesiam habuerunt ab eo. Papa vero
1255. Alexander canoniçaverat sanctam Claram[5], et ea hora, qua papa celebravit primam
missam de sancta Clara, dicta oratione, accessit ad eum[6] sacerdos et dixit: 'Amore
beate Clare rogo vos, pater, ne auferatis michi ecclesiam sancti Honorati'. Papa
vero assumpta parabola[7] sua in vulgari suo dicere cepit: 'Amore beate Clare
volo, quod fratres Minores habeant eam'. Et sic dixit multis vicibus, ita quod
quasi infatuatus videbatur, totiens repetendo[c]. Sacerdos vero talia audiens in-
*r. 1. gemuit et divertit ab eo, faciens quod Ecclesiasticus docet VIII*: *Non litiges
cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.* Item eo tempore, quo Ianue
1248/9. habitavi[8], erat ibi quidam archiepiscopus[9] parvus corpore et senex valde et avarus,
et etiam dicebatur de eo verbum sinistrum, videlicet quod non esset usquequaque[e]

a) ūō (vero) *a Sal. in marg. suppl.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) Io. c. e) usq̈q̧ *c.*

1) *De quo vide infra f.* 426[a]. 457[b]. 2) *Aleriensem, ad quem scripsit Innocentius IV. a.* 1253. *Febr.* 20. *(Potthast nr.* 14888*), eum fuisse opinatur Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' XVI, p.* 330. 3) *Adelasiae fuit nomen ei, domicella vulgo appellata esse videtur. Cf. Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 515. 4) *Quod a.* 1248. *die* 16. *aut* 18. *aut* 19. *Decembris inter quatuor tempora s. Luciae factum esse videtur, neque enim alio tempore, quo rite clerici ordinandi erant (Gregorii IX. Decretales I, tit.* 11, *c.* 3*), Salimbene tunc Ianuae commoratus est.* 5) *Cf. bullam datam a.* 1255. *Sept.* 26; *Potthast nr.* 16025. 6) *Anagniae moratum.* 7) *Cf. supra p.* 306, *n.* 7. 8) *A.* 1248. *Nov.* 8 — 1249. *Febr.* 23. 9) *Iohannes de Cucurno.*

*F.* CCCXLII[a]. De archiepiscopo Ianuensi, qui commendavit fratrem Stephanum Anglicum et episcopum Corsice. Iste archiepiscopus fuit homo avarus et non bene catholicus, et postmodum interfectus.

*F.* 342[b]. De avaricia et miseria Ferariensis episcopi, qui noluit hospitio recipere papam Urbanum.

Quod[a] papa Innocentius IIII. misit in regnum contra imperatorem iam depositum fratrem Symonem, qui fuit martyrio coronatus.

---

catholicus bene[1]. Hic quadam die congregavit in palatio suo religiosos et cleri- 1248/9.
cos, quasi volens facere quandam synodum, desiderabat enim audire fratrem Ste-
phanum Anglicum ex ordine Minorum, pro eo quod audierat, quod magnus sermo-
cinator esset et magnus clericus. Et ego ibi fui et que *refero audivi. Predicavit *f. CCCXLII[a].
ipse prius. Post hec non est passus, quod aliquis faceret sermonem nisi frater
Stephanus, cuius sermonem multipliciter commendavit. Commendavit etiam fratrem
Stephanum de scientia et de vita sancta et honesta et bona, dicens, quod multum
honoraverat Ianuam veniendo de Anglia in Ytaliam tantus clericus, et quod, si
esset iuvenis, libenter audiret eum in scolis docentem, quando posset[b]. Post hec
commendavit episcopum de Corsica, quod erat religiosus homo et sancta et honesta
persona, et quomodo bene sciebat legere, scribere, notare, cantare, et quomodo erat
plenus omnibus bonis, hoc excepto, quod nimis erat pauper, quia imperator ex-
pulerat eum de episcopio suo. Et rogavit, quod haberent ipsum recommendatum
et bene facerent sibi[b]. Et fuerunt qui dicerent, quod archiepiscopus in hoc vitu-
peravit seipsum, quia ipse met debebat indigenti episcopo bene facere et eum
secum in curia sua tenere, et habuisset inde meritum sive premium et honorem.
Sed Seneca[2] dicit: *Monstro similis est senilis avaricia. Quid enim stultius* Seneca.
*quam cum deficiente via augere viaticum?* Marcialis Cecus[3] similiter dicit:

*Miramur iuvenes largos vetulosque tenaces,* Versus.
*Illis cum multum, his breve restet iter.*

Debebat ergo archiepiscopus dives tenere secum episcopum pauperem et cum Iacob
dicere Gen. XXXII *[c]: *Non dimittam te, nisi benedixeris michi.* Sed sua avaritia et *v. 26.
miseria non permisit. Audivi, quod post recessum meum de Ianua interfectus
fuit[4]. Ideo dicit sapiens in Prover. 28 *: *Qui dat pauperi, non indigebit.* Et iterum *v. 27.
Prover. XI *: *Non proderunt divicie in die ultionis, †iustitia autem liberabit a morte*[d]. *v. 4. †f. 342[b].
Episcopus Ferariensis[5], qui in avaricia et miseria erat similis isti[6], cum patriarcha
Ierosolimitanus[7] de ultramarinis partibus Ferariam advenisset, volens pro suis ne- 1261.
gotiis ad Romanam curiam proficisci, cum rogaret episcopum, ut eum in episcopio
una nocte reciperet, sibi denegavit hospicium. Sed vadens[8] ad curiam, cum ibi
contraxisset aliquantulam moram, factus est papa. Hic fuit Urbanus quartus, (Aug. 29).

a) Quod — coronatus *in infer. marg. f.* 342[b]. *scripta c., spatio supra deficiente.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *numerus post in loco vacuo relicto a Sal. suppl.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Non nisi bona tradit de eo Iacobus de Varagine, Chron. Ianuense c. V, Muratori, SS. IX, col.* 47. 2) *Pseudo-Seneca De moribus* § 18, *Senecae Opera ed. Fr. Haase III, p.* 462. *Paucissima mutata sunt.* 3) *Non Martialis sunt hi versus, sed Godefridi prioris S. Swithuni Wintoniensis, Epigr. nr.* 147, *'The Anglo-Latin satirical poets and epigrammatists of the twelfth century' ed. Th. Wright II, p.* 126. *Cognomen Coqui vel Coci Martiali falso inditum, de quo cf. Martial. ed. Schneidewin p.* 21 *sq., hoc loco in Ceci cognomen mutatum est.* 4) *Obiit a.* 1252, *non interfectus: Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 231. 5) *Albertus Pandoni a.* 1257—1274. 6) *Cf. quae infra ad f.* 419[c]. *adnotari.* 7) *Iacobus.* 8) *Patriarcha.*

*F.* 342[c]. De alio fratre Symone, qui dictus est de Comitissa, quem Deus miraculis demonstravit illustrem.
Quod banniti de Regio, qui erant ex parte ecclesie, recuperaverunt multa castra, que in montibus erant.
Quod[a] dominus Bonacursus de Palude interfectus fuit hoc anno M°[CCLXVIII][b].

---

1261. natione Trecensis. Hic scripsit Ferariensi episcopo dicens[1]: *Noveris, quod ego
*sum papa, et de avaricia et miseria tua possum tibi reddere quod mereris, quia in*
*v. 2. *hospitio tuo me noluisti suscipere, cum apostolus dicat, quod oportet episcopum hospitalem*
†v. 7. 8. *†v. 7. *existere*, prima ad Timo III*. Idem dicit ad Titum I†. Item ad Ro. XV*†: *Susci-*
*v. 8. *pite invicem, sicut et Christus suscepit nos*[c] *in honorem Dei.* [Item[d] III. Io.*: *Nos ergo*
*v. 9. *debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus*[e] *veritatis*]. Item I. Petri IIII*:
*Hospitales invicem sine murmuratione*[f]. Nichil tamen[g] mali legitur papa episcopo
intulisse. Verumtamen episcopus toto tempore vite sue[2] sine timore non fuit; que
*v. 18. fuit magna vindicta, *quoniam timor penam habet*, ut habetur I. Io. IIII*. Talis
fuit vindicta Ioseph cum fratribus suis, de qua[h] habetur Gen. in pluribus locis,
*50, 15. et maxime post mortem patris, Gen. ultimo*. [Episcopus[i] supradictus fuit Bri-
xiensis natione et medicus sive phisicus, postea Placentinus episcopus[3]; postmodum
1257. ivit ad curiam, ubi Ferariensem episcopatum promeruit. Apud Placentiam duos
fratres Minores secum tenebat, quibus misera vita erat quantum ad victum propter
avaritiam suam].

1248. Item in hoc M°CC°XLVIII° papa Innocentius quartus, qui Lugduni habi-
tabat cum cardinalibus suis, misit fratrem Symonem de Monte-sarculo, ordinis
fratrum Minorum procuratorem, de quo feci superius[4] mentionem, in Apuliam, ut
regnum Apulie et Sicilie eriperet de dominio Friderici condam imperatoris depo-
siti; et multos attraxit ad partem ecclesie[f]. Tandem imperator fecit eum capi et
*f. 342c. decem et octo martyria intulit sibi, que omnia *sustinuit patienter; nec aliquid
potuerunt carnifices extorquere ab eo nisi laudem divinam. Multa miracula fecit
Deus per eum. Qui pro nobis intercessor existat! Amen. Hic fuit amicus meus
in curia Lugdunensi veniens mecum ad papam[5], et veniendo de Nicia Ianuam[6] in
navi multas historias diximus[k]. Mediocris stature fuit et niger, similis sancto
Bonifacio[7]. Homo semper iocundus et alacer, bone vite prius et litterature ydonee.
*v. 12. †v. 17. *Multa redémit modico pretio*, ut habetur Eccli. XX*. Unde apostolus II. ad Cor. IIII†:
*Id enim quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre, supra modum in*
*sublimitatem*[l] *eternum glorie pondus operatur in nobis.* Fuit et[m] alter frater Symon,
qui dictus est de Comitissa[8], quem Deus miraculis demonstravit illustrem. Hunc

a) *haec in infer. marg. f.* 342[c]. *scripta c., spatio supra deficiente.* b) CCXLVIII *legi nequit in c.* c) vos *Vulg.* d) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* e) scimus, c *erasum c.* f) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* g) *sequitur* l, *ut videtur, erasum in c.* h) q̈ (qua) *a Sal. in marg. suppl.* i) *uncis inclusa in marg. infer. f.* 342[a]. *a Sal. suppl.* k) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* l) sublimitate *Vulg.* m) 7 (et) *a Sal. superscr.*

1) *Haec epistola non exstat; et mihi quidem persuasum est verba, quae Sal. affert, ab ipso excogitata, non a papa scripta esse.* 2) *Decem annis Urbano IV. papae supervixit.* 3) *A.* 1241—1257. 4) *F.* 341[b], *p.* 315. 5) *A.* 1247. *Nov.* 1; *supra f.* 229[d]. 233[b]. 284[c]. 295[d], *p.* 53. 61. 178. 206. 6) *A.* 1248. *Nov.* 7. 8; *supra f.* 341[b], *p.* 315. 7) *Martyri Romano, qui in Iacobi Leg. Aurea c. LXXII, ed. Grässe p.* 318. *sic describitur:* vir quadratus et crassus, robusto capillo. *Sed fortasse etiam in eo Symonem huic similem esse dicere voluit, quod iste* alacriter dolores toleraret. 8) *De quo cf. Angelus de Clarino, Hist. persec. II, l. v. Döllinger, 'Beiträge zur Sektengeschichte des MA.' II, p.* 465; *Iordanus de Giano c.* 19, *Analecta Francisc. I, p.* 8; *Chron. XXIV ministr. gener., ibid. III, p.* 254. *et ib. n.* 4.

*F.* $342^{d}$. De episcopo Tripolitano, qui obiit Parme.
De domno Bernardo Rolandi Rubei, qui apud Culiculum interfectus fuit.
De Lodoyco rege Francie, qui contra Saracenos orientales transfretavit.
Quod[a] Bononienses ceperunt Baçanum et destruxerunt.

---

fecit frater Iohannes[b] de Parma ministrum provincie sancti Francisci in valle Spoletana. Hic fuit amicus meus et michi familiaris in conventu Massilie [1] eo anno, 1248. quo rex Francie transfretavit in primo passagio, scilicet[c] .

Anno Domini M°CC°XLVIII°, quo anno banniti civitatis Regii, qui erant ex parte *L. temp. c. 252.* ecclesie, ceperunt et abstulerunt omnia castra montanee. Et Parmenses recuperaverunt Bibianellum et Curviacum et Guardaxonem[d] et Rivaltam. Et mortalitas valida fuit; et obiit abbas [2] Sancti Prosperi de Regio. Et eodem anno recuperavit imperator iam depositus Vercellum civitatem. Et domnus Bonacursus de Palude interfectus fuit. Et domnus Ruçinentus de Regio fuit obses cum domno Maravóne et cum multis aliis de Regio in Apulia. Et rex Hencius, qui tenebat tunc temporis dominium civitatis Regii, fecit cavari unam magnam cavatam usque Scalopiam[e] usque in Padum. *Et episcopus Tripolitanus de Robertis [3] **f. $342^{d}$.* de Regio obiit in civitate Parme et sepultus fuit in maiori ecclesia, que est beate virginis. Et domnus Bernardus Rolandi Rubei de Parma, qui fuit cognatus pape Innocentii quarti [4], per imperatorem, id est per gentem suam, interfectus fuit apud Colli- *(Mart. 20).* culum[f]. Cecidit enim de equo, qui cespitavit, cum rediret a Fornovo [5]; quem si imperator vivum habuisset, exercuisset in eo ludibria. Ipse enim fuit qui abstulit sibi Parmam [6]. Et guerra erat valida; et imperator habitabat in Cremona et veniebat frequenter et versabatur circa Parmam cum Theutonicis suis et cum aliis qui erant ex parte sua, si quo modo se posset de Parmensibus vindicare [7], qui eum fugaverant et Victoriam civitatem suam destruxerant, quam fecerat prope Parmam in contrata que dicitur Grola [8]. Et habebat tunc temporis dominium Mutine, Regii et Cremone; et pars istarum trium civitatum que dicebatur ecclesie vagabatur exterius vagipalando per dévia.

Item in supradicto millesimo Lodoycus rex Francorum transfretavit contra Saracenos orientales, et subito obtinuit Damiatam Saracenorum civitatem [9]. Bono- 1249. nienses obsederunt Baçanum [10] castrum Mutinensium et ceperunt die VI° intrante 1247. *Iul. 6.* Iulio ac destruxerunt. Item recuperata est Romaniola per ecclesiam [11], quam primo 1248. *(Maio. Iun.)*

a) Quod — destruxerunt *in infer. marg. f.* $342^{d}$. *scripta c.* b) Io. *c.* c) .f. (scilicet) *a Sal. in marg. suppl.* d) Guardasonem *Alb. Mil.* e) Scalopla *Alb. Mil.* f) Colectam *Alb. Mil.*

1) *Mense Iulio ineunte a.* 1248; *vide supra f.* $303^{d}$, *p.* 226. 2) *Gerardus.* 3) *Albertus nomine, ut videtur. Vide litteras Innocentii IV. papae datas a.* 1248. *Nov.* 17, *quibus huic concessit, ut testamentum faceret, Berger, 'Les Registres' II, p.* 20, *nr.* 4218; *cf. ibid. p.* 49, *nr.* 4364. 4) *Cf. supra f.* $239^{a}$. $289^{b}$. $291^{b}$. $293^{a.b}$, *p.* 75. 190. 194. 199. 5) *Cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 497, *ubi hoc die Mart.* 20. *factum esse relatum est; Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 50; *Ann. Parm. mai. p.* 674. 6) *Cf. supra f.* $294^{a}$, *p.* 201. 7) *Cf. supra f.* $297^{d}$, *p.* 211. 8) *Cf. Liber de temp. c.* 251; *supra f.* $291^{b}$, *p.* 194. 9) *Demum a.* 1249. 10) *Hoc iam a.* 1247. *captum est. Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 48; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 263 = *Matheus de Griffonibus, Rerum Ital. SS. 'Nuova ediz.' XVIII, 2, p.* 12; *Petrus Cantinelli, ibid. XXVIII, 2, p.* 5; *Ann. Bonon., Calogerà, 'Nuova Raccolta' IV. p.* 128. *Die Iul.* 6. *data est tabula, qua castrum traditum est Bononiensibus, Savioli, 'Ann. Bolognesi' III, 2, p.* 212 *sqq., nr.* 640. 11) *Cf. Petrus Cantinelli l. l. p.* 6; *Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1101; *Ann. Bonon. apud Calogerà l. l. p.* 129; *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 50; *'Cron. di Bologna' l. l. col.* 264; *Matheus de Griffonibus l. l. p.* 12; *Ann. Placent. Gib. p.* 497; *Ann. Ravenn., Muratori, SS. I, 2, p.* 578.

*F.* CCC43[a]. De montibus, qui corruerunt in terra comitis[a] Sabaudie et VII parochias cooperuerunt et IIII[or] milia hominum occiderunt anno Domini M[o]CC[o]XLVIII[o].

*F.* 343[b]. Quod papa Innocentius quartus revocavit fratrem Iohannem, qui ibat in Hispaniam, quia volebat eum in Greciam mittere pro conversione sive reconciliatione Grecorum.

---

1248. tenebat dictus Fridericus depositus, Octaviano diacono cardinali tunc legato in partibus Lombardie. Et etiam marchia Anconitana quasi tota recuperata est.

Item[b] predicto millesimo, ut iam dixi, Lodoycus rex Francie cum fratribus suis
*Iun.* 7. et Francorum milicia et vulgo innumerabili circa pentecosten crucesignatus iter
*f. CCC43[a]. agressus[c] est[1] *et transfretavit, ut Saracenos debellaret pro recuperatione Terre
1249. Sancte, et prima fronte Damiatam cepit. Postea vero, peccatis Francorum
1250. exigentibus, interfectus est frater regis maior post regem Robertus nomine. Sed et ipse multum culpabilis fuit, quia credebat omnes Saracenos involvere et subito
1248. uno ictu occidere. Item in predicto millesimo in valle Morienne, que est a Sagusia Lombardie usque Lugdunum, inter Gracinopolim[c] civitatem et Cambariacum castrum, prope Cambariacum ad unam leucham[d] est planicies quedam, que proprie appellatur vallis Sabaudie; super quam mons altissimus eminebat, qui de nocte cadens replevit totam vallem illam[2]. Et durat ruina in longitudine per unam leucam[d] et in latitudine per unam et dimidiam. Et erant ibi VII parochie, que omnes cooperte sunt. Et mortui sunt ibi IIII[or] milia hominum. Tunc im-
*v. 18, 19. pletum est quod dicitur in Iob XIIII*: *Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo. Lapides excavant aque, et alluvione*[c] *paulatim terra consumitur. Et homines*[e]
*12, 23. *ergo similiter perdes.* Et iterum*: *Multiplicat gentes et perdit*[f] *eas et subversas in in-*
*v. 5. *tegrum restituit.* Et iterum Iob IX*: *Qui*[g] *transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo.* Eo anno, quo hec facta sunt, habitabam in conventu Ianuensi, ubi huiusmodi rumores audivi, et sequenti anno per contratam illam transivi[3], scilicet per Gracinopolim, et cercius intellexi. Et processu temporis
1269. post multos annos, cum habitarem in conventu Ravenne, interrogavi fratrem Guillielmum[h], ministrum Burgundie, qui transibat per Ravennam et ibat ad quoddam generale capitulum[4], de casu montis istius, et sicut habui ab ore suo, sic fideliter et veraciter scripsi.

*f. 343[b]. 1249. *Anno Domini M[o]CC[o]XLIX[o], cum habitarem in conventu Ianuensi, placuit fratri Namtelmo, ministro meo, ut irem ad generalem ministrum pro negotiis pro-
*Febr.* 24. vincie Ianuensis. Et in festo beati Mathie apostoli intravi mare et in IIII[or] diebus
*Febr.* 27. perveni Areas ad locum fratris Hugonis; et gavisus est, quando me vidit. Et cum esset vicarius guardiani[5], comedit mecum et cum socio meo[6] familiariter, ita

a) comi *c corr. c.* b) *non versus novus hoc loco coeptus, sed tantum* ℂ *minio scriptum praecedit in c.* c) *sic c.* d) *sic h. t. c.* e) hominem *Vulg.* f) perdet *Vulg.* g) *penna mutata.* h) Guill'm *c.*

1) *Cf. supra f.* 301[d]—303[d], *p.* 221 *sqq.* 2) *Cf. Math. Paris., Chron. mai., SS. XXVIII, p.* 301; *Hist. Angl., ib. p.* 424; *Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 472; *Ann. Erphord. fr. Praedic., Mon. Erphesfurt. p.* 106; *Girard. de Fracheto, SS. XXVI, p.* 588 *(falso ad a.* 1244*).* 3) *Cf. infra f.* 344[a], *p.* 323. 4) *Ad illud procul dubio, quod a.* 1269. *Assisii celebratum est; cf. Wadding., Ann. Min. ed.* 2. *IV, p.* 296. *Nam ad nullum aliud capitulum illo tempore habitum minister Burgundiae per Ravennam transire potuit.* 5) *Guardianus enim mortuus erat; cf. supra f.* 340[d], *p.* 314, *ubi eadem de tempore itineris dicta.* 6) *Guillielmo Blancardo; infra f.* 344[b], *p.* 323.

*F. 343*[c]. De familiaritate quam papa Innocentius IIII[us] ostendit fratri Iohanni[a] de Parma, et quomodo misit eum ad Grecos cum bona societate.

---

quod[b] nullus interfuit alius nisi frater qui serviebat. Et sollemne prandium dedit *1249. Febr. 27.* nobis quantum ad pisces marinos et omnia alia. Eramus enim in principio maioris quadragesime[c, 1]. Et miratus est socius meus, qui erat Ianuensis, mirati sunt etiam fratres de domo illa de tanta familiaritate et domesticitate, quam michi ostendit, quia non erat consuetudo fratris Hugonis tunc temporis, ut cum aliquibus manducaret. Forte quia quadragesima[d] inminebat[e]. Et multa de Deo contulimus in illo prandio et de doctrina abbatis Ioachym et de futuris. Et inveni, sicut superius dixi[2], quod sex fratres de loco illo mortui erant et sepulti, quos circa festum omnium sanctorum[3] dimiseram ibi vivos. Et quando recessi de Ianua, erat iuxta sacristiam quedam amigdalus florida, et in Provincia inveni fructus huius arboris grossos cum cortice viridi. Inveni etiam fabas grossas recentes in tecis. Post prandium vero arripui iter, ut irem ad generalem ministrum, quem post dies convenientes Avignioni inveni, quia redibat ab Hyspania revocatus a papa Innocentio *(Mart.)* quarto, qui morabatur Lugduni, ut mitteret eum ad Grecos, de quibus erat spes, ut[f] mediante Vattacio cum Romana ecclesia reconciliari deberent[4]. Est autem Avignio civitas in Provincia iuxta *Rodanum, in qua processu temporis frater **f. 343c.* Bona-gratia, generalis minister, ultimum diem clausit[5]. In qua civitate diversis temporibus pluries[6] fui. Post hec ivi Lugdunum cum generali ministro. Et cum fuimus Vienne, invenimus nuntium Vattacii, quem miserat ad papam pro generali ministro. Hic erat ex ordine fratrum Minorum et dicebatur frater Salimbene sicut et ego, et erat Grecus ex uno parente et Latinus ex altero; et optime loquebatur Latinis verbis, cum clericam[7] non haberet; optime etiam in vulgari noverat Grecam et linguam Latinam. Quem generalis assumpsit et duxit Lugdunum. Cumque accessisset generalis ad papam, suscepit eum papa ad osculum oris et dixit sibi: 'Parcat tibi Deus, fili, quia multum stetisti. Quare non venisti eques, ut cicius venires ad me? An quia equitaturas et expensas dare non possum, ideo dimisisti?'[8] Cui frater Iohannes[a] respondit: 'Pater, satis celeriter veni visis litteris vestris, sed fratres, per quos transibam, michi impedimento fuerunt'. Cui[g] papa dixit: 'Utiles habemus rumores, scilicet quod Greci reconciliari velint cum Romana ecclesia; quapropter volo, quod vadas ad eos cum bona societate fratrum ordinis tui, et poterit esse, quod te mediante aliquid boni Deus dignabitur operari. Ex parte autem mea omnem gratiam quam volueris habeas'. Cui dixit frater Iohannes[a]: 'Pater, non deest qui impleat, sed qui iubeat. Nam *paratus sum et non sum* *Ps. 118, 60.* *turbatus, ut*[h] *custodiam mandata tua*'. Cui papa dixit: 'Benedicaris tu, fili, quia bona

a) Io. *c.* b) ꝙ (quod) *a Sal. superscr.* c) XL[e] *c.; sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) XL[a] *c.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) *sequitur* cu *iam h. l., expunct. c.* g) *penna mutata, praecedente* ℭ *atramento nigro scripto.* h) et *Vulg.*

1) *Quae a.* 1249. *die Febr.* 17. *coepta est.* 2) *F.* 340[d], *p.* 314. 3) *Die Nov.* 6. *a.* 1248. *Sal. Areis recesserat; supra f.* 340[c], *p.* 313. 4) *Cf. supra f.* 337[a, b], *p.* 304 *sq., infra f.* 440[a]. 5) *A.* 1283. *Oct.* 3; *cf. infra f.* 426[a]. 6) *Fortasse a.* 1247. *Oct., cum Parma Lugdunum proficisceretur, cf. supra f.* 229[d]. 284[c]. 293[a], *p.* 53. 178. 198, *ac procul dubio a.* 1248. *Iun., cum Lugduno Arelate navigio veheretur; cf. supra f.* 303[d], *p.* 225. 7) *Tonsuram clericorum.* 8) *Cf. Angelus de Clarino, Hist. tribul. III, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 268: *(Iohannes de Parma)* totum ordinem visitavit, numquam asini vel equi vel currus vectura usus.

*F.* 343[d]. De fratre Rainaldo de Aretio, qui fuit episcopus Reatinus consecratus a papa.

*F.* CCC44[a]. De archiepiscopo Embronensi, qui cotidie duos fratres Minores volebat ad mensam suam habere.

De[a] ecclesia sancti Gerardi, que plena est camisiis puerorum.

---

1249. est responsio tua'[1]. Erat autem tunc temporis Lugduni lector Constantinopolitanus frater Thomas Grecus ex ordine Minorum[2], qui sanctus homo erat, et Grece
*f. 343d. et Latine op*time loquebatur. Hunc generalis assumpsit, ut ad Grecos duceret secum. Nam ad hoc etiam venerat a Vattacio missus[b]. Duxit etiam secum fratrem Drudonem, ministrum Burgundie, qui erat nobilis homo, pulcher et litteratus et sanctus. Nam magnus lector erat in theologia, et qualibet die fratribus predicare volebat[b, 3]. Duxit similiter secum fratrem Bonaventuram de Yseo, qui erat famosus homo et antiquus[c] minister in diversis provinciis[b, 4]. Duxit et multos alios ydoneos fratres[5], quorum nomina ponere non expedit modo. Et finita septi-
c. Apr. 11. mana paschali a Lugduno recessit. Erat etiam tunc Lugduni frater Rufinus, minister Bononie, cum fratre Bonaventura de Furlivio[6], socio suo, et fratre Bassetto[b]. Et dixit michi frater Rufinus[7] minister: 'Ego te misi in Franciam, ut studeres pro provincia mea, et tu ivisti ad conventum Ianuensem, ut habitares ibi? Noveris, quod valde habeo pro malo, quia pro honore mee provincie studentes de aliis provinciis facio venire Bononiam'. Cui dixi: 'Parcatis michi, pater, quia non credebam, quod haberetis pro malo'. Tunc respondit et dixit michi: 'In hoc parco, quod in continenti scribas obedientiam, per quam redeas ad provinciam Bononie, de qua fuisti cum socio tuo[8], qui est Ianue'. Facta fuerunt omnia ista[b]. De[d] hac obedientia nichil scivit generalis, quando erat Lugduni. Item isto tempore Lugduni erat frater Rainaldus de Aretio de provincia Tuscie, qui venerat ad papam, ut eum absolveret, ne esset episcopus. Cum enim esset lector apud Reáte, et obisset[e] episcopus[9] terre illius, tantam gratiam invenerat iste ibi, quod canonici concorditer elegerunt ipsum.
*f. CCC44a. Papa vero *Innocentius audiens de scientia et sanctitate ipsius noluit ipsum absolvere, immo de consilio fratrum suorum, scilicet cardinalium, precepit ei, quod esset episcopus, et postmodum fecit ei istum honorem, quia ipsum personaliter con-

a) De — puerorum *posterius quam praecedentia scripta.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) antiq9 *c.* d) *penna mutata.* e) *sic c.*

1) *Epistolas, quibuscum papa Iohannem ministrum generalem in Graeciam misit, demum datae sunt a.* 1249. *Maii* 28, *Potthast nr.* 13385. 13386, *Berger, 'Les Registres' II, p.* 129 *sq., nr.* 4749. 4750, *cum haec, quae Sal. narrat, iam mense Aprili anni* 1249. *acta sint. Vide etiam epistolam eodem die datam, Potthast nr.* 13384. 2) *Qui epistolas papae die Iun.* 11. *datas, Potthast nr.* 13399. 13400, *Constantinopolim detulisse videtur.* 3) *Eadem et alia de Drudone Sal. narrat infra f.* 440[a]. 4) *Idem repetiit Sal. de hoc infra f.* 440[a], *ubi plura de eo narravit. Cf. de eo supra f.* 321[a—c], *p.* 266 *sq.* 5) *Inter quos principalem dicit Angelus de Clarino trib. III, ed. Fr. Ehrle, 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' II, p.* 268 *sq., fratrem Girardum, a Sal. neque hoc loco neque infra f.* 440[a]. *nominatum. Quem dixit Angelus Constantinopoli fuisse, cum Ludowicus IX. rex Franciae caperetur (a.* 1250. *Apr.* 6*). Cf. Nic. de Carbio, Vita Innoc. IV. c.* 17, *'Archivio della R. Soc. Romana' XXI, p.* 92: dans *(papa)* ipsi *(Iohanni)* socios et sequaces eiusdem ordinis fratres, viros sapientia doctos pariter et maturos. 6) *De quo vide supra f.* 278[a], *p.* 161. 7) *Cognomine Gurgo, qui postea (a.* 1261*) fuit poenitentiarius papae. Cf. infra f.* 404[d]. 8) *Iohannino de Ollis.* 9) *Non constat, quis fuerit.*

*F.* 344[b]. De archiepiscopo Embronensi, qui factus fuit Romane ecclesie cardinalis et postea in Lombardia legatus.

---

1249. *(Apr.)*

secravit, me existente Lugduni. Post hec arripui iter et veni Viennam, que per XV miliaria a Lugduno distat, descendendo per Rodanum; postea ivi per Gracinopolim civitatem et per vallem comitis Sabaudie, et cognovi de casu et montis ruina[1]; et intravi quandam ecclesiam, que dicitur sancti Gerardi, que tota plena erat camisiis puerorum[a]. Postea ivi ad civitatem Embronensem, ubi erat archiepiscopus[2] natione Placentinus, qui cotidie volebat duobus fratribus Minoribus dare prandium, et semper faciebat parari pro eis in mensa sua et de omnibus ferculis apponi; et si ibant fratres Minores, habebant; sin autem, faciebat aliis pauperibus dari. Porro in terra illa morabantur XIII fratres. Tunc venit ad me guardianus domus et dixit michi: 'Frater, placeat vobis ire ad manducandum cum archiepiscopo, qui valde habebit pro bono, quia iam diu fratres non comederunt secum; gravantur enim totiens ire ad comedendum cum eo'. Cui dixi: 'Pater, parcatis nobis et non habeatis pro malo, quia post prandium volumus sine mora recedere. Ipse vero detineret nos et impediret iter nostrum inquirendo rumores, cum audiret, quod venimus a curia[a]'. Audiens guardianus que dixeram tacuit. Ego vero silenter dixi socio meo: 'Consideravi, quod bonum[b] sit perficere iter nostrum, dum congruum tempus habemus et litteras bonas, ut celeriter respondeamus his qui miserunt nos, et [ne[c] etiam preveniat nos generalis minister ad conventum Ianuensem eundo, quia frater Namtelmus, minister noster, iter nostrum non ita gratum haberet]'. Et placuerunt socio *meo que dixi et feci. [*f. 344[b].] Item hec est illa civitas, cuius archiepiscopum[3] apud Lugdunum Ildebrandus prior Cluniacensis, cum legatione fungeretur, de symonia miraculose convicit, [*Iac. de Var.*] sicut superius diximus[4]. Item processu temporis, scilicet diebus meis, archiepiscopus[5] istius terre factus fuit Romane curie cardinalis[6]; et fuit valens homo in scientia et in cantu et in litteratura et in honesta et sancta vita[a]. Cum autem quadam vice quidam ioculator sonasset viellam coram ipso et peteret aliquid sibi ab eo dari[d], respondit sibi: 'Si vis comedere, tibi dabo amore Dei libenter, pro tuo autem[e] cantu et viella nichil darem, quia ita bene scio cantare et viellam sonare sicut tu'. Hic tenebat secum duos fratres Minores; nec fuit iste Placentinus ille[7], de quo superius dixi. A recessu[f] vero civitatis istius transivimus per terras comitis dalfini et sic venimus Sagusiam, que est de provincia Ianuensi. Cum autem fuimus in Alexandria Lombardie, invenimus duos fratres de Ianuensi conventu, scilicet fratrem Martinum cantorem et fratrem Ruffinum Alexandrinum. Quibus socius meus frater Guillielmus[g] Blancardus dixit: 'Noveritis, quod vos perditis fratrem Salimbene[h] et socium suum[8], qui est Ianue, quia frater Rufinus, minister Bononie, revocat eos ad suam provinciam. Ego autem, quamvis sim Ianuensis, nolo venire Ianuam,

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) bonum — miserunt nos et *in loco raso.* c) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* d) dari *a Sal. in marg. suppl.* e) ā (autem) *a Sal. superscr.* f) *a* su *in versu novo scripto penna mutata.* g) Guill's *c.* h) Salıbn̄ *h. l. c.*

1) *Cf. supra f.* 343[a], *p.* 320. 2) *Humbertus a.* 1245—1250. 3) *Hugonem.* 4) *In parte libri quae periit, ubi haec procul dubio ex Iacobi Leg. Aurea c. CLXXXI, SS. XXIV, p.* 179, *vel ex Libro de temp. c.* 150. *ut et hoc loco assumpta erant.* 5) *Henricus a.* 1250—1261. 6) *Episcopus Ostiensis a.* 1261. *Dec. Recte Sal. in inscriptione columnae addidit eum legatum in Lombardia fuisse; cf. infra f.* 391[d]. 7) *Humbertus.* 8) *Iohanninum de Ollis.*

---

1249. *(Apr. Maio).* sed volo reverti ad conventum meum Novariensem, unde me assumpsit minister[1], quando me misit ad generalem. Fideliter laboravimus et bene omnia fecimus, et fratrem Petrum Lanerium, guardianum Ianuensem, Lugduni dimisimus, qui ibi et generalem vidit et fratrem Bujolum[a], qui cum papa moratur et attinet[2] sibi. Et **f.* 344c. si quid per nos non est plene et bene factum, speramus, quod bene *fiet per illos. Insuper et generalis minister usque ad breve tempus transibit per Ianuam, quia vadit ad Grecos missus a papa et vocatus a Grecis. Interim autem accipiatis has litteras et ex parte generalis representate fratri Namtelmo ministro'[b]. Cumque talia perorasset, protulit litteras, quas habebat, et dedit sociis meis. In crastinum autem ivimus ab Alexandria usque Terdonam, que est via X miliariorum, et sequenti die a Terdona ivimus Ianuam, que grandis est via. Cum autem viderunt me fratres, gavisi sunt, quia de via longinqua redibam, et quia bonos referebam rumores. Et interrogavit me minister[1] et frater Stephanus Anglicus, si generalis Hyspaniam visitasset. Quibus dixi: 'Non, quia papa revocavit eum occasione Grecorum. Mittit enim eum ad Grecos, qui Romane ecclesie, ut Vattacius scripsit, *Is.* 66, 14. reconciliari desiderant; et spero, quod cito transibit per Ianuam, et *videbitis* eum, *et gaudebit cor vestrum*, quia consolabitur vos'[3]. Post paucos vero dies frater *Maii* 13. Raynaldus episcopus reversus est de Lugduno et in die ascensionis et[c] predicavit populo et celebravit cum mitra in ecclesia fratrum Minorum Ianuensis conventus; et ego iam eram sacerdos[4] et servivi sibi ad missam, quamvis[d] essent ibi diaconus et subdiaconus ceterique ministri. Et optimum prandium dedit fratribus de piscibus marinis et aliis rebus, et in refectorio familiariter *Maii* 14. manducavit nobiscum. Sequenti vero nocte post matutinum frater Stephanus Anglicus fratribus predicavit audiente episcopo, et inter alia sua verba melliflua, que dicere solitus erat, narravit quoddam breve exemplum ad confusionem episcopi, dicens[b]: 'Bene quadam vice quidam frater laycus frater[e] Minor, sanctus homo, in **f.* 344d. Anglia de paschali *cereo[f] dixit, quod, quando accenditur in ecclesia, ut ardeat, resplendet et illuminat, quando vero imponitur ei cornu, extinguitur et fetet. Sic est de aliquo fratre Minore. Quando in ordine beati Francisci bene accenditur et ardet amore divino, tunc bene resplendet et alios illuminat per bonum exemplum. Consideravi heri in prandio, qualiter episcopus noster passus est, quod fratres sui genuflecterent coram eo, cum sibi in mensa fercula apponebant. Et ideo bene convenit ei quod frater ille 'de paschali cereo dixit'. Audiens hec episcopus ingemuit et finito sermone genibus flexis rogavit fratrem Bertholinum custodem, qui erat dulcis homo et postea fuit minister, ut licentiam loquendi sibi dignaretur concedere; porro provincialis[5] presens non erat. Qua obtenta excusavit se valde

a) *sic c. cum longa littera* j. b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) et *delendum videtur.* d) *sequitur littera hoc loco erasa.* e) *sic iterum c.* f) *penna cum nova columna mutata.*

1) *Namtelmus.* 2) *I. e. eius affinis vel cognatus est; saepe enim hanc vim habet* attinere *apud Sal. Eadem de Buiolo dicta sunt infra f.* 395[d]. 3) *In v.* 13. *Isaiae, qui praecedit versui hoc loco exscripto, legitur:* ego consolabor vos. 4) *Cf. supra f.* 341[d], *p.* 316. 5) *Minister Namtelmus.*

*F.* CCC45[a]. Quod episcopus Taurinensis reprehendit fratrem Rainaldum, ex eo quod episcopatum receperat.

*F.* 345[b]. Qualiter responsum fuit Taurinensi episcopo cum scriptura divina et cum verbis Innocentii.

---

bene dicendo, quod revera iam fuerat cereus accensus, ardens, resplendens et 1249. *Maii* 14.
illuminans in ordine beati Francisci, dando intuentibus bonum exemplum, sicut
scit frater Salimbene[a], qui duobus annis mecum habitavit in conventu Senensi[1],
et vere cognoscit, qualem conscientiam habent fratres de Tuscia de preterita vita
mea. Et etiam fratres istius conventus qui sunt antiqui conversationem meam
noverunt, quia pro isto conventu ad studendum Parisius missus fui. Si fratres
fecerunt michi honorem in prandio genu flectendo, non ex ambitione mea pro-
cessit, quia satis dixi eis, ne talia facerent; nec erat meum cum baculo percutere
eos, nec eis precipere poteram nec audebam. Quapropter habeatis me excusatum,
rogo, amore Dei, scientes, quod in me nulla fuit ambitio nec gloriatio vana.
Cognosco enim quod dicit scriptura divina Eccli. XI*: *In die honoris tui ne ex-* *v. 4.
*tollaris.* Et iterum alibi dicit: *Pascet et potabit ingratos *et ad hec amara audiet,* *f. CCC45[a].
Eccli. XXIX*'. Et talia dicens, genibus flexis, me vidente et audiente, dixit *v. 32.
culpam suam, si alicui malum dedisset exemplum, et promisit, quod quam cicius
posset cornua violenter sibi imposita removeret a se[b]. Et post hec recommendavit
se fratribus, et sic deduximus eum causa honoris et associavimus usque ad quoddam
monasterium monachorum alborum prope Ianuensem urbem[2], ubi erat quidam
senex, qui voluntarie episcopatum Taurinensem dimiserat[3], ut in illo claustro sibi
et Deo liberius[c] posset vacare[b]. Hic cum audisset, quod frater Raynaldus[d] magnus
clericus esset et noviter factus fuisset episcopus, suspiravit et dixit ei: 'Miror te
prudentem virum ad tantam stulticiam devolutum, ut episcopatum susciperes, cum
esses in nobilissimo ordine, scilicet beati Francisci, qui est ordo fratrum Minorum,
ordo perfectionis eximie, in quo *qui perseveraverit usque in finem,* procul dubio *sal-* *Matth.* 24, 13.
*vus erit.* In quo etiam ordine melius erat tibi *humiliari cum mitibus quam dividere*
*spolia cum superbis,* Prover. XVI*[b]. Visum est michi, quod tu multum erraveris *v. 19.
et quasi apostataveris, quia, cum esses in statu perfectionis et in vita contempla-
tiva, ad activam redisti[e]. Unde Dominus per prophetam dicit, quod etiam *Abac.* 2, 4.
apostolus repetit ad Hebreos X*: *Iustus meus ex fide vivit. Quodsi subtraxerit se,* *v. 38.
*non placebit anime mee.* Nam et ego episcopus fui similis tibi. Cumque viderem,
quod fatuitates clericorum meorum non possem corrigere, qui *ambulaverunt post* *Ier.* 2, 5.
*vanitatem et vani facti sunt, elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea.* Dimisi *Iob* 7, 15.
igitur episcopatum et clericos meos et volui potius salvare animam meam quam
me et illos *perdere in gehennam.* Et hoc feci exemplo beati Benedicti, qui deseruit *Matth.* 10, 28.
aliquos monachos, eo quod ipsos discolos invenisset et malos'[f, 4]. *Cum autem *f. 345[b].

a) Salibn *h. l. c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) erius posset ua *a Sal. post in marg. add., antea* ua *loco sillabae* lib *fortasse eraso.* d) *penna mutata in media voce a* naldus *in novo versu scripto.* e) *sic c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *A.* 1241—1243. 2) *S. Andreas de Sexto vel de Sigestri (Sant' Andrea di Sestri) solum monasterium ordinis Cisterciensis prope Ianuam erat, sed hoc ad occidentem ab urbe sex miliariis distans ad mare situm erat. Cum vero episcopus Ianua ad episcopatum suum Reatinum proficisceretur, ut Sal. infra narrat, oportuit eum Ianua orientem versus ire. Nescio an Sal. memoria lapsus sit.* 3) *Ugutio, qui a.* 1243. *episcopatum resignaverat. Cf. F. Savio, 'Gli antichi vescovi d'Italia' I, p.* 372. 4) *Gregorii M. Dial. II,* 3.

*F.* 345[c]. Quod sex sunt illa, per que cedendi episcopus potest licentiam postulare.
*F.* 345[d]. Quod frater Rainaldus resignavit episcopatum domno pape coram cardinalibus suis.

---

1249. Maii 14. verba huiusmodi audisset frater Rainaldus, non respondebat, cum esset litteratus
et multum argutus, quia audiebat quod audire volebat, et quia cognoscebat, quod
*v. 30. episcopus verum dixisset. Dicit enim scriptura Eccli. IIII*: *Non contradicas verbo*
Prov. 26, 5. *veritatis ullo modo*[a]. Tunc respondi et dixi Taurinensi episcopo, *ne sibi sapiens esse*
*videretur:* 'Pater, ecce dixisti, quod clericos tuos dimisisti; sed considera, si bene
*v. 17. fecisti. In Zacharia enim habetur: *O pastor et ydolum derelinquens gregem,* Za. XI*.
*v. 20. Et in Ieremia sic dicitur: *Ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclitum tuum?* Iere. 13*.
Innocentius etiam papa III. inter multa alia, que dixerat, dixit cuidam episcopo, qui
episcopatum recusare volebat, Decretalium libro I, *De renuntiatione*[1] rubrica: *Nec*
Innocentius. *putes, quod ideo Martha malam partem elegerit, que circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea, quoniam, licet*[b] *illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera. Et licet illa magis suavis, hec tamen magis utilis, cum in fecunditate sobolis lippitudo Lye Rachelis pulcritudini sit prelata; quamvis simul in unum et contemplativus esse valeas et activus legislatoris exemplo, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum maiori cerneret libertate, nunc vero descendebat in castra, ut cum utilitate necessitatibus populi provideret. Quapropter facilius indulgetur, ut ascendat monachus ad presulatum, quam presul ad monachatum descendat*[a]. Et infra[2]: *Monemus itaque, ut laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te recipere, qui sibi apud te divertenti spreverisses cum Martha sollicita ministrare. Quia vero*
*f. 345[c]. *in postulando cedendi licentiam institisti, te tibi*[c] *du*ximus relinquendum, ut distinctis causis, propter quas cedere oporteat, si propter aliquam causam utilem et honestam in huiusmodi proposito persevereres, de licencia nostra cedas. Alioquin cedendi licentiam auctoritate apostolica tibi scias esse penitus interdictam, quoniam, et si pennas habeas, quibus satagas in solitudinem advolare, ita tamen atrite*[d] *sunt nexibus pre-*
N[ota]. *ceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum*[a]. Causas autem, propter
quas papa Innocentius III. iudicavit cedendum, superius posuit[3], ubi dixit: *Intueri te utique volumus, quod hec sunt*[e] *illa, per que cedendi episcopus potest licentiam postulare*[a]*: Conscientia criminis. Debilitas corporis. Defectus scientie. Malicia plebis. Grave scandalum. Irregularitasque persone. Sed in his omnibus est observanda cautela'*[a]. Cum igitur talia perorassem[4],
audiebant hinc inde episcopi. Frater[f] vero Rainaldus nichil respondebat ad ista,
ne videretur in episcopali offitio delectari. In mente vero sua disponebat deponere
onus impositum, quam cicius sibi tempus occurreret oportunum. Ivit igitur ad
episcopatum suum. Cumque ibi fuisset, venerunt canonici ad ipsum videndum.
Et dixerunt ei de quodam concanonico suo iuvene et lascivo, qui magis laycus
quam clericus[g] videbatur. Siquidem capillos usque ad scapulas longos habebat
nec clericam volebat portare. Et traxit eum per capillos episcopus et alapam sibi
dedit. Et vocavit parentes ipsius et propinquos, qui erant nobiles, divites et
potentes, et dixit eis: 'Iste filius vester aut eligat vitam laycalem aut talem
habitum portet, per quem clericus videatur, quia, quod taliter vadat, penitus
sustinere non possum'[h]. Et responderunt parentes ipsius et dixerunt episcopo:
*f. 345[d]. 'Placet nobis, quod clericus sit, et quod faciatis de ipso *quicquid vobis honestum
videtur et bonum'. Tunc episcopus ipse met totondit sibi capillos et clericam

a) *sequitur* ¶ *minio scriptum.* b) licet *in marg. a Sal. suppl.* c) *sequitur* re, *quod delendum est, est enim prima sillaba sequentis verbi* relinq., *quod Sal. scribere hoc loco iam inceperat, sillabam delendam esse oblitus.* d) atricte, c *expuncto c.;* adstricte *Decret.* e) sunt *in marg. a Sal. suppl.* f) *penna mutata.* g) cler. *in marg. a Sal. suppl.* h) *sequitur* ¶ *atramento nigro scriptum.*

1) *Tit. IX, c.* 10, § 11. 2) *Ibid.* § 12. 3) *Ibid.* § 1. 4) *Sane non memoria tenuit hanc epistolam Innocentii, ut eam perorare potuisset frater Sal.*

*F.* CCC46[a]. De responsione quam fecit frater Rainaldus cuidam cardinali, quando ibat pro pane.

---

sibi fieri fecit per orbicularem figuram, rotundam et magnam, ut, in quo peccaverat prius, per posterius emendaret. Et contristatus est ipse, cui talia facta fuerunt, concanonici vero valde gavisi sunt. Cum autem frater Rainaldus opera clericorum salva conscientia dissimulare non posset, videns, quod ad viam honestatis et rectitudinis redire nolebant, summum pontificem adiit Innocentium quartum, qui Ianuam venerat[1], et resignavit dignitatem, quam sibi Lugduni con- 1251. tulerat[2], dicens, quod penitus decetero non esset episcopus. Papa vero, cum vidisset animi sui angustiam, promisit, quod absolveret eum, cum esset in Tuscia. Sperabat enim papa, quod forte frater Rainaldus adhuc voluntatem suam mutaret; quod minime fecit[a]. Venit autem frater Rainaldus et stetit Bononie multis diebus, sperans, quod papa inde transiret[3], ut iret in Tusciam[a]. Cum autem fuit Perusii[4], accessit frater Rainaldus ad papam et coram cardinalibus in consistorio offitium 1252. et benefitium resignavit, ponendo pontificalia, scilicet baculum, mitram et anulum, ad summi pontificis pedes. Et mirati sunt cardinales pariterque turbati, pro eo quod videbatur in hoc frater Rainaldus eorum statui derogare, quasi quod non essent in statu salutis in dignitatibus et prelationibus positi. Turbatus est etiam similiter papa, pro eo quod eum personaliter consecraverat, et pro eo etiam quod credebat se Reatine ecclesie virum ydoneum contulisse, sicut ab omnibus credebatur et erat. Et rogaverunt ipsum multum cardinales et papa, quod amore Dei *et *f. CCC46[a]. propter honorem ipsorum et propter utilitatem ecclesie et animarum salutem non recusaret. Et respondit eis, quod laborabant in cassum de materia ista rogando. Et dixerunt cardinales: '*Quid si angelus ei locutus est,* vel si ei Deus talia reve- *Act.* 23, 9. lavit?'[a] Tunc videns papa obstinatum animum eius dixit ei: 'Quamvis sollicitudinem et curam pastoralis regiminis habere non vis, saltem pontificalia remaneant tibi, et dignitatem et auctoritatem habeas ordinandi, ut ordo tuus de te quantum ad ista utilitatem aliquam consequatur'. Et respondit: 'Penitus nichil habebo'[a]. Absolutus itaque venit ad fratres, et accipiens saculum[b] sive peram vel sportam rogavit helemosinarium eádem die, qua fuit absolutus, ut eum pro pane duceret secum. Cumque sic iret mendicando per civitatem Perusii, occurrit sibi quidam cardinalis, qui a consistorio redibat, forte voluntate divina, ut videret, diceret et audiret. Et bene cognoscens eum dixit ei: 'Nonne melius tibi erat, si fuisses episcopus, quam ire per hostia mendicando? Nonne Dominus dicit, quod *beatius* *Act.* 20, 35. *est magis dare quam accipere?*'[c] Cui frater Rainaldus respondit: 'Sapiens in Proverbiis* dicit, quod *melius est humiliari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis*[c]. *16, 19. Ad[d] secundum dico, quod revera beatius est magis spiritualia dare quam mendicare ab aliis. Et hoc bene faciunt fratres Minores. Unde apostolus I. ad Cor. IX*: *v. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si carnalia vestra metamus?* Quasi diceret: "Non est magnum". Unde illud Ps.*: *Sumite psalmum et date tympanum,* *80, 3.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) paculum *corr.* saculum (peram *hoc loco Sal. scribere voluisse videtur*), *tum* c *superscripto (non a Sal., ut videtur, qui saepe* saculum *scripserit) corr.* sacculum *c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Ad ⸗ (secundum) *non certe legere potui.*

1) *Ubi a.* 1251. *Maii* 18 — *Iun.* 26. *moratus est.* 2) *A.* 1249. *Mart. April.; cf. supra f.* 343[d]. 344[a], *p.* 322. 3) *Per Bononiam transiit papa a.* 1251. *Oct.* 11—28. 4) *Ubi papa a.* 1251. *Nov.* 5 — 1253. *Apr.* 27. *moratus est.*

*F.* 346[b]. Quod frater Rainaldus obiit in conventu Senensi et unum paraliticum liberavit.

*F.* 346[c]. De abbate Brittinorii, qui fuit germanus fratris Rainaldi et litteratus et sanctus homo et fratrum Minorum amicus et precipuus benefactor.

---

1252. id est *sumite spiritualia et date temporalia'*[a, 1]. Et addidit frater Rainaldus: 'Nove-
*f. 346b. Ps. 39, 18. ritis, re*verende pater, quia scriptura dicit: *Ego autem mendicus sum et pauper, et*
Ps. 87, 16. *Dominus sollicitus est mei.* Et iterum: *Pauper sum ego et in laboribus a iuventute*
*v. 4. 5. *mea.* Sed video, quia, sicut dicit beatus Iob XII*: *deridetur iusti simplicitas, lampas*
*contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum.* Sed nichil horum
*v. 18. 19. vereor, et nichil mea interest, quia apostolus dicit I. ad Cor. III*: *Si quis videtur*
*inter vos sapiens esse, in hoc seculo stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim huius*
*v. 15. *mundi stulticia est apud Deum*[b]. Et iterum ipse Dominus dixit Luc. XVI*: *Quod*
*hominibus altum est, abhominatio est ante Deum.* Quapropter viam, quam didici in
*v. 5. 6. ordine beati F[rancisci], conservabo usque in finem, quia beatus Iob dicit XXVII*:
*Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, et iustificationem meam, quam cepi*
*tenere, non deseram.* Verumtamen *unusquisque proprium donum habet ex Deo. Unus*[c]
*v. 7. Ps. 19, 8. *quidem sic, alius vero sic,* sicut dicit apostolus I. ad Cor. VII*. Sed *hi in curribus,*
*et hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri* sperabimus'[a]. Audiens hec omnia
cardinalis et cognoscens, quia Deus locutus est in sancto suo, divertit ab eo et
sequenti die in consistorio pape et cardinalibus retulit universa que ab episcopo
mendicante didicerat. Et miratus est papa cum cardinalibus suis[b]. Frater vero
Rainaldus dixit generali ministro fratri Iohanni de Parma, ut mitteret eum ad
habitandum quo vellet. Et misit eum ad conventum Senensem, ubi cognoscebatur
Nov. 1. Dec. 25. a multis[2]. Et fuit ibi a festo omnium sanctorum usque post Christi nativitatem,
4. Reg. 13, 14. et sic obiit et ivit ad Deum[3]. Cumque infirmaretur *infirmitate,* de *qua mortuus*
*est,* erat Senis quidam canonicus maioris ecclesie, qui per sex annos paraliticus
in[d] lecto iacuerat, et tota mentis devotione se recommendaverat fratri R[ainaldo][b].
*f. 346c. *Hic in somnis circa diluculum audivit quendam sibi dicentem: 'Noveris, quod
frater Rainaldus transivit ex hoc mundo ad patrem, et meritis ipsius tibi Deus
plenam contulit sanitatem'. Qui statim evigilans, cum se sensisset plenarie libera-
tum, vocavit puerum suum, ut sibi porigeret[e] vestimenta. Et vadens ad cameram
cuiusdam amici et concanonici sui retulit ei miraculi novitatem. Qui ambo in
continenti festinanter venerunt ad fratres, ut narrarent eis miraculum tam apertum,
quod Dominus illa nocte meritis beati Rainaldi dignatus fuerat operari[f]. Cum-
que portam civitatis egressi fuissent, audiverunt fratres cantantes, qui corpus ad
ecclesiam deportabant. Et sic exequiis interfuerunt, et postea cum gaudio mira-
culum retulerunt[b]. Fratres[g] vero gaudentes dixerunt: 'Benedictus Deus in donis
Ps. 76, 15. suis et sanctus in omnibus operibus suis! Vere *tu es Deus, qui facis mirabilia*
Ps. 135, 4. 67, 36. *magna solus. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem et forti-*
*tudinem plebi sue, benedictus Deus!* Amen'. Hic fuit frater Rainaldus de Aretio
Eccli. 48, 15. ex ordine fratrum Minorum, episcopus Reatinus, qui *in vita sua fecit monstra et in*

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) alius *Vulg. et sic supra p.* 217, *l.* 19. d) iac. in lecto *corr.* in lecto iac., *et* erat *e corr. c.* e) *sic c.* f) operari *a Sal. in marg. suppl.* g) *penna mutata.*

1) *Haec ex glosa Bibliae assumpta esse dixit Sal. supra f.* 228[b]. 329[b], *p.* 50. 285, *ubi etiam alia hoc loco dicta.* 2) *Cf. supra f.* 344[d], *p.* 325. 3) *Eum igitur a.* 1252. *post Dec.* 25. *vel mense Ian. a.* 1253. *obiisse apparet.*

*F.* 346[d]. De captione regis Hencii, que facta est per Bononienses in territorio Mutinensi.
De[a] duobus sociis de Britania et de castro Britinorio.
*F.* CCC47[a]. De qualitatibus regis Hencii, et quod frater Albertinus de Verona lusit ad taxillos pro eo, ut custodes eius darent ei ad manducandum.

---

*morte mirabilia operatus est,* quia . . . . .[b] potius *humiliari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis.* Prov. 16, 19. Litteratissimus homo fuit, magnus lector in theologia, sollemnis et gratiosus[c] tam clero quam populo predicator, habens disertissimam linguam et nunquam cespitantem; magnifici cordis fuit[d]. cf. Is. 10, 12. Duobus annis[1] in conventu Senensi habitavi cum eo et in Lugdunensi et Ianuensi pluries eum vidi[2]. Hic me fecit fieri subdiaconum, cum adhuc esset privata persona[d]. Non possem credere alicui referenti, quod Tuscia talem hominem dare posset, nisi oculis meis ego ipse vidissem. Hic habuit fratrem germanum in ordine *Vallis Ambrosiane *f. 346[d] sive Umbrose, qui in Romagnola in monasterio Bertenorii[e] abbas fuit, sanctus, litteratus et bonus et fratrum Minorum intimus valde amicus. Cuius anima requiescat in pace! Nota[f], quod duo socii de Britania a curia Romana redibant, qui illuc iverant causa devotionis pro sanctuariis visitandis. Cum autem in Romagnola essent, locaverunt se in quodam monte in cellis, ut ibi vitam heremiticam agerent. Processu autem temporis congregate sunt ibi gentes ad habitandum et fecerunt ibi pulchrum castrum, quod usque in hodiernum diem Britinorium[e] appellatur ab illis heremitis, qui ibi primitus habitaverant, qui fuerant de Britania. Horum nomina aliquando scivi, sed modo memorie non occurrunt; pro sanctis habentur.

Anno[f] Domini M°CC°XLIX° erat potestas Ianuensium dominus Albertus Mala- 1249. volta de Bononia[3] et venit ad domum fratrum Minorum in die pentecostes[4] volens *Maii 23.* missam audire. Et ego eram ibi, et frater Pentecostes erat sacrista, homo sanctus, honestus et bonus; et cum vellet pulsare campanam amore potestatis, qui venerat, dixit potestas: 'Audiatis prius nova, que habeo, quoniam optimos habemus rumores[g]. Audistis[h], quod Bononienses die sexto exeunte Maio[i] ceperunt regem *Maii 26.* Hencium cum maxima multitudine Cremonensium et Mutinensium et Theutonicorum'. Erat autem rex Hencius, qui et Henricus, naturalis, id est non legitimus, filius Friderici imperatoris condam depositi, et erat valens homo et valde cordatus, id est magnifici cordis[5], et probus armatus et solatiosus homo, quando volebat, et cantionum inventor, et multum in bello audacter se exponebat periculis; pulcher homo fuit mediocrisque stature. Hic, quando captus fuit, *habebat *f. CCC47[a]. dominium Regii, Cremone et Mutine. Hunc per multos annos tenuerunt Bononienses in carcere in communis palatio usque ad ultimum diem vite sue. Cum autem quadam die custodes eius nollent ei dare comedere, ivit ad eos frater

a) *haec posterius quam praecedentia scripta sunt.* b) *vox erasa in c.;* voluit *supplendum videtur.* c) *sequitur iam h. l.* predicator *expunctum et linea perducta deletum.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) *sic h. l. c.* f) *penna mutata.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) Audiatis *Sal. scribere voluisse videtur.* i) maicio *c.*

1) *A.* 1241—1243; *cf. supra f.* 344[d], *p.* 325. 2) *In conventu Lugdunensi a.* 1249. *Mart. Apr., in Ianuensi a.* 1249. *Maii* 13. 14; *supra f.* 343[d]. 344[c]—345[c], *p.* 322. 324 *sqq.* 3) *Cf. Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 226. 4) *Memoria lapsus est Sal. Pentecoste a.* 1249. *fuit die Maii* 23, *Hencius demum Maii* 26. *captus est, ut infra recte relatum est. Dominica post pentecosten (Maii 30) factum esse potest quod Sal. hoc loco narrat.* 5) *Is.* 10, 12: magnifici cordis.

*F.* 347b. De domno Guidone de Sesso, et de his qui apud Arolam suspensi fuerunt, et de iniuriis et convitiis, que religiosis hi qui erant ex parte imperii intulerunt.

---

Albertinus de Verona[1], qui erat sollemnis predicator ex ordine fratrum Minorum, et rogavit custodes, quod sibi amore Dei et sui comedere darent. Qui cum deprecanti nullatenus acquiescere vellent, dixit eis: 'Ludam vobiscum ad taxillos, et si vicero, habebo licentiam dandi sibi comedere'. Factum fuit. Lusit et vicit deditque comedere regi familiariter stando cum eo[a, 2]. Et omnes qui audiverunt hoc commendaverunt fratris caritatem, curialitatem et liberalitatem. Porro ab 1249. isto conflictu, in quo fuit rex captus et de suo exercitu multi prostrati, aliqui evaserunt in fugam conversi, aliqui fuerunt interfecti, aliqui vero ad carceres ducti et in compedibus valde bene detenti[b]. Domnus vero Guido de Sesso, qui erat maior ex parte imperii in civitate Regina, fugiens periit et suffocatus est cum dextrario suo in sterquilinio leprosorum de Mutina. Hic pessimus inimicus *(Febr.)* erat contra partem ecclesie. Unde, cum quadam vice multi capti essent a rege[3] ex parte ecclesie in castro Arole[4], quod[c] est in episcopatu Regino, et ad suspendendum[d] iudicati fuissent vellentque confiteri, noluit indutias dare, ut confiteri possent, sed dixit eis: 'Non[e] habetis necesse confiteri, quia vos estis sancti, cum sitis ex parte ecclesie, et sic statim ibitis in paradisum'. Atque sic isto prohibente sine confessione fuerunt suspensi. Item veniebat ad domum fratrum Minorum[5] *f. 347b. cum aliis malefactoribus suis *tempore illo, quo inter ecclesiam[f] et rem publicam guerra valida erat, et congregatis fratribus in capitulo, requirebat a singulis, unde essent; et habebat notarium et faciebat nomina fratrum scribi et dicebat cuilibet: 'Vade tu viam tuam, et tu vade similiter viam tuam, et decetero nec in loco nec in civitate ista audeas apparere'. Et sic expulerunt omnes, exceptis paucis, qui locum custodiebant; quibus, quando ibant per civitatem pro suis necessitatibus mendicando, convitia et maledicta dicebant, quod litteras falsas portarent, et quod proditores imperatoris existerent; nec fratres Minores nec Predicatores transeuntes per viam audebant ingredi civitatem Mutine, Regii vel Cremone. Et si quando aliqui ignorantes aliquo casu ingressi fuissent, ad palatium communis adducti sub 3. *Reg.* 22, 27. custodia tenebantur, et *pane tribulationis et aqua angustie* diebus aliquibus *sustentati*, opprobriose de civitatibus fugabantur, expellebantur, tormentabantur et interdum interficiebantur. Nam in Cremona et in Burgo Sancti Donini tormentati sunt plures. In Mutina ceperunt fratres Predicatores, qui portabant ferramenta pro hostiis faciendis, et duxerunt ad palatium communis cum opprobrio magno, di-

a) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* c) *sic ed. Parm., sed* quod est *penitus evanuit, legi nequit.* d) suspenden *c.,* den *recenti manu atramento superlito renovatum, ut et alia verba huius columnae.* e) Na *scriptum videtur in c.* f) eccl. *in loco raso.*

1) *De quo vide supra f.* 266b, *p.* 137. 2) *Non, ut H. Blasius, 'König Enzio' (Breslau* 1884*) p.* 136 *sq., hanc narrationem veram esse credo. Non dicit Salimbene se ab Albertino ipso eam narratam audivisse, ideoque eam ab alio accepisse coniciendum est. Sane aliquid veri ei inesse concedendum est, sed non credendum est quod narrat, custodes regi cibos comedendos dare noluisse. Sane non ita Hencium a Bononiensibus tractatum esse patet ex epistola Hencii data a.* 1258, *quam edidit L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 302 *sq., nr.* 705. 3) *Hencio.* 4) *Hoc a.* 1249. *mense Febr. factum est; cf. 'Cronache Modenesi' p.* 51; *Ann. Placent. Gib. p.* 498, *qui referunt CXII captos laqueo suspensos esse* (circa centum *'Cron. Modenesi'); Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 515; *Reg. Imp. V, nr.* 3763. 5) *Reginorum.*

*F.* 347[c]. De Iuliano de Sesso, qui fuit pessimus persecutor ecclesie, et ideo percussit eum Deus.

*F.* 347[d]. Quod Parmenses et banniti de Regio multa mala fecerunt Reginis. De Crustinio, quod[a] inundavit et destruxit pontes suos.

---

centes, quod stampum[1] portabant ad monetam falsam et reprobam fabricandam[b]. Nec etiam suis fratribus parcebant, quorum propinqui ex parte imperii totaliter dicebantur esse et pertinaciter erant, nec non et ipsi. Nam frater Iacobus de Papia[2] ab eis fuit expulsus et ignominiose fugatus, et frater Iohannes de Bibiano et frater Iacobus de Bersello et multi alii. Et ut breviter dicam, in conventu 1247. Cremone omnes qui erant ex parte ecclesie licentia*ti fuerunt; et ego eram pre- *f. 347c. sens eo anno[3], quo Parma civitas mea, id est ex qua natus sum, rebellavit (Iun.) imperio. Processu vero temporis fratrem Hugolinum de Gavaça ad portam civitatis Regii diu detentum expectare fecerunt nec permiserunt intrare, cum tamen plures fratres germanos ex parte imperatoris in civitate haberet. Quid plura? Viri diabolici[4] erant[c]. Inter quos in malicia fuit precipuus quidam Iulianus de Sesso, qui fuit dominus legum, senex et *inveteratus dierum malorum*. Dan. 13, 52. Hunc rex Hencius fecit dominum Cremone, Regii et Mutine, ut esset iusticiarius. Et fecit suspendi aliquos ex illis de Foliano et multos alios fecit interfici, pro eo quod erant ex parte ecclesie[5]. Et inde gloriabatur et non nullis dicebat: 'Videte, quomodo tractamus istos latrones'[c]. Vere iste Iulianus menbrum diaboli fuit. Et ideo paralisi percussit eum Deus, et totus ex uno latere factus est aridus, oculusque eius de capite est egressus, ita tamen quod remanebat in pristino loco, et sicut sagitta apparebat exterius, quod videre orribile erat. Ita etiam factus est fetidus, quod pre nimio fetore nullus sibi apropinquare[a] audebat, excepta quadam iuvencula Theotonica, quam tenebat amasiam; cuius pulcritudo tanta erat, quod valde reputaretur severus, qui non eam libenter aspiceret. Iste Iulianus filius cuiusdam spurii fuit illorum de Sesso. De quo dicit propheta Ys. ultimo: *65, 20. *Puer C annorum maledictus erit.* Unde poeta[6]:

*Spurius ille puer nullum suadebit honestum.*

Nam in plena *concione quadam vice sive pluries dixit, quod melius erat calcem *f. 347d. comedere quam cum his qui erant ex parte ecclesie pacem habere. Ipse vero comedebat bonos capones, et pauperes homines moriebantur inedia. Quid plura? Non diu in hoc mundo durat malorum prosperitas. Nam *ascendunt usque ad celos* Ps. 106, 26. et postea *descendunt usque* in *abissos*, et *anima eorum tabescit in* multiplicibus *malis*[c]. Mutatus est ventus, et hi qui erant ex parte ecclesie prosperari ceperunt, quia is qui dormiebat Iesus surrexit et *imperavit ventis et mari, et tranquillitas* maxima *facta* fuit[c]. Matth. 8, 26. Iste vero miser fugatus et asportatus fuit de civitate Regina latenter[7], et totus 1265. fetidus, excommunicatus et maledictus, sine confessione, sine communione, sine satisfactione de hoc mundo recessit, vadens ad diabolum, patrem suum, cuius toto

a) *sic c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Ital.* stampo, Stempel. 2) *De quo vide supra f.* 337[d], *p.* 306. 3) *Cf. supra f.* 229[c. d], *p.* 53. *Salimbene non expulsus esse videtur, quia pater eius (et forte ipse tunc) partis imperialis fuerat.* 4) 3. *Reg.* 21, 13. ut viri diabolici. 5) *Cf. Reg. Imp.* V, *nr.* 13665. 6) *Henr. Septimell., De divers. fort. IV*, 153, *qui Amorem dicit.* 7) *Hoc a.* 1265. *factum esse videtur, cum illi de Sesso de civitate expellerentur: cf. Liber de temp. c.* 272, *p.* 529.

*F.* CCC48[a]. De domno Symone Iohannis[a] Bonifacii, qui fuit magnus preliator pro parte ecclesie tempore magne guerre.
De terremotu.
*F.* 348[b]. De obsidione Mutine, et de Icilino de Romano, qui cepit Hest et alias marchionis Hestensis terras.
De reedificatione Berselli.

---

tempore vite sue fuerat imitator[b]. Sepultus fuit in villa Campagnole in quodam fossato, sicut de quodam rege Iudeorum dicitur in Ieremia XXII[*]: *Sepultura asini sepelietur, putrefactus et proiectus extra portus Ierusalem.* (19.)

(*L. temp. c. 253. 1249.*) Item millesimo supraposito, scilicet M°CC°XLIX°, Parmenses cum bannitis Regii combusserunt pontem Sancti Stephani de Regio et pontem de porta Bernonis et burgum Omnium Sanctorum et burgum porte Bernonis [1]. Et Crustinium[c] inundavit et destruxit pontes suos et ivit usque Mutilénam X[a] die intrante Iunio [2]. (*Iun. 10.*) Et eodem anno in mense Augusti (*Aug.*) domnus Symon domni Iohannis Bonifacii de Manfredis [3] intravit Novem[d], Arolam et Sanctum Stephanum, que sunt terre sive ville *in episcopatu Regino. (**f. CCC48a.*) Hic ex parte ecclesie erat et fuit nobilis homo et pulcher et fortis, amicus meus et magnus bellator tempore magne guerre [4]. Et congregati sunt ad eum multi, qui erant amaro animo et de domibus suis expulsi, et sicut principem sequebantur[c, 5]. (*1. Reg. 22, 2. Iudic. 11, 3.*) Et divulgabatur nomen eius [6], quia multa faciebat digna relatu, conburendo, capiendo, destruendo, interficiendo, sicut malicia guerrarum requirebat tempore illo. Item eodem anno in mense Septembris inter nonam et vesperam terremotus magnus fuit. (*L. temp. c. 253. Sept.*) Et eodem anno Bononienses et banniti Mutine et Romagnoli obsederunt Mutinam et burgos conbusserunt et manganaverunt eam in mense Septembris. Et Ycilinus[f] de Romano cepit Est, quod est castrum marchionis Hestensis, et alias terras marchionis similiter cepit, quia Aço marchio erat cum Parmensibus, qui faciebant castrum Berselli. Et Mutinenses inierunt fedus cum Bononiensibus et habuerunt duas[g] potestates, unum[g] pro qualibet parte, et recuperaverunt omnes suos captivos, qui in compedibus tenebantur.

(*Iun. 13.*) Item[h] millesimo supraposito post festum sancti Antonii Paduani sive Hyspani, qui est ex ordine fratrum Minorum, de conventu Ianuensi recessi cum socio meo [7], et venimus Bobium et vidimus unam de ydriis Domini, in qua Dominus ex aqua vinum fecit in nuptiis. Dicitur enim esse una ex illis. Si est, Deus novit, cui nota *sunt omnia, aperta et nuda.* (*Hebr. 4, 13.*) In ea sunt multe reliquie. In altari monasterii Bobii est. Et sunt ibi multe reliquie beati Columbani, quas vidimus. *Post hec venimus Parmam, unde oriundi eramus, et ibi fecimus facta nostra. (**f. 348b.*) Post recessum vero nostrum de Ianua venit illuc generalis minister frater Iohannes[a] de Parma [8]. Cui fratres Ianuensis conventus dixerunt: 'Quare, pater, abstulistis nobis fratres vestros[i], quos miseratis huc? Gaudebamus amore vestro, quod hic

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) Crustuneum *Alb. Mil.* d) noue *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) Yçolinus *Alb. Mil.* g) *sic c.* h) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit in c.* i) *sic* (urōs) *scriptum in c.*

1) *Nescio, num haec Sal. noverit an e coniectura adiecerit, ut supra* pontem *addidit, quia Liber de temp. tantum habebat:* et de porta Bernone. *Etiamnunc est via Porta Brennone in urbe Regina.* 2) *Hoc die Parmenses burgos Regii combussisse tradit Liber de temp., ut videtur. Sed quia ibidem inordinate his de rebus relatum erat, Sal. inductus est, ut hoc die inundationem factam esse opinaretur.* 3) *Cf. supra f.* 284[b], *p.* 177, *n.* 7. 4) *Eadem fere vide infra f.* 404[d]. 5) *Cf. supra p.* 187, *l.* 22—24. *et p.* 211, *l.* 31. 32. 6) *Cf.* 2. *Paral.* 26, 8: et divulgatum est nomen eius; *cf.* 1. *Paral.* 14, 17. *Eccli.* 47, 17. 7) *Iohannino de Ollis.* 8) *A capitulo generali Mettensi, quod die Maii 23. et sequentibus*

*F.* 348[c]. De captione Lodoyci regis Francie, que facta est per Saracenos in partibus ultramarinis.
De humilitate regis Francie, et de restitutione Damiate, et de reedificatione terrarum multarum.

---

erant nobiscum, et quia boni fratres sunt et consolatorii et bene se habuerunt'[a]. 1249.
Tunc respondit minister et dixit: 'Et ubi sunt? Numquid non sunt in domo ista?'
Et dixerunt: 'Non, pater, quia frater Ruffinus, minister Bononie, revocavit eos ad
suam provinciam'. Tunc generalis dixit: 'Novit Deus, quod nichil scivi de ista
obedientia, immo credebam, quod essent in ista domo, et multum mirabar, quod
non veniebant ad me'. Postea invenit nos Parme et vultu iocundo dixit nobis:
'Multum discurritis, pueri, modo in Francia, modo in Burgundia, modo in Provincia,
modo in conventu Ianuensi, modo in Parmensi [habitare[b] disponitis]. Si
possem ita quiescere sicut vos, non tantum discurrerem'. Et dixi sibi: 'Vobis,
pater, incumbit[c] labor ambulandi ratione ministerii iuxta illud quod Dominus
apostolis dixit Io. XV*[d]: *Posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et f[ructus] vester* *v. 16.
*ma[neat]*. De Helya dicitur, quod ibat *quocumque eum ferebat voluntas*. III. Reg.
XIX*. De nobis vero sciatis, quod semper nobiscum fuit obedientia vera et pura'. *v. 3.
His auditis accepit satisfactionem. Diligebat enim nos. Cum autem fuimus
Bononie, quadam die in camera sua dixit fratri Ruffino ministro: 'Ego posueram
istos fratres in Ianuensi conventu, ut studerent, et tu removisti eos inde[a]'.
Respondit frater Ruffinus: 'Pater, hoc feci pro *consolatione eorum, quia miseram *f. 348[c].
eos in Franciam eo tempore, quo imperator Parmam obsidebat; ideo revocando
ipsos credebam eos consolari[e]'. Tunc dixi generali ministro: 'Ita fuit, pater, sicut
ipse dicit'. Tunc dixit sibi generalis: 'Locabis ergo[f] eos bene, ut sint consolati
et intendant studio et non tantum discurrant'. Respondit frater Ruffinus: 'Libenter,
pater. Faciam eis gratiam et consolationem amore vestro et amore ipsorum'.
Tunc retinuit socium meum Bononie, ut corrigeret sibi Bibliam suam, me vero
misit Ferariam, ubi continue habitavi septem annis, quod non mutavi locum[1].

Anno[g] Domini M°CC°L. captus est Lodoycus rex Francie, et maior pars ex- 1250. *(Apr. 6).*
ercitus Gallici, qui cum rege transfretaverat, a Saracenis est interfecta. Sed et
prius pestilentia et inedia multi periere. Habuerunt enim caristiam et penuriam
comestibilium rerum et victualium, nec talem dispositionem aeris habebant, qualem
in terra sua[e]. Ad ultimum vero reddita Damiata restitutus est rex et a Saracenis *(Maii 6).*
dimissus. Et rediens ad partes fidelium edificavit Cesaream Phylippi[2] et alias 1251.
multas terras, faciens muros et domos et turres. Cumque exercitus eius in IIII[or]
partes esset divisus diversis in locis propter huiusmodi opera facienda, irruerunt 1253.
Saraceni in uno istorum locorum super laborantes inermes et omnes interfecerunt[e].
Quod audiens rex, qui alibi erat, festinanter venit et fecit foveam fieri et pro-

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) hab. disp. *in marg. a Sal. suppl.* c) in9bit c. d) *penna mutata.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) g̊ (ergo) *a Sal. superscr.* g) *littera init.* A *minio picta.*

*diebus celebratum esse videtur (cf. Thomas de Eccleston coll. XV* (14), *Analecta Francisc. I, p.* 255*), Ianuam ivisse videtur generalis, forte postquam, ut conicio, papam iterum Lugduni visitavit: cf. supra f.* 335[d], *p.* 300, *et quae ibi n.* 6. *adnotari.* 1) *A.* 1249. *aut fere mense Iulio aut post Oct., ut videtur, ad a.* 1256. *Cf. supra f.* 279[d]. 337[d], *p.* 165. 306, *infra f.* 366[d]. *Vide etiam quae ad f.* 369[d]. *adnotari.* 2) *Potius muros Caesareae Palaestinae a.* 1251.

*F.* $348^{d}$. Quod hi qui erant ex parte ecclesie multa mala intulerunt Reginis. Et quod hi qui erant ex parte imperii debellaverunt Parmenses et carrocium eorum habuerunt et ex eis tria milia.

*F.* $CCC49^{a}$. Hic numerantur marchiones de Lupis, qui domni Bernardi Rolandi Rubei nepotes fuerunt.

---

1253. priis manibus sepelivit eos, nec laborem timuit nec fetorem aborruit[1]. Et mira-
bantur milites regis de tanta eius humilitate. Ideo bene congruit isti regi quod
*f. $348^{d}$. †v. 20. de Booz *in libro Ruth dicitur II†: *Benedictus sit a Domino, quoniam eamdem gra-*
*L.temp.c.*254. *tiam, quam prebuerat vivis, servavit et mortuis.* Item millesimo[a] supraposito in
1250. *Iun.* 15. mense Iunii, in sancto Vito fecerunt vastum Reginis Bononienses, Mutinenses, banniti Regii, Parmenses,
Romagnoli, Tuscani et Ferarienses a strata superius usque ad circas, et dederunt mercatum Parmen-
sibus. Et Regini iverunt ad Novem[b] et conbusserunt circam et vastaverunt undique et ceperunt
multos homines et iumenta. Et ceperunt Campagnolam cum ducentis[2] hominibus. Postea die
*Aug.* 18. Iovis post festum beate Marie virginis, id est XIIII[a] die exeunte Augusto, venerunt Parmenses
qui erant extra Parmam ex parte imperii et habitabant in Burgo Sancti Donini
contra Parmam cum Mutinensibus[c, 3] et cum Uberto Pelavisino marchione, qui
erat dux et capitaneus istius exercitus; et Parmenses, egressi de civitate cum
*ib.* carrocio contra eos, congressi sunt cum eis in loco qui dicitur Agrola[4], ubi condam
Victoria civitas fuerat. Et facta est pugna grandis in strata solummodo, quia
propter foveas ad agros exire non poterant; nec preliati sunt nisi milites hinc et
inde, id est ex utraque parte cuiuslibet exercitus, et non omnes, sed aliqui, quia
strata amplum bellum non capiebat. Et domnus Mons Lupus marchio, magnus
*Luc.* 11, 21. bellator et *fortis armatus*, de Parmensibus et Cremonensibus multos prostravit in
strata. Erat enim doctus ad bellum[5] et fortis et securus ut leo. Tandem pro-
stratus est ipse et interfectus in strata. Hic domni Bernardi Rolandi Rubei,
cognati pape Innocentii quarti, ex sorore nepos fuit cum aliis V[d] fratribus, qui
*f. $CCC49^{a}$. magni *barones fuerunt et habitabant in Parma in capite pontis. Primus
istorum domnus Hugo, secundus domnus Guido, tertius domnus Rolandus, quartus
domnus Mons, de quo presens est sermo, quintus domnus Gottefredus. Hic fuit
in ordine Templariorum magnus et potens et multum reputatus, eo quod marchio
esset. Omnes supradictos vidi et cognovi, et dicebantur marchiones Lupi de
Soragna, que villa erat, in qua possessiones habebant, distans inferius a Burgo
Sancti Donini per miliaria V. Porro Parmenses qui erant extra Parmam ex
parte imperii videntes, quod in supradicto conflictu sui inferiores esse ceperunt,
giraverunt ex latere et fecerunt insultum contra civitatem currendo et clamando:

a) ℂ Item ℂ millesimo *c.* b) noue *c.* c) *nonnulla verba huius loci alio atramento post renovata sunt.* d) *numerum non satis certo legere mihi visus sum, haud tamen dubius est, cum infra quinque fratres recenseantur;* suis *male ed. Parm.*

1) *Cf. Joinville ed. N. de Wailly* § 582; '*Vie de St. Louis par le confesseur de la reine Marguerite*' *c.* 11, *SS. rerum Gall. XX, p.* 99 *sq.: Guill. Carnot. Vita Ludovici IX, ibid. p.* 31 *sq. Nihil fere Sal. de his rebus ab ipso perplexe narratis compertum habuit. Cum Sidon civitas a Saracenis a.* 1253. *Ian. invaderetur, multi interfecti sunt, quos rex sepeliendos curavit.* 2) *Liber de temp.:* CCLX. 3) *Mutinenses non fuerunt in isto proelio, qui a.* 1249. *cum Bononiensibus pacem fecerant. Sal.* Cremonenses *infra ipse recte scripsit et Liber de temp. c.* 254 (Cremonenses ceperunt carocium *etc.) habet. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13771a. 4) *Cf. supra f.* $291^{b}$. $342^{d}$, *p.* 194. 319, *ubi locus hic vel* contrata *dicitur Grola, ut etiam in Libro de temp. c.* 251. 5) *Cf. supra p.* 43, *n.* 5; *Cant.* 3, 8: ad bella doctissimi.

*F.* 349[b]. Quod processu temporis mirabiliter ulti sunt Parmenses de his qui tempore guerre intulerant eis mala.

---

'Ad civitatem, ad civitatem!' Populares vero, qui de Parma ad bellum exiverant, (1250. *Aug.* 18.) hoc audientes, dimisso carrocio et militibus suis in strata, qui fortiter dimicabant, cum magna fuga in civitatem reversi sunt. Quam cum[a] intrare vellent, fractus est pons in circa, et multi sunt in fovea suffocati. Domini autem nutu factum est, ut non auderent hostes ingredi civitatem, quia beata virgo, que honoratur in ea, noluit deserere suos. Verumtamen peccatis exigentibus et tempore taliter percurrente Parmenses intrinseci infortunium habuerunt. Et ceperunt hostes eorum carrocium, quod derelictum erat in strata, et ex eis tria milia[b] et multos milites (*L. temp. c.* 254.) ibi fecerunt[c]. Potestas Parmensium de civitate erat tunc temporis domnus Catellanus de Carbonisiis[1] de Bononia, qui non fuit captus, quia optime scivit sibi cavere. In glarea fluminis Tari ligaverunt captivos, ut dixit *michi domnus (**f.* 349[b].) Glarattus, qui ibi[d] fuit ligatus. Et tot videbantur, quod credebat, quod omnes Parmenses capti fuissent[2]. Duxerunt autem eos Cremonam et in compedibus et in carceribus posuerunt, et ut se redimerent, et vindictam ex eis facerent, ludibria multa exercuerunt in eos. Et suspendebant eos in carceribus per manus et per pedes et extrahebant eis dentes terribili et horribili modo et buffones ponebant in ore ipsorum. Et inventores novorum tormentorum tunc temporis extiterunt. Et Cremonenses pessimi fuerunt contra Parmenses captivos, sed et Parmenses qui erant ex parte imperii deteriores fuerunt inventi[e]. Fecerunt enim contra illud quod Dominus precipit Levitici XIX*: *Non queras ultionem nec memor eris iniurie* (**v.* 18.) *civium tuorum.* Et iterum Eccli. X*: *Omnis iniurie proximi ne memineris et nichil* (**v.* 6.) *agas in operibus iniurie.* Quod male servaverunt, quia multos ex eis occiderunt[f]. Quapropter pro Parmensibus qui erant ex parte ecclesie, quibus talia acciderunt, congrue potest dici quod legitur II. Macha. VI*: *Obsecro autem eos qui hunc librum* (**v.* 12. 13.) *lecturi sunt, ne aborrescant propter adversos casus, sed reputent ea que acciderunt non ad interitum, sed ad correctionem*[g] *generis esse nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est inditium* et cetera. Processu autem temporis mirabiliter ulti sunt Parmenses qui erant ex parte ecclesie tam de Cremonensibus, qui talia fecerunt, quam de Parmensibus qui habitabant in Burgo Sancti Donini, et de Pelavicino similiter, iuxta verbum quod scriptum est: *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem* (*Ps.* 136, 8.) *tuam, quam retribuisti* **nobis.* Et iterum Iere. L†: *Preparamini contra Babylonem* (**f.* 349[c]. †*v.* 14–16.) *per circuitum. Omnes qui intenditis*[h] *arcum debellate eam. Non parcatis iaculis, quia Domino peccavit. Ultionem accipite de ea. Sicut fecit, facite ei. Disperdite satorem de Babylone et tenentem falcem in tempore messis a facie gladii columbe.* Item Ys. XIIII*: *Perdam Babylonis nomen et reliquias et germen et progeniem, ait Dominus*[e]. (**v.* 22.) Item in persona ecclesie dixerat Ieremias in Trenis I*: *Omnes inimici mei audierunt* (**v.* 21. 22.)

a) cum *a Sal. in marg. suppl.* b) *supple* pedites *ex Libro de temp.* c) *sic c. pro* ceperunt, *ut Liber de temp. p.* 521. *habet, Sal. procul dubio vocem* interfecerunt *in mente habente.* d) ibi *a Sal. superscr.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) correptionem *Vulg.* h) tenditis *Vulg.*

1) Castelanus domine Hostie *Ann. Parm. mai. p.* 675. 2) *Secundum Ann. Parm. mai.* 1575 *capti sunt;* 50 *milites et* 2000 *pedites secundum Ann. Placent. Gib. p.* 502; 2000 *etiam secundum Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 820, *et Cremon., SS. XXXI, p.* 18; 3000 *pedites et multi milites secundum Alb. Milioli Liber de temp. c.* 254, *quod ipse Sal. l.* 10. *repetivit.*

*F.* 349[d]. De corpore Domini tractatur hic incidenter et decenter usque ad locum illum, ubi scribitur[1]: *Fridericus secundus imperator condam* et cet.

---

*malum meum, letati sunt, quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, et fient*
*similes mei. Ingrediatur omne malum eorum coram te, et devindemia eos, sicut vindemiasti*
*v. 3. *me propter omnes iniquitates meas.* Ad idem facit quod dicit Iere. II*: *Omnes*
*qui devorant eum,* scilicet populum divino cultui mancipatum, *delinquunt, mala*
*venient super eos, dicit Dominus.* Quod patuit in rege Hencio, quando a Bono-
1249. niensibus captus fuit cum Cremonensibus et Theotonicis suis. Et quidem iuste,
quia prelatos ecclesie, qui ibant ad concilium tempore pape Gregorii noni, cum
1241. Pisanis ceperat in mari Pisano[2]. Et sic impleta est imprecatio illa, quam Ecclesiasticus
. 11. 12. fecerat, dicens Eccli. XXXVI*: *Qui pessimant plebem tuam, inveniant perditionem. Contere*
*caput principum inimicorum dicentium: 'Non est alius preter nos'.* Ad hanc vindicte materiam
*v. 5. pertinet quod Dominus Moysi dixit Exo. XXXIII*: *Loquere filiis Israel: Populus dure*
*cervicis es. Semel ascendam in medio tui et delebo te.* Nota, quod est duplex ascensus,
scilicet ab inferioribus ad superiora et ab occultis ad manifesta. De primo dixit Dominus
*v. 12. †f. 349[d]. ad Moysen Exo. XXIIII*: *Ascende ad me in montem et esto ibi.* De secundo †Dominus
*v. 5. dicit Naum III*: *Revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam* et
*Exod.* 33, 5. cet. Cum ergo Dominus dicit: *semel ascendam in medio tui et delebo te,* comminatio est
captivitatis Babilonice vel Romane[a]. Multum dilata fuit ista responsio. Sed plus
dilata fuit responsio Domini. Cum enim dedisset Dominus manna Iudaico populo in
*v. 15. deserto, sicut habetur Exodi XVI*: *Filii Israel dixerunt adinvicem: Manhu? Quod signi-*
*ficat: quid est hoc?* Licet Moyses responderit eis tunc[b] dicens: *Iste est panis, quem dedit*
*Dominus vobis ad vescendum,* verius tamen[c] et melius respondit eis Dominus, cum dixit
*v. 26. Mat. XXVI*: *Hoc est corpus meum.* Prefiguravit enim illud manna dominicum corpus
triplici ratione. Quarum prima est, quia, sicut manna de celo datum fuit, sic et
dominicum corpus, cum celebratur[d] missa, cotidie datur de celo. De primo habetur
*77, 24. 25. Exo. XVI. Ideo dicit Ps.*: *Pluit illis manna ad manducandum et panem celi dedit eis,*
*panem angelorum manducavit homo.* De secundo habetur in quarto Dialogorum libro
Gregorius[e]. circa finem[3], ubi Gregorius ita dicit: *Quis enim fidelium habere dubium possit*
*in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Iesu Christi misterio angelorum*
*choros*[f] *adesse, summis ima sociari, terram celestibus iungi, unum quid*[g] *ex visibilibus et invisi-*
*v. 41. *bilibus fieri*[h]*?* Hinc ipse ait Io. VI*: *Ego sum panis vivus, qui de celo descendi.* Et
*v. 13. Io. III*: *Nemo ascendit in celum nisi*[i] *qui de celo descendit, filius hominis, qui est in celo.*

a) rōone *scriptum videtur in c.* b) tc̄ (tunc) *a Sal. in marg. suppl.* c) tn (tamen) *a Sal. superscr.* d) celebatur *corr.* celebratur *c.* e) .G'. *c.* f) coros *corr.* choros *c.* g) ununque *Greg.* h) e *legi nequit.* i) *sequitur* filius *delet.*

1) *F.* 352[a], *p.* 341, *l.* 27. 2) *Non Hencius rex in illo proelio fuit. Ut hoc crederet Sal., adductus esse videtur verbis bullae Innocentii IV, qua imperatorem in concilio Lugdunensi depositum esse pronuntiavit, MG. Epist. pont. sel. II, p.* 92, *LL. Sectio IV, Const. II, p.* 511, *ubi de hac re dictum est:* destinato Ensio filio suo cum multitudine galearum *etc. Quam bullam aliis locis Sal. exscripsit. Etiam Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 514 *sq. (p.* 515: Hic . . . prelatos cepit in mari Pysano ad concilium venientes*), cuius Cronicam et Sal. olim legisse videtur, et Matheus Paris., SS. XXVIII, p.* 215, *et auctor Annalium Bergomat., SS. XXXI, p.* 334, *iisdem verbis lectis commoti esse possunt, ut idem de Hencio assererent. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13370a. 3) *Cap.* 58.

*F.* CCCL[a]. Quod manna prefiguravit dominicum corpus triplici ratione.
Quod filius Dei in tribus locis dicitur totus esse.
Quod aliquando bonum est[a] communicare, aliquando bonum cessare, quod ostenditur Zachei et centurionis exemplo, quorum unus Dominum recepit letanter, alter se reputavit indignum.

---

Quod intelligitur 'propria virtute'. Unde illud Io. VI*: *Nemo potest venire ad me, nisi* *v. 44.
*pater, qui misit me, traxerit illum*[b]. Et nota, quod filius Dei *localiter* *est *in celo, per-* *f. CCCL[a].
*sonaliter in verbo, sacramentaliter in altari.* Verba sunt Innocentii pape tertii[1]. Cum
ergo dixit filius Dei: *Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit, filius hominis, qui* *Ioh.* 3, 13.
*est in celo,* intelligitur 'propria virtute', ut dictum est. Alioquin frustra dixisset Io. XIIII*: *v. 2. 3.
*Vado parare vobis locum. Et si abiero et preparavero vobis locum, iterum veniam*[c] *et accipiam*
*vos ad me ipsum, ut ubi sum ego et vos sitis.* Et iterum Io. XVII*: *Pater, quos dedisti* *v. 24.
*michi, volo, ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut videant claritatem, quam dedisti michi.*
Quod autem dixit: *qui est in celo,* cum homo esset et videretur et loqueretur in terra,
hoc ideo dixit, quia simul fuit viator et comprehensor. Unde illud Ps.*: *Simul in unum* *48, 3.
*dives et pauper.* Ascendendum autem erat ei, quia descenderat, sicut dicit apostolus
ad Ephe. IIII*: *Quod autem ascendit*[d], *quid est, nisi quia et descendit primum* quidem[e] *in* *v. 9. 10.
*inferiores partes terre? Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret*
*omnia.* Descensum filii Dei suis orationibus meruerant prophete iuxta illud Ps.*: *143, 5.
*Domine, inclina celos tuos et descende.* Dicit se exauditum: *Inclinavit celos et descendit*[f]. Item *Ps.* 17, 10.
Ys. LXIIII*: *Utinam dirumperes celos et descenderes, a facie tua montes defluerent,* id est *v. 1.
superbi humiliarentur videntes te in humana carne humiliatum. Unde subdit infra:
*Descendisti, et a facie tua montes defluxerunt.* Item Iere. XIIII*: *Quare quasi colonus futurus* *Is.* 64, 3. *v. 8. 9.
*es in terra et quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velud vir vagus et*[g]
*fortis*[h], *qui non potest salvare?* Quod autem dixit: *quasi viator* *declinans ad manendum,* *f. 350b.
hoc est quod dixit Osee XI*: *Declinavit ad eum, ait*[i] *vesceretur,* scilicet ad humanum *v. 4.
genus declinavit. Unde dixit Zacheo Luc. XIX*: *'Zachee, festinans descende, quia hodie in* *v. 5–7.
*domo tua oportet me manere'. Et festinans descendit et excepit illum gaudens. Et cum viderent,*
*omnes murmurabant dicentes, quia*[k] *ad hominem peccatorem divertisset.* Nota, quod centurio[l]
Domino dixit, quando ad domum suam[m] se iturum promisit, Mat. VIII*: *Domine, non* *v. 8.
*sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.* Ideo
nota, quod bonum est interdum recusare cum centurione, id est a communione abstinere,
quando homo se cognoscit et sentit indignum, et bonum est suscipere cum Zacheo,
quando homo cognoscit se dignum, id est quando non habet remorsum mortalis pec-
cati. Secunda ratio, quod[n] manna prefiguravit dominicum corpus, fuit, quia, sicut
de manna dicitur Exodi XVI*: *Nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus para-* *v. 18.
*verat, repperit minus, sed singuli iuxta id quod edere poterant congregaverunt:* sic de corpore
Domini dicitur et verum est, quod, sicut est in tota hostia totum, sic in qualibet parte
fracte hostie totum[2]. Unde potest dicere sumens quod dicit beatus Bernardus: *Totus*
*michi datus est, totus in meos expensus est usus.* De Domino dicit. Tertia ratio Bernardus[o].
est, quia, sicut de indigne servantibus et tractantibus manna dicitur, quod *scatere cepit* *Exod.* 16, 20.
*vermibus atque computruit,* sic de corpore Domini dicitur, quod non est indigne tractan-

a) ē (est) *a Sal. superscr. c.* b) eum *Vulg.* c) venio *Vulg.* d) a (autem) scendit *corr.* a|ascendit *c.* e) qd' (quidem) *in marg. a Sal. suppl.* f) descedet *corr.* (?) descendit *c.* g) ut *Vulg.* h) *haec vox atramento obruta certo legi nequit.* i) *sic c.;* ut *Vulg.* k) quod *Vulg.* l) centurio *penitus detritum certo legi nequit.* m) suam se *certo legi nequit.* n) qu, *ut videtur, c.* o) .B'. *c.*

1) *Mysteriorum missae l. IV, c.* 44, *Innocentii III. Opera (Coloniae* 1575) *I, p.* 396; *Migne, Patrol. Lat. CCXVII, col.* 886. 2) *Cf. ibid. IV, c.* 8, *Migne l. l. col.* 861.

---

*v. 27—29. dum neque sumendum. Unde apostolus dicit I. ad Cor. XI*: *Quicumque*[a] *manducaverit*
*f. 350c. *panem vel biberit ˋcalicem Domini*[b] *indigne, reus erit*[c] *corporis et sanguinis Domini. Probet*
*autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit*
*indigne, inditium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini.* Et nota, quod
*filii Israel XL annis comederunt manna, donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti*
*v. 35. *sunt, usquequo tangerent fines terre Chanaan,* sicut habetur in Exodo XVI*. Hoc est quod
*v. 12. habetur Iosue V*: *Defecit manna, postquam comederunt de fructibus terre, nec usi sunt ultra*
*illo cibo filii Israel, sed comederunt de fructibus presentis anni terre Chanaan.* Nota[d],
quod Dominus precepit Moysi, quod servaretur manna in memoriale signum, sicut
*v. 32—34. habetur Exodi XVI*: *Dixit autem Moyses: 'Iste est sermo, quem precepit Dominus: Imple*
*gomor ex eo, et custodiatur in futuras retro generationes, ut noverint panem, quo alui vos in*
*solitudine, quando educti estis de terra Egypti'. Dixitque Moyses ad Aaron: 'Sume vas unum*
*et mitte ibi man*[e] *quantum potest capere gomor et repone coram Domino ad servandum in*
*generationes vestras', sicut precepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum.* Simili modo ecclesiastici viri dominicum corpus reservant in ecclesiis et
oratoriis suis propter tria. Primo, ut pro infirmis possit haberi ad communicandum
eos, cum necesse fuerit. Secundo, ut exhibeamus ei reverentiam debitam et devotam,
ad quam quilibet Christianus tenetur toto tempore vite sue. Qui etiam potest Dei filio
*v. 2. dicere cum Tobia IX*: *Si meipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentie tue.*
*v. 7—9. †f. 350d. Hinc Ys. ait LXIII*: *Miserationum Domini recor†dabor, laudem Domini super omnibus que*
*reddidit nobis Dominus et super multitudinem bonorum domus*[f] *Israel, que largitus est eis secundum indulgentiam suam et secundum multitudinem miserationum suarum. Et dixi*[g]: *Verumtamen populus meus est, filii non negantes. Et factus est eis salvator. In omni tribulatione*
*eorum non est tribulatus, et angelus faciei eius salvavit eos. In dilectione sua et in indulgentia*
*sua ipse redemit eos et portavit eos et levavit eos cunctis diebus seculi.* Hinc Damascenus
Damascenus[h]. ait [1]: *Euge, o Christe, Dei verbum et sapientia et virtus et Deus omnipotens, quid*
*tibi pro his omnibus inopes nos retribuemus? Tua enim universa, et petis a nobis nichil quam*
*salvari, ipse et hoc tribuens et accipientibus gratiam sciens propter ineffabilem bonitatem. Tibi*
*gratia, qui esse dedisti et bene esse gratificasti, et eos qui ex hoc*[i] *eciderant rursus reducens ad*
*id propter ineffabilem condescensionem.* Tertio, quia Dominus promisit habitare nobiscum,
*v. 3. quod facit in sacramento altaris. Unde ait Iere. VII*: *Bonas facite vias vestras et studia*
*28, 20. *vestra, et habitabo vobiscum in loco isto.* Item Mat. ultimo*[k]: *Ecce ego vobiscum sum om-*
*v. 18. *nibus diebus usque ad consumationem*[l] *seculi.* Hinc Salomon ait II. Paralipo. VI*: *Ergone*
*credibile est, ut habitet Deus cum hominibus super terram?* Certe credibile est, quia *verbum*
*v. 14. *caro factum est et habitavit in nobis,* Io. I*. Et nota, quod aliqui sacriste semper

a) Q[i]93 *c.* b) dñi *a Sal. superscr.* c) erit *a Sal. superscr.* d) *penna mutata.* e) man *c.* f) domui *Vulg.* g) dixit *Vulg.* h) da9 *c.* i) h̉ (= hec) *c.* k) ult *c. saepe.* l) *sic c.*

1) *De fide orthodoxa IV, 4, Ioh. Damasc. Opera ed. M. Lequien I, p.* 256; *Migne, Patrol. Graeca XCIV, col.* 1110. *Versio Latina huius libri Iohannis Damasceni, quam Sal. vel is quem secutus est exscripsit, sive Burgundionis sive Roberti Grossae-testae (cf. supra f.* 307[a], *p.* 233), *non edita est.*

*F.* 351[b]. Quod manna multis rebus assimilatur.

---

in missa conventuali, quando fratres communicant, volunt mutare hostiam consecratam in piscide et in templo[1], in quo corpus Domini conservatur, et credunt bene facere, sed male faciunt propter IIII[or]. Et primo, quia misse offitium impeditur, et fratres gravantur, et seculares mirantur. *Secundo[a], quia ipsemet (*f. CCCLI[a].) sacrista, si est sacerdos, in una missa privata potest hoc facere cum duobus ceroferariis, etiam non presente conventu. Tertio, quia aliquando ponit hostias ex eadem fornata[2] cum prima, quam rémovet, quod est dicere: non fecit hostias novas. Et longe melius debet conservari hostia consecrata quam non consecrata, tum quia in pulchriori loco servatur, tum etiam quia in ea Deus est, [qui[b] est omnium conservator]. Patet hoc per exemplum. In Regina civitate (Exemplum.) destructa fuit quedam ecclesia, in cuius altari corpus Domini pro reliquiis positum fuerat, et ita invenerunt hostiam illam consecratam candidam et pulcram, ac si eadem die facta fuisset. Et tamen CCC[tis] annis steterat[c] ibi, sicut dicebat memorialis scriptura. Habui hoc ab ore fratris Peregrini de Bononia[3], qui interfuit et vidit. Non placet michi, quod corpus Domini in altari pro reliquiis includatur, sicut nunquam placuit quod beatus Benedictus fecit ponendo super corpus cuiusdam defuncti et ipsum sub terra sepeliendo cum eo[4]. Quarto et ultimo dicimus, quod male faciunt, quia Dominus, qui XL annis dederat manna filiis Israel, non precepit, quod servaretur in fine, quando debebat deficere, sed prima die, qua dedit. Et debebat servari in futuras generationes, et illud manna dominici corporis[d] erat figura. Quantó ergo magis veritas conservatur, presertim cum de ea scriptum sit: *Veritas Domini manet in eternum?* Si autem dixerit sacrista: (*Ps.* 116, 2.) 'Hostie consecrate superabundabunt aliquando, et ideo oportet nos eas reponere ubi corpus Domini conservatur': ad hoc potest haberi duplex cautela. Prima, quia in missa, in qua fratres communicare debent, debet ire acolitus, quando cantatur epistola, per chorum dinumerando fratres qui volunt communicare, et tot subdiaconus hostias super patenam ponere debet. Alia ratio est, *quia duo (*f. 351[b].) acoliti, qui pallam tenent, debent esse ultimi qui communicent, et si[e] hostie consecrate superabundant, sacerdos debet illis dare. Et notandum, sicut dicit magister[5] in Hystoriis, quod manna declinatur: Manna, -ne et Manna-tis, sicut pascha, pasce et pascha-tis. Notandum etiam, quod manna assimilatur rori et pruine et (*Exod.* 16, 31.) semini coriandri albo et simile et melli. Que omnia non vacant a misterio et optime adaptari filio Dei possunt. Nam filius Dei fuit ros ille, de quo dixit Ysaac filio suo Gen. XXVII*: *In pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua.* Pinguedinem (*v. 39. 40.) terre vere habuimus, cum *terra nostra,* scilicet virgo beata, *dedit fructum suum.* Nam (*Ps.* 66, 7. 84, 13.) *mons Dei mons pinguis.* Rorem habuimus, quando Deus pater vellus madidavit ex (*Ps.* 67, 16.) rore usque ádeo, quod Gedeon ex eo concam implevit, postmodum totam terram madefecit ex rore, ut habetur Iudic. VI*. Manifestum est, quod per[f] terram et vellus in- (*v. 37—40.) telligitur virgo beata, iuxta illud: *Descendet sicut pluvia in vellus,* et *terra nostra dedit* (*Ps.* 71, 6. 66, 7. 84, 13.)

a) *penna cum novo folio et novo sexternione mutata.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) stetā *corr.* steterat *c.* d) copis *c.* e) si *a Sal. superscr.* f) p (per) *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Ducange-Henschel non habet locum, quo haec vox eandem vim habeat, quam hoc loco.* 2) *Ital.* fornata, Backung. 3) *Iste est qui cronicam de ordine Minorum scripsit, quae quidem periit, sed in Chronica XXIV ministrorum generalium exscripta est; cf. de eo infra f.* 450[a]. 4) *Gregorii M. Dial. II,* 24. 5) *Petrus Comestor, Hist. scolast., Exod. c.* 34.

*F.* 351[d]. *

Ps. 64, 10. *fructum suum,* quia *Dominus* dedit *benignitatem.* De hac terra dictum fuit: *Visitasti terram*
*et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Item per rorem intelligitur filius Dei,
*v. 8. quem Ysaias desideravit dicens Ys. XLV*: *Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum,*
*aperiatur terra et germinet salvatorem, et iustitia oriatur simul. Ego Dominus creavi eum.*
*v. 19. De isto rore dicit[a] Ysaias Deo patri XXVI*: *Ros lucis ros tuus, et terram gygantium de-*
*14, 6. *trahes in ruinam.* [Item[b] ipse met filius Dei dicit Osee ultimo*: *Ero quasi ros, et*[c]
*Israel germinabit quasi lilium*]. Secundo assimilatur pruine, de qua habetur Eccli.
*v. 21. XLIII*: *Gelu sicut salem effundet super terram, et dum flaverit*[d], *fiet tamquam cacumina tri-*
*f. 351c. *buli.* In pruina her*be decoquuntur, et filius Dei in tribulationibus totus fuit decoctus. Unde
Ps. 118, 83. illud: *Factus sum sicut uter in pruina.* Ideo de sanctis innocentibus Augustinus dicit[1]: *Qui*
Augustinus. *iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos velut*
*16, 14. *primas erumpentes ecclesie gemmas quedam persecutionis pruina decoxit.* Item in Exodo*
dicitur, quod, *cum ros operuisset superfitiem terre, apparuit in solitudine minútum et quasi*
*v. 5. *pilo tunsum*[e] *in similitudine pruine super terram.* Et de filio Dei dicitur Ys. LIII*: *Ipse*
*autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Tertio
Exod. 16, 31. dicitur, quod manna *erat album quasi semen coriandri.* Et de filio Dei dicit sponsa in
*v. 10. Canticis V*: *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus.* Quarto assimilatur
simile, qui est flos farine triticee delicatissimus. Et filius Dei flos appellatur iuxta illud
*v. 1. Ys. XI*: *Egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet.* Iste flos de se
*v. 1. ipso dicit Cant. II*: *Ego flos campi.* De isto flore cantatur in prosa que est de planctu
virginis ad crucem[2]:

*Flos florum, dux morum,*
*venie vena,*
*quam gravis in clavis*
*est tibi pena.*

Bene ergo faciunt sacriste, quando de delicatissima frumenti farina faciunt hostias, quia
*v. 24. filius Dei grano frumenti se assimilavit Io. XII*, et quia manna, que fuit figura do-
minici corporis, similitudinem simile dicitur habuisse. Quinto et ultimo assimilatur
*v. 27. melli. Et sapientia increata de se dicit Eccli. XXIIII*: *Spiritus meus super mel dulcis, et*
*hereditas mea super mel et favum.* Item ab ecclesia de Christo cantatur: *De ore prudentis*
*f. 351d. †v. 31. *procedit *mel, dulcedo mellis est lingua eius.* Bene ergo dicitur in Exodo XVI†, quod
manna *erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi simile cum melle,* ex quibus fit
*v. 13. delicatissimus cibus. Unde illud Eze. XVI*: *Similam et mel et oleum comedisti, et decora*
*facta es vehementer nimis et profecisti in regnum.* Verba Domini sunt ad Ierusalem sive
*33, 9. ad animam. Ad hunc cibum manducandum invitamur a psalmista*: *Gustate et videte,*
*v. 4. 5. *quoniam suavis est Dominus.* Hinc apostolus dicit ad Hebreos VI*: *Gustaverunt donum*

*) *Alia non multo posteriore manu in marg. super. f.* 351[d]: Quod mana[f] dulcedini melis[f] asimilatur[f].

a) dic *c. pro* dic. b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) et *om. Vulg.* d) gelaverit *Vulg.* e) tusum in similitudinem *Vulg.* f) *sic c.*

1) *In sermone* 220. *perperam Augustino addicto, Opera ed. Maur.* (1731) *V, App. col.* 363. 2) *Edita a Kehrein, 'Lat. Sequenzen des Mittelalters' p.* 177, *nr.* 226, *etc., postremo a W. Meyer in 'Festschrift der Königl. Gesellschaft der Wiss. zu Göttingen' (Berlin* 1901*) p.* 125. *ex cod. Barano; quae incipit* Planctus ante nescia. *Cf. Chevalier, Repert. hymnolog. nr.* 14950 *(II, p.* 317*).*

*F.* CCCLII[a]. De decem infortuniis Friderici imperatoris condam.

---

*celeste et participes facti sunt spiritus sancti, gustaverunt nichilominus bonum Dei verbum virtutesque seculi venturi.* Item de seipso dicit ipse Dominus ad Augustinum[1]: *Cibus sum grandium, cresce, et manducabis me. Non ego mutabor in te sicut cibus carnis* | Augustinus. |
*tue, sed tu mutaberis in me.* Et revera talis est *mutatio dextere excelsi*, quando homo, qui *Ps.* 76, 11.
prius erat carnalis, totus efficitur spiritualis, quia gustato spiritu desipit omnis caro[2].

Et[a] quia manna dulcedini mellis assimilatur, videndum est, quid de melle sapiens dicit Prover. XXIIII[*]: *Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi*[b] *tuo.* *v. 13.
Et iterum Prover. XXV[*]: *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte*[c] *satiatus evomas* *v. 16.
*illud.* Item Prover. XXV[*]: *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui perscrutator*[d] *est maiestatis, opprimetur a gloria.* *v. 27.
Item mensura istius cibi, scilicet mannatis, erat gomor, sicut Moyses dicit Exodi XVI[*]: *Hic est sermo, quem precepit Dominus: Colligat* *v. 16.
*ex eo unusquisque quantum sufficiat*[e] *ad vescendum, gomor per singula capita.* Gomor autem decima pars est ephy[3]. Ephy [*]vero, sicut habetur Ruth II[†], tres modios capit. Modius *f. CCCLII[a]. †v. 17.
vas est, sicut apud nos appellatur sextarius vel mina. Unde Dominus dicit Luc. VIII[*]: *v. 16.
*Nemo autem lucernam accendens*[f] *operit eam vase.* In Mat. V.[*] sic habetur: *Neque accendunt* *v. 15.
*lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut lu[ceat]*[g] *omnibus qui in domo sunt.* Modius Parmensis octo sextarios capit, Ferariensis XX, quia plus habent de frumento[h]. Si igitur talis esset modius Iudeorum, non diceretur Ruth portasse sex modios ordei, quos Booz posuit super eam, sicut habetur Ruth III[*]. *v. 15.
De hac materia habetur Deutero. XXV[*]: *Non habebis in sacculo diversa pondera, maius et* *v. 13–16.
*minus, nec erit in domo tua modius maior et minor; pondus habebis iustum et verum. Et modius equalis et verus erit tibi, ut multo vivas tempore super terram, quam dominus Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim Dominus eum qui facit hec et aversatur omnem iniustitiam.* Sed de hac materia satis sit dictum. Iam[i] nunc ad Fridericum accedamus et de morte dicamus ipsius.

Fridericus[k] secundus imperator condam, quamvis magnus et dives et potens fuerit imperator, tamen multa habuit infortunia, de quibus aliqua sunt dicenda, que sunt hec. Primum eius infortunium fuit, quia filius eius Henricus primogenitus, qui post eum imperare debebat, contra voluntatem suam Lombardis adhesit; et ideo ipsum cepit et vinculavit et in carcerem posuit, et tandem mala 1235.
morte periit[4]. Ideo potuit dicere imperator illud Iob XIX[*]: *Quem maxime diligebam, adversatus*[l] *est me*[m]. 1242. *v. 19.

Secundum eius infortunium fuit, quia voluit suppeditare ecclesiam, ut tam papa quam cardinales ceterique prelati pauperes essent et pedites irent; et hoc non intendebat facere zelo divino, sed [*]quia non erat bene catholicus; | N[ota]. | *f. 352[b].
et quia multum erat avarus et cupidus, volebat habere divitias et thesauros ecclesie sibi et filiis suis; et quia volebat potentiam eorum deprimere, ne contra eum aliquid attemptarent. Et hoc referebat quibusdam secretariis suis, a quibus postea

a) *penna et atramentum mutata.* b) *sic c.* c) forte *in marg. a Sal. suppl.* d) scrutator *Vulg.* e) sufficit *Vulg.* f) accedes *c.* g) lu. *c.* h) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* i) *sub* Iam — ipsius *linea rubra ducta est in c.* k) *littera init.* F *minio picta.* l) auers. *corr.* aduers. (*sic et supra f.* 293[c]. *et infra f.* 353[a]); avers. *Vulg.* m) *sic h. l. cum Vulg.*

1) *Haec Sal. ex Iacobi Leg. Aurea c. CXXIV* (119) *exscripsit, ed. Grässe p.* 551; *cf. supra f.* 311[c], *p.* 244. 2) *Haec est sententia Bernardi Clarevall., Epist.* 111, *Opera ed. Mabillon (Paris* 1719*) I, col.* 120, *iam supra f.* 224[c], *p.* 41. *a Sal. usurpata.* 3) *Ut ait Petrus Com., Hist. scolast., Exod. c.* 34. 4) *Cf. supra f.* 242[d], *p.* 87.

*v. 8. fuit scitum. [Ideo[a] dicit Ecclesiasticus XIX°: *Amico et inimico tuo noli narrare
*sensum tuum, et si est tibi delictum, noli denudare*]. Sed non permisit Deus, ut suis
*v. 8. talia faceret, quia ipse dicit Zacharie II°: *Qui enim tetigerit vos, tanget pupillam
*oculi mei.*

Tertium eius infortunium fuit, quia voluit subiugare Lombardos et non
potuit, quia, quando habebat eos ex una parte, perdebat eos ex altera. *Obliqui
enim* sunt valde *et lubrici, dum aliud locuntur et aliud agunt, ut si velis anguillam
aut murenulam strictis tenere manibus, quantó fortius presseris, tantó citius elabitur*[1].

1245. Quartum eius infortunium fuit, quia papa Innocentius quartus deposuit eum
ab imperio in pleno concilio Lugdunensi et puplicavit[b] ibi omnes malitias et ini-
*v. 26. quitates ipsius. Unde illud Prover. XXVI°: *Qui operit odium fraudulenter, revela-*
*v. 19. *bitur malicia eius in concilio.* Tunc impletum est illud verbum Domini Ys. XXII°:
*Expellam te de statione tua et de ministerio tuo deponam te.*

1246. Quintum eius infortunium fuit, quia adhuc eo vivente imperium eius alteri
1247. datum fuit, scilicet langravio Turingie; quamvis mors eum de medio tulerit[2] cito,
tamen dolorem inde habuit Fridericus, quando vidit, quod eius imperium alteri
*v. 32. 33. tradebatur. [Unde[c] illud I. Reg. II°: *Videbis emulum tuum in templo in universis
prosperis Israel, ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua.* Item] tunc[d] impletum
*v. 20. 21. fuit quod Dominus dixerat Ys. XXII°: *In die illa vocabo servum meum Elyachim,*
*f. 352c. *filium Elchie, et induam illum tunica tua et cingulo tuo confortabo *eum et potestatem
tuam dabo in manus eius.* Verumtamen creditum fuit et dictum[3], quod fecerit eum
occidi; quod bene fecisset, quia malitiosus homo erat[4]. Unde impletum est illud
*v. 18–21. Dan. XI°: *Et cessare faciet principem opprobrii sui, et opprobrium eius convertetur in*[e]
*eum. Et convertet faciem suam ad imperium terre sue, et impinget et corruet et non
invenietur. Et stabit in loco eius vilissimus et indignus décore regio, et in paucis
diebus conteretur, non in furore neque in prelio. Et stabit in loco eius despectus, et
non tribuetur ei honor regius*[f]. Exponat et intelligat unusquisque verba supraposita
Danielis sicut vult, quia apostolus dicit[g]: *Unusquisque in suo sensu abundet,* ad
*v. 5. Romanos XIIII°.

1247. Sextum eius infortunium fuit, quando[h] Parma rebellavit sibi et totaliter
adhesit ecclesie, que fuit causa totius ruine ipsius.

1248. Septimum infortunium eius fuit, quando Parmenses ceperunt civitatem suam
Victoriam, quam fecerat iuxta Parmam, et conbusserunt et diruerunt et destruxerunt
*v. 8. 11. et foveas repleverunt, ita ut nullum appareret vestigium, iuxta illud Apoc. XVII°[i]:
Civitas *que fuit et non est*[k. 5]. Item ipsum turpiter fugaverunt cum exercitu suo
et multos ex eis occiderunt et multos captivos duxerunt in civitatem suam Parmam
*v. 2. iuxta verbum quod scriptum est Ys. XIIII°: *Erunt capientes eos qui se ceperant et
subicient exactores suos*[6]. Item expoliaverunt ipsum et totum habuerunt thesaurum

a) *uncis inclusa in marg. super. suppl. a Sal.* b) *sic c.* c) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* d) Tunc *c. cum littera maiuscula* T, *quia antea praecedentia non legebantur.* e) *sequitur* ipsum *expunctum et linea perducta deletum.* f) *sequitur* ₵ *atramento nigro scriptum.* g) dicit *in marg. a Sal. suppl.* h) q: *littera erasa corr.* q̃ *c.* i) *numerus in loco vacuo relicto a Sal. post suppl.* k) *sequitur* ₵ *minio scriptum.*

1) *Haec sunt verba Hieronymi praef. in Iob, Opera ed. Vallarsius (Veronae 1737) IX, p.* 1097/8 *sq., ubi:* Obliquus enim . . . totus liber fertur et lubricus, dum qui aliud loquitur, aliud agit, ut si *etc.* 2) *Cf. Col.* 2, 14: ipsum tulit de medio. 3) *Nemo praeter hunc, quod sciam, hoc dixit.* 4) *Scil. Fridericus.* 5) *Cf. supra f.* 298c, *p.* 212, *n. g.* 6) *Eadem vide supra f.* 294c, *p.* 203.

*F.* CCCLIII[a]. De logothéta, quid sit.

---

ipsius. Tunc impletum est illud propheticum Abachuch[a] II*: *Numquid non repente consurgent qui mordeant te, et suscitabuntur lacerantes te, et eris in rapinam eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis* *v. 7. 8. **propter sanguinem hominis et iniquitatem terre civitatis et omnium habitantium in ea.* *f. 352d. Item Ys. XXXIII*: *Ve qui predaris! Nonne et ipse predaberis? Et qui spernis, nonne et ipse sperneris? Cum consummareris depredationem, depredaberis, cum fatigatus desieris contemnere, contemnéris*[1]. *v. 1. Item vox Friderici potest esse illa que habetur Iob XIX*: *Spoliavit me gloria mea*[b] *et abstulit coronam de capite meo*[c]. *v. 9. Quod potest intelligi de papa Innocentio quarto, qui eum deposuit ab imperio, vel de civitate Parmensi, que ad litteram eum spoliavit et coronam ipsius abstulit de capite suo, quam invenit quidam Parmensis in civitate Victorie, cum destrueretur, et portabat eam[d] publice in manu sua, sed Parmenses abstulerunt eam sibi iuxta verbum quod scriptum est, Gregorius[e]: *Depredari desiderat qui thesaurum publice in via portat*[2]. Gregorius[e]. Hunc hominem vidi et cognovi, et coronam similiter vidi et in manu habui, et erat magni ponderis et magni valoris. Et Parmenses dederunt ei pro corona illa ducentas libras imperialium et unum casamentum iuxta ecclesiam sancte Christine, quod antiquitus fuerat equorum lavatorium et potatorium. Homo vero ille Curtus-passus dicebatur, eó quod parvus esset[3]. Et sequitur in Iob*, *19, 10–12. ut ab ipso Friderico singulariter conquerendo dirigatur sermo ad Deum vel ad papam Innocentium quartum vel ad ipsam civitatem Parmensem: *Destruxit me undique, et pereo, et quasi avulse arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, et sic me habuit quasi hostem suum. Simul venerunt latrones eius et fece*runt sibi viam per me et obsederunt in gyro tabernaculum meum.* *f. CCCLIIIa.

Octavum infortunium eius fuit, quando[f] principes et barones sui rebellaverunt contra eum, ut Tebaldus Franciscus, qui se inclusit in Cappacio[4], et postea male 1246. periit exoculatus et diversimode afflictus et interfectus ab eo; et Petrus de Vinea et plures alii, quos longum nominare foret. De quibus potuit dicere imperator illud verbum Iob XIX*: *Abominati sunt me condam consiliarii mei, et quem maxime* *v. 19. *diligebam, adversatus*[g] *est michi.* Iste, quem maxime dilexit, fuit Petrus de Vinea, quem de nichilo sublimavit, ita ut posset sibi dicere illud verbum quod habetur III. Reg. XVI*: *Exaltavi te de pulvere*[5]. Prius enim[h] erat pauper homo, et im- *v. 2. perator fecit eum dictatorem suum et appellavit eum logothetam, volens ipsum amplius honorare. Componitur quoque logós cum theta, quod est positio; et dicitur hic et hec logothéta, qui sermonem facit in pópulo vel qui edictum imperatoris vel alicuius principis populo nuntiat.

a) *sic h. l. c.* b) ma (mea) *a Sal. superscr.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) eu *c.* e) .G*. *c.* f) *penna mutata.* g) auers. *corr.* aduers. *c.; cf. p.* 200, *n.* e *et p.* 341, *n.* l. m. h) ėrat (erat *corr.* enim [ė] erat) *c.*

1) *Cf. supra f.* 295[b.c], *p.* 205. 2) *Hoc dictum Gregorii allatum est in Dialogo creaturarum c.* 53, *Grässe, 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des litter. Vereins in Stuttgart' CXLV, p.* 196. *Nescio, ubi inveniatur.* 3) *Haec omnia iam supra f.* 294[d]. 295[a], *p.* 203 *sq. iisdem fere verbis narrata sunt. A Thoma de Papia, SS. XXII, p.* 515, cerdo pauper *dicitur is qui coronam invenit.* 4) *Cf. supra f.* 284[b.c], *p.* 178, *ubi* Cappótio. 5) *Cf. supra f.* 293[b.c], *p.* 200.

*F.* 353[b]. De magno Pelavicini dominio, et quod unus gallus comedit oculum eius, quando puer erat.

Quod Parmenses vindicaverunt se de Pelavisino[a].

---

1249. Nonum eius infortunium fuit, quando filius eius rex Hencius a Bononiensibus captus fuit; quod fuit dignum et iustum, quia prelatos ceperat in mari, qui ad
*v. 11. concilium ibant Gregorii pape noni[1]. Unde Ys. III*: *Ve impio in malum! Retri-*
*v. 13. *butio enim manuum eius fiet ei.* Tali imprecatur Ecclesiastes VIII*: *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem Dei*[b]. Igitur non potuit non esse, quin imperator doloris gladium habuerit de filio suo tali tempore ab hostibus capto. Tunc enim ablata est omnis spes victorie sue[2].

Decimum et ultimum eius infortunium fuit, quando audivit, quod Ubertus
*f. 353b. mar*chio Pelavicinus melius habuit dominium Lombardorum, quam ipse unquam habere potuerit[3], quamvis fuerit ex parte sua. Et erat senex et gracilis et debilis et monoculus, quia, quando parvulus iacebat in cunabulis, unus gallus piçavit oculum eius, id est cum rostro de capite pueri extraxit et comedit.

[Istis[c] decem infortuniis Frederici[a] imperatoris condam possumus addere adhuc duo, ut duodenarium numerum habeamus. Primum, quia excommunicatus a papa Gregorio nono fuit. Secundum, quia ecclesia regnum Sicilie ei conabatur auferre. Et hoc sine culpa sua non erat. Cum enim misisset eum ecclesia ultra
1229. mare ad Terram Sanctam recuperandam, pacem cum Saracenis fecit sine Christianorum utilitate. Insuper et nomen Machometti fecit in templo Domini publice decantari[d. 4], sicut in alia cronica posuimus, ubi descripsimus XII scelera Friderici].

Habuit enim Pelavisinus[a] dominium istarum civitatum in Lombar- N[ota].
dia, scilicet Brixie, Cremone, Placencie, Terdone, Alexandrie, Papie, Mediolani, Cumis et Laude. Hoc nunquam potuit imperator. Porro de Vercellis et de Novaria et de Bergamo milites et pedites habebat, quando volebat[e], in expeditione sua, quando volebat exercitum congregare[f]. Similiter Parmenses dabant ei milites et pedites, quando volebat, magis ex timore quam ex amore, cum essent ex parte ecclesie, et ipse ex alia. Insuper redimebant vexationem suam dando ei annuatim duo milia librarum imperialium[5]. Considerabant enim, quod *omnia tempus habent,*
*v. 1. *et suis spatiis transeunt universa sub sole*[g], Eccle. III*, et quod *omni negotio tempus*
*v. 6. †v. 29. *est et oportunitas,* Eccle. VIII*. Item Eccli. I†: *Usque in tempus sustinebit patiens,*
*v. 6. *et postea redditio iocunditatis.* Hoc est etiam quod Dominus dixit Iudeis Io. VII*: *Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum.* Sed audi

a) *sic h. l. c.* b) Domini *Vulg.* c) *uncis inclusa in marg. infer. f.* 353[a. b]. *a Sal. suppl., sed nullo signo indicatum est, quo loco haec inserenda sint.* d) *sillaba* can *legi nequit, e coniectura sic scripsi.* e) *sic iam h. l.* quando vol. *ut iterum infra.* f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* g) coelo *Vulg.*

1) *Eadem fere verba supra f.* 349[c], *p.* 336. 2) *Cf. ad haec I. Ficker, Reg. Imp. V, nr.* 3775a. 3) *Dominium Uberti demum post obitum imperatoris stabilitum et dilatatum est.* 4) *Haec ex Innocentii IV. bulla depositionis, MG. Epist. pont. II, p.* 92, *LL. Sectio IV, Const. II, p.* 511 *sq.; Potthast nr.* 11733: olim existens in partibus transmarinis, facta compositione quadam, immo collusione verius, cum soldano Machometi nomen in templo Domini . . . publice proclamari permisit. 5) *A.* 1263. *mense Iulio hoc pacti sunt; Ann. Placent. Gib. p.* 514; *Ann. Parm. mai. p.* 678, *ubi dicitur non ipse Ubertus hanc pecuniam accepisse, sed amicos eius Parmenses eam habuisse relatum est.*

*F.* 353[c]. Quod Pelavicinus fuit homo cupidus dominandi, et quod destruxit consanguineos suos, qui ei dederant Cremone dominium.
*F.* 353[d]. De morte Friderici secundi imperatoris condam.
De multis decennariis.

---

quid dicit: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Simili modo fecerunt *Ps.* 74, 3.
cum Pelavicino Parmenses, quia, quando habuerunt tempus congruum[a], ulti sunt 1266.
de eo et diruerunt palatium, quod habebat in Parma in platea sancti Alexandri,
et palatium, quod habebat in Soragna ad modum castri[1], et abstulerunt ei terras
et villas, quas habebat in episcopatu Parmensi, *adhuc viventi et inde recupera- **f.* 353[c].
verunt denarios, quos dederant sibi. Unde primo Machabeorum XII.* dicitur: **v.* 1.
*Videns*[b] *Ionathas*[c], *quia tempus eum iuvat,* fecit factum suum. Civis enim Parmensis fuit Pelavicinus, et quia homo magni cordis fuit et largas expensas facere
volebat, pauper homo erat usque ádeo, quod, si habebat duos scutiferos, quando
equitabat, qui sociarent eum in equis macilentis, ut vidi oculis meis, ibat cum illis
et magnum reputabat[d]. Quando vero habuit dominium predictarum civitatum,
quod habuit XX duobus annis[2], qualibet die expendebat in curia sua XXV libras
imperialium preter panem et vinum. Appetitum habuit dominandi super omnes
homines. Primo dominatus est in Cremona et destruxit illos de Summo, qui
dederunt ei Cremone dominium, et erant ex parte sua[3] et consanguinei sui[d].
Ita pelaverunt[4] eum Cremonenses qui erant ex parte ecclesie, sicut fecerant Par- 1266.
menses, et destruxerunt Bussetum fortissimum castrum suum[5], quod fecerat fieri
inter aquas lacunarum in nemore in confiniis istarum trium civitatum, scilicet Parme,
Cremone et Placentie; et credebat ipse Pelavicinus, quod non posset a toto mundo
capi. Similiter Placentini destruxerunt eum et depilaverunt, sicut fecerant Par-
menses et Cremonenses, ut scriptura impleretur que dicit Abachuc II*. *Ve ei* **v.* 6—8.
*qui multiplicat non sua. Usquequo*[e] *et aggravat contra se densum lutum? Numquid
non repente consurgent qui mordeant te, et suscitabuntur lacerantes te, et eris in rapinam
eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis
propter sanguinem hominis et iniquitatem terre *civitatis et omnium habitantium in ea*[f]. **f.* 353[d].
Hic multos expulit de Cremona[6] et multos tormentavit et multos occidit; uxorem
suam repudiavit dominam Bertam, filiam comitis Rainerii de Pisis[7], eo quod ex
ea filios habere non poterat, et duxit aliam[8], quam dedit ei Içilinus de Romano,

a) 9guu *corr.* 9gruu *c.* b) Et vidit *Vulg.* c) ionethas *corr.* ionathas *c.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) Usq̃ʒ *saepius pro* usquequo *c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Cum castrum Soragnae a Parmensibus a.* 1266. *captum esset, Ann. Parm. mai. p.* 680. 2) *Dominium Cremonae habuit a.* 1249—1266, *reliquarum civitatum breviori tempore.* 3) *Illi de Summo erant ex parte ecclesiastica dicta Capelletorum; cf. tabula data a.* 1270. *Ian.* 9, *Sommo-Picenardi, 'La famiglia Sommi' p.* 20: Eo tempore, quo predicti dominus Lugarus et alii de Sommo exiverunt de Cremona pro Capeletis pro parte ecclesie, et quam decimam in dicto plebatu post recessum predictorum de Sommo Ubertus cuondam Pellavicinus occupavit et tenuit. *Concedendum vero est aliquos alios gentis de Summo partis imperialis fuisse.* 4) *Italice* pelare *est* rupfen, schinden. 5) *A.* 1268 *(c. Febr.) marchio tenebat Bussetum; Ann. Placent. Gib. p.* 535. *Quod castrum paulo post a Cremonensibus destructum esse videtur.* 6) *Cf. L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae II, p.* 303. 7) *De Donoratico.* 8) *Sophiam.*

ex qua genuit duos filios[1] et tres pulcherrimas filias[2], que diu sine maritis fuerunt.

Sed[a] de hac materia satis sit dictum.

Nota[a], quod X fuerunt plage Egypti, decem onera Ysaie, decem cornua in
*v. 3. 12. bestia Apocalipsis XVII*, decem similiter posui infortunia Friderici secundi con-
dam imperatoris depositi, que cum ad memoriam reducebat, implebatur in eo
*v. 25. scriptura que dicit Prover. XII*: *Meror in corde viri humiliabit illum.* Et iterum
*v. 13. Prover. XV*: *In merore animi deicitur spiritus.* Ad tantam igitur devénit tristi-
1250. 4. *Reg.* 13, 14. ciam ob memoriam predictorum, quod cepit graviter infirmari *infirmitate, de qua*
1. *Mach.* 1, 6. 6, 8. 9. *mortuus est, et decidit in lectum et cognovit, quia moreretur, quia renovata est in eo*
*tristicia magna, et arbitratus est se mori,* et fecit quod de Antiocho legitur I. Macha.
*v. 10—13. VI*: *Vocavit omnes amicos suos et dixit illis: 'Recessit somnus ab oculis meis, et con-*
*cidi et corrui corde pre sollicitudine, et dixi in corde meo: In quantam tribulationem*
*devéni et in quos fluctus tristicie, in qua nunc sum, qui iocundus eram et dilectus in*
*potestate mea. Nunc vero reminiscor malorum que feci. Cognovi ergo, quia propterea*
*invenerunt me mala ista, et ecce pereo tristicia magna in terra aliena'.* In secundo
*f. CCCLIIII b. etiam libro Macha. IX. de isto *eodem Antiocho habentur quedam, que omnia in
*v. 10—13. Friderico impleta fuerunt. Dicitur enim ibi* sic: *Et qui pauló ante sydera celi*
*contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fetoris portare. Hinc*
*igitur cepit ex gravi deductus superbia ad agnitionem sui venire, divina admonitus plaga,*
*per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum ipse iam fetorem*
*suum ferre non*[b] *posset, ita ait: 'Iustum est subditum esse Deo et mortalem non paria*
*Deo sentire'. Orabat autem hic*[c] *scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam*
*v. 28. *consecuturus.* Et infra circa finem capituli*: *Igitur homicida et blasphemus pessime*
*percussus, et ut ipse alios tractaverat, peregre in montibus miserabili obitu vita defunc-*
1250. *tus*[d] *est.* Mortuus est autem Fridericus imperator condam anno Domini M°CC°L°
*(Dec. 13).* in Apulia, in parvula civitate que appellatur Florentinum[3], que a Nuceria Sara-
cenorum civitate per X miliaria distat; nec propter nimium fetorem, qui proce-
debat de corpore eius, potuit portari ad Panormitanam urbem[4], in qua sunt se-

a) *hoc loco non novus versus coeptus est in c., tantum* ℂ *minio intra versum praemisso.* b) nec ipse iam foet. suum ferre *Vulg.* c) li (hec) *c.* d) functus *Vulg.*

1) *A.* 1269. *Apr.* 29. *cum Ubertus marchio testamentum suum faciebat, Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 405 *sqq., nr.* 91, *unum filium habebat Manfredinum, quod et Ann. Placent. Gib. p.* 532. *diserte referunt.* 2) *Quatuor filias habebat, ut dicit in testamento: Mariam, quae a.* 1269. *uxor erat Guidonis de Romena palatini Tusciae, Iohannam, Margaritam, Isabellam, quae a.* 1269. *nondum maritos habebant. Tres filias Ubertum reliquisse dicunt quidem etiam Ann. Placent. Gib. l. l., sed hi has tres tantum commemorasse videntur, quia maxima natu iam maritum habebat, cum ibi additum sit:* quas dimisit in custodia domnorum Ubertini et Vicecomitis Pelavicinorum, nepotum suorum. *Auctor enim horum Annalium testamentum Uberti procul dubio legerat, non ignoravit igitur quatuor filias Ubertum habuisse.* 3) *Cf. supra f.* 221[b], *p.* 33. 4) *Omnibus notum est Fridericum II. Panormi sepultum esse, hariolatur ergo alucinaturque hoc loco frater Sal. Adscribimus quae Guido Bonatus de Furlivio, Continens decem tractatus astronomicos (Augustae Vindelicorum* 1491. 4°*), tract. V, f.* 98[v]. *de Friderico dicit:* Durant tamen aliquando in magnatibus et divitibus qui sunt apti regno, suntque magnanimes et fortes corde. Quorum meo tempore unus fuit Fridericus secundus

*F.* 354[b]. Ubi mortuus sit Federicus[a] imperator condam et quo die.
*F.* 354[c]. Quod verba Ysaie[b] que dicuntur de destructione Babilonis et de Lucifero possunt adaptari F[riderico] et filiis eius.

---

pulchra regum Sicilie, et ibi sepeliuntur. Fuit autem causa privationis sepul- 1250.
ture regis istius in sepulcris regum Sicilie multiplex. Prima impletio scriptu-
rarum. Unde Ys. XIIII*: *Quasi cadaver putridum non habebis consortium neque cum* *v. 19. 20.
*eis in sepultura,* scilicet cum regibus Sicilie, qui Panormi sunt tumulati. Exem-
plum habuisti de Antiocho supra. Ideo dicit Ecclesiastes VI*: *Sepulturaque careat;* *v. 3. 4.
*de hoc ego pronuntio, quod melior illo sit abortivus. Frustra enim venit et pergit ad*
*te*nebras, et oblivione delebitur nomen eius.* Secunda, quia tantus fetor procedebat *f. 354b.
ex corpore suo, quod tolerari non poterat, *ita ut de corpore impii vermes scaturirent,*
*ac viventes*[c] *in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius ac*[d] *fetore exercitus gra-*
*varetur.* De Antiocho ista dicuntur II. Macha. IX*, que omnia ad litteram in *v. 9.
Friderico impleta fuerunt. Tertia causa fuit, quia filius eius Manfredus, qui
appellatus est princeps, mortem ipsius occultabat[1], volens occupare regnum Sicilie
et Apulie, ante quam Conradus frater eius de Alemannia veniret ad eum[2]. Hinc
fuit, quod multi crediderunt eum non esse mortuum, cum vere mortuus esset; et
ex hoc impletum fuit Sibille[3] vaticinium, que dicit: *Sonabit et in populis: 'Vivit' et*
*'non vivit',* et premittit, quod mors eius esset abscondita. Mortuus est autem in
festo sancte Cecilie virginis[4] anno Domini M°CC°L°, et in tali festo fuerat coro- *Nov.* 22.
natus M°CC°XX°[e]. Aliqui dixerunt, quod in festo sancte Lucie ultimum diem *Dec.* 13.
clausit[5]. Quod si verum fuit, non vacat a misterio. Beata enim Lucia astanti
Syracusáno populo dixit: 'Annuntio vobis pacem ecclesie Dei datam, Dioclitiano
de regno suo eiecto et Maximiano hodie mortuo'[c, 6]. Simili modo, cum Fridericus
obiit, multa mala cessaverunt de mundo, iuxta verbum quod scriptum est Prover.
XXII*: *Eice derisorem, et exibit cum eo iurgium, cessabuntque cause et contumelie.* *v. 10.
Item Prover. XIIII*: *In malitia sua expellitur*[f] *impius.* Item Ys. XXII†: *Expellam* *v. 32. †v. 19.
*te de statione tua et de ministerio tuo deponam te.* Item Ys. XIIII*: *Ex quo dor-* *v. 8.
*misti, non ascendit*[g] *qui succidat nos.* Et *nota, quod illa que dicuntur XIIII° capi- *f. 354c.
tulo Isaie[a] de destructione Babylonis et de Lucifero congrue possunt exponi de

a) *sic h. l. c.* b) ys̄. *c.* c) viventis *Vulg.* d) et *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) *sic et supra p.* 161, *l.* 32. *et p.* 205, *l.* 4. *et p.* 264, *l.* 4; expelletur *Vulg.* g) ascendet *Vulg.*

Romanorum imperator, qui cum esset indigens atque in necessitate magna positus, nullo potente sibi resistere imperator est effectus, sibique Apuliam, regnum Sicilie atque Iherusalem, Cracoviam(!), Italiam Romanumque imperium preter partem Lombardie, omnes etiam suos inimicos, proditores atque rebelles subiugavit, stetitque in tali statu annis fere triginta. Ultimo tamen miserabiliter mortuus est, a suis propriis fuit venenatus, totaque sui prosapies fuit extirpata, ita quod quasi ex eis nulli penitus remanserunt.
1) *Mortem imperatoris aliquot diebus celatam, die Dec.* 26. *populo nuntiatam esse dicit Matheus Paris., SS. XXVIII, p.* 319, *sed iam die Dec.* 15. *Manfredus eam Panormitanis adnuntiavit; Reg. Imp. V, nr.* 4633; *cf. ibid. nr.* 3835 a. 2) *Inepte calumniatur Manfredum, qui ipse Conrado mortem patris litteris datis mox adnuntiavit et eum rogavit, ut in regnum veniret; Reg. Imp. V, nr.* 4634. 4636. 3) *Erithreae vel Eritheae; vide 'N. Archiv' XV, p.* 168. *XXX, p.* 334. *Iam supra f.* 311[a], *p.* 243. *haec verba allata sunt.* 4) *Hunc falsum diem Sal. ex Libro de temp. c.* 254. *assumpsit. Cf. supra f.* 221[b], *p.* 33, *n.* 4. 5) *Hoc verum est.* 6) *Haec* (Beata — mortuo) *ex Iacobi Leg. Aurea c. IV, ed. Grässe p.* 32, *ad verbum fere exscripta sunt.*

*F.* 354[d]. De defectibus imperatoris Friderici, et quod bene fecit Deus extirpando de terra filios eius.
*F.* CCCLV[a]. De bonitatibus Friderici et sufficientiis eius.
Quod in Friderico Romanum finitur imperium.

---

[*v. 3—11.] Friderico et filiis suis, et specialiter ab illo loco*, ubi ait: *In die illa, cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo et a concussione tua et a servitute dura, qua ante servisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis et dices: Quomodo cessavit exactor, quievit tributum? Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cedentem populos in indignatione plaga insanabili, subicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquievit et siluit omnis terra, gavisa est et exultavit. Abietes quoque letate sunt super te et cedri Libani. Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus subtus*[a] *conturbatus est in occursum adventus tui, suscitavit tibi gygantes. Omnes principes terre surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum. Universi respondebunt et dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut et nos, nostri similis effectus es. Detracta est usque ad inferos superbia tua, cóncidit cadaver tuum. Subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes.* Et infra, postquam de Lucifero aliqua interseruit, subiungit quedam, que[b] ad Fridericum et ad filios eius optime spec-[*v. 16—22.] tant. Dicit enim*: *Numquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum et urbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem? Omnes reges gentium universi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, sicut*[c] *sanie pollutus et obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio et descenderunt ad fundamenta laci. Quasi cadaver putridum* [*f. 354d.] **non habebis consortium neque cum eis in sepultura*[1]. *Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti. Non vocabitur in eternum semen pessimorum. Preparate filios eius occisioni iniquitate*[d] *patrum eorum. Non consurgent neque hereditabunt terram neque implebunt faciem orbis civitatum*[e]. *Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum.* Ad litteram bene fecit Deus de filiis Friderici extirpando et de-[Ps. 77, 8.] lendo eos, quia hec fuit *generatio prava et exasperans, generatio que non direxit cor suum, et non est creditus cum Deo spiritus eius.* Ideo imprecatur ei David dicens [Ps. 20, 11. 12.] Deo: *Fructum eorum de terra perdes et semen eorum a filiis hominum, quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia, que non potuerunt stabilire.* Ideo dicit [*v. 13—15.] Iob XXVII*: *Hec est pars hominis impii apud Deum et hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt, et nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, et vidue* [Ps. 36, 35. 36.] *illius non plorabunt.* De Friderico autem sic dicit propheta: *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani. Et transivi, et ecce non erat; quesivi eum, et non est inventus locus eius.* Quare? Audi quare: *Finitus est enim pulvis, consu-*[*v. 4.] *matus*[f] *est miser, defecit qui conculcabat terram,* Ys. XVI*.

Nota, quod Fridericus quasi semper dilexit habere discordiam cum ecclesia et eam multipliciter impugnavit, que nutrierat eum, defenderat et exaltaverat[g, 2]. De fide Dei nichil habebat. Callidus homo fuit, versutus, avarus, luxuriosus, malitiosus, iracundus. Et valens homo fuit interdum, quando voluit bonitates et curia-[*f. CCCLVa.] litates suas ostendere, solatiosus, *iocundus, delitiosus, industrius; legere, scribere

a) subter *Vulg.* b) q (que) *a Sal. superscr.* c) sicut sanie *deest Vulg.* d) in iniq. *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sic c.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

* 1) *Idem versus iam supra p.* 347, *l.* 6. 2) *Cf. supra f.* 215[a, b], *p.* 19.

et cantare sciebat et cantilenas et cantiones invenire; pulcher homo et bene for-
matus, sed medie stature fuit[a, 1]. Vidi enim eum[2] et aliquando dilexi. Nam pro
me[b] scripsit fratri Helye, generali ministro ordinis fratrum Minorum, ut amore sui 1238.
me redderet patri meo[3]. Item multis linguis et variis loqui[4] sciebat[a]. Et ut bre-
viter me expediam, si bene fuisset catholicus et dilexisset Deum et ecclesiam et
animam suam, paucos habuisset in imperio pares in mundo. Sed quia scriptum
est, quod *modicum fermentum totam massam corrumpit*[c], omnes suas bonitates de- 1. *Cor.* 5, 6.
struxit in eo quod persecutus est ecclesiam Dei. Quam non fuisset persecutus, si
animam suam et Deum dilexisset. Unde illud Eccli. XIIII*: *Qui sibi nequam est,* *v. 5.
*cui alii bonus erit?* Item Iacobi II*: *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat* *v. 10.
*autem in uno, factus est omnium reus.* Ideo Ecclesiastes dicit IX*: *Et qui in uno* *v. 18.
*peccaverit, multa bona perdet*[a]. Qualis fuit Fridericus imperator condam, qui pec-
cavit in uno Deo et ideo multa bona perdidit, quia presentia et futura. Ipse
viderit, et sibi imputetur, quia *verba oris eius iniquitas et dolus, noluit intelligere, ut* *Ps.* 35, 4. 5.
*bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni vie non bone, malitiam*
*autem non odivit.* Ideo ab imperio depositus fuit et mala morte obiit. *In ipso*
*quoque finietur imperium, quia, et si successores sibi fuerint, imperiali tamen vocabulo*
*ex Romano fastigio privabuntur*[d]. Verba sunt ista cuiusdam Sibille[5], ut dicunt.
Sed non inveni ea nec in Erithrea[6] nec in Tyburtina[7]. Scripturas aliarum non
vidi. Decem enim fuerunt Sibille[8]. Quam verum sit hoc vaticinium, satis
patet tam ex parte ecclesie quam ex parte imperii. Nam ex parte imperii suc- 1251.
cessit Conradus *filius Friderici, legitimus filius ex uxore[9] que filia fuit regis *f. 355b.
Iohannis. Hic nunquam habuit imperium nec multum potuit prosperari[a]. Huic
successit Manfredus frater ipsius et filius Friderici ex alia uxore[10], que marchionis 1254.
Lancee[11] neptis fuit, et eam in obitu desponsavit et accepit uxorem[12]. Hic nun-
quam habuit imperium, sed appellatus est princeps ab his qui patrem dilexerant,
et multis annis habuit dominium in Calabria et Sicilia et Apulia post mortem
patris et fratris[a]. Huic voluit succedere Conradinus filius Conradi filii Friderici 1268.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) me *a Sal. superscr.* c) it *in loco raso.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Riccobald. Ferrar., Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 132: non procerus. *Cf. quod quidam de statura regis pueri scripsit, 'Mittheil. d. Inst. f. Österr. Gesch.' XXII, p.* 597, *nr.* 4. *Cf. Danieli, 'I regali sepolcri del duomo di Palermo' p.* 101. *et tab. de cadavere Friderici a.* 1782. *detecto.* 2) *Procul dubio a.* 1244. *Iul. Aug. et a.* 1245. *mense Maio, cum imperator Pisis esset, ubi Sal. tunc morabatur, fortasse etiam Cremonae a.* 1247. *mense Maio ineunte; cf. supra f.* 229c.d, *p.* 53. 3) *Cf. supra f.* 223c, *p.* 39. 4) *Cf. Act.* 2, 4: coeperunt loqui variis linguis. 5) *Haec, quae infra f.* 393b. 416d. 482d. *repetita sunt, sunt extrema verba Pseudo-Ioachimi Interpretationis in Ieremiam c.* 51 *(Coloniae* 1577*), p.* 386, *non cuiusdam Sibyllae.* 6) *Cuius vaticinium edidi 'N. Archiv' XV, p.* 151—173. *et recensionem posteriorem 'N. Archiv' XXX, p.* 323—335. 7) *Quam postremo edidit E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen' (Halle a. S.* 1898*) p.* 177—187. *Salimbene illud habuit exemplar eius, quod ab eo procul dubio accepit Albertus Milioli et descripsit in Cronica imperatorum c.* 185, *SS. XXXI, p.* 657 *sqq.* 8) Decem autem Sibille fuerunt *incipit prologus Sibyllae Tiburtinae in Cronica imp. Alberti Milioli ut in plerisque exemplaribus huius Sibyllae.* 9) *Isabella (Iolanthe).* 10) *Blanca.* 11) *Manfredi II. Cf. quae ad f.* 406c. *adnotari.* 12) *Cf. supra f.* 295c, *p.* 205.

*F.* 355[c]. De fesceninis et de Nichola, quem imperator mittebat in Pharum.
*F.* 355[d]. De Pharo, quid sit et ubi sit.

---

1266. 1268. condam imperatoris, sed a Karulo fratre regis Francie fuerunt interfecti tam Manfredus quam Conradinus. Porro ex parte ecclesie isti in imperio successerunt de voluntate pape et cardinalium et prelatorum et electorum, scilicet langravius[a] de Turingia, Guilielmus de Olandia et Rodulfus de Alemannia. Nec aliquis istorum potuit prosperari, ut ad plenam dignitatem imperii perveniret. Quocirca predictum vaticinium verum esse videtur.

Nunc[b] de superstitionibus Friderici aliquid est dicendum. Prima eius superstitio fuit, quia cuidam notario fecit policem[c] amputari, pro eo quod scripserat nomen suum aliter quam volebat. Volebat enim, quod in prima sillaba nominis sui poneret i, hoc modo: *Fridericus*, et ipse scripserat per e, ponendo secundam vocalem, hoc modo: *Fredericus*. Secunda eius superstitio fuit, quia voluit experiri, cuiusmodi linguam et loquelam haberent pueri, cum adolevissent, si cum nemine loquerentur. Et ideo precepit baiulis et nutricibus, ut lac infantibus darent, ut mammas sugerent, et balnearent et mundificarent eos, sed nullo *f. 355c. modo blandirentur eis nec loquerentur[1]. *Volebat enim cognoscere, utrum Hebream linguam haberent, que prima fuerat, an Grecam vel Latinam vel Arabicam aut certe linguam parentum suorum, ex quibus nati fuissent. Sed laborabat in cassum, quia pueri sive infantes moriebantur omnes. Non enim vivere possent sine aplausu[c] et gestu et letitia faciei et blanditiis baiularum et nutricum suarum[d]. Unde fascenine[e], -narum, dicuntur carmina, que mulier dicit movendo cunas[2], ut sopiat puerum, sine quibus puer male posset dormire et quietem 1228/9. habere. Tertia eius superstitio fuit, quia, cum vidit terram ultramarinam, que fuit terra promissionis, quam Deus totiens commendaverat appellando eam *terram lacte et melle manantem*[3] et egregiam terrarum omnium[4], displicuit sibi, et dixit, quod Deus Iudeorum non viderat terram suam, scilicet Terram Laboris, Calabriam et Siciliam et Apuliam, quia non totiens commendasset terram, quam promisit et Ps. 105, 24. dedit Iudeis. De quibus etiam dicitur, quod *pro nichilo habuerunt terram desiderabilem.* *v. 1. Ideo dicitur Eccle. V*: *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in celo, et tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui.* Exemplum illius clerici, qui protulit verba contra Deum, que dicenda non erant, et ideo statim percussit eum fulgur de celo, et cecidit mortuus. Unde *v. 8. illud I. Reg. XXVI*: *Perfodiam eum lancea in terram*[f] *semel, et secundo opus non erit.*

Quarta eius superstitio fuit, quia[g] quendam Nicholam[h] contra voluntatem suam pluries misit in fundum Phari, et pluries rediit inde; et volens penitus veritatem cognoscere, si vere ad fundum descendisset et inde redisset necne, proiecit cupam *f. 355d. *suam auream, ubi credebat maius esse profundum. Quam ille, cum descendisset, invenit et attulit sibi, et miratus est imperator[i]. Cum autem iterum

a) *littera* L *huius vocis maiuscula scripta et minio illuminata est, quia Sal. eam esse nomen proprium ut multi alii Itali opinatus est.* b) Nu *in loco raso,* N *littera initiali atramento nigro et minio picta, ubi antea procul dubio simplex* N *scriptum erat.* c) *sic c.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *sic c., sed vide inscriptionem columnae. — Pro* .narum., *i. e. forma genetivi, ed. Parm. perperam habet* nutricum. f) terra *Vulg.* g) *penna mutata.* h) nicholam *in loco raso.* i) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *Similia narrat Herodotus Eut. (II), 2. de Psammeticho rege Aegypti.* 2) *Cf. Ducange-Henschel, Gloss. s. v.* fesceninae. 3) *Deut.* 26, 9. 27, 3. *etc.* 4) *Ezech.* 20, 6: in terram . . . . fluentem lacte et melle, quae est egregia inter omnes terras.

vellet eum mittere, dixit sibi: 'Nullo modo me mittatis illuc, quia ita turbatum
est mare inferius, quod, si me miseritis, nunquam redibo'. Nichilominus misit
eum, et nunquam est reversus ad eum, quia periit ibi. Nam in illo fundo maris
sunt magni pisces tempore marine tempestatis, et sunt ibi scopuli et naves multe
fracte, ut referebat ipse. Iste potuit dicere Friderico quod habetur Ione II*: *v. 4.
*Proiecisti me in profundum, in corde maris, et flumen circumdedit*[a] *me. Omnes gurgites*
*tui et fluctus tui super me transierunt.* Item Dominus per Amos IX.* dicit: *Si cela-* *v. 3.
*verint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, et mordebit eos*[b].
Iste Nichola[c] homo Siculus fuit, et quadam vice offendit graviter et exasperavit
matrem, et imprecata est ei mater, quod semper habitaret in aquis et raro appa-
reret in terra. Et ita accidit sibi [1]. Ideo dicit Ecclesiasticus III*: *Quam male* *v. 18.
*fame est qui relinquit patrem, et est maledictus a Deo qui exasperat matrem.* Item
Prover. XXVI*: *Sicut avis ad alta*[d] *transvolans et passer quolibet vadens, sic maledictum* *v. 2.
*frustra*[e] *prolatum, in quempiam superveniet.* Nota, quod Farum[f] in Sicilia iuxta
Messanam civitatem est quoddam brachium maris, ubi aliquando est magnus dis-
cursus, et magni gurgites fiunt ibi, qui naves absorbent et demergunt, iuxta illud
Ps.*: *Veni in altitudine*[g] *maris, et tempestas demersit me.* Item in illo Pharo[f] sunt *68, 3.
syrtes et caribdes et scopuli pregrandes et multa infortunia. Ex alia ripa maris
illius est civitas que appellatur Regium, de qua beatus Lucas, qui *cum apostolo *f. CCCLVI[a].
Paulo a Iudea Romam tendebat, dicit in Actibus XXVIII*: *Inde circumlegentes*[h] — *v. 13.
scilicet a Syracusa, que civitas sancte Lucie fuit — *devenimus Regium.* Omnia
supradicta cencies audivi et didici a fratribus Messane civitatis, qui mei amici
valde fuerunt. Ego etiam habui in ordine fratrum Minorum germanum consan-
guineum fratrem Iacobinum de Cassio [2] ex civitate Parmensi, qui in Messina civi-
tate habitabat, et michi hec eadem, que diximus, referebat.

Porro alias superstitiones et curiositates et maledictiones et incredulitates et
perversitates et abusiones habuit similiter Fridericus, de quibus aliquas in alia
cronica posui: Ut de homine, quem vivum includebat in vegete [3], donec ibi more-
retur, volens per hoc demonstrare, quod anima totaliter deperiret, quasi diceret
illud Ys. XXII*: *Ecce gaudium et leticia occidere vitulos et iugulare arietes, come-* *v. 13.
*dere carnes et bibere vinum. Comedamus et bibamus, cras enim moriemur.* Erat[i]
enim Epycurus[k], et ideo quicquid poterat invenire in divina scriptura per se et
per sapientes suos, quod faceret ad ostendendum, quod non esset alia vita post
mortem, totum inveniebat, ut illud Ps.*: *Destrues illos et non edificabis eos.* Et *27, 5.
illud: *Sepulchra eorum domus illorum in eternum.* [Et[l] item: *Remitte michi, ut refri-* Ps. 48, 12. Ps. 38, 14.
*gerer, priusquam abeam, et amplius non ero.* Item Eccli. . .*[m]: *Nos vita vivimus* *48, 12.

a) c9dedit *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) nichola *in loco raso.* d) alia *Vulg.* e) strustra *c.* f) *sic h. l. c.* g) altitudinem *Vulg.* h) c9legentes *c.* i) *penna mutata.* k) *sic c., non* epycureus, *ut ed. Parm. habet.* l) Et — nomen nostrum *in infer. marg. a Sal. suppl.* m) *numero inserendo spatium vacuum relictum est in c.*

1) *Hanc fabulam primus post Salimbene retulit Riccobaldus Ferrar., in plerisque cum hac conveniens, in altera recensione Pomerii, quae narratio deest in editionibus Eccardi et Muratorii, qui priorem recensionem solam exhibuerunt. Quam fabulam Fridericus Schiller noster celeberrimo carmine enarravit.* 2) *Qui fuit filius fratris matris huius nostri Sal.; de quo vide supra f.* 230[b], *p.* 55, *ubi Iacobus dictus est.* 3) *Est vas vinarium, Ital.* veggia.

*F.* 356[b]. Quod Salomon multa dixit in persona carnalium hominum, de quibus aliter fuit opinio sua.
*F.* 356[c]. De vita carnalium hominum.

---

*106, 5. *tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.* Item[a] Ps.*: *Anima eorum in*
*v. 19–22. *ipsis defecit*]. Ad eamdem materiam pertinet quod dicit sapiens Eccle. III*: *Unus est interitus hominis et iumentorum, et equa utriusque conditio. Sicut moritur homo, sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia, et nichil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati, et omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt et in terram pariter revertentur*[b]. *Quis novit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus*
*f. 356[b]. *iumentorum descendat deorsum? Et *deprehendi nichil esse melius quam letari hominem in opere suo, et hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat?* Et multa talia, que Salomon in Ecclesiaste[c] in persona carnalium
*v. 8. dixit; non tamen ita credidit, quia non dixisset Eccle. VI*: *Quid habet amplius*
*9, 10. *sapiens a stulto, et quid pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita?* Item*: *Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec*
*9, 8. *scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Item*: *Omni tempore sint vestimenta tua*
*12, 13. *candida, et oleum de capite tuo non deficiat.* Item*: *Deum time et mandata eius observa. Hoc est enim omnis homo*, id est ad hoc factus est omnis homo [1], scilicet
*v. 19. ut Deum timeat. Unde Iere. II*: *Scito et vide, quia malum et amarum est reliquisse te dominum Deum tuum, et non esse timorem eius*[d] *apud te, dicit dominus Deus exer-*
*v. 27. 28. *cituum.* Ideo dicit Ecclesiasticus I*: *Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine*
*v. 1. *timore est, non poterit iustificari.* Dicit ergo Ecclesiastes XII*: *Memento creatoris tui in diebus iuventutis tue, ante quam veniat tempus afflictionis, et apropinquent*[e] *anni, de quibus dicas: non michi placent*[f], et cetera usque ad finem libri, que omnia faciunt ad destructionem credulitatis Friderici et sapientum[e] suorum, qui crediderunt, quod non esset alia vita nisi presens, ut liberius carnalitatibus suis et miseriis vacare possent. Ideo fuerunt Epycuri[g], quibus convenit quod ait Iaco-
*v. 5. bus V*: *Epulati estis super terram et in luxuriis enutristis corda vestra.* Sicut enim Stoyci ponunt felicitatem hominis in sola animi virtute, sic Epycúri in sola corporis voluptate [2].
*v. 1–9. Unde et vita eorum optime describitur Sapientie II*, ubi sic dicitur[h]: *Dixerunt enim* impii
*f. 356[c]. *apud se cogitantes non recte: Exiguum et cum tedio *est tempus vite nostre, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis. Quia ex nichilo nati sumus et post hec*[i] *erimus tamquam si*[k] *non fuerimus. Quoniam fumus et*[l] *flatus*[m] — vel *afflatus — est in naribus nostris et sermo scintille*[n] *ad commovendum cor nostrum. Quia*[o] *extincta cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tamquam mollis aer. Et transiet*[p] *vita nostra tamquam vestigium nubis et sicut nebula dissolvetur, que effugata*[q] *est a radiis solis et a calore illius aggravata. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum. Umbre enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, et nemo revertetur*[r]. *Venite ergo, et fruamur bonis que sunt et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter. Vino pretioso et unguentis nos impleamus,*

a) Item — defecit *posterius quam praecedentia alio atramento a Sal. in infer. marg. suppl.* b) revertuntur *Vulg.* c) ecč, *ut semper scriptum est in c., ubi* Eccle. *posui.* d) mei *Vulg.* e) *sic c.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) epycu|ruri, ru *expunct. c.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) hoc *Vulg.* k) si *deest Vulg.* l) et *deest Vulg.* m) *sic habet Vulg.* n) scintilla *Vulg.* o) qua *Vulg.* p) transibit *Vulg.* q) fugata *Vulg.* r) revertitur *Vulg.*

1) *Eadem verba huic versui addita sunt supra f.* 285[b], *p.* 180. 2) *Ut ait Petrus Comestor, Hist. scolast., Actuum c.* 91.

*F.* 356[d]. De Michaele Scotho[a], qui bonus fuit astrologus.
*F.* CCCLVII[a]. Quod imperator F[ridericus] solatiosus homo fuit et convitia sibi illata patienter portabat, ut patet inferius.

---

*et non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, ante quam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum sit exors*[b] *luxurie nostre. Ubique relinquamus signa letitie, quoniam hec est pars nostra, et hec est sors.* Isti tales, sicut
dicit apostolus I. ad Cor. XV*, sunt qui dicunt: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* *v. 32.
Sed audi remedium: *Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Evigilate* ib. v. 33. 34.
*iusti et nolite peccare!* Item ad Gala. VI*: *Nolite errare, Deus non irridetur. Que enim* *v. 7. 8.
*seminaverit homo, hec et metet. Quoniam qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam eternam*[c]. Hinc Damascenus ait[1]: *Si non est resurrectio mortuorum, beatificemus agriferas, que sine tristitia vitam* Damascenus[d].
*habent.* Hinc apostolus ait I. ad Cor. XV*: *Si tantum in hac vita sperantes sumus in* *v. 19.
*Christo, miserabili*ores sumus omnibus hominibus.* Sed non est ita. Immo sicut alibi dicit *f. 356[d].
ad Colo. III*: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum* *v. 3. 4.
*autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Et hoc est quod oramus in prosa dicentes:

*Post presentem miseriam,*
*hoste morte devicta,*
*gloriosam victoriam,*
*de qua mira sunt dicta,*
*summam confer letitiam,*
*decoris adde gloriam,*
*o dulcissima vita!*

Sexta curiositas et superstitio Friderici, sicut in alia cronica posui, fuit, quia optime pavit in quodam prandio duos homines, quorum unum misit ad dormiendum, alium vero ad venandum, et sequenti sero fecit eos exenterari coram se, volens cognoscere, quis melius digessisset. Et iudicatum est a medicis, quod is qui dormierat digestionem melius celebrasset. Septima et ultima curiositas eius et superstitio fuit, sicut etiam in alia cronica posui, quia, cum quadam die in quodam palatio existens interrogasset Michaelem Scotum astrologum suum, quantum distabat a celo, et ille quod visum sibi fuerat respondisset, duxit eum ad alia loca regni quasi sub occasione spatiandi et per plures menses detinuit, precipiens architectis sive fabris lignariis, ut salam palatii ita deprimerent, quod nullus posset advertere. Factumque est ita. Cumque post multos dies in eodem palatio cum predicto astrologo consisteret imperator, quasi aliunde incipiens quesivit ab eo, utrum tantum distaret a celo, quantum alia vice iam dixerat. Qui computata ratione sua dixit, quod aut celum erat elevatum, aut certe terra depressa. Et tunc cognovit imperator, quod verus esset astrologus. Multas alias superstitiones eius audivi et scio, quas subticeo causa brevitatis, et quia tedet me
*tot fatuitates eius referre, et quia etiam ad alia dicenda festino. Iste impe- *f. CCCLVII[a].
rator truphatorie concionabatur aliquando coram domesticis suis in palatio suo, loquendo sicut faciunt Cremonenses ambaxatores, qui mittebantur ad ipsum a concivibus suis, quia primo laudat unus alium multipliciter commendando, quomodo

a) *sic h. l. c.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) .dama. *c.*

1) *De fide orthodoxa IV*, 29, *Opera ed. M. Lequien I, p.* 301; *Migne, Patrol. Graeca XCIV, col.* 1219. *Cf. supra p.* 338, *n.* 1.

est nobilis dominus iste, sapiens, dives et potens. Et post mutuam commendationem dicebant facta sua. Item iste imperator derisiones et solatia et convitia ioculatorum sustinebat et audiebat impune et frequenter dissimulabat se audire[a]. Quod est contra illos qui statim volunt se ulcisci de iniuriis sibi factis. Sed non
*v. 6. bene faciunt, cum dicat scriptura Eccli. X*: *Omnis iniurie proximi ne memineris et*
*v. 16. *nichil agas in operibus iniurie.* [Item[b] Prover. XII*: *Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est*]. Unde cum quadam vice esset
1248/9. Cremone post destructionem Victorie civitatis[1], quam destruxerunt Parmenses, et percuteret manu sua super gibbum cuiusdam ioculatoris ex his qui dicuntur milites curie et diceret: 'Domne Dalli, quando aperietur istud scriniolum?[c]' respondit ei: 'Domine, non potest ita de facili aperiri, quia clavem perdidi in Victoria'[a]. Audiens imperator, quod iste reducebat ei ad memoriam tristitiam et verecundiam[d] suam,
*Ps.* 76, 5. ingemuit et dixit: *Turbatus sum et non sum locutus.* Nullam tamen vindictam in eum exercuit, ne esset sibi in posterum in singultum[2], quod ex tali persona ultus fuisset. Iste Dallius fuit Ferariensis et notus meus atque amicus. In Parma uxorem accepit et habitavit statim post destructionem Victorie. Uxor eius fuit soror fratris Egidii Budelli, qui fuit frater Minor. Si tale convicium Icilino de
*f. 357c. Romano dixisset, fecisset *eum exoculari aut certe suspendi. Item alia vice
1248. (*Mart.*) truphavit eum[3] atque derisit Villanus de Ferro, cum esset in obsidione Berceti[4], et patienter portavit. Interrogabat enim imperator, quibus nominibus appellarentur mangana et trabucca, que ibi erant, et Villanus de Ferro quibusdam nominibus truffatoriis dixit ea vocari, scilicet sbegna et sbegnoinus. Imperator vero subrisit tantummodo et divertit ab eo.

Nunc[e] videtur dicendum, qualiter imperator Fridericus sit natus, id est ex quibus progenitoribus procreatus. Nam pater eius dictus est imperator sextus Henricus, mater vero regina Constantia, que Sicula fuit et filia Guilielmi[5] regis Sicilie. Cuius originem [ut[f] melius cognoscas, oportet te ad superiora redire. Nam]
1073. Anno[g] Domini M⁰LXX⁰V⁰ Gregorius VII. factus est papa; hic vocabatur Ildevrandus monachus. Et sedit annis XIII, men. I, di. IIII[a]. Hic apud
1075. *Dec.* 24/25. Sanctam Mariam Maiorem in nocte natalis Domini captus fuit[6]. Inde et feria
1081. *Maii* 21. sexta rex Henricus primum venit Romam XII⁰ Kal. Iunii, in mense Maio,
1084. die XXI[a 7]. Et XI⁰ anno apostolatus istius Robertus Guiscardus dux Norman-

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* c) *non signum interrogationis hoc loco, sed* ./ *in c.* d) uereꝯdiam *c.* e) Nu *in loco raso,* N *littera initiali magna atramento nigro et minio picta.* f) ut m. cogn. *in loco raso et* oportet — redire. Nam *in super. marg. a Sal. suppl.* g) *littera* A *initialis minio scripta.*

1) *Compluries a.* 1248. *imperator Cremonae fuit, Febr.* 18. *et mense Aprili exeunte et ineunte et medio Maio et mense Iunio, et a.* 1249. *mensibus Ian. Febr. Martio.* 2) *Cf.* 1. *Reg.* 25, 31: non erit tibi hoc in singultum. 3) *Imperatorem scilicet.* 4) *Quod a.* 1248. *mense Martio factum est; cf. Reg. Imp.* V, 1. *nr.* 3672c. 5) *Non Guilielmi II, cuius amita fuit, sed Rogeri II. regis filia fuit, ut supra f.* 214[b], *p.* 17. *Sal. Sicardum secutus recte scripsit.* 6) *Haec exscripta sunt ex Catalogo quodam pontificum et imperatorum Cenciano (SS. XXIV, p.* 106*) simillimo, quem et Albertus Milioli in Libro de temp. c.* 152, *p.* 428, *ubi vide n.* 6, *adhibuit.* 7) *Hunc verum diem solus habet Benzo* VI, *praef., SS.* XI, *p.* 656. *Sal. haec procul dubio ex Catalogo pont. et imp. suo exscripsit. Cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.'* III, *p.* 388, *n.* 73.

*F.* 357[c]. Isti versus sumuntur ex libro comitisse Mathildis et sunt utiles ad rerum preteritarum notitiam cognoscendam.

---

norum intravit Romam mense Maio, die XXVIII[a][1]. Cumque ibi habitaret[2], venit 1084. *Maii* 28.
imperator Henricus III. ad urbem Romam cum Guiberto archiepiscopo Ravennate, 1083.
volens deponere Gregorium et substituere sibi Guibertum; populus vero Romanus occasione pape nolebat portas aperire imperatori. Erat enim maledicta persona et semper pugnavit contra ecclesiam, quamdiu vixit[a]. At imperator bellans fregit menia Urbis[3]. Et

*Depopulans Urbem papam statuit*[b] *ibi turpem;* Versus. *Donizo II,* 216—250.
*In cathedra locat hunc, falso Clemens vocitatur.*
*Hic est Guibertus fallax, vastator apertus*
*Ecclesie Christi, merito quem signat abyssi*
**Bestia, quam vidit dilectus in apocalipsi.* **f.* 357[c].
*Regis et illa fallax*[c] *Romam totam maculabat.*
*Pervigil et rector Gregorius ex grege fesso*
*Pollute cathedre multum quoque condolet eque,*
*Sed*[d] *sperans in Petrum rogitat pugnare Robertum*
*Normannum quendam, qui regem depulit extra* 1084.
*Urbem; qui veluti per stratam damula fugit*
*Francigenam, montes ultra rediens malus hospes.*
*Papa suus Clemens, Romanis premia prebens,*
*Raptor terrenam Petri rapit ipse cathedram.*
*Quamquam se monstret, quod sit quasi pastor*[e] *in Urbe,*
*Ipsi nulla tamen pars in celi manet arce.*
*Hic heresis limes mundum seduxit inique,*
*Iussa Dei sprevit*[f], *sanctorum verba neglexit,*
*Prevaricat leges, divinas destruit edes,*
*Persequitur dignum dominum papamque magistrum,*
*Qui monitis sacris plenus manet in Lateranis.*
*Illic consistens spermologus optimus iste*
*Actibus et verbis exprobrat scisma Guiberti,*
*Perpetuo damnans anathemate scismata tanta.*
*Nascitur hinc cunctis ingens tribulatio iustis.*
*Mucronem regis pia pars quam maxime sentit.*
*Sedibus expulsi sunt pontifices quoque multi,*
*Flagris afflicti, vinclis in carcere stricti.*
*Rex et Guibertus faciunt iuvenescere tempus*
*Neronis prisci, qui precepit crucifigi*
*Petrum, cervicem Pauli gladio ferit idem*
*Et proprie ventrem perscindere matris ab ense*
*Fecit, ut inspiceret, requievit ubi malus ipse.*
*Sic proprie matris palmas calcaribus acris*
*Transfodit missus Sathane, Guibertus iniquus*[g].

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) statuens *Donizo.* c) phalanx *Donizo.* d) Sed, *cui* ℭ *praecedit in c., deest Don.* e) pastos *c.* f) spernit *Don.* g) iniq⁹ *c.*

1) *Eadem ex illo Catalogo exscripsit Albert Milioli l. l. Cf. Catal. Cenc. l. l. et reliqua SS. XXXI, p.* 428, *n.* 7. *adnotata; Meyer v. Knonau l. l. p.* 552. 554, *n.* 37. 2) *Gregorius scilicet, aut Sal. erravit, si opinatus est imperatorem advenisse, cum Robertus Guiscardus ibi moraretur. Sequentia iam ex Donizonis Vita Mathildis II,* 209—215, *SS. XII, p.* 383 *sq., assumpta sunt. Albertus Milioli c.* 165, *p.* 439. *Donizonem secutus haec alio modo et brevius narravit.* 3) *Donizo II, v.* 215: Circa quam bellans dirupit moenia celsa.

*F.* 357[d]. Quod papa Gregorius VII. amicus fuit comitisse Mathildis et intimus eius devotus.

---

*Donizo II, 251—258.*

*Nullum quippe virum timuit nisi Nero magistrum,*
*Venis incisis in aqua vitam tulit ipsi.*
*Hi duo prescripti, fidei fere nomen obliti,*
*Perdere nituntur doctorem denique summum.*
*Symon eis doctor magus extat et hyspidus auctor.*
*Ignorant forsan, quod, dum fortuna reportat*
*Iniustos sursum, ruituros ipse*[a] *deorsum*
*Quandoque plus ipsos, ideo patitur Deus illos.*

*ib. II, 397 sq.* Item: *Pugna fuit, donec potuit servire Guibertus,*
*Perfidie dux, ecclesie vastator apertus.*
**f. 357d. ib. II, 890—903.* **Hic per XX[ti] tres annos denique Christi*
*Ecclesiam nisu toto turbarat iniquus.*
*Dum potuit multos animos seducere stultos,*
*Destitit infelix nunquam; nunc corpora ledit.*
*Illius magnus mundus iam despicit actus.*
*Ecclesie cuncte, Petre, iam prebe, promocunde,*
*Iste senex ut hebes homines sinat esse fideles.*
*Post annos binos, Urbanus erat quod ab isto*
*Seclo portatus celique choro sociatus,*
1100. *Iste dolore gravi tactus Guibertus inanis*
*Mortuus est, secum portans anathema per evum.*
*Propterea celi populus pariterque fidelis*
*Exultentque boni, periit quia perdicionis*
*Filius; ut surgat similis, non det Deus unquam!* Amen.

De obitu imperatoris Heurici tertii[b].

*ib. II, 1023—1040.*

*Dictus iam dudum rex quo sit fine solutus,*
*Scilicet Henricus, volo mundi discat amicus;*
*Cum scierit, noscat, faciendum quid sibi constat.*
*Rex supra fatus vivens erat illaqueatus*
*Actibus in pravis, semel ut se dissimularit*
*Converti, pleno quod fecit corde veneno.*
*Scismaticos semper coluit tenuitque libenter.*
*Hinc exardescens minor eius filius enses*
*Elevat adversum genitorem, tollere regnum*
*Querit ei, duram secum committere pugnam*
*Non piguit campi, quem bellando superavit.*
*Mesticia multa per totum tempus abundans,*
*Undique confossus, quassatus et undique tortus,*
*Mortem non sperans; demum tamen ipsa catena*
*Mortis eum strinxit, rapuit de corpore tristi;*
1106. *Augusti quarto defungitur Idus in anno*
*Aug. 10.* *Christi milleno centeno denique quinto.*
*Ad templum Spire dormit, quod struxerat idem.*

Porro[c, 1] papa Gregorius septimus amicus fuit comitisse Matildis et veniebat ab urbe Roma ad arcem Canusinam et morabatur cum ea aliquando tribus men-

a) *sic* (ipe) *c.;* esse *Don.* b) *sub* De — tertii *linea minio subducta.* c) *littera* P *initialis minio scripta.*

1) *Sequentia quoque secundum librum Donizonis Sal. scripsit. Cf. quae Alb. Milioli c.* 152. 165. *ex eodem libro excerpsit.*

*F.* CCC58[a]. Quod comitissa Mathildis iuvabat Romanam ecclesiam cum thesauro et militibus suis contra imperatorem pugnando.

*F.* 358[b]. De Roberto Guischardo, qui sibi promeruit regnum Sicilie, Calabrie, Apulie et Terre Laboris, et[a] quod pro ecclesia pugnavit fideliter.

---

sibus[1] et plus, quantum volebat, pro utilitate ecclesie; et sanctus homo erat, et ipsa sanctissima domina et Deo devota. Et iuvabat ecclesiam Romanam cum the*sauro et militibus suis pugnando cum predicto imperatore Henrico tertio, consobrino [*f. CCC58a.] suo[2], qui Guibertum archiepiscopum Ravennatem fecerat antipapam Clementem, sed potius impium et dementem[b]. Et toto tempore vite sue ipsi ambo impugnaverunt ecclesiam et multas animas abstulerunt Deo et secum ad partem diaboli deduxerunt. Et mortuus est quilibet eorum in opprobrio et *in amaritudine* [Iob 21, 25.] *anime* sue. Nam Guibertus rediit Ravennam et recepit dominium et nomen, quod prius habebat[3], ita ut impleretur in eo verbum, quod dicit Dominus per prophetam, Abdie I*: *Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum, exal-* [*v. 3. 4.] *tantem solium tuum. Qui dicis in corde tuo: 'Quis detrahet me in terram?' Si exaltatus fueris ut aquila, et si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Et in Guiberto fecit Dominus ita. Ideo dicit Ieremias in Trenis II*: [*v. 17.] *Fecit Dominus que cogitavit, complevit sermonem suum, quem preceperat a diebus antiquis.* Item Iob XX*: *Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram,* [*v. 4–9.] *quod laus impiorum brevis sit, et gaudium ypocrite ad instar puncti. Si ascenderit usque in*[c] *celum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, et qui eum viderant dicent: 'Ubi est?' Velut somnium ávolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna. Oculus, qui eum viderat, non videbit, nec ultra intuebitur eum locus eius*[d]. Item pro illo maledicto imperatore Henrico tertio, qui vere menbrum diaboli fuit, sic habes Ys. XIIII*: *Iuravit Dominus exercituum dicens:* [*v. 24. 25.] *Si non, ut putavi, ita erit, et quomodo mente tracta*vi, sic eveniet, ut conteram Assyrium* [*f. 358b.] *in terra mea et in montibus meis conculcem eum. Et auferetur ab eis iugum eius, et onus illius ab humero eorum tolletur.* Hec omnia supradicta in antipapa Guiberto, qui dictus est Clemens[e], necnon et in Henrico tertio impleta fuerunt; et ecclesia Domino concedente processu temporis pacem habuit valde plenam.

Igitur quia Robertus Guischardus iuvit papam Gregorium septimum tempore necessitatis expellendo imperatorem ex Urbe, rependit ei beneficium istud pro servitio sibi facto: dedit ei in feudum terram Sicilie et Apulie, que Romane ecclesie erat, ita [1080.] dumtaxat, quod liberaret eam a dominio Grecorum et Saracenorum, qui olim habitabant in ea[4]. Ivit igitur quasi explorator, ut videret habitatores illarum terrarum. Et reversus congregavit exercitum et duos fratres, quos habebat, et consiliarios suos et dixit eis: 'Sapiens in Proverbiis dicit XI*: *Ubi*[f] *non est gubernator, populus* [*v. 14.]

a) et (?) ꝗ (quod) *erasum.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) ad *Vulg. et supra p.* 263, *l.* 39. d) suus *Vulg. et supra p.* 263, *l.* 41. e) clemes *c.* f) *penna mutata.*

1) *Donizo II, v.* 169 *sq.:* per tres tenuit pia *(Mathildis)* menses Gregorium papam *(Canusiae).* 2) *Donizo II, v.* 67: Ad consobrinam Mathildim misit *Heinricus rex. Cf. v.* 97. 3) *Donizo II, v.* 830 *sqq.:* Plebs . . . pepulit Romana Guibertum. Eiectus nempe foris Urbem stare Ravennae Assidue caepit. . . . Propter papatum non linquerat hic dominatum Ravennae. 4) *Quam falsissime Sal. haec narravit, opinatus Robertum demum post a.* 1084. *Apuliam et Siciliam a Gregorio VII. papa in feudum accepisse, quas a.* 1059. *a Nicolao II. acceperat, et post feudum a papa receptum demum Robertum Italiam inferiorem invasisse, qui iam antea Apulia et Calabria potitus erat.*

*F.* 358[c]. Hic ponuntur auctoritates sacre scripture, que utiles sunt ad prelia ordinanda.

*F.* 358[d]. De regina Constantia, que fuit mater imperatoris Friderici secundi.*

---

*v. 22. *corruet, salus autem ubi multa consilia.* Et iterum Prover. XV*: *Dissipantur cogita-*
*tiones ubi non est consilium; ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.* Et iterum
*v. 18. Prover. XX*: *Cogitationes consiliis roborantur, et gubernaculis tractanda sunt prelia.*
*v. 22. Et iterum Prover. XXI*: *Civitatem fortium ascendit sapiens et destruxit robur fidutie*
*v. 31. *eius.* Et iterum in eodem*: *Equus*[a] *paratus*[b] *ad diem belli, Dominus autem salutem*
*v. 5. 6. *tribuet*[c]. Et iterum Prover. XXIIII*: *Vir sapiens fortis est, et vir doctus robustus et*
*validus, quia cum dispositione initur bellum, et erit salus ubi multa consilia sunt.* Item
*v. 21. Prover. XIX*: *Multe cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit*[1].
*v. 10 †f. 358[c]. Ideo Dominus dicit Ys. XLVI*: *Consilium meum stabit, et omnis †voluntas mea fiet*[d]*.
Et dixit Robertus suis: 'Omnia supradicta necessaria sunt homini volenti exercitum
ducere et cum hostibus bellum committere, que Domino concedente in nostro
exercitu erunt omnia. Terra Apulie et Sicilie concessa est nobis a papa, et vidi
ibi homines habentes pedes ligneos, et locuntur in gutture. *Surgite et ascendamus*
*ad eos! Vidimus enim terram valde opulentam et uberem. Nolite negligere! nolite*
*cessare! Eamus et possideamus eam. Nullus erit labor. Intrabimus ad securos in*
*regionem latissimam. Tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria*
*v. 9. 10. *eorum que gignuntur in terra*'. Iudicum XVIII*. Nota, quod Robertus appellavit
pedes ligneos patitos[2], id est çopellos, quibus utebantur illi Siculi et Apuli. Erant
enim homines caccarelli et merdaçoli parvique valoris[e]. In gutture dixit eos
loqui, quia, quando volunt dicere: 'Quid vis?[f]' dicunt: 'Ke boli?[f]' Reputavit igitur
*v. 27. eos *homines* viles et *inhermes et sine virtute et sine peritia artis pugne,* Iudith V*.
Erant enim tres germani fratres: primus Robertus, secundus Guiscardus, tertius
Ambrosius monachus. Cui alii duo dixerunt: 'Tu pugnabis cum ferula tua' — id
est tuis orationibus nos iuvabis —. 'Nos vero duo cum armis pugnabimus et
Domino concedente cito subiugabimus eos'. Et factum fuit ita. Audiens hoc
imperator Grecorum et timens, ne Robertus vellet Constantinopolim ire et omnes
1085. Grecos occidere, fecit aquas alicubi veneno infici coram eo; et mortuus est Robertus,
et remansit frater eius Guiscardus, ex quo in Sicilia reges propagati fuerunt[d. 3].
Natus est ergo ex Guischardo rex Sicilie Guilielmus[4], ex quo secundus Guilielmus
*f. 358[d]. rex natus est, qui habuit plures filios et unam filiam, *que Constantia dicta fuit[5].
Hic in obitu suo precepit filiis suis, nescio quo spiritu, ne Constantiam maritarent[6].
Qui inhibitionem patris servantes tenuerunt eam secum usque ad XXX[m]
etatis sue annum. Ipsa vero perversa mulier erat et turbabat uxores fratrum
suorum et totam familiam. Considerantes itaque, quod verum dixit sapiens, cum
*v. 24. dixit Prover. XXV*: *Melius est sedere in angulo domatis quam cum muliere litigiosa*
*v. 23. *et in domo communi*: et iterum Eccli. XXV*: *Commorari leoni et draconi placebit*

a) Eq[9] *c.* b) *sic et supra p.* 188, *l.* 21; paratur *Vulg.* c) *sic et supra p.* 188, *l.* 22; tribuit *Vulg.* d) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.* e) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* f) *non signum interrogationis hoc loco in c.*

1) *Iidem versus supra f.* 288[c], *p.* 188. *allati sunt.* 2) *Patitus nobis est* Holzschuh; *cf. Ducange-Henschel s. v.* 3) *Haec omnia de Roberto eiusque fratribus falsissima esse monere non oportet.* 4) *Guilielmus I. rex Siciliae fuit filius Rogerii II. regis, filii Rogerii comitis de Sicilia, qui frater fuit Roberti Guiscardi.* 5) *Nullos filios habuit Guilielmus II. rex. Cf. supra p.* 354, *n.* 5. 6) *Aliam fabulam de ea habet Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 498.

*quam habitare cum muliere nequam*: et iterum Prover. XXVII*: *Tecta perstillantia* *v. 15. 16. *in die frigoris et litigiosa mulier comparantur. Qui retinet eam, quasi qui ventum teneat et oleum dextere sue crocet*[a], dixerunt: 'Maritemus sororem nostram et separemus eam procul a nobis'. Et dederunt eam in uxorem regi Henrico[1], qui fuit 1185. imperator Henricus sextus, filius primi et magni Friderici; que in marchia Anconitana, in civitate Esii peperit ei filium Fridericum secundum, de quo dictum fuit, 1194. quod fuit filius cuiusdam beccarii, quem regina Constantia supposuit sibi, simulans se eum peperisse[2]. Ideo dixit Merlinus[3], quod secundus Fridericus *insperati et mirabilis ortus* esset futurus, vel quia mater iam multos annos habebat, vel certe quia filius fuit suppositivus et fraudulenter acquisitus. Porro imperator Henricus invasit Siciliam et Apuliam occasione uxoris totumque regnum occupavit 1194. provinciarum illarum. Et rediens in Alemanniam audivit, quod regnicole, scilicet Siculi et Apuli, proditores existerent. Quocirca reversus denuo asportavit inde 1197. thesaurum[4] et maiores destruxit. *Quapropter[b] irata et turbata contra virum regina *f. 359[a]. Constantia cepit cum suis defendere regnum[5]. Et fuit discordia et guerra maxima inter eos, ita ut sapientes et litterati dicerent: 'Isti non sunt *vir et mulier bene sibi consentientes* secundum doctrinam Ecclesiastici[c] XXV*'. Ioculatores vero dice- *v. 2. bant: 'Si quis modo diceret regi scaccum, regina non defenderet eum'. Igitur imperator Henricus finaliter totum regnum occupavit et maiores destruxit et secundum morem imperatorum Theutonicorum multipliciter ecclesiam impugnavit. Post hec ultimum diem clausit, et remansit Fridericus secundus, pupillus eius, in 1197. (*Sept. 28*). manu ecclesie, quem nutrivit et exaltavit[6], sperans, quod melior patre foret. Sed qualis pater, talis filius et etiam longe deterior fuit inventus.

## Dicta Merlini de primo Friderico et secundo[d, 7].

*Primus Fridericus in pilis agnus, in villis leo. Erit depopulator urbium. In isto*[e] *proposito terminabit inter corvum et cornicem*[8]. *Vivet in H.*[9], *qui occidet in portis Melatii. Secundus autem Fridericus insperati et mirabilis ortus, inter capras agnus laniandus, non absorbendus ab eis. Tumescet lectus eius et fructificabit in proximis Maurorum et respirabit in eis. Deinde sanguine suo involvetur, non tamen diu intingetur, verumtamen radificabit*[f] *in ipso. Tertio tamen nido exultabitur, qui precedentes vorabit. Erit leo rugiens inter suos. Multum confidet in prudentia sua. Disperget*

a) vocabit *Vulg.* b) *praecedit* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) ecc̀ *c. ut semper, ubi* Eccli. *scripsi.* d) *sub* Dicta — secundo *linea minio subducta.* e) iusto *Merlin.* f) nidificabit *Merlin., sed in cod. Sal. recenti manu atramentum quod evanuerat renovatum est in hac voce ut in multis aliis huius paginae, quae facile perperam* ra *pro* ni *scribere potuit.*

1) *Constantia a filio fratris Guilielmo II. rege Heinrico data est in matrimonium.* 2) *Cf. supra f.* 225[a], *p.* 42 *sq.* 3) *Vide infra f.* 359[a], *l.* 28. *Eadem verba iam supra f.* 225[a], *p.* 43. *allata sunt.* 4) *Cf. supra ad a.* 1194, *f.* 214[d], *p.* 19. 5) *Non patet, unde Sal. haec didicerit. Imperatore a.* 1197. *in regno morante rebellionem barones conscia imperatrice contra eum moverunt: quibus debellatis, imperator multos eorum interfecit. Cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 453 *sqq.* 583 *sqq.* 6) *Cf. supra f.* 215[a, b], *p.* 19. 7) *Haec edidi et exposui 'N. Archiv' XV, p.* 174 *sqq.* 8) *In Ann. Ianuensibus a.* 1242, *SS. XVIII, p.* 204, *legitur:* et ut inimici inter corvum finierent et cornicem, usque ad partes illas Corvi eos mirabiliter fugaverunt. *Ubi quidem Corvi nomen loci est. Cf. quae adnotavi 'Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit' ed.* 2. *Saec. XIII. t. VIII* (76), *p.* 242, *n.* 2. 9) *Heinrico VI.*

*F.* 359[b]. Dicta Michaelis Scoti de futuris eventibus quarumdam civitatum Lombardie, Tuscie et Romagnole[a].
Quod imperator Henricus VI. amicus fuit abbatis Ioachym.

---

*filios Ceylan*[b]. *Romam disgregabit et minuet. Spiritum tenebit in Ierosolimis. In XXX*[ta] *II*[bus] *annis corruet. Vivet in prosperitate sua*[c] *LXXII*[d] *annis, et*[e] *bis quinqua-* *f. 359b. *genarius lene tractabitur. Romam torvo oculo respiciet. Viscera sua extra*[f] *se *videbit. In tempore suo mare sanguine*[g] *sancto rutilabit. Et venient communes*[h] *adversarii usque ad*[i] *Parthonopem*[h]. *Deinde collecto per eum ab aquilone presidio effusionem sparsi sanguinis vindicabit. Et veh illis qui ad vasa non poterunt habere recursum! Et postquam decimo et octavo ab*[k] *anno crismatis erit, monarchiam in oculis invidorum tenebit; et*[e] *in exitu suo frustrabuntur in eo*[l] *qui maledixerint*[m] *sibi.*

Explicit.

Nota, quod Henricus sextus, qui fuit imperator, amicus fuit abbatis Ioachym de ordine Floris. Ad quem etiam scripsit[1] Lecturam Ysaie super oneribus[2] ipso petente necnon et Lecturam Ieremie[3] ipso mandante, *volentem*[n] *scire misteria Danielis tam de statua quam de arbore et securi et lapide et successione futura*[4]. Scripsit etiam sibi Expositionem Sybille et Merlini[5] anno Domini currente M°C°XC°VI°.

Finalis conclusio Ieremie prophete[o,6].

*Ecce, cesar, virgam furoris Domini! Sufficienter est Ieremias explicitus, qui in replicandis afflictionibus seculi ubique cernitur impeditus. Utinam et tu non sis*[p] *expers divine formidinis, cum ad radicem imperialis arboris ponenda sit evangelica iam securis.*

a) ro. *c.* b) Gaytan *Merlin.* c) *sic et Pseudo-Ioachim;* sua *om. Merlini codd.* d) sexaginta duobus *Merlin.; sed cf. Pseudo-Ioachim in expositione Sibillae Eritheae et Dictorum Merlini inedita:* Asserit frater Raynerius pro sexaginta septuaginta in Merlini . . . catalogo reperisse. e) et *om. Merlin.* f) contra *Merlin.; sed Pseudo-Ioachim l. l.:* extra se vel contra se. g) sancto sang. *Merlin.* h) *sic c.* i) ad *om. Merlin.* k) ab *om. Merlin.* l) omnes *add. Merlin.* m) maledixerunt *Merlin., sed Pseudo-Ioachim cum Sal. consentit.* n) *sic c. ex Pseudo-Ioachimi loco, cum Sal.* volente *scribere debuisset.* o) *sub hac inscriptione linea rubra subducta.* p) ::s *tantum legi potest in c.*

1) *Scil. Ioachim ad Heinricum VI.* 2) *Hic libellus Pseudo-Ioachiticus exstat in codice Bruxellensi n.* 3. *dicto f.* 82—87'. *et in codice S. Pantaleonis* 31. *servato in bibliotheca Victoris Emanuelis Romana f.* 39—44'. *Cf. 'N. Archiv' XV, p.* 151 *sq.* 174. 3) *Hic etiam liber est Pseudo-Ioachimi, qui exstat in codice Bruxellensi nr.* 11956—66. *f.* 1—71, *editus textus Interpretationis in Ieremiam (Venetiis* 1519. 1525. 4°. *Coloniae* 1577. 8°*) retractatus est, ubi epistola ad Heinricum VI. libro praemissa deest. Cf. 'N. Archiv' XV, p.* 151. 4) *Haec sunt verba Pseudo-Ioachimi, Interpret. in Ierem. c.* 4, *(Coloniae* 1577*) p.* 86, *ubi:* Quia re vera tolletur imperium post Henricum, cuius est liber iste, ad quem sermo dirigitur iussu suo, volentem — futura. 5) *Qui libellus Pseudo-Ioachiticus exstat in dicto codice Bruxellensi p.* 72 — 82, *in codice S. Pantaleonis f.* 29 — 39. *Qui incipit:* Ad Henricum sextum Romanorum imperatorem a. D. millesimo centesimo nonagesimo sexto Ioachim. 6) *Sequentia verba exstant, ut V. Cl. E. Ouverleaux mecum communicavit, in dicto codice Bruxellensi f.* 31, *col.* 2. *in fine secundae partis Expositionis Ieremiae, et eadem habet Paulinus in Chronico dicto Iordani, c.* 229, *part.* 3, *Muratori, Antiq. Italiae IV (Mediolani* 1741*), col.* 985 *sq., ubi haec epistola Pseudo-Ioachimi ad Heinricum VI. descripta est, desunt in editis.*

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

*P. 8, l. 8. Bene V. Cl. Alex. Cartellieri conicit* exuacte *corrigendum esse in* exnacce = esnacce, esnecce, *cuius vocis diversas formas habet auctor Itinerarii Ricardi I. regis. Vide 'Chronicles and Memorials of the reign of Richard I.' Ed. W. Stubbs I, p.* 454. *Idem V. Cl. monet ad p.* 8, *l.* 7. *in marg. aut* Aug. (28). *aut* Aug. (29). *scribendum esse.*

*P.* 14, *l.* 31. *in marg. lege* (Iun. 1). *pro* (Iul. 1).

*P.* 20, *l.* 13. *ad* in Petro et Iohanne euntibus in monumentum *adde notam: Cf. Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam praef. (Coloniae* 1577*) f.* 5: Isti sunt Petrus et Iohannes una currentes et ascendentes in templum sepulchri, sed iunior et ultimus ordo designatur in eo, qui paulo minus minoratus, scilicet angelis praedicatoribus, praecucurrit, sed non ingressus est evangelii veritatem.

*P.* 43, *n.* 1. *adde: Cf. infra f.* 358[d], *p.* 359.

*Ad p.* 51, *n.* 1. *cf. quae infra ad f.* 303[b], *p.* 224, *n.* 1. *adnotavi.*

*P.* 72, *l.* 18. *ad* cantatur *adde notam: In hymno saepe edito, qui incipit:* In celesti hierarchia; *Chevalier, Repert. hymnolog. nr.* 8547 *(I, p.* 512*).*

*Ad p.* 93, *n.* 2. *adde: Cf. quae K. Hadank, 'Die Schlacht bei Cortenuova' (Diss. Berolin.* 1905*) p.* 58—63. *exposuit.*

*P.* 122, *n.* 3. *adde: Karl Wenck, 'Philipp der Schöne von Frankreich, seine Persönlichkeit und das Urteil der Zeitgenossen' (Progr. Marburg* 1905*) p.* 42, *n.* 4. *dixit eadem verba* (Rex illiteratus est quasi asinus coronatus) *Helinandum habere. Quod dictum legitur in excerptis Vincentii Bellovac., Spec. hist. XXIX,* 122, *ex libello deperdito Helinandi de regimine principum. Locus laudatus Dialogi creaturarum ex hoc libello Helinandi descriptus videtur esse.*

*P.* 133, *n.* 1, *l.* 33. *post col.* 123. *adde: et Jak. Werner, 'Beiträge zur lateinischen Literatur des Mittelalters' ed.* 2 *(Aarau* 1905*) p.* 139, *nr.* 358 g.

*P.* 137, *l.* 12. *et p.* 182, *l.* 6. *fortasse scribendum est:* cuius est sermonum memoria, *ut scripsi p.* 88, *l.* 10, *et interpretandum:* cuius sermonum (adhuc) memoria est. *Sap.* 16, 11. *legitur:* In memoria enim sermonum tuorum examinabuntur, *ut mihi scripsit V. Cl. G. G. Coulton.*

*P.* 143. *pro n.* 1. *lege: Ut V. Cl. G. G. Coulton mecum communicavit, haec narratio de Galfredo Tornacensi invenitur in Petri Blesensis epist.* 102, *Migne, Patrol. Lat. CCVII, col.* 325, *ubi dicitur* Gaufridus Perronensis, Clarevallis prior; *in Caesarii Heisterbacensis Dialogo miraculorum II,* 28, *ed. I. Strange I, p.* 99 *sq., ubi de monacho Clarevallensi non nominato dicitur; Etienne de Bourbon ed. Lecoy de la Marche p.* 249. 421.

*Ad p.* 145, *l.* 17. *adde notam: Helinandus in epistola ad Galterum cler., Migne, Patrol. Lat. CCXII, col.* 749: Facilius est, ait Aristoteles, destruere quam astruere.

*P.* 199, *l.* 46. *scribe notae numerum* 9 *pro* 6. *Et ad p.* 199, *l.* 30. cómpater fuit imperatoris *adde notam: Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 480.

## Futura presagia Lombardie, Tuscie, Romagnole et aliarum partium per magistrum Michaelem Scotum declarata[a, 1].

*Regis vexilla timens fugiens velamine Brixa*
*Et suos non poterit filios propriosque tueri.*
*Brixia stans fortis secundo certamine regis.*
*Post Mediolani sternentur menia griphi.*
*Mediolanum territum cruore fervido necis*
*Resuscitabit viso cruore mortis.*
*In numeris errantes erant atque silvestres.*
*Deinde Vercellas venient, Novariam*[b]*, Laudum.*
**Affuerint dies, quod egra Papia erit.* *f. 359c.
*Vastata curabitur, mesta dolore flendo*
*Munera, que meruit, diu parata vicinis.*
*Pavida mandatis parebit Placentia regis.*
*Oppressa resiliet, passa damnosa strage.*
*Cum fuerit unita, in firmitate manebit*[c]*.*
*Placentia patebit grave pondus sanguine mixtum.*
*Parma parens viret totisque frondibus uret,*
*Serpens in obliquo, tumida exitque draconi.*
*Parma regi parens tumida percutiet illum,*
*Vipera draconem, florumque*[d] *virescet amenum.*
*Tu ipsa Cremona patieris flamme dolorem*
*In fine, predico, conscia tanti mali.*
*[Et*[e] *Regii partes insimul mala verba tenebunt]*[2].
*Padue magnatum plorabunt filii necem*
*Duram et horrendam, data catuloque Verone.*
*Marchia succumbet gravi servitute coacta*
*Ob viam Antenoris, quamque secuti erunt.*
*Languida resurget catulo moriente Verona.*
*Mantua, ve tibi! tanto dolore plena!*
*Cur ne vacillas*[f]*, nam tui pars ruet.*
*Ferraria fallax, fides falsa nil tibi prodest,*
*Subire te cunctis, cum tua facta ruent.*
*Peregre missura quos tua mala parant.*
*Faventia iniet tecum videns tentoria pacem.*
*Corruet in pestem ducto velamine pacis.*
*Bononia renuens ipsam vastabitur agmine circa,*
*Sed dabit inmensum purgato agmine*[g] *censum.*
*Mutina fremescet sibi certando sub lima*[h]*.*
*Que, dico, tepescet, tandem trahetur ad ima.*

a) *sub hoc inscriptione linea rubra ducta.* b) *sic* (nouaria) *c.; lege* Novaria. c) stabit *reliqua exemplaria.* d) florum *reliqua exempl.* e) *hic versus in super. marg. a Sal. post suppletus est.* f) *non signum interrogationis, sed . hoc loco in c.* g) *lege* crimine. *ut reliqua exemplaria habent.* h) sl̀lima *c. in unam vocem contractum.*

1) *Sequens vaticinium edidi et exposui 'N. Archiv' XXX, p. 349—377. Hoc loco variam lectionem non adnotavi, nisi ubi Sal. singulare habet mendum.* 2) *Hic versus in uno (P) undecim librorum, quos ad edendum hoc vaticinium adhibui, praeter hunc legitur, ubi:*

Regii partes simul mala verba tenebunt.

*F.* 359[d]. De his qui in Lombardia et Romagnola dominium habuerunt tam ex parte ecclesie quam ex parte imperii.

---

*Pergami deorsum excelsa menia cadent,*
*Rursus et amaris ascendet stimulus arcem.*
*Trivisii due*[a] *partes afferent non signa salutis,*
*Gaudia fugantes, vexilla prebendo ruine.*
*Roma diu titubans, longis terroribus*[b] *acta,*
*Corruet et mundi desinet esse caput.*
*Fata monent, stelleque docent aviumque volatus,*
*Quod Fridericus malleus orbis erit.*
*Viret draco magnus cum inmenso turbine mundi.*
*Fata silent, stelleque tacent aviumque volatus,*
*Quod Petri navis desinet esse caput*[1].
*Reviriscet mater, malleabit caput draconis.*
**f. 359d.* **Non diu stolida florebit Florentia florum.*
*Corruet in feudum*[c], *dissimulando viret.*
*Veneccia aperiet venas, percutiet undique regnum.*
1260. *Infra millenos ducenos sexque decenos*
*Erunt sedata inmensa turbina mundi.*
*Morietur gripho, aufugient undique penne.*

Quam vera fuerint ista, que continentur in suprapositis versibus, multi potuerunt
*Eccl. 1, 16.* videre. Nam et ego vidi et intellexi singula, *et mens mea*[d] *contemplata est multa sapienter, et didici* et scio, quod vera fuerunt, exceptis paucis, videlicet quod Fridericus malleus orbis generaliter non fuit, quamvis multa mala fecerit[e]. Nec navis Petri cessavit, quin semper caput fuerit, nisi forte ad tempus, quando propter discordiam cardinalium vacavit papatus[e]. Porro tertium, quod non apparet usque-
1260. quaque verum, est, quod in mille ducentis LX annis completis a Christo non sunt omnino sedata inmensa turbina mundi, quin sint multe guerre et discordie et maledictiones adhuc in diversis partibus mundi[e]. Verumtamen in illo millesimo CC⁰LX⁰ anno inchoavit et facta est verberatorum devotio, et homines adinvicem pacem faciebant et guerras dimittebant, et multa bona fiebant, ut vidi oculis meis[2].

Nunc[f] superest, ut dicamus de his qui in Lombardia et in Romagnola dominium habuerunt. In Pede-montis marchio Montis-ferrati. In Vercellis Petrus Becherius. In Mediolano Napolionus de Turre. Et domnus Caxonus, filius suus. In Alexandria domnus Lançaveljja[g]. In Placentia Ubertus Iniquitatis. In Parma ex parte ecclesie domnus Bernardus Rolandi Rubei, cognatus pape Innocentii quarti, habuit enim sororem ipsius pape in uxorem[3], et fuit
**f. CCCLXa.* pulcher princeps[4]. Ex parte imperii domnus Bertholus Tavernerii[5]. *Processu vero temporis dominatus est in Parma domnus Ghibertus de Gente, civis

a) due *delendum, quod Sal. solus habet.* b) *lege* erroribus. c) *lege* fetidum. d) mā (mea) *a Sal. in marg. suppl.* e) *sequitur* C *minio scriptum.* f) Nu *in loco raso, picta in margine magna littera initiali* N, *ubi prius* N *simplici modo scriptum fuisse patet.* g) *sic cum duobus longis* j *c.*

1) *De versibus* 43—49. *vide etiam 'N. Archiv'* XXX, *p.* 335—347. 714 *sq.* 2) *Cf. infra f.* 404[a]. 3) *Cf. supra f.* 293[a], *p.* 199. 4) *Cf. supra f.* 294[a], *p.* 201. 5) *Cf. supra f.* 289[b], *p.* 190. *Ubi Sal. dicit Bertholum capitaneum partis imperii pro imperio fuisse.*

*F.* 360[b].*

Parme, multis annis[1] et etiam Regium habuit sub suo dominio. In Regio ex
parte ecclesie domnus Hugo de Robertis, ex parte imperii domnus Guido de Sesso[2]
et rex Hencius, filius Friderici. In Mutina domnus Iacobinus Rangónus et
Manfredus de Saxolo sive de Rosa, nepos suus, ex parte ecclesie. Ex parte vero
imperii illi de Pio, ut domnus Lanfrancus et domnus Ghirardinus[3]. In Cremona
domnus Ubertus marchio Pelavicinus et Bosus de Dovaria multis annis[4] dominium
habuerunt, et multos expulerunt et multos deleverunt; et guerra erat valida, et
multa fecerunt aliis, et multa mala habuerunt postea etiam ipsi. In Mantua
domnus Pinamons[5], civis Mantue, cuius dominium valde longum et durum fuit
annis multis. In Ferraria domnus Salinguerra; post quem Aço marchio
Hestensis; post quem Opiço filius Rainaldi filii predicti Açonis, qui[6] mortuus est 1252.
in Apulia in carcere obses imperatoris[7]. Fuit ergo iste Opiço filius [cuiusdam[a]
Neapulitane] et Rainaldi fi[lii Açonis predicti], et portatus fuit parvulus de Apulia,
ut vidi oculis meis[8]; [qui Oppiço[b] fuit vir magni cordis, non tamen bonus, quia
multa[c] mala fecit]. Et illos de Fontana[d] expulit de Ferraria[9], qui eum sublima- 1273.
verant, et Ferariensibus ultra modum longum et durum fecit dominium annis
multis. Et civitas Ferarie erat terra ecclesie, ut audivi ab ore pape Innocentii
quarti, cum Ferarie populo predicaret[10]. Et quia antiquitus marchiones Hestenses 1251.
fuerunt *amici Romane ecclesie, ideo ecclesia ex quadam amicicia sustinet eos et *f. 360[b].
patitur, quod sint ibi, in Feraria scilicet, domini.

In Trivisio dominatus est Albricus de Romano multis annis, cuius crudele et
durum fuit dominium, ut cognoverunt qui experti sunt illud. Hic vere menbrum
fuit diaboli et filius iniquitatis, sed mala morte periit cum uxore et filiis et filia- 1260. (*Aug.* 26).
bus[11]. Extrahebant enim qui interfecerunt eos tibias et brachia filiorum puerorum[e]
de corpore eorum, cum adhuc vivi essent, parentibus videntibus, et cum eis per-
cutiebant os patris et matris; postmodum ligaverunt uxorem[12] et filias ad palos

*) *Alia manu, quae et inscriptionem f.* 351[d]. *scripsit, post add.:* De crudelissimo Albrico, fratre Incirini de Romano.

a) cuiusdam neapulitƺ *et alia verba huius loci uncis inclusa scripta sunt recentiore manu super ea, quae Sal. scripserat, quae erasa sunt. Censeo uncis inclusa eadem manu scripta esse, quae supra f.* 180[a], *p.* 167 *sq. similem locum de Opizone Estensi immutavit.* b) *sic h. l. c.* c) mlta *c.* d) fotana *nunc legitur in c., sed compendii signum evanuisse videtur.* e) pueorum *corr.* puerorum *c.*

1) *A.* 1253—1259; *cf. infra f.* 396[b. c]. 2) *Cf. supra f.* 347[a], *p.* 330. 3) *De quibus vide Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' IV, p.* 134 *sq.* 4) *A.* 1249—1266. *Bosius demum a.* 1267. *expulsus est.* 5) *de Bonucolsis.* 6) *Scil. Rainaldus: cf. supra f.* 280[b], *p.* 167. *Mortuus est a.* 1252. die anni novi, *Ann. Mantuani ad a.* 1252, *Parisius de Cereta et Ann. S. Iustinae Patav. ad a.* 1251, *SS. XIX, p.* 23. 14. 162, *et Ann. Patav., Muratori, Antiq. Ital. IV, col.* 1139. *ad a.* 1251. *Ex iis quae Parisius dicit elucere videtur Rainaldum obiisse, postquam Conradus IV. rex in regnum Siciliae a.* 1252. *Ian. advenit.* 7) *Ab a.* 1239, *Rolandin. IV,* 11. 13, *SS. XIX, p.* 72. 74; *Ann. S. Iustinae Patav., ib. p.* 157. 8) *Ferrariae a.* 1252; *cf. supra p.* 167, *n.* 16. *Mirum, quod non dixerit se vidisse ibi etiam Constantiam sororem Opizonis cum eo apportatam.* 9) *Eadem vide supra f.* 280[c], *p.* 168, *et ibi n.* 5. 10) *A.* 1251. *c. Oct.* 4; *cf. supra f.* 279[c]. 282[c], *p.* 165. 174, *infra f.* 395[d]. 396[a]. 11) *A.* 1260. *Aug.* 26. 12) *Margaretam.*

*F.* 360[c]. Narratur hic horribilis historia et compassione digna.

---

1260. (*Aug.* 26). et conbusserunt eas[1]. Et erant nubiles et pulcherrime virgines de mundo nec erant culpabiles; et non pepercerunt innocentie et pulcritudini earum propter odium patris et matris. Terribiliter enim et horribiliter leserant et afflixerant Trivisinos. Unde et veniebant ad Albricum cum tenacibus[2] et extrahebant de corpore eius, cum adhuc viveret, in platea quilibet unum bolum[3], et sic destruxerunt corpus eius ludibriis et opprobriis et gravibus tormentis[a]. Nam interfecerat isti consanguineum, illi fratrem, illi patrem, illi filium. Et usque ádeo graves ponebat collectas et mulctam terre ita frequenter[4], quod oportebat[b] eos domos destruere; et parietes et assides et scrinia et vegetes et dolia ponebant in navibus et mittebant Ferariam ad vendendum, ut haberent denarios ad solvendum et se redimendum. Vidi ista oculis meis[5]. Et simulabat se cum Icilino de Romano, fratre suo germano, habere guerram[6], ut securius ista mala facere posset, et non
*f. 360[c]. †r. 15. parcebat in cede *civibus et subditis suis. Ideo dicit sapiens Prover. XXVIII†:
*r. 16. *Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Et iterum*: *Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam.* Quod bene patuit in homine
1258? isto[c]. Nam XXV de maioribus Trivisii fecit una die suspendi[7], et non offenderant nec leserant eum in aliquo; sed quia timebat, ne forte possent eum ledere et sibi nocere, ideo removit eos a facie[8] sua ita turpiter suspendendo. Et XXX nobiles mulieres, matres istorum, uxores, filias et sorores, fecit venire, ut viderent suspendendos, et ipsi eas; quibus voluit nasum precidere, sed benefitio cuiusdam, quem appellabat filium suum spurium, sed non erat, fuit dimissum. Verumtamen usque ad mammillas fuerunt vestes earum precise, ita quod totum corpus cuiuslibet earum nudum erat, et viderunt eas qui suspendendi erant[c. 9]. Et ita iuxta terram fuerunt suspensi, quod iste mulieres cogebantur per tibias eorum transire, et illi cum tibiis et pedibus vultum earum percutiebant, dum moriebantur in amaritudine animarum[10] suarum; et iste in angustia et dolore vivebant, dum talia ludibria sustinerent. Nam erat hoc videre miseria et crudelitas maxima, que nunquam fuit audita[a]. Post hec fecit eas poni ultra fluvium qui dicitur Sila vel Siler, ut irent quo vellent. Et fecerunt sibi coopertoria de modico indumento, quod habebant circa mammillas, et operuerunt sibi menbra genitalia, id est pudenda, et ambulaverunt tota die illa per XV miliaria per terram incultam, per spinas et tribulos et urticas et lappas et paliuros et cardetos[11], et nudis pedibus incedebant

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) aportebat *c. errore illius, ut videtur, qui multa verba huius columnae atramento superlito renovavit.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Consentit in hoc facinore describendo Riccobaldus Ferrar., Pomerium c.* 99, *Muratori, SS. IX, col.* 134. *Scriptores partis ecclesiasticae, Rolandinum XII,* 16, *SS. XIX, p.* 146, *et auctorem Annalium S. Iustinae Patav., ibid. p.* 178, *puduit hoc luculentius describere. Cf. etiam Martin. de Canale c.* 150, *'Archivio stor. Italiano' VIII, p.* 444 *sqq.* 2) *I. q. forcipibus; vide Ducange-Henschel s. v.* 3) *I. q. frustulum.* 4) *Cf. Rolandin. Patav. XI,* 1, *SS. XIX, p.* 127. 5) *Ferrariae, ubi Sal. a.* 1249. *c. Aug.* — 1256. *habitavit.* 6) *Usque ad a.* 1257. *Albericus vere a parte ecclesiae stetit, cum Ezzelinus contrariae partis esset.* 7) *Conicio hoc factum esse a.* 1258, *postquam mense Martio quidam Tervisini expulsi cum aliis tentaverunt Tervisium invadere, ut Rolandin. XI,* 3, *SS. XIX, p.* 128, *narrat.* 8) *Cf.* 2. *Reg.* 7, 15: quem amovi a facie mea. 9) *Idem facinus referunt Ann. S. Iustinae Patav., SS. XIX, p.* 178. 10). *Cf. Iob* 21, 25: moritur in amaritudine animae. 11) *I. q. cardueta,* Distelgesträuch.

*F.* 360[d]. Monstratur exemplis, quod *necesse est* ibi *divinum adesse auxilium, ubi cessat humanum.*

---

et nude *toto corpore, et a muscis mordebantur; et flendo ibant, quia causam 1258? *f. 360d.
flendi habebant[1], nec habebant quid manducarent.

*Há[a] quanta miseria,*
*o Deus, considera!*
*tuum est succurrere,*
*tuum est[b] occurrere:*
*vide tribulatas,*
*tibi reserratas,*
*tibi derelictas!*

Nam *necesse est* ibi *divinum adesse auxilium, ubi cessat humanum*[2]. Patuit hoc in
Susanna, que cum duceretur ad mortem, divino adiutorio contra spem omnium *Dan.* 13.
liberata evasit. Idem in adultera, que erat lapidanda. Patuit etiam hoc ipsum *Ioh.* 8, 3—7.
in Ysaia, cui, cum serra lignea secaretur et vehementer sitiret, et carnifices
nollent ei aquam dare bibere, quam petierat, dedit aquam Dominus de sublimi,
que influit in os eius[3]. Sed[c] veniamus ad rem et hystoriam prosequamur.
Pervenerunt illa die ad lacunas maris Venetici tarda iam hora, et ecce subito
viderunt piscatorem solum in navicula sua, quem vocaverunt, ut veniret ad se.
Ille vero credens que videbat esse illusiones demonum seu fantasmata aut certe
monstra marina, horribiliter timuit. Sed inspiratus a Deo et propter earum instantiam venit ad eas. Cui cum totam hystoriam suam et omnia infortunia sua
retulissent, dixit eis: 'Compatior vobis multum nec derelinquam vos, quousque
Deus bene faciat vobis. Sed quia navicula ádeo parva est, quod non patitur nisi
unam, portabo vos singulariter, quousque omnes transferam et ponam vos in saldivo[4], ubi terra solida est, ne, si hac nocte hic essetis, devorarent vos lupi. Cras
autem, antequam dilucesscat[d], acquiram navem maiorem et portabo vos et ponam
in ecclesia sancti Marchi[e], ubi spero, quod bene faciet vobis *Deus'. Quid plura? *f. CCCLXIa.
Igitur postquam omnes transtulit preter unam, illam ultimam ad domum suam
piscatoriam duxit et optime pavit et benigne, curialiter et humane et caritative
et honeste tractavit. Altera vero die quod promiserat sollicite adimplevit. Cum
autem duxisset eas ad ecclesiam sancti Marci[e], accessit ad cardinalem Romane
curie domnum Octavianum, legatum in Lombardia[5], qui illis diebus Venetiis erat,
et retulit ei totam historiam dominarum istarum et omnia infortunia, que acciderant eis, et ubinam essent, aperuit[f]. Audiens hec cardinalis sine mora venit
ad eas et dedit eis comedere. Et misit per totam civitatem dicendo, quod celeriter atque festine et sine aliqua mora omnes venirent ad ipsum ad ecclesiam
sancti Marci, tam viri quam mulieres, tam[g] parvi quam magni, *iuvenes et virgines,* *Ps.* 148, 12.

a) Há *in loco raso.* b) e (est) *a Sal. superscr.* c) *penna mutata.* d) *sic* (diluces|scat) *c.* e) *sic h. l. c.* f) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* g) tam *a Sal. superscr.*

1) *Vide versum infra f.* 481[c]. *allatum:* Qui modo non fletis, flendi dum tempus habetis. 2) *Cf. supra f.* 226[b], *p.* 45, *n.* 3. 3) *Haec de Isaia ex Petri Comest. Hist. scolast., Regum IV. c.* 32. *assumpta sunt.* 4) *Italice* saldo *est solidus.* 5) *Hoc non potest factum esse ante a.* 1257. *Maii* 8, *quo tempore Albricus cum Ezzelino foedus iniit (Ann. Veron., SS. XIX, p.* 15; *Ann. S. Iustinae Patav., ibid. p.* 169*), vel potius non antequam ab Alexandro IV. excommunicatus esset (cf. litteras datas a.* 1258. *Iul.* 3, *Epist. pont. sel. III, p.* 445 *sq., nr.* 481*). Tunc vero Octavianus non erat legatus in Lombardia.*

1258? *senes cum iunioribus,* quoniam talia diceret eis, que nunquam audiverant, et talia
ostenderet eis, que nunquam viderant. Quid plura? Dicto cicius congregata est
tota civitas Venetorum ad eum in platea ecclesie sancti Marci, et audiverunt
ab eo totam historiam suprascriptam. Quam cum recitasset, fecit venire dominas
illas ita dehonestatas et nudas, sicut ille maledictus Albricus dehonestari fecerat.
Hoc ideo fecit cardinalis, ut magis provocaret Venetos contra illum et magis in-
duceret ad miserendum istis[a]. Cum autem audivissent Veneti omnem historiam
supradictam et dominas ita nudatas conspexissent, elevata voce clamaverunt
dicentes: 'Moriatur, moriatur maledictus ille et vivus ardeat cum uxore, et
*f. 361b. tota eius proge*nies[b] de hoc seculo extirpetur'![a] Tunc cardinalis dixit: 'Scrip-
tura divina concordat vobiscum, que taliter homini impio imprecatur, Ecclesiastes
*v. 13. VIII*: *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed sicut*[c] *umbra transeant qui*
Ps. 77, 8. *non timent faciem Dei.* Hec est *generatio prava et exasperans, generatio que non direxit cor*
Prov. 30, 11. *suum, nec*[d] *creditus est cum Deo spiritus eius.* Hec est *generatio, que pro dentibus gladios habet*
Ps. 108, 12–16. *et commandit molaribus suis, ut comedat inopes*[e] *de terra et pauperes ex hominibus. Non sit*
*illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum, in generatione*
*una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu*
*Domini, et peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra Dominum semper, et*
*dispereat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.*
*v. 17–19. Item Iob XVIII*: *Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen eius in*
*plateis. Expellet eum de luce in tenebras et de orbe transferet*[f] *eum. Non erit semen*
Ps. 68, 29. *eius neque progenies in populo suo, nec ulle reliquie in regionibus eius. Deleantur de*
*libro viventium et cum iustis non scribantur'.* Tunc clamaverunt omnes dicentes:
'Fiat, fiat!'[g] Post hec de voluntate totius civitatis, tam virorum quam mulierum,
predicavit crucem contra maledictum Albricum[1], et quicumque eam assumeret et
iret vel mitteret loco sui aliquem suis expensis ad destruendum eum, plenariam
indulgentiam omnium peccatorum suorum haberet. Quam auctoritate omnipotentis
Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum[h] eius necnon et legatione, qua ab
apostolica sede fungebatur, indulgentiam datam omnibus pleniter confirmavit[a].
1 Reg. 5, 9. Ios. 6, 21. Animati sunt igitur omnes et crucesignati *a parvo usque ad maximum, a viro usque*
*ad mulierem* propter predicationem cardinalis, qui erat talis persona et tanto offitio
*f. 361c. fungebatur, et propter maledicti hominis illius malitiam *et propter suspensionem
illorum nobilium, quam iniuste fecerat, et propter istas dominas, quas turpiter
dehonestatas cernebant, insuper et propter indulgentiam, quam tam plenam habe-
bant[a]. Induxerat etiam cardinalis, qui et legatus, ipsos ad faciendum hoc opus
Iud. 19. 20. ponendo exemplum uxoris Levite, de cuius nece atque ludibrio sive abusu de voluntate
divina Iudaicus populus iustitiam et vindictam tam severam exercuit, ut quasi una
1259. tribus deleretur ex eis. Iverunt igitur unanimiter contra eum et multa mala intule-
runt ei, sed non penitus deleverunt[2]. Verumtamen usque ad breve tempus post illam
1260. crucis signationem cum tota sua progenie penitus est deletus et habuit ludibria et tor-

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *penna cum nova columna mutata.* c) quasi *Vulg. et sic supra p.* 263, *l.* 45; *cf. p.* 90, *n.* a. d) et non *Vulg. ut supra p.* 348, *l.* 29. e) ī nopes c. f) *cf. supra p.* 187, *l.* 35, *n.* f *et p.* 263, *l.* 43. g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) a aptoꝝ c., *prius* a *expunct.*

1) *A.* 1258. *Iun.* 16. *Albertus episcopus Tervisinus Venetiis contra Ezzelinum de Romano crucem praedicavit: Verci, 'Storia degli Ecelini' III, p.* 301, *nr. LXXIX. Vide quae Martinus de Canale c.* 143–145, *'Archivio stor. Italiano' VIII, p.* 436 *sqq., de Henrico archiepiscopo Ebredunensi, legato apostolico, contra Ezzelinum et Albricum Venetiis crucem praedicante narrat.* 2) *Cf. Ann. S. Iust. Patav. p.* 175 *sq.; Ann. Placent. Gib. p.* 510.

*F.* 361[d]. De crudelitatibus Icilini de Romano, et quod una die XI milia Paduanorum fecit comburi.

---

menta et infortunia supradicta, quibus omnibus fuit dignus[a]. Nam quadam die, quia perdiderat accipitrem suum, cum esset sub divo, extraxit sibi bracas et culum ostendit Deo in signum opprobrii et convitii atque derisionis, credens se ex hoc de Deo ulcisci. Cum autem fuit domi, ivit et caccavit super altare in eo loco proprie, ubi consecratur dominicum corpus[a]. Uxor vero sua[1] nobiles dominas et matronas appellabat putanas et meretrices; *nec corripi*ebat eam[b] *áliquando* vir *suus* 3. *Reg.* 1. 6.
*dicens: 'Quare hoc fecisti'*[c], quin potius de securitate viri sui talia faciebat. Ideo merito propter predicta de eis ulti sunt Trivisini, ut impleretur etiam verbum Domini, quod dixit in Luca VI*: *Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur* *v. 38.
*vobis.* Post predicationem vero, quam fecerat Veneticis cardinalis, recommen- 1258?
davit eis dominas illas tamquam seipsum; qui eis tam in vestibus quam in victu libentissime et liberalissime subvenerunt. Homini vero illi, cuius beneficio iste domine nasum non perdiderunt, pepercerunt Trivisini et vivere permi*serunt, multa *f. 361d.
bona conferentes eidem, quia dignus erat. Sepe enim retraxit istos a multis malitiis que[d] fecissent.

Porro in alia Marchia dominatus est frater istius Albrici domnus Icilinus, ut in Padua, Vincentia atque Verona. Hic vere fuit menbrum diaboli et filius iniquitatis. Nam una die in campo Sancti Georgii de Verona[e, 2], in quo aliquando fui[3], 1256.
XI milia Paduanorum conburi fecit in una magna domo, in qua eos captivos et compeditos habebat[4]; et circa eos, dum cremarentur, cum militibus suis[f] cantando hastiludium faciebat; peior enim homo fuit de mundo. Non credo revera, quod ab initio mundi usque ad dies nostros fuerit ita malus homo. Nam ita tremebant eum omnes, sicut tremit iunccus[g] in aqua, et hoc non sine causa erat. Qui enim erat hodie, de crastina vita securus non erat. Pater petebat filium ad interficiendum, et filius patrem vel aliquem sibi propinquum, ut Icilino placeret[a]. Omnes maiores et meliores et potentiores et ditiores et nobiliores delevit de marchia Trivisina, et mulieres castrabat et cum filiis et filiabus in carceribus includebat, et ibi fame et miseria peribant[h]. Multos religiosos interfecit et in carceribus diu habuit, tam ex ordine fratrum Minorum et Predicatorum quam ex ordinibus aliis[5]. Et impleta est scriptura que dicit Dan. 7*: *Sanctos altissimi conteret* et cet.[a] Nec Nero nec *v. 25.
Decius nec Dioclitianus nec Maximianus in malicia fuerunt similes sibi, sed neque

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) eu *corr.* ea *c.* c) *non signum interrogationis hoc loco in c.* d) *sic* (q) *c. pro* quas. e) verora *c.* f) ff (suis) *a Sal. in marg. suppl.* g) *sic c.* h) pi:bant, *littera erasa c., sequente* ℂ *atramento nigro scripto.*

1) *Margareta.* 2) *Parisius de Cereta, SS. XIX, p.* 15: in carceribus positi sunt in Sancto Georgio de Verona. 3) *Penitus ignoratur, quando ibi fuerit.* 4) *Haec nimis in falsum aucta sunt. Ut Rolandin. IX,* 8. *X,* 11. *tradit, Ezzelinus quidem undecim milia Paduanorum in carceres coniecit, in quibus multi mortui sunt: aliquot suspendio, aliquot igne necatos, aliquot decollatos esse, ducentos tantum Paduam rediisse idem refert; quae satis bene confirmantur iis quae Ann. S. Iustinae Patav., SS. XIX, p.* 169; *Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 567; *Parisius de Cereta l. l., alii tradunt. Sed alii etiam eadem fere in maius fama percrebrescente sublata quae Sal. narravit referunt: cf. Ant. Godi, Muratori, SS. VIII, col.* 87.
5) *Cf. Ann. Patav. ad a.* 1253, *Muratori, Antiq. Italiae IV, col.* 1140.

Herodes neque Antiochus, qui pessimi homines de mundo fuerunt[a. 1]. Vere isti
duo fratres duo demones extiterunt, de quorum quolibet possem componere librum
*f. CCC62a. Ps. 68, 29. grandem, si tempus *sufficeret et pergamenum haberem[b]. Sed *deleantur de libro*
*v. 13. *viventium et cum iustis non scribantur,* quia scriptum est Iere. 17*: *Domine, omnes*
*qui te derelinquunt confundantur*[c]; *recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt*
1260. *venam aquarum viventium Dominum.* Verumtamen in morte Albricus optime
fuit contritus[2]. Icilinus vero nunquam est reversus ad Deum, ut verbum Domini
*v. 40. impleretur, quia *unus assumetur, et alter*[d] *relinquetur,* Mat. 24*. In quo magna Dei
misericordia est ostensa, dum talem hominem etiam in morte suscepit.

Porro Icilino in Verone dominio quidam qui appellatus est Mastinus successit,
1277. et fuit Veronensis, sed processu temporis ab assaxinis fuit occisus[3]. Comes
vero Sancti Bonifacii, qui Verone dominium habere debebat, vagabundus, ut vidi, ibat per mundum. Et erat totaliter ex parte ecclesie, bonus homo et sanctus, sapiens et honestus et fortis et probus in armis et doctus ad bellum. Pater eius domnus Guiçardus[e], et ipse domnus Lodoicus, et maior filius Vincens-guerram.

Porro in Arimino dominatus est domnus Malatesta, qui optime et fideliter partem ecclesie semper tenuit. In Furlivio dominatus est domnus Guido comes Monte-

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) haberem *a Sal. superscr.* c) confundentur *Vulg.* d) unus *Vulg.* e) *sic c. pro* Riçardus, *sed* Gu *in loco raso scriptum est; cf. supra f.* 291[a. b], *p.* 194, *n.* a.

1) *Haec et alia hoc loco dicta vide iam supra f.* 291[c. d], *p.* 195. *Iuvat huic loco adscribere quae Guido Bonatus de Furlivio, Continens decem tractatus astronomicos (Venetiis* 1491. 4°) *de Icilino tradit. Tertii tract. pars II, c.* 14, *f.* 68: Ego tamen inveni aliquos, qui videbantur michi diversi ab aliis et erant in quadam sua opinione, quod non credebant, quod redditus virtutis seu dispositionis *(planetarum)* esset aliquid, sicut fuit ille tyrannus Ycilinus de Romano, et erat quidam eius astrologus nomine Salionus, quem credo assensisse sibi potius ex timore, quam quod crederet ita esse. Et hoc credo propterea, quia Ycilinus habebat quendam eius fratrem in compedibus, de quo ipse timebat, ne occideret eum. Et dicebat *etc. Ibid. c.* 22, *f.* 72: Sicut si aliquis inveniat aliquem suum inimicum, qui non esset inimicus inimicitia ultimata seu capitali, in domo sua vel in loco, in quo habet dignitatem seu magistratum, ut potestariam et similia, quod recipit eum et honorificat eum alacri facie timens, ne reprehendatur, si aliud faceret, nisi esset homo silvester et valde feralis, cuius mens non consociaretur hominibus nec pateretur associari, sicut ille tyrannus [Y]cilinus de Romano, cuius tyrannidi non fuit inventa similis, qui nulli pepercit ordini, nulli pepercit religioni, nulli pepercit nobilitati, nulli pepercit etati, nulli pepercit sexui, nulli pepercit sanguini suo vel alieno, immo sine causa proprium fratrem *(Ziramontem)*, proprium nepotem *(Icilinum de Egna, filium Sophiae sororis)* propriis manibus interfecit. Et ego vidi omnia hec. *Tract. V, f.* 98v. 99: Fuit quidam alius, Ecilinus de Romano, qui cum non esset multum sublimis, exaltatus est valde pre omnibus Italis, ita quod fama eius transfretaverat atque per multas sonuerat regiones. Dominabatur enim quasi toti marchie Trivisiensi, etiam usque in Alamaniam et usque Tridentum et usque prope Venecias per IIII vel per V miliaria, stetitque tyrannus in illis partibus, et duravit eius tyrannides(!) per XXVI annos. Ultimo tamen omnia hec finita sunt in eius malum. Cum enim videretur impossibile ipsum posse deprimi, cecidit in manus maiorum inimicorum, quos habebat, in quodam prelio, quod gessit in comitatu Mediolanensi apud Cassianum, et miserabiliter mortuus est, et tota eius progenies est destructa, ex ipsa nemine remanente. 2) *Teste Rolandino XII.* 16, *p.* 146. *Albericus, antequam mactaretur, fratri Minori peccata confessus est; unde haec Sal. facile comperta habere potuit.* 3) *A.* 1277. *Oct.* 26, *Ann. Mant., SS. XIX, p.* 28, *et Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' p.* 419 *sq. Cf. infra f.* 367c. 417b.

feltranus, qui fuit vir bellator et periciam habuit artis pugne[1], et plures victorias
de Bononiensibus[b] qui erant ex parte ecclesie cum eis bellando obtinuit[c]. Pluribus
annis tempore valide guerre in Furlivio dominium habuit, sed in fine defecit tam
ipse quam Livienses, pro eo quod papa Martinus quartus de illa guerra pertinaciter
et obstinato animo se intromisit, volens penitus de Furlivio victoriam obtinere[d].
Quapropter cum venisset *domnus Bernardus cardinalis Romane curie[2] legatus in *f. 362[b].
Romagnolam, et Livienses tradidissent se sibi, misit domnum Guidonem comitem 1283.
Montis-feltri primo Cluciam, postmodum in Lombardiam ad civitatem Astensem,
ut in confinio staret ibi. Qui humiliter obedivit habitando ibidem[3].

In Ravenna dominatus est ex parte ecclesie domnus Paulus Traversarius,
nobilis homo, dives et potens, pulcher et sapiens. Ex altera parte imperii
Anastasius quidam[4]. Porro post domnum Paulum Traversarium[5] dominatus
est in Ravenna domnus Thomasius de Foliano de Regio, quem papa Innocentius
quartus fecit comitem Romagnole, pro eo quod attinebat sibi; et habuit neptem
domni Pauli uxorem, scilicet filiam filii[6], Traversariam nomine, quam papa legiti-
mavit, ut posset hereditare[c]. Hanc post mortem domni Thomasii Stephanus filius
regis Hungarie[7] accepit uxorem et dominatus est in Ravenna[c]. Post cuius[8] mortem
venit quidam Guilielmottus de Apulia ducens secum quandam mulierem, quam *c.* 1265.
dicebat uxorem suam esse et filiam[9] domni Pauli Traversarii de Ravenna, quam
in Apulia obsidem habuerat imperator; et dominatus est multis annis omnes pos-
sessiones domni Pauli Traversarii integraliter habens[d]. Et creditum fuit, quod
fraudulenter et deceptorie fierent omnia ista tam a viro quam ab uxore; nec
partem tenebat ecclesie, et propterea de Ravenna et de possessionibus, quas occu-
paverat, cum uxore sua fuit expulsus[10]. 1275.

In Faventia dominati sunt Alberghetti, qui et Manfredi appellati sunt, ex
parte ecclesie. Inter quos fuit precipuus domnus Hugolinus Buçola et filius eius
frater Albricus de ordine Gaudentium. Ex parte imperii domnus Accharisius
et filius suus *domnus Guido Accharisii. Porro pars ecclesie in Faventia a Çam- *f. 362[c].
brasiis denominabatur, et non erant nisi duo ex illo casali, scilicet frater Çambra-
sinus, qui de ordine fratrum Gaudentium fuit et est, et Tebaldellus frater ipsius
non legitimus. Et reputabatur, quia vir fortis et pulcher erat et dives, quia frater
suus Çambrasinus legitimus equaliter hereditatem cum eo diviserat[d]. Hic bis civi-

a) *sic h. l. c.* b) bononiesibus *c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Cf. Iudith* 5, 27: sine peritia artis pugnae. *Et* vir bellator *saepe legitur in Biblia.* 2) *Portuensis episcopus. Cf. infra f.* 392[b.d]. 425[a]. 3) *Cf. infra f.* 424[d]. 4) *Anastasii. Cf. supra f.* 279[d], *p.* 166. 5) *Qui obiit a.* 1240. *Aug.* 10; *Ann. Ravenn., Muratori, SS. I,* 2, *p.* 578. *Quae hoc loco de Paulo Traversario et de Thomasio et Stephano traduntur copiosius narrata vide supra f.* 279[d]. 280[a.b], *p.* 166 *sq.* 6) *Guillielmi.* 7) *Andreae II.* 8) *Traversariae scilicet, ut videtur, sed vide supra p.* 171, *l.* 8. 9) *Aicam. Eadem uberius narrata vide supra f.* 281[c.d]. 282[a], *p.* 171 *sqq.* 10) *Conicio hoc anno* 1275. *factum esse, cum Ann. Ravenn., Muratori, SS. I,* 2, *p.* 579, *tradant ad a.* 1275: Ravenne quoque fuit seditio, et tunc Guido minor de Polenta ea urbe potitus est auxilio d. Malateste de Arimino. *Tabula, quam edidit Fantuzzi, 'Monumenti Ravennati' III, p.* 119 *sq., nr.* 77, *data a.* 1275, *nimis mutila est. Sed a.* 1279. *Guilielmus Ravennam reversus est; Petrus Cantinelli, Muratori, SS. (ed. nova) XXVIII,* 2, *p.* 38 *sq.*

1274. tatis sue Faventie proditor fuit: primo dedit eam Liviensibus[1], et habitabam ibi
1280. tunc; secundo parti ecclesie eam restituit[2]. Et post breve tempus in fovea civi-
1282. tatis Liviensis periit et suffocatus est cum dextrario suo et aliis multis[3].

In Imola ex parte ecclesie erant Nurduli principales. Ex parte vero imperii
1266. Hugutio de Binielis, quem rex Karolus cepit in conflictu Manfredi, qui appellatus
est princeps, et decapitari fecit[a]. Huic successit in Imola frater suus Iohannes de Binielis. Porro in montibus Petrus Paganus ex parte imperii magnus erat, famosus et nominatus et doctus ad bellum; et habitabat in quodam castro, quod appellabatur Sosonana. Bonam uxorem habuit dominam Dyanam et bonam sororem dominam Gallam Placidiam. He ambe mee devote fuerunt. Porro comes Bernardinus dominabatur in Alchonio, magnus et potens et ex parte ecclesie. Comes vero Rogerius de Bagnacavallo ex parte imperii magnus in Ravenna fuit; sagax homo fuit, astutus et callidus et versipellis et subdola vulpes. Hic fuit michi familiaris. Hic unicam habebat filiam nec habuit mares; quam, cum moreretur,
f. 362d. dixit, quod volebat eam maritare tali homini, qui bene partem suam teneret. *Cui cum diceret frater Ghirardinus Gualengus, quod non erat tempus truffandi, respondit et dixit: 'Quare? Non sum ego bene unus homo?' Cui dixit frater: 'Domine, bene estis unus homo, sed tempore mortis debetis omnibus parcere nec
Ps. 15, 5. aliquam partem tenere debetis nisi Dei, sicut dicit propheta: *Dominus pars hereditatis mee et calicis mei; tu es qui re[stitues]*[b] *here[ditatem] m[eam] michi.* Item in Romagnola ex parte imperii magnus fuit comes Tadeus de Bono-comite. Hic erat vetulus et intravit ordinem fratrum Minorum. Item domnus Iacobus Bernardi ex parte imperii aliquando fuit, sed postquam imperator decollavit filium suum, factus est ex parte ecclesie, et postea intravit ordinem fratrum Minorum.

Item tam in Romagnola quam in Lombardia multi fuerunt nobiles et potentes tam ex parte imperii quam ecclesie, qui essent digni relatu, si boni fuissent et seipsos et Deum dilexissent.

Item[c] in Bononia ex parte ecclesie dominati sunt Ieremii[d], ex parte vero imperii Lambertacii. Inter quos fuit precipuus domnus Castellanus de Andalois,
1274. sed viliter obiit[4], quia in bello intestino ceperunt eum Bononienses qui erant ex parte ecclesie[5] et posuerunt im compedibus in palatio communis[a]. Et expulerunt
(Iun. 2). Geremii[d] Lambertacios de Bononia[6], et iverunt[7] Faventiam ad habitandum tempore
1280. illo; et processu temporis de Faventia similiter expulsi fuerunt, quando Tebaldellus eam restituit parti ecclesie[8]. Hec fuit civitas, scilicet Bononia, que ultimo
Is. 51, 17. *bib*it de *calice ire Dei et pota*vit *usque ad feces*[9], ne forte vellet gloriari de iustitia

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *haec per litteras vel sillabas initiales tantum scripta in c.* c) *penna mutata.* d) *sic h. l. c.*

1) *A.* 1274. *pars Lambertaciorum de Bononia expulsa cum Forliviensibus Faventia civitate potita est, parte ecclesiastica inde eiecta. Tebaldellum de Zambrasiis hoc machinatum esse ab aliis, quod sciam, non relatum est. Cf. infra f.* 386[d]. *Infra f.* 389[a]. *Sal. narravit Forlivienses ab Acharisiis, gente Faventina, e quorum parte imperiali et Tebaldellus fuit, Faventiam advocatos esse.* 2) *A.* 1280. *Nov.* 12/3; *cf. infra l.* 33. 34. *et f.* 420[b. c], *ubi multa hoc loco dicta repetita sunt.* 3) *A.* 1282. *Maii* 1. *Cf. infra f.* 420[d]. 421[a]. 4) *Cf. Matheus de Griffonibus, Rerum Ital. SS. (ed. nova) XVIII, 2, p.* 21. 5) *Proditorie a.* 1274. *mense Maio; cf. Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 140. 6) *Die Iun.* 2. *Cf. infra f.* 376[a]. 414[d]. 7) *Lambertacii.* 8) *A.* 1280. *Nov.* 12/3; *cf. supra f.* 362[c], *l.* 2, *infra f.* 420[b. c]. 9) *Is.* 51, 17: Ierusalem, quae bibisti de manu Domini calicem irae Dei . . . et potasti usque ad faeces.

*F.* 364[b]. Quod Parmenses pacem fecerunt adinvicem post mortem imperatoris, sed parum duravit pax illa.

---

sua et aliis civitatibus insultare, que de poculo ire Dei furorisque indignationis *cf. Is. 42, 25. 51, 22.*
eius iam biberant[a]. Siquidem assasini erant in ea, nec prevalebat eis . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[b].*

*In Cremona qui erant ex parte ecclesie dicebantur Capellini sive Capel- **f. CCC64[a].*
letti. Qui vero erant ex parte imperii dicebantur Barbarasi[c. 1]. In Pontificali
Ravenne[2] sic legi pluries, id est *non semel neque bis: Venient barba rasi. Maxime* *4. Reg. 6, 10.*
*sevient.* Et est ambiguum, utrum de istis sit hoc intelligendum an de venturis
adhuc[a]. Verumtamen isti multum desevierunt, dum imperatorem in Lombardiam
et in Cremonam introduxerunt, dum partem ecclesie de Cremona expulerunt, dum
eorum adiutorio imperator et sui guerram in Lombardia diu tenuerunt; et per
eos *multiplicata sunt mala in terra*, que nec adhuc finem habent nec videntur *1. Mach. 1, 10.*
habere. In Parma post destructionem Victorie et fugam Friderici quicumque
non bene tenebat partem ecclesie appellabatur de Mala-fucina, id est de mala
fabrica dicebatur, eo quod haberet monetam reprobam atque falsam, et sicut bos
varius ita cognoscebatur. Hinc sapiens dicit Prover. XXVII*: *Quomodo in aquis* **v. 19.*
*resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Que
est causa? Audi Eccli. XIII*: *Cor hominis immutat faciem illius sive in bono[d] sive* **v. 31. 32.*
*in malo[d]. Vestigium cordis boni et faciem bonam difficile invenies et cum labore.* Hinc
Iohannes ait Io. III*: *Qui est de terra, de terra est et de terra loquitur.* Unde **v. 31.*
Ys. XXIX*: *De terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuum.* Item Dominus **v. 4.*
dicit Luc. VI*: *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Unde Io. ait prima IIII†: **v. 45. †v. 5.*
*Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo locuntur, et mundus eos audit.* Simili modo
qui de parte imperii erant tunc temporis *non poterant se continere, quin de ea **f. 364[b].*
loquerentur, et statim cognoscebantur ex verbis suis, sicut dictum fuit Petro
Mat. XXVI*: *Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestum te facit.* Sic **v. 73.*
erat tunc temporis de talibus qui de parte imperii loquebantur. Processu vero
temporis Parmenses qui erant in Burgo Sancti Donini ex parte imperii rogaverunt 1253.
Parmenses concives suos, qui erant in civitate ex parte ecclesie, ut amore Dei et
beate virginis gloriose eos dignarentur in civitate recipere, quia pacem cum eis
habere volebant. Iam enim obierat imperator[a]. Et fecerunt cum eis pacem et
in civitatem introduxerunt[3], ut vidi oculis meis. Qui videntes domos suas de- *(Maii 20).*
structas — sic enim fecerant prius his qui ex parte ecclesie erant, cum eos ex-
pulerunt — ceperunt velle contendere de pari et parti ecclesiastice insultabant.

*) *In indice eorum quae f.* 331—426. *codicis continentur, manu saec. XIV—XV. scripto, f.* 5. *haec de exciso f.* 363. *leguntur:* De causa destrutionis[e] Bon[onie] et de usuris non accipiendis et munera[e] e[f] de aliis peccatis ac. 363. 364.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *folium* 363. *excisum periit.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) bona . . . mala *Vulg.* e) *sic c.* f) *sic saepe in hoc indice pro* et.

1) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 498; *Ann. Cremon., SS. XXXI, p.* 29; *L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae II, p.* 302. 2) *Agnelli c.* 166, *SS. Lang. p.* 364: veniunt ex occiduis partibus rasi barbas . . . ., sed ipsi maxime laedent. 3) *Vide tabulam datam a.* 1253. *Maii* 20, *Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 396 *sqq., nr.* 84; *cf. Ann. Placent. Gib., p.* 507; *Ann. Parm. mai. p.* 676.

*F.* 364[c]. De Iohanne Barixello, qui fuit *vir pauper et sapiens, et liberavit urbem*
*9, 15. *cum sapientia sua.* Eccle.*
*F.* 364[d]. De bonis que Parmenses Burgensibus contulerant, et de ingratitudine eorum multiplici. De destructione Burgi Sancti Donini require infra carta CCCC[a]X[a] [1].

---

Et videntes, quod Ubertus Pellavisinus[a] dominabatur in Cremona et in multis
aliis civitatibus, cogitaverunt sibi dare dominium Parme, quod totis viribus affec-
1266. tabat, et partem ecclesiasticam omnino volebant expellere et ita delere, quod in
eternum in Parmam redire non posset[b]. Quod cognoscentes Parmenses tremebant
sicut iuncus in aqua [2], et ceperunt abscondere multi que cariora habebant. Ego etiam
abscondi libros meos, quia Parme tunc temporis habitabam. Multi etiam Par-
menses, qui erant ex parte ecclesie, disponebant voluntarie de Parma exire, ne
2. *Par.* 20, 22. Pellavicinus[a] veniens involveret eos et bona eorum diriperet[c]. Sed con*vertit Dominus*
*insidias* et malignitates istorum super eos [3] iuxta verbum quod scriptum est
*r. 32. †f. 364[c]. Eccli. XXVII*: *Laqueo †peribunt qui oblectantur casu iustorum, dolor autem consumet*
*r. 8. *illos, ante quam moriantur.* Item Prover. XXIX*: *Homines pestillentes*[d] *dissipant civi-*
*r. 16. *tatem, sapientes vero avertunt furorem.* Item*: *In multiplicatione impiorum multiplica-*
1266. *buntur scelera, et ruinas eorum iusti videbunt.* Igitur dum in Parma insonuissent
rumores de Pelavicino[a] venturo, et ipse ita subito non veniret, quia alias telas
ordiebatur — disponebat enim prius capere Colurnium et Burgum Sancti Donini,
sicut et fecit [4], ut postea cum maiori triumpho Parmam intraret; quibus captis et
occupatis Parmenses qui erant ex parte ecclesie, si de Parma recessissent, quo[e]
diverterent, non habebant; et ita scaccum mattum acceperant, quia serpentem in
*r. 31. sinu nutrierant. Ideo dicit Ecclesiasticus XI*: *Non omnem hominem inducas in*
*domum tuam, multe enim insidie sunt dolosi* —: ecce subito surrexit vir quidam, qui
habitabat in Parma in capite pontis inter ecclesiam sancte Cecilie et sancte Marie de
Nota, ordine Templariorum. Hic erat sartor et vocabatur Iohannes Barixellus
et fuerat filius cuiusdam agricole illorum de Tedaldis, quem Parmenses Meça-
dhrum appellant; et accepit crucem in manibus suis et evangelii textum et ibat
per Parmam ad domos illorum qui erant ex parte imperii, quos suspectos habebat,
ne Parmam Pellavicino[a] tradere vellent, et faciebat eos iurare precepta domni
pape[f] et ecclesie partem. Et habebat bene quingentos homines secum armatos,
*Iudic.* 11, 3. qui eum suum capitaneum fecerant et eum *quasi* ducem et *principem sequebantur*[b].
*f. 364[d]. Et iuraverunt multi partem ecclesie et precepta summi et Romani *pontificis,
partim voluntarie, partim ex timore, quia videbant armatos. Qui vero iurare nole-
(*Mart.* 28). bant insalutato hospite de Parma exibant et ibant ad Burgum Sancti Donini, ut
habitarent ibidem[b]. Nam quotienscumque in Parma civium aliqua fiebat divisio,

a) *sic h. l. c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sic* (pestil|lentes) *c.* e) non hab. quo div. *corr.* quo div. non hab. *c.* f) pape *a Sal. in marg. suppl.*

1) *F.* 410. *de destructione Burgi S. Domnini nihil dictum est, sed tantum de eo, quod Parmenses ulti sint Pellavicini iniurias, quod quidem fecerunt, cum Burgo S. Domnini a.* 1268. *potirentur.* 2) *Cf. supra p.* 40, *n.* 1. *et p.* 105, *l.* 19. *et p.* 226, *l.* 18. 19. *et p.* 365, *l.* 25. 3) 2. *Par.* 20, 22: vertit Dominus insidias eorum in semet ipsos. 4) *Borgo San Donnino a.* 1266. *Apr.* 1, *Colorno Aug.* 1. *vel* 2. *capta sunt; cf. Ann. Parm. mai. p.* 680, *cum quorum relatione haec quae Sal. tradit non concordant.*

*F. 365b.* De Colurnio recuperato, et de domno Manfredino de Canula ibi mortuo, qui capitaneus erat.

---

istud qui exibant castrum habebant paratum. Et in hoc gaudebant Burgenses,
si Parma in discordia esset. Et plus gavisi fuissent, si eam penitus destructam
vidissent. Nunquam enim dilexerunt Parmam Burgenses, immo, quando Parma
guerram habebat, omnes beruarii de Lombardia in Burgo Sancti Donini contra
Parmenses congregabantur, et Burgenses eos libenter recipiebant ad Parme de-
structionem et confusionem[a]. Parmenses vero Burgensibus fecerant ista bona, ut
vidi oculis meis, quia ibi[1] uno anno habitavi, scilicet $M^{o}CC^{o}LIX^{o}$; quo anno fuit 1259.
in Ytalia hominum et mulierum mortalitas maxima[2], et Icilinus de Romano a
Cremonensibus captus fuit et ab his qui erant cum eis in eodem exercitu. Pri-
mum bonum fuit, quia dabant eis de Parma annuatim rectorem, scilicet potestatem,
et medietatem salarii semper solvebant. Secundum, quia a fluvio Tari, qui
distat a Parma per V miliaria, poterant habere totum mercatum in Burgo, et
Parmenses nichil dicebant; et ita habebant X miliaria de episcopatu Parmensi,
et Parmenses solummodo V. Tertium bonum erat, quia Parmenses erant de-
fensores eorum, si bellum a Placentinis vel a Cremonensibus seu a quibuscunque
aliis habuissent. Quartum bonum a Parmensibus eis collatum erat, quia, cum
in Burgo non essent nobilium nisi duo casalia, scilicet illorum qui dicuntur Pinki-
lini et Verçoli, et ceteri populares et di*vites rurales existerent, Parmenses mari- *f. ccc65a.
tabant ibi suas nobiles mulieres; quod parvipendendum[b] non erat. Credo, quod
vidi ibi de Parmensibus dominabus $XX^{ti}$ cum pellibus de variis et scarleto. His
omnibus bonis sibi collatis inventi sunt Parmensibus Burgenses ingrati. Et ideo
digne et merito Parmenses postea destruxerunt Burgum Sancti Donini, quando 1268.
tempus congruum habuerunt[3]. Ideo sapiens in Proverbiis dicit XVII*: *Qui reddit* *v. 13.
*mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.* Igitur Iohannes Barixellus, cum 1266.
iret per Parmam faciendo iurare suspectos, pervenit ad domum domni Rolandi[c]
Guidonis Bovis, qui habitabat in capite pontis iuxta ecclesiam sancti Gervasii. Et
vocans eum de domo dixit ei, quod incontinenti sine mora aliqua iuraret partem
ecclesie, si vellet sospes evadere, alioquin de Parma recederet. Erat autem ex
parte imperii predictus miles domnus Rolandinus[c] Guidonis Bovis et multas
potestarias ab imperatore receperat; et videns tantam multitudinem congregatam
et talia exigentem et talia minitantem, fecit quod dicit sapiens in Prover. XXII*: *v. 3.
*Callidus videt*[d] *malum et abscondit se.* Et iterum Ys. XXXII*: *Erit vir sicut qui abs-* *v. 2.
*conditur*[e] *a vento et celat se a tempestate*[f]. Iuravit ergo dicens: 'Ego iuro stare
et obedire preceptis Romani pontificis et tenere partem ecclesie toto tempore vite
mee ad dedecus miserabilioris et magis merdiferose partis que sit sub omni celo'.
Dicebat de parte sua, scilicet imperii, pro eo quod permittebant se viliter
a talibus conculcari[f]. Et dilexerunt eum Parmenses ecclesiastici ex hoc verbo,
nec fuit ei reputata verecundia, si iuravit. Volu*erunt itaque Parmenses *f. 365b.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) paruipeded' *c.* c) *sic h. l. c.* d) vidit *Vulg.* e) *sequitur* se *minio deletum.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *In Burgo S. Domnini scilicet, non Parmae, ut E. Michael, 'Salimbene und seine Chronik' p.* 54, *opinatus est. Cf. infra f.* 403d. 2) *Cf. Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 409; *Alex. Tassoni et Bonif. Morani Chron., 'Cronache Modenesi' p.* 58; *infra f.* 367b. 403d. 3) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1268, *p.* 681 *sq.; infra f.* 409c. *ad a.* 1269.

*F.* 365[c]. De beneficiis a Parmensibus Iohanni Barixello collatis.

1267 8. tempore illo recuperare Burgum Sancti Donini, sed non potuerunt, quia Pelavi-
cinus[a] et Parmenses qui de Parma exiverant occupaverunt illum et diligenter
custodiebant[1]. Erat enim castrum in circuitu bene muratum, habens etiam foveas
1266. magnas in suburbanis et circa[b]. Colurnium vero recuperaverunt tam cito[2]; et ex
parte imperii plures corruerunt gladio interfecti. Inter quos fuit Franciscus filius
domni Iohannis de Pucilesio et domnus Rolandinus Goggus de Parma et domnus
Manfredinus de Canula de Regio, quem Pellavicinus[a] fecerat capitaneum[b]. Hic
erat ex filiis Manfredi[3] de Mutina et erat tante pulcritudinis, quod Absalon filius
David vix prevalebat ei[4]. Fuerunt etiam ibi multi alii interfecti, qui essent digni
relatu, sed causa brevitatis eos subticeo et pertranseo, et quia ad alia dicenda
festino. Cessavit igitur Pellavicinus Parmam venire, quia non potuit; innotue-
runt enim civibus calliditates eius atque[c] malitie, et sic bene caverunt sibi ab eo.
Gregorius. *Minus enim iacula feriunt que previdentur, et nos tolerabilius mundi mala
suscipimus, si contra hec per providentie clippeum*[d] *munimur*. Verba sunt Gregorii[e, 5].
*v. 27. Accidit ergo Pellavicino quod sapiens in Proverbiis dicit XXVI*: *Qui fodit foveam,*
*v. 28. 29. *incidet in eam: et qui volvit lapidem, revertetur ad eum.* Idem habetur Eccli. XXVII.*
*v. 29–31. et additur*: *Et qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consi-
lium, super ipsum devolvetur, et non agnoscet, unde adveniet*[f] *illi*[g] *illusio et improperium
superborum*[g]*, et vindicta sicut leo insidiabitur illi*[b]. Quod totum processu temporis
*v. 10. †f. 365[c]. accidit Pellavicino. Hinc sapiens in Prover. dicit XXVIII*: *Qui decipit iustos* †*in
via mala, in interitu suo corruet, et simplices possidebunt bona eius.* Quod totum
Eccl. 9, 15. accidit Pellavicino. Igitur Iohannes Barixellus fuit *vir pauper et sapiens*, qui
*inventus est* in Parma, *et liberavit urbem per sapientiam suam*[e]. Quocirca Parmenses
Col. 3, 15. hoc beneficium cognoscentes non fuerunt sibi ingrati, cum apostolus dicat: *et grati
estote*, immo rependerunt sibi beneficia plura[e]. Primum, quia fecerunt eum divi-
tem, cum esset pauper[e, 6]. Secundum, quia de nobili genere dederunt ei uxorem,
scilicet de Cornaçano[e]. Tertium, quod sine electione aliqua semper de consilio
esset. Habuit enim sensum naturalem et gratiam concionandi[e]. Quartum, quod
posset societatem congregare et secum ducere, que denominaretur ab eo, ita dum-
taxat, quod semper ad honorem et ad utilitatem civitatis et communis Parme[b].

a) *sic h. l. c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) atque *a Sal. in marg. suppl.* d) *sic c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) adveniat *Vulg.* g) *distinctum est in c. ut scripsi.*

1) *Ut Ann. Parm. mai. p.* 680 *sq. et Ann. Placent. Gib. p.* 521. 529. *tradunt, Parmenses recesserunt a Burgo S. Domnini a.* 1267. *mense Aprili obsesso, ut Bosio de Dovaria occurrerent, et iterum a.* 1268. *Burgum a Pellavicino defensum frustra obsederunt mense Iunii et Iulii. Cf. infra f.* 408[c]. 2) *A.* 1266. *Aug.* 3. *vel* 4, *duobus diebus postquam a Pellavicino captum est; Ann. Parm. mai. p.* 680. *Sed cf. supra f.* 326[b], *p.* 278, *infra f.* 437[d], *ubi dictum est Colurnium die Aug.* 5. *a Pellavicino captum esse.* 3) *I. e. ex gente eorum qui vocantur filii Manfredi, de qua vide Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, p.* 118 *sqq.* 4) 2. *Reg.* 14, 25: Porro sicut Absalom vir non erat pulcher in Israel et decorus nimis. 5) *Homil. in Evang. II,* 35, *ed. Maur.* (1705) *I, col.* 1612. *Iam supra f.* 310[a], *p.* 240. *et ter infra hic locus laudatus est.* 6) *Cf. Statuta communis Parmae (Mon. hist. ad prov. Parmensem et Placent. pertin.) I,* 1, *p.* 470 *sq., ubi statutum est a.* 1266, *ut domno Iohanni Barixello de capite pontis XXV librae imper. solverentur* pro remuneracione, substentacione, remedio et labore, que substinet et supportat in amorem et servicium tocius partis ecclesie Parmensis.

*F.* 365[d]. De societate Parmensium que appellatur Cruxatorum, in qua omnes alie includuntur, que de voluntate regis Karoli facta fuit.
*F.* CCC66[a]. De Pelavicinis.

---

Hec societas multis annis duravit. Quam voluit destruere quidam Mutinensis, qui 1269.
erat potestas Parmensium, scilicet domnus Manfredinus de Rosa[1], qui et de Saxolo
sicut pater suus dictus fuit, quasi zelo pro Parmensibus nolens, quod a tali homine
et nomine denominarentur Parmenses. Diligunt enim[a] se Mutinenses et Parmenses
intimo et grandi et ferventi amore[b, 2]. Precepit ergo domnus Manfredinus, ut Iohannes
Barixellus intenderet factis suis et domui sue et dimitteret istam societatem et
istam pompam, quam facere videbatur, quia volebat regere Parmam suo consilio,
cum Parmensium esset potestas[b]. Qui humiliter obedivit et eadem die vadens ad
stationem suam accepit acum et repe[3] et videntibus Parmensibus cepit suere vesti-
menta, quasi diceret illud verbum Iacob, quod habetur Gen. XXX*: *Iustum est* *v. 30.
*ut aliquando provideam etiam domui mee.* Et Eccli. XVIII*: *Cum* †*consumaverit*[c] *v. 6. †f. 365[d].
*homo, tunc incipiet, et cum quieverit, tunc operabitur*[d]. Pater predicti potestatis fuit
notus meus, et mater mea devota et uxor similiter. Verumtamen Parmenses
semper dilexerunt Iohannem Barixellum, et ipse semper habuit locum et fuit re-
putatus in Parma[4]. Processu vero temporis rex Karolus, frater regis Francie,
scilicet sancti Lodoyci, qui transfretavit bis in subsidium Terre Sancte, audiens,
quod Parmenses erant viri bellatores et sui amici et semper parati ad succuren-
dum[c] ecclesie, mandavit eis, quod facerent unam societatem ad honorem Dei et
sancte Romane ecclesie, que diceretur de Cruce, in qua societate et ipse esse
volebat[b]. Et volebat, quod in ista societate omnes alie de Parma includerentur,
et quod semper essent parati[c] ad succurendum[c] ecclesie, cum Romana ecclesia
indigéret. Et fecerunt Parmenses istam societatem, et appellatur societas Cruxa-
torum[e, 5]. Et regem Karolum litteris aureis in quaterni principio conscripserunt,
ut societatis istius, que dicitur Crucesignatorum, capitaneus esset et primicerius,
princeps et dux et comes et rex et magnificus triumphator[b]. Et quicumque in
Parma de ista societate non est, si offendit aliquem de societate iam dicta, de-
fendunt se mutuo sicut apes, et statim currunt et diruunt domum eius *usque ad* Ps. 136, 7.
*fundamentum in ea* et ita radicitus, quod nec lapillus repperitur in ea. Que est
eis causa timoris, ut aut pacifice vivant aut societatem ingrediantur ipsorum. Et
sic[f] istorum societas mirabiliter crevit; et iam non denominantur Parmenses a
Iohanne[g] Barixello, sed a rege Karulo et a cruce domini *nostri Iesu Christi. Cui *f. CCC66[a].
est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

a) é (enim) *a Sal. superscr.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sic c.* d) quieverit aporiabitur *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) si *corr.* sic *c.* g) Io. *c.*

1) *Qui a.* 1269. *Ian.—Iun. potestas Parmensis fuit; Ann. Parm. mai. p.* 682. 2) *Cf. supra f.* 222[c], *p.* 37. 3) *I. q. Italice* refe, *nobis* Zwirn; *cf. Ducange-Henschel s. v.* reppus *et* repum. 4) *A.* 1298. *captus et tormentis laceratus periit; Ann. Parm. mai. p.* 723. 5) *Haec de societatibus Iohannis Barixelli et Croxatorum a Sal. non recte narrata sunt. Nam Croxatorum societas iam a.* 1266. *extitit, quo anno Ioh. Barixellus suam constituisse supra dicitur, ut apparet ex Statutis comm. Parmae I,* 1, *p.* 467 *sq.* 471 *sq.* 474 *sq.* 478. *Et in societate Croxatorum etiam Ioh. Barixellus fuisse videtur, nam in capitulo, quo statutum est, ut huic XXV libr. imp. solverentur (cf. supra p.* 374, *n.* 6), *hoc legitur fieri* ad honorem Dei et societatis Croxatorum et tocius partis ecclesie. *Huius autem societatis capitaneus a.* 1266. *non Ioh. Barixellus, sed Iacobus Porta fuit, ib. p.* 478.

Et[a] quia adhuc stilus noster in Parma versatur, de Pellavicinis, qui cives
sunt Parme, superest ut dicamus[b]. Isti marchiones sunt et elegerunt sibi duarum
civitatum ad habitandum confinia, scilicet Parme et Placentie. In episcopatu Pla-
centino iuxta episcopatum Parmensem habent duo castra, scilicet castrum Peregri-
num, in quo domnus Pellavicinus habitavit — qui fuit pulcher homo et solatiosus
et cantionum inventor, et reliquit filios plures —, et[c] castrum Scipionis prope
Burgum Sancti Donini ad miliaria V. In isto castro habitavit domnus Manfre-
dus, frater germanus supradicti domni Pellavicini, et habuit filios IIII[or] et filias
tres, pulcherrimas dominas, in diversis partibus mundi nobiliter maritatas. Uxor
eius et mater istorum domina Clara fuit[d] de comitibus de Lomello, pulcra domina
et sapientissima et solatiosa[b]. Primogenitus istorum fuit domnus Guilielmus,
pulcher homo et pacificus sicut et pater suus, et cum Parmensibus pacem habuit
et habitabat in Parma[b]. Uxor ipsius fuit domina Constantia, filia Açonis mar-
chionis Hestensis, nec potuit ex ea prolem habere. Duabus enim vicibus sine ipso
fuerat maritata, nec unquam habuerat filios. Porro domnus Manfredus pulchrum
palatium habuit in Parma, ut vidi, iuxta plateam[e] communis, ubi prius fuerat
palatium illorum de Paganis; sed Parmenses occasione guerrarum funditus de-
struxerunt ambo palatia, et beccarii fecerunt ibi macellum. Nunc autem solum-
*f. 366b. modo est ibi platea *communis. Item domnus Manfredus fuit homo pacis et
quasi religiosus et religiosos et regulas diligebat et specialiter fratres[f] Minores.
Et dabat salem omnibus regulis abundanter et sine mensura. Habebat enim in
districtu castri Scypionis multos puteos salis, ex quibus factus est dives et in-
clitus. Secundus filius eius fuit domnus Henricus, homo bellicosus et doctus
ad bellum. Credo, si vixisset, quod totam Lombardiam subiugasset. Nam de eo
*v. 4. potest dici quod de Iuda Machabeo legitur scriptum I. Macha. III*: *Similis factus
est leoni in operibus suis et sicut catulus leonis rugiens in venatione* sua[b]. Hoc ex-
1261. pertus est etiam marchio Montis-ferrati tempore aliquo[1]. Hic[2] in bello Karoli
1266. nobiliter et viriliter dimicando fuit occisus. Erat enim princeps et dux in exer-
citu Manfredi filii Friderici imperatoris condam. Tertius eius[3] filius fuit domnus
Ubertus, in omnibus similis precedenti, ita ut quicquid commendatum est in Hen-
rico, in isto Uberto potest[g] totaliter commendari[b]. Hoc expertus fuit frequenter
marchio Montis-ferrati domnus Guillielmus[h], quem iste non permittebat de forti-
litiis suis exire, eo quod guerram cum barbano suo haberet, scilicet domno Uberto
Pellavicino, qui tunc temporis dominium in Cremona habebat, et dabat nepoti suo
1264/5. isti trecentos milites et stipendia[4], ut marchioni Montis-ferrati guerram validam
faceret[b, 5]. Erat autem causa istarum guerrarum Alexandria et Terdona, quas qui-
libet marchio possidere volebat[b]. Hic a Placentinis interfectus fuit apud castrum
Florençole occasione cuiusdam prede, quam cum Parmensibus partis imperii fecerat
in Placentino districtu; et tamen habebat pacem cum illis, a quibus predam

a) Et *in loco raso*. E *littera initiali magna atramento nigro et minio picta, quae antea simplici modo scripta fuisse videtur, praecedente* ℂ *minio scripto et versu novo coepto.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) ℂ Et *c.* d) fuit *a Sal. in marg. suppl.* e) plateam *a Sal. in marg. suppl.* f) *penna mutata.* g) *sic* (pot) *c.* h) Guill's *c.*

1) *Scil. a.* 1261. *Nov.* 29, *ut videtur, cum Henricus Terdonam civitatem cepit; Ann. Placent. Gib. p.* 513. 2) *Scil. Henricus de Scipione de Pellavicinis; cf. infra f.* 406[d], *a.* 1266 *(ex Libro de temp. c.* 274*); Ann. Placent. Gib. p.* 516. 3) *Manfredi Pellavicini.* 4) *Cf. Guillielmin. Schiavina a.* 1264, *Hist. patriae Mon., SS. IV, col.* 236. 5) *Cf. Ann. Placent. Gib. a.* 1265, *p.* 514; *Ann. Parm. mai. p.* 679; *Schiavina a.* 1265. *l. l. col.* 237, *qui referunt Ubertinum de Scipione a.* 1265. *Aug. a Guilielmo V. marchione de Monte-ferrato victum esse.*

*F.* 366[c]. De Markesopolo.
*F.* 366[d]. De sanctitate domine Mabilie, uxoris marchionis Hestensis qui dictus est Aço.

---

ducebat et quos fuerat depredatus, et perdidit predam et personam[a] amisit[b]. *Quartus filius eius[1] et ultimus et frater supradictorum fuit domnus Guidhottus, *f. 366[c]. qui adhuc vivit et in curia regis Hyspanie[2] magnus habetur.

Porro domnus Ubertus Pellavicinus, qui dominium habuit in Cremona, supradictorum dominorum[c] frater germanus fuit, scilicet domni Pellavisini[d] de Peregrino et domni Manfredi de Scipione[e]. Hic[3] habuit duo castra in Placentino episcopatu, scilicet Landasium et Ghisaleclum[4]. Et quia de isto superius sufficienter diximus[5], ideo hic de eo tacendum videtur[e]. Magnifici cordis fuit et totum mundum occupare volebat. Pater istorum trium domnus Pellavicinus[6] est dictus. Qui habuit duos germanos fratres, scilicet domnum Markesopolum et domnum Rubinum, qui habitaverunt in Soragna, que est villa fertilis in episcopatu Parmensi, distans a Burgo Sancti Donini versus aquilonarem partem per miliaria V[e]. Domnus vero Markesopolus uxorem[7] habuit de Burgundia, ex qua non habuit mares filios, sed duas feminas, quibus mater imposuit nomina terre sue, scilicet Mabelon et Ysabelon, quod in Lombardico sonat Mabilia et Ysabella[e]. Et maritavit pater primogenitam dominam Mabiliam, cum adhuc essem in seculo, id est antequam intrarem ordinem fratrum Minorum anno Domini M⁰CC⁰XXX⁰VIII⁰; et venit de Soragna Parmam et hospitata est iuxta ecclesiam sancti Pauli in domo illorum de Colurnio[e]. Et dedit ei pater in dotem mille libras imperialium. Et dedit eam[f] in uxorem domno Açoni marchioni Hestensi, qui fuit bonus homo et curialis, humilis et dulcis et pacificus et meus amicus. Nam aliquando legi sibi Expositionem abbatis Ioachym de oneribus Ysaie[8], et erat solus mecum sub quadam ficu, et nobiscum quidam *alius frater Minor. Domina Mabilia similiter mea *f. 366[d]. devota fuit et omnium religiosorum et specialiter fratrum Minorum, cum quibus confitebatur et quorum ecclesiasticum offitium semper dicebat, et in quorum loco apud Ferrariam iuxta virum suum tumulata in pace quiescit. Multa bona fecit in vita sua et multas helemosinas in morte dispersit et dedit pauperibus de possessionibus, quas dimiserat ei pater suus in villa Soragne. Septem annis habitavi Ferarie[9], ubi et ipsa similiter habitabat. Pulchra domina fuit, sapiens, clemens, benigna, curialis, honesta et pia, humilis, patiens et pacifica et semper Deo devota[e]. Non erat avara de bonis suis, sed libenter pauperibus dabat. Habebat fornacem in palatio suo in loco secreto, ut vidi oculis meis, et ibi ipsamet faciebat aquam rosaceam et dabat infirmis. Et ex hoc medici, stationarii et apotecarii specierum minus diligebant eam. Sed nichil sibi cure erat de talibus, dummodo

a) p̃ c., *quod nullo alio modo nisi* personam *legi potest (ed. Parm. falsissime* prelium*)*; personam amittere *apud alios quidem est* libertatem amittere, *sed Sal. hanc vocem pro* vitam amittere *occupasse patet.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) duoꝗ *c.* d) *sic h. l. c.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) eam *a Sal. in marg. suppl.*

1) *Manfredi Pellavicini.* 2) *Alfonsi X. regis Castellae.* 3) *Ubertus Pellavicinus.* 4) *Utrumque castrum olim situm in Valle di Mozzola, rivuli, qui in torrentem Taro defluit, (Piere di Valmozzola vel di Gusaliggio, quo nomen alterius castri servatum est). Cf. infra f.* 408[a]. 5) *F.* 353[b-d], *p.* 344 *sq.* 6) *Guillelmus.* 7) *Sibyllam.* 8) *Cf. supra p.* 360, *n.* 2. *Quod procul dubio factum est, cum Sal. Ferrariae morabatur a.* 1249—1256. 9) *A.* 1249. *c. Iul. vel Aug.* — 1256. *Cf. infra p.* 385, *n.* 2

subveniret infirmis et conspectui placeret divino. Multis annis vixit cum viro suo
1264. et semper sterilis fuit[a]. Post mortem vero viri sui[1] fecit sibi fieri domum iuxta
locum fratrum Minorum de Feraria et ibi in viduitate mansit, quousque in loco
fratrum Minorum de Feraria iuxta virum suum, ut dictum est, fuit sepulta.
Cuius anima per misericordiam Domini requiescat in pace, quia bona domina
1266? fuit. Verum post mortem marchionis venit Parmam, ut vidi[2], et habitavit
iuxta maiorem ecclesiam, ut audivi ab ea, et mirabiliter erat ibi consolata, eo
*f. CCC67a. quod esset iuxta *locum fratrum Minorum et iuxta ecclesiam virginis gloriose[a].
Nunquam vidi dominam aliquam, que ita michi representaret comitissam Matildim,
sicut ista, secundum ea que de illa per scripturam cognovi[3]. Certe tres mulieres
sunt michi valde amabiles, que forte ab aliis non reputantur, scilicet Hélena
Constantini mater, Galla Placidia mater Valentiniani imperatoris et comitissa
Matildis.

Porro Marchesópolus[b], postquam maritavit Mabiliam filiam suam, transtulit se
ad Grecos, quos persequebatur, cum habitaret in Romania, et impugnabat et
*v. 11. capiebat et interficiebat sicut David Phylisteos, de quo legitur I. Reg. XXVII*:
*Virum et mulierem non vivificabat David nec adducebat in Geth, dicens: 'Ne forte
loquantur adversum nos: Hoc*[c] *fecit David'; et hoc erat decretum illius*[d] *omnibus diebus,
quibus habitavit in regione Philistinorum*[a]. Similiter cum Grecis Markesopolus
faciebat. Quocirca insidiose et malitiose interfectus fuit a Grecis in domo sua.
*Eccli.* 10, 19. Nam *pecunie obediunt omnia.* Hic maritavit secundam filiam dominam Ysabellam
in Romania homini diviti, nobili et potenti; que pulcra domina fuit et sapiens,
excepto quod clauda fuit et sterilis. Et remansit ei post mortem viri sui castrum
quod appellatur Bonicea[4], quod viriliter et sapienter et caute custodivit et de-
fendit a Grecis. Causa autem, quare Markesopolus recessit a Parma, hec fuit,
ut traditur. Cum esset nobilis et magnifici cordis[5], dedignabatur et egre ferebat,
quod quilibet popularis homo, burgensis atque ruralis, misso nuntio cum infula
*f. 367b. rubea trahebat eum ad communis pa*latium, ubi eum poterat in iuditio con-
venire. Porro domnus Rubinus, frater suus, habitavit in Soragna et habuit
uxorem dominam Enmengardam[e] de Palude, sororem domni Guidhotti de Caninis.
Hec fuit pulchra domina, sed lasciva, cui illud Salomonicum optime convenire
*v. 22. videtur, Prover. XI*: *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua*[a]. Hec
habuit filios V et filias totidem; quarum primam Mabiliam nomine, valde pulcram,
que aliquando confessa est mecum, maritavit domnus Ubertus Pellavicinus in
Ponte-tremulo, sperans occasione eius sub suo dominio habere terram illam[a].

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sic h. l. c.* c) Haec *Vulg.* d) illi *Vulg.*
e) *sic etiam supra f.* 230[a], *p.* 54, *l.* 21.

1) *Qui obiit a.* 1264. *Febr.* 17. 2) *Conicio hoc a.* 1266. *factum esse, nam supra
f.* 364[b], *p.* 372. *Sal. asserit se hoc anno Parmae fuisse.* 3) *Sal. legit Donizonis carmen de
vita Mathildis comitissae et quae Albertus Milioli ex eo excerpsit in Libro de temp. c.* 156
—165, *SS. XXXI, p.* 430—444. 4) *Est Bodonitza (Budinitza) situm haud procul a
Thermopylis, cuius dominus iam a.* 1205. *fuerat* Guillem Pallavezini, marques de la Bonde-
niça (Brandiça, Brondiça), *Chronique de Morée* § 97. 102. 103, *ed. A. Morel-Fatio p.* 24—26.
5) *Is.* 10, 12: visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur.

Domnus Rubinus senex erat et plenus dierum et misit pro me eo anno, quo fuit 1259.
mortalitas maxima, et quo Icilinus de Romano captus fuit in bello[1], scilicet
M°CC°LIX°[2]; et confessus est mecum et bene ordinavit de anima sua et mortuus
est in senectute bona, *transiens de hoc mundo ad patrem*[a]. Uxor vero eius *Ioh.* 13, 1.
alterum virum accepit, quam habuit Egidius Scorça, et de solario postmodum
cecidit et mortua est et sepulta. Alii vero Pellavicini habitabant similiter in
episcopatu Parmensi, in terra que dicitur Varanum, que est pulcra contrata sita
inter Medacianum et Milianum et Costameçanam et Burgum Sancti Donini; et
sunt ibi in multitudine et sunt viri divites et potentes et curiales et pacifici, et
semper pacem cum Parmensibus habent, quia cives Parmenses sunt. Inde fuit
domnus Dalfinus Pellavisinus, qui M°CC°XXX°VIII° fuit potestas Reginus[3] et fecit 1238. *L. temp. c* 240.
fieri de muro civitatis ducenta brachia iuxta alium, sicut annuatim quilibet potestas facere
tenebatur[4]. Hec de Pellavicinis dicta sufficiant.

*In Verona, ut supra iam diximus[5], post mortem Icilini de Romano dominatus *f. 367c. 1259.
est domnus Mastinus, quem interfecerunt quidam Veronenses fortes et pugiles[6], 1277. *(Oct. 26).*
sperantes post ipsum dominium habere Verone. Sed decepti fuerunt, quia successit
ei in dominio frater suus germanus domnus Albertus de Scala, qui fratrem suum
optime vindicavit maleficos occidendo[7]. Iste semper[b] vivit et dominatur et a
Veronensibus valde diligitur, quia bene se habet. Est enim communis persona et
iustitiam tenet et pauperes diligit, sicut fecerat frater suus; et nichilominus est
ibi potestas [alius[c] homo].

In Imola qui sunt ex parte ecclesie appellati sunt Bricci, qui ex parte imperii
Menduli dicti sunt. Sed hec pars imperialis in Imola totaliter[d] est deleta[8]. Et
pars ecclesie ex quadam emulatione et ambitione in duas partes iam dividitur ibi,
quia Alidúces volunt dominari, ubi prius dominabantur quidam qui Nurduli dice-
bantur[9]. Ista maledictio iam devenit ad Mutinenses et in Regio invenitur[e]. 1284.
Avertat Deus, quod non inveniatur in Parma, de qua materia similiter timetur
ibidem[10]. Hinc Dominus dixit Luc. XI*: *Omne regnum in seipsum divisum desola-* *v. 17.
*bitur, et domus supra domum cadet.* Item Iudicum V.* sic habetur: *Diviso contra* *v. 15.
*se Ruben magnanimorum reperta contentio est*[f]. Ideo bonum est esse in celo, ubi
non sunt partes nec divisiones nec ambitiones, sed ibi omnium communis possessio
habetur et ab omnibus communiter possidetur iuxta verbum quod scriptum est Ps.*: *121, 3.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sic* (sp) *c., sed nescio an Sal.* sup *rel* sr (supervivit) *scribere voluerit.* c) al. homo *a Sal. post in marg. suppl., quia sine his verbis credi potuit Albertum de Scala potestatem fuisse.* d) to total'r, to *expunct. c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Eadem verba supra f.* 364[d], *p.* 373. 2) *Quo tempore Sal. in Burgo S. Domnini habitabat, a quo Soragna paulo distat. Cf. infra f.* 403[d], *ubi eadem iterum narrantur.* 3) *In Libro de temp. c.* 240, *p.* 513. Delphym marchio *dicitur.* 4) *Ut in Libro de temp. ad annos* 1230. *et sequentes ad a.* 1241. *usque adnotatum est.* 5) *F.* 362[a], *p.* 368. 6) *Parisius de Cereta, SS. XIX, p.* 17, *falso dixit eum Oct.* 17. *interfectum esse; cf. supra p.* 368, *n.* 3, *ubi adde Syll. pot. Veron., 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 397. 7) *Eadem infra f.* 417[b]. 8) *Sed Petrus Cantinelli a.* 1280, *Rerum Ital. SS. (ed. nova) XXVIII,* 2, *p.* 41, *scribit:* illi de parte Mendullorum, qui erant extra Imolam *(a.* 1279. *iterum expulsi),* reversi fuerunt et intraverunt ipsam terram ad habitandum eorum domos. *Sal. fortasse dicit id quod fuit, cum ipse Imolae quinque annis habitaret. Nam a.* 1274—1279. *Menduli de civitate Imolensi expulsi erant.* 9) *Cf. supra f.* 362[c], *p.* 370. *Hos dicit Petrus Cantinelli Nordiglios et Aliduces Alidoxios.* 10) *Nota haec scripta esse a.* 1284. *inter diem Maii* 9. *et Iunii* 23. *et cf. infra f.* 429[d]. 430[a].

*F.* $367^d$. De partibus Tuscie tam ecclesie quam imperii.
*F.* $CCC68^a$. De multis malis, que facta sunt occasione imperatoris F[riderici], de quibus optime fuit punitus, tam ipse quam hi qui occasione eius mala fecerunt.

---

*Ierusalem, que edificatur ut ci[vitas]*[a], *cuius parti[cipatio] eius in id ipsum.* Item primo **v. 16.* Macha. VIII*: *Omnes obediunt uni, et non est invidia neque zelus inter eos.*

**f. 367d.* Iam nunc ad Tusciam transeamus *et cito expediamus nos, quia multa alia dicenda occurrunt, que pretermittenda non sunt. Nobiliores civitates de Tuscia secundum meum iudicium sunt iste due, scilicet Pisana civitas et Florentina. Pisis dominati sunt Comites et Vicecomites, et multum Pisani imperiales fuerunt[b]. Et sicut Cremonenses in Lombardia pro imperio pugnaverunt, sic Pisani in Tuscia[b]. Porro in Florentia ex parte ecclesie dominati sunt Guelfi, ex parte imperii Ghibelini; et ex istis duabus partibus in tota Tuscia partes denominate fuerunt et sunt *Is. 51, 17.* usque ad presens tempus; et omnes *bib*erunt de *calice ire* Dei *et pota*verunt *usque ad feces*[1]. Et quicumque melius habuit, gloriari non potest, quod gladium divine indignationis et ultionis evaserit, quia, si in civitatibus suis scismata et divisiones *Ps. 54, 22.* fecerunt, *divisi* fuerunt similiter et ipsi *ab ira vultus eius,* scilicet vultus Dei. Unde **5, 11.* illud Ps.*: *Expelle eos, quoniam irritaverunt te, Domine.* Quod bene prefiguratum fuit in **v. 7.* libro Gen. XLIX*, ubi Iacob de duobus filiis suis, qui peccaverant, dixit: *Dividam eos* **v. 19.* *in Iacob et dispergam eos in Israel.* Et iterum Iere. VI*: *Ecce ego adduceam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt et legem meam proie-* **v. 11.* *cerunt.* Et iterum Iere. XI*: *Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt,* **v. 1–4.* *et clamabunt ad me, et non exaudiam eos.* Et iterum ait Dominus ad Iere. XV*: *Si stete-* **f. CCC68a.* *rint*[c] *Moyses et Samuel coram me,* **non est anima mea ad populum istum. Eiee illos a facie mea, et egrediantur. Quodsi dixerint ad te: 'quo egrediemur*[d]*', dices ad eos: Hec dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem. Et visitabo super eos quattuor species, dicit Dominus: gladium ad occisionem et canes ad lacerandum et volatilia celi et bestias terre ad devorandum et dissipandum. Et dabo eos in fervorem universis regnis terre.* Quam vera fuerint ista, viderunt oculi mei et aliorum maxima multitudo, sed super omnes illi viderunt, qui ea in propriis corporibus sunt experti. Igitur[e] omnes supradictas partes et scismata et divisiones et maledictiones tam in Tuscia quam in Lombardia, tam in Romagnola quam in marchia Anconitana, tam in marchia Trivisina quam in tota Ytalia fecit Fridericus, qui condam dictus est imperator. Et ideo valde *Is. 10, 2.* bene fuit punitus, quia *suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis,* quia in anima et in corpore totaliter est punitus[f]. Sed et principes regni *Ioh. 13, 18.* sui, quos de nichilo sublimaverat et de pulvere exaltaverat[2], *leva*verunt *calcaneum contra* ipsum nec servaverunt ei fidem, sed proditores eius fuerunt, ut illud pro- **v. 7.* pheticum impleretur Abdie I*: *Omnes viri federis tui illuserunt tibi, invaluerunt adversum te viri pacis tue. Qui comedunt tecum, ponent insidias subter te. Non est prudentia in eo,* scilicet in Friderico, qui sapientem se reputabat. Idem fecerunt sibi tyranni, de quibus supra fecimus mentionem[3]. Sed et ipsi puniti fuerunt,

a) *sillabae initiales tantum scriptae in c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) steterit *Vulg.* d) *non signum interrogationis hoc loco in c. neque infra f.* $385^d$. e) *penna mutata.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Cf. supra p.* 370, *n.* 8. 2) *Cf. supra f.* $293^b$, *p.* 200, *n.* 1. *et f.* $353^a$, *p.* 343.
3) *Dicere videtur aut Ezzelinum, Albericum, Ubertum Pellavicinum, quorum duo imperatori semper*

*F.* 368[c]. Pulcher tractatus et utilis de mundi contemptu.

---

non quia Fridericum dimiserunt, quem malum hominem cognoverunt, sed quia multa peccata commiserunt[a]. Co*gnovi eos, quos nominavi, pro maiori parte; et subito *f. 368b. disparuerunt de mundo et male pro maiori parte terminaverunt vitam suam, *quia* Ier. 2, 5. *ambulaverunt post vanitatem et vani facti sunt*[b]. *Defecerunt in vanitate dies eorum et anni* Ps. 77, 33. *eorum cum festinatione. Propter dolos posuisti eis, deiecisti eos, dum allevarentur. Quomodo facti* Ps. 72, 18–20. *sunt in desolatione*[c], *subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua ymaginem ipsorum ad nichilum rediges*[d]. Tunc vere poterit dici illud Baruch III*: *Ubi sunt principes gentium et qui dominantur super bestias, que sunt* *v. 16–19. *super terram? Qui in avibus celi ludunt, qui argentum thesauriçant*[e] *et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum*[f]. *Qui argentum fabricant et solliciti sunt*[b], *nec est inventio operum illorum*[f]. *Exterminati sunt tamen*[g] *et ad inferos descenderunt, et alii in*[h] *loco eorum surrexerunt.* Ipsi etiam dicere possunt quod in libro Sapientie dicitur de damnatis V*: *Erravimus a via veritatis, et iustitie lumen non luxit nobis, et sol intelli-* *v. 6–15. *gentie non est ortus nobis; lassati sumus in via iniquitatis et perditionis et ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid divitiarum iactancia contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra et tamquam nuntius preteriens*[i] *et tamquam navis, que pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum preterierit, non est vestigium invenire neque semitam carine illius in fluctibus. Aut*[k] *avis, que transvolat in aere, nullum*[l] *invenitur argumentum itineris illius*[m], *sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum et scindens per vim itineris aerem. Commotis alis trans*volavit, et post hoc nullum signum in-* *f. 368c. *venitur itineris illius: aut tamquam sagitte*[n] *emisse in locum destinatum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius. Sic et nos nati continuo desinimus*[o] *esse, et virtutis quidem signum nullum valuimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus*[a]. *Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt, quoniam spes impii tamquam lanugo est, que a vento tollitur, et tamquam spuma gracilis, que a procella dispergitur, et tamquam fumus, qui a vento diffusus est, et tamquam memoria hospitis unius diei pretereuntis.* Ideo bene dixit quidam loquens de mundi[p] contemptu:

*Mundi prosperitas et vite brevitas multos decipiunt*[q],
*Dum volunt vivere, preventi funere cito deficiunt.*
*Nulla potentia, nulla prudentia prodesse poterit,*
*Cum rerum omnium pretereuntium finis advenerit.*
*Quicquid est hodie laudis et glorie, transit ut nebula,*
*Non est durabile quicquid mirabile ferunt hec secula.*
*Mundi divitias atque delitias quisquis amplectitur,*
*Vel mortis gladio vel infortunio pauper efficitur.*
*Cur ergo queritur quod cito perditur*[r], *non prodest querere*
*Quicquid interitu vel quovis exitu potest deficere.*
*Que transitoria nichil sunt omnia: defectus indicat:*

a) *sequitur* C *atramento nigro scriptum.* b) *manus haec demonstrans in marg. picta.* c) desolationem *Vulg.* d) *sequitur* C *minio scriptum.* e) thesaurizat *Vulg.* f) *non signum interrogationis hoc loco in c.* g) tamen *deest Vulg.* h) in *deest Vulg.* i) percurrens *Vulg.* k) *supple* tamquam *e Vulg.* l) cuius nullum *Vulg.* m) illius *deest Vulg.* n) sagitta emissa *Vulg.* o) desivimus *Vulg.* p) mdi *c.* q) *bini versus sillabis extremis consoni unco* [ *coniuncti sunt, post omnes sillabas consonas intra versus puncta posita sunt.* r) *non signum interrogationis hoc loco in c., sed punctum.*

*fideles fuerunt, aut eos quos in civitatibus Italiae dominatos esse dixit, ut ex sequentibus coniciendum esse videtur, sed neque eorum hi qui ex parte imperiali erant imperatorem deseruerunt.*

*F.* CCC69[a]. De legatis Romane curie missis in Lombardiam et Romagnolam, qui fuerunt XII.

---

*Iacet in vitiis qui transitoriis se nimis implicat.*
*Transeunt omnia seculi gaudia miserabiliter,*
*Et quicquid preterit diu non poterit esse feliciter.*
*Quid prodest species*[a], *quid pulcra facies*[a], *quid color roseus?*
*Et multiplicium quid prodest vestium ornatus aureus?*
*Invida*[b] *homini mors pulcritudini non novit parcere,*
*Mors nescit ordinem aut celsitudinem rerum agnoscere.*
*Ad finem impia mors trahit omnia que sunt in seculo,*
*Facit deformia cuncta decentia, digna spectaculo.*
*Mortis sevitia plenos lascivia oculos operit,*
*Fit caro candida pallens et livida, quam vita deserit.*
*Venusta facies, blanda mollities, que placet nimium,*
*Postquam subtrahitur vita, qua fungitur, fit cibus vermium;*
*Et quod amantibus fuerat omnibus magna letitia,*
*Abhorrent oculi clausum sub tumuli brevis angustia.*
*f. CCC69a. **Forma laudabilis, iam marcescibilis, sepulchro tegitur,*
*Pulvis in pulverem, cinis in cinerem cito redigitur.*
*Opes Tyberii, gloria Iulii, Marchi facundia*
*Sunt audientibus et non videntibus veluti somnia.*
*Olim Virgilius vates egregius laudem promeruit,*
*Quamvis laus hominum post vite terminum nil sibi profuit.*
*Nec Plato plurima scribens de anima mortem detinuit*
*Per sapientiam, cuius notitiam veram non habuit.*
*Sed nec gramatica nec dialetica*[c] *nec flores Tullii*
*Quos erudierant a morte liberant huius exilii.*
*Oportet igitur quamdiu vivitur opus perficere,*
*Quod Deo placeat, et hic non valeat mundus consumere,*
*Ut, cum de omnibus seculi actibus nichil supérerit,*
*Nostra sint gaudia in illa gloria, que nunquam preterit. Amen.*

[Ideo[d] de ista materia dicit beatus Gregorius in fine tertii libri Dialogorum[1] hoc modo: *f. 368d. **Despiciendus a nobis hic mundus fuerat, etiam si blandiretur, si rebus prosperis demulcéret animum. At postquam tot flagellis premitur, tanta adversitate fatigatur, tot nobis cotidie dolores ingéminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat?* Ad hanc materiam facit quod Ieronimus dicit[2]: *O, si possemus in talem ascendere speculam, de qua universam terram sub nostris pedibus cerneremus, iam tibi ostenderem totius mundi ruinas, gentes gentibus et regnis regna collisa; alios torqueri, alios necari, alios absorbi*[e] *fluctibus, alios ad servitutem trahi. Hic nuptias, ibi planctum. Illos nasci, istos mori. Alios affluere divitiis, alios mendicare*[f]. *Sed et totius mundi homines, qui nunc vivunt, in brevi spatio defúturos. Vincitur sermo rerum magnitudine, et minus est omne quod dicimus*[f]. *Redeamus igitur ad nos et paulisper nostra*

a) *non signum interrogationis hoc loco in c., sed punctum.* b) Inuido *c.* c) *sic c.* d) *sequentia* (Ideo — hoc modo) *in marg. super. columnae* 368[c]. *et sequentia uncis inclusa* (Despiciendus — omnia bona) *in altera columna eiusdem paginae* (368[d]), *quae vacua relicta erat, quia versibus praecedentibus describendis angustior erat, post a Sal. suppleta sunt, signo* ⳩ *post carmen et ante* Ideo *posito.* e) *sic c.;* absorberi *Hier.* f) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *Cap.* 38. 2) *Epist.* 60, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1734) *I, col.* 344.

*videamus. Sentisne, obsecro te, quando infans, quando puer, quando iuvenis, quando robuste etatis, quando senex factus sis? Cotidie morimur, cotidie commutamur. Et tamen eternos esse nos credimus*[a]. Et[b] scio hoc, quia *quot puncta notarii, tot meorum damna sunt temporum, et per singulos fluctus etatis nostre momenta minuuntur. Hoc solum autem habemus lucri, quod Christi nobis amore sociamur.* Augustinus[1]: *Cur per multa vagaris? Ama unum bonum, in quo sunt omnia bona,* *et[c] *sufficit; desidera simplex bonum, quod est omne bonum, et satis* *f. 369b. *est.* Item Augustinus[2]: *O caro misera, illam vitam amplecti debuisti, ubi* Augustinus[d]. *vita sine morte, ubi iuventus sine senectute, ubi lux sine tenebris, ubi gaudium sine tristitia, ubi pax sine discordia, ubi voluntas sine iniuria, ubi regnum sine commutatione. Hec septem consequi debuisti*].

*Nunc[e] de legatis Romane curie, qui in Lombardia nostris diebus fuerunt, *f. 369a. superest, ut dicamus. Quorum primus fuit domnus Hugolinus[3], qui fuit cardinalis 1217. ordinis fratrum Minorum, id est gubernator et protector et corrector fraternitatis et regule beati Francisci, cuius intimus fuit amicus, et postea papa Gregorius nonus 1227. factus fuit. Multa bona fecit, que alibi plenius describuntur a nobis[f]. Secundus fuit domnus Rainaldus episcopus Hostiensis[4], qui similiter cardinalis fuit 1236/7. ordinis fratrum Minorum, quantum ad ea[g] que supradicta sunt in alio precedenti[5]; qui postea fuit papa Alexander quartus[a]. Quando autem fuit legatus in Lombardia, 1254. domnus Thomas cardinalis[6], qui fuit de Capua, erat sotius eius in legatione 1236/7. predicta[7]. Iste domnus papa Gregorius nonus, de quo supra diximus, ad honorem beati Francisci fecit hymnum *Proles de celo prodiit*[8] et[h] responsorium *De paupertatis horreo*[9] et prosam *Caput draconis ultimum*[10] et aliam prosam de passione Christi: *Flete fideles anime*[11]; et fecit cardinalem ad preces fratrum Minorum papam Alexandrum quartum[12]. Qui Alexander papa canoniçavit sanctam Cla*ram[13] et 1255. *f. 369b. fecit hymnos eius et collectas. Domnus Thomas cardinalis, qui fuit de Capua, fuit pulcrior dictator de curia[14] et dictavit illam epistolam, quam misit summus pontifex[15] domno Friderico condam imperatori, reprehendendo ipsum de multis et variis excessibus et excusando se et Romanam ecclesiam ab obiectis et servitia et

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *pro* Et — quia *Hier. plura alia habet.* c) et — debuisti *f.* 369b. *a latere extremorum versuum (v. 27—39) carminis praecedentis scripta sunt.* d) .a9. *c.* e) *littera initialis* N *minio picta.* f) a nobis *a Sal. post suppl.* g) ea que *in marg. a Sal. suppl.* h) Et *cum littera initiali maiore* E *c.* i) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Manuale c.* 34, *Opera ed. Maur. VI (Venet.* 1731*), App. col.* 144, *qui liber male Augustino addictus est, partim inter Hugonis a S. Victore, partim inter Anselmi opera legitur.* 2) *Ad fratres in eremo sermo* 49, *Opera ed. Maur. VI, App. col.* 362, *qui liber ab Augustino compositus falso credebatur. Sed haec verba multo a textu edito recedunt, quod ex eo evenisse videtur, quod Sal. codicem immutatum et interpolatum, quales patres Maurini legerunt, exscripserit.* 3) *Episcopus Ostiensis, qui a.* 1217—1221. *legatus in Lombardia et Tuscia fuit. Cf. Reg. Imp. V,* 5, *p. CXLVI—CXLVIII.* 4) *A.* 1236—1237. *Cf. epistolas Gregorii IX. papae datas a.* 1236. *Nov.* 29. 1237. *Maii* 23. 31, *MG. Epist. pont. Rom. sel. I, p.* 605 *sq., nr.* 704, *p.* 609 *sqq., nr.* 707—709. 5) *Scil.* gubernator *etc.* 6) *Presbyter S. Sabinae.* 7) *Vide epistolas n.* 4. *laudatas.* 8) *Vide Chevalier, Repertorium hymnologicum nr.* 15573 *(II, p.* 355*).* 9) *Hoc non editum esse videtur.* 10) *Chevalier, Repert. nr.* 2625 *(I, p.* 154*). Hoc carmen a Gregorio papa compositum esse dicit etiam Nic. Glassberger, Analecta Francisc. II, p.* 96 *sq. Alibi Thomae Capuano cardinali illud addicitur.* 11) *Chevalier, Repert. nr.* 26669, *III (App.), p.* 224. 12) *Rainaldus a.* 1227. *Sept. card. diaconus S. Eustachii factus est. Cf. infra f.* 398d. 399a. 13) *A.* 1255. *Sept.* 26; *Potthast nr.* 16025. 14) *Eadem fere verba de Thoma supra f.* 286d, *p.* 184. 15) *Honorius III. a.* 1226. *Maio in.*

beneficia collata recolendo eidem. Fuit autem principium illius epistole huiusmodi[1]: *Miranda tuis sensibus nostra venit epistola, ut scripsisti, sed mirabilior tua nostris*[a]. Item ad honorem beati Francisci fecit hymnum *In celesti collegio*[2] et alium hymnum *Decus morum*[3] et responsorium *Carnis spicam*. Et sequentiam illam de beata virgine fecit similiter, scilicet *Virgo parens gaudeat,* litteram tantum. Cantum vero rogatu illius fecit frater Henricus Pisanus[4], qui fuit custos meus et magister in cantu[b, 5]. Contracantum fecit frater Vita Lucensis ex ordine Minorum, qui similiter in cantu me docuit[6].

1247. Post predictos missus fuit in Lombardiam legatus domnus Octavianus diaconus cardinalis[7]. Hic fuit pulcher homo et nobilis, scilicet de filiis Ubaldini de *f. 369c. Musello in episcopatu Florentino[b]. Multum re*putatus fuit ex parte imperii, sed propter honorem suum interdum faciebat aliqua ad utilitatem ecclesie, sciens, quia propter hoc missus fuerat[b]. Unde, cum quadam die eo tempore, quo imperator (Nov.) obsidebat Parmam, essem Lugduni[8], et interrogasset me domnus Guilielmus de Flesco diaconus cardinalis[9], nepos pape Innocentii quarti, quid dicerent Parmenses de domno Octaviano legato, respondi et dixi: 'Parmenses dicunt, quod proditor erit Parme, sicut fuit Faventie[10]'. Tunc domnus Guillielmus[c] dixit: 'Há pro Deo! non est credendum'. Cui respondi et dixi: 'Si est credendum vel non credendum, nescio, tamen Parmenses ita dicunt'. 'Bene, bene!' dixit domnus Guillielmus[d]. Tunc consideravi verum esse quod de cardinalibus dicitur, quod aliquando aliqui eorum non se diligunt corde, et tamen propter honorem suum mutuo se defendunt et ostendunt se diligere coram extraneis. Cognovi igitur tunc hoc, quod audieram, verum esse. Astantes autem, qui in tanta multitudine erant, ut unus super scapulas iaceret alterius, volentes de Parma audire rumores — nam ibi dependebat totum negotium Romane ecclesie et omnium clericorum sicut in aliquo duello, cum ex qualibet parte victoria expectatur. Imperator enim tunc temporis ab imperio depositus erat, et curia Romana erat extra territorium suum et exulabat in partibus Gallicanis, civitate Lugduni; et Parma pro ecclesia bellum assumpserat et pugnabat valenter de celo auxilium et victoriam expectando. Fridericus vero 2. Reg. 17, 8. imperator condam Parmam acriter obsidebat, *veluti si ursa raptis catulis in saltu deseviat*[e, 11], altis vocibus terribiliter proclamando et horribiliter lamentando[a]. — *f. 369d. Cum igitur astantes audivissent me talia perorantem, mirati sunt et me au*diente dicebant adinvicem: 'Toto tempore vite nostre non vidimus fratrem aliquem ita securum et secure loquentem'. Hoc ideo dicebant, quia videbant me inter patriarcam Constantinopolitanum[12] et cardinalem sedentem, quia cardinalis me invitaverat ad sedendum, et ego oblatum honorem respuendum et contemnendum non reputavi. Item quia videbant et audiebant me de tali homine et coram talibus

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) Guill's *h. l. c.* d) Guill's *c., sequente* ℂ *atramento nigro scripto.* e) saeviat *Vulg.*

1) *MG. Epist. pont. Rom. sel. I, p.* 216, *nr.* 296; *Potthast nr.* 7581. 2) *Chevalier, Repert. nr.* 8539 *(I, p.* 511*)*. 3) *Ibid. nr.* 25329 *(III, p.* 156*)*. 4) *Eadem de hac sequentia iam supra f.* 286[d], *p.* 184. *relata sunt.* 5) *In conventu Senensi a.* 1241—1243; *cf. supra f.* 286[a], *p.* 182. 6) *A.* 1239. *in conventu Lucensi: cf. supra f.* 286[c, d], *p.* 183 *sq.* 7) *S. Mariae in Via lata, qui legatione in Lombardia a.* 1247—1252. *functus est et iterum a.* 1255. 1256. 8) *A.* 1247. *Nov.* 1. *vel proximis diebus: cf. supra f.* 229[d]. 284[c]. 295[d], *p.* 53. 178. 206. 9) *S. Eustachii.* 10) *Faventia ab imperatore capta est a.* 1241. *Apr.* 14. *Hoc culpae datum esse Octaviano cardinali nusquam alibi relatum est. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 14062. *de hoc loco.* 11) *Cf. supra f.* 297[d], *p.* 211. 12) *Nicolaum de Castro-Arquato.*

*F.* CCCLXX[a]. De familiaritate mulierum vitanda.

---

talia proloquentem. Ego vero eram tunc temporis diaconus et iuvenis annorum XXV[a, 1]. 1247.
Postea autem cognovi, quod Ecclesiasticus utile consilium dat, cum dicit VIII*: *v. 22.
*Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam et convicietur*
*tibi.* Item Eccli. XI*: *Non omnem hominem inducas in domum tuam, multe enim in-* *v. 31.
*sidie sunt dolosi.* Item Eccli. XXXVII*: *Non enim omnia omnibus expediunt, et non* *v. 31.
*omni anime omne genus placet.* Item Iob XXI*: *Et ego, quando recordatus fuero,* *v. 6.
*pertimesco, et concutit carnem meam tremor.* Cum autem redii in Lombardiam, et 1249.
post plures annos domnus Octavianus adhuc legatus esset Bononie, pluribus vicibus
comedi cum eo[2]; et locabat me semper in capite mense sue, ita quod inter me et
ipsum non erat nisi socius frater[3], et ipse tertium locum mense habebat a capite.
Tunc faciebam quod sapiens in Proverbiis docet XXIII*: *Quando sederis, ut comedas* *v. 1. 2.
*cum principe, diligenter attende que posita sunt ante faciem tuam et statue cultrum in*
*gutture tuo.* Et hoc fieri oportebat, quoniam tota sala palatii discumbentibus[b] erat
plena. Verumtamen abundanter et decenter comestibilia habebamus, et *vinum abun-* *Esth.* 1, 7.
*dans et precipuum ponebatur*[4], et omnia delicata[c]. Tunc cepi cardinalem diligere
iuxta *verbum quod scriptum est Prover. XIX†: *Multi colunt personam potentis et* *f. CCCLXX[a]. †v. 6.
*amici sunt dona tribuentis.* Et iterum: *Confitebitur tibi, cum bene feceris illi*[c]. In- *Ps.* 48, 19.
vitavit autem me et socium cardinalis, ut qualibet die iremus ad manducandum
cum eo. Sed faciendum cogitavi quod Ecclesiasticus XIII.* docet: *Advocatus a* *v. 12. 13.
*potentiore discede, ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus sis, ne impingaris: et*
*ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem.* Et iterum Prover. XXV*: *Subtrahe pedem* *v. 17.
*tuum a*[d] *domo proximi tui, ne quando saciatus oderit te.* Item de hoc cardinali
dictum fuit, quod esset filius domni pape Gregorii noni. Forte quia dilexerat
eum speciali amore. Item filiam istius cardinalis in quodam monasterio sancti-
monialem vidi, et invitavit me et multum rogavit, quod essem devotus suus, quia
devota mea esse volebat. Et nesciebat, cuius esset filia et quem haberet patrem,
ego autem bene sciebam. Et respondi et dixi sibi: 'Nolo te habere amicam, quia
Patecclus[5] dicit:

*Et intendança, cu no posso parlare.*

Vult dicere, quod tedium est habere amicam, cui amicus suus loqui non potest;
qualis tu es, cum in monasterio sis inclusa[e]'. Et dixit michi: 'Et si mutuum collo-
quium habere non possumus, saltem diligamus nos corde et *oremus pro invicem,*
*ut salvemur*[6], Iacobi ultimo*'. Et cogitavi, quod paulatine[e] volebat me inducere *5, 16.
et sibi attrahere, ut diligerem eam. Et dixi sibi[7]: 'Beatus Arsenius mulieri

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) disϑbentibus *c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*
d) de *Vulg.* e) *sic c.*

1) *Immo annum vigesimum sextum excesserat, natus a.* 1221. *Oct.* 9. 2) *Hoc a.* 1249. *mense Iulio vel Augusto (vel etiam sequentibus mensibus) procul dubio factum est, cum Sal. e Burgundia reversus Bononiae moraretur; cf. supra f.* 348[b. c], *p.* 333. *Octavianus cardinalis hoc anno ab Oct.* 15. *ad Dec.* 20. *Bononiae fuit (cf. Reg. Imp. V,* 5, *p. CLIII). Ubi mensibus Iulio et Augusto et Septembri fuerit, non constat.* 3) *Iohanninus de Ollis tunc eius socius fuit.* 4) *Cf. supra f.* 303[b], *p.* 224. 5) *In libro Taediorum procul dubio; cf. supra f.* 230[b]. 247[c]. 264[a]. 280[d], *p.* 54. 98. 132. 169. 6) *Iac.* 5, 16: orate pro invicem, ut salvemini. 7) *Nugatus est Sal., nam ex Iacobi Leg. Aurea c. CLXXVIII* (173), *ed. Grässe p.* 808, *sequentia ad verbum descripsit.*

*F.* 370[b]. De[a] abbate Sysoi, qui voluit potius ad solitudinem ire quam cum mulieribus habitare, cuius discipulus[b] dictus est Abraham [1]. Ideo dicit[c]
*19,9. Prover. 21*: *Melius est habitare in terra deserta quam cum muliere litigiosa et in domo communi* [2].

*F.* 370[c]. De sagacitatibus domni Octaviani cardinalis.

---

*Iac. L. Aur. c. 178.* Romane, que iverat de Roma ad videndum eum, cum se sibi recommendasset, dixit: "Oro Deum, ut deleat memoriam tuam de corde meo". Quod illa audiens, turbata nimium
**f.* 370[b]. in civitatem venit *et pre tristitia febricitare cepit. Quod archiepiscopus Theophilus audiens ad eam consolandam accessit. — Erat enim Romana nobilis domina. — Illa autem dicebat: "Ecce ego contristata moriar". Cui archiepiscopus dixit: "Nescis, quia mulier es? et inimicus per mulieres sanctos viros[d] impugnat, et propterea senex hoc dixit. Nam pro anima tua semper orat". Et sic consolatione recepta cum gaudio ad propria remeavit. Exemplum. De quodam alio patre legitur, quia, cum discipulus eius dixisset: "Senuisti, abba, accedamus parum iuxta mundum", ille ait: "Ubi non est mulier, ibi eamus". Discipulus dixit ei: "Et ubi est locus non habens mulierem, nisi forte solitudo?" Et ille: "Ergo in solitudinem me tolle!"[e] Exemplum. Alius etiam frater cum matrem suam vetulam trans fluvium portare deberet, ille manus suas pallio involvit. Cui illa: "Ut quid sic operuisti manus tuas, fili?" Et ille: "Corpus mulieris ignis est, et ex eo quod te contingebam, aliarum feminarum memoria
**v.* 15. in meo animo veniebat". Hinc sapiens ait Prover. IIII*: *Fuge ab ea, nec transeas per illam,*
**v.* 2—11. *declina et desere eam.* Item Prover. V*: *Ne intenderis falatiis*[f] *mulieris. Favus enim stillans*[g] *labia meretricis, et nitidius oleo guttur eius. Novissima autem illius amara quasi absinthium*[c], *et lingua*[h] *eius acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, et ad inferos gressus illius penetrant, per semitam vite non ambulant. Vagi sunt gressus eius et investigabiles. Nunc ergo, fili, audi me, et ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuam et ne apropinques*[c] *foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum et annos tuos crudeli, ne forte*
**f.* 370[c]. *imple*antur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes et corpus tuum*. Item domnus Octavianus fuit sagacissimus homo. Nam cum quadam die fieret quedam magna processio, et ipse transiret, dixit elevata voce eo audiente ioculator quidam: 'Cedatis et removeatis vos de via, et permittite transire hominem, qui curie Romane proditor fuit et ecclesiam frequenter decepit'. Audiens hoc cardinalis precepit uni de suis silenter, ut clau-
*Eccl.* 10, 19. deret os eius pecuniam sibi dando, sciens, quoniam *pecunie obediunt omnia.* Et sic vexationem suam redemit, quia ioculator in continenti acceptis donariis transtulit se ad alium locum, per quem cardinalis erat transiturus, et eum multipliciter commendavit dicendo, quod in curia non erat cardinalis melior eo, et quod revera
**v.* 5. dignus esset papatu. Hinc Micheas de talibus dicit III*: *Si quis non dederit in*
**v.* 25. *ore eorum quippiam, sanctificant super eum prelium.* Sed dicitur Prover. XXIX*: *Qui timet hominem, cito corruet; qui sperat in Domino, sublevabitur.* Item Seneca Seneca. dicit [3]: *Tam carum tibi sit laudari a turpibus, quam si lauderis ob turpia*[c]. Item[i] audivi dici, quod, si papa Innocentius quartus aliquantulum plus vixisset, domnum Octavianum de cardinalatu deposuisset, pro eo quod nimis erat imperialis et negotia ecclesie non bene fideliter faciebat. Ipse vero sciens, quod non haberet

a) *haec alio subfusco atram., sed manu Sal. posterius quam reliqua argumenta scripta sunt c.* b) di. *c.* c) *sic c.* d) *alio atram. a Sal. in marg. suppl., deest Iac.* e) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* f) *sic c.;* attendas fallaciae *Vulg.* g) distillans *Vulg.* h) lingua eius *deest Vulg.* i) *penna mutata.*

1) *E Vitis patrum V, 2, 13, Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 859 *sq. Sal. supplevit nomina* Sysoi *et* Abraham *neque in textu neque a Iacobo commemorata.* 2) *Duos versus* 19. *et* 9. *eiusdem capitis confudit auctor, e memoria haec citans, ut videtur.* 3) *Martinus episc. Dumiensis, Formula honestae vitae IV,* 9, *Senecae Opera ed. Fr. Haase III, p.* 472: sitque tibi tam triste laudari a turpibus, quam si lauderis ob turpia. *Qui libellus Senecae falso addicebatur.*

gratiam pape, et cognoscens, quod iam hoc divulgatum esset per multos de curia et de aliis partibus, taliter gratiam papalem se demonstrabat habere. Cum omnes cardinales a conspectu pape qualibet die de consistorio egredi festinarent, ut irent ad hospitia sua, solus domnus Octa*vianus in camera vel caminata, que erat in- *f. 370d. mediate post egressum a papa, cum aliquo clerico tam diu loquebatur, quamdiu cognoscebat cardinales omnes egressos, ut ipse ab his qui erant in sala palatii a conspectu pape ultimo crederetur egressus, quasi volens ostendere, quod papa retinuisset eum ad familiare colloquium secum habendum et ad grandia negotia secum familiariter[a] pertractanda, sicque reputarent eum maiorem cardinalem de curia, et qui apud papam plurima posset et magna, ac per consequens ex hoc ei darent donaria tamquam homini, qui eos in suis negotiis apud papam totaliter posset iuvare. Quasi similem sagacitatem habuit quidam alius, qui ad curiam cuiusdam magni regis accessit et tali pacto ordinavit in curia regis per plures annos servire, quod rex concederet ei, quod qualibet die posset ad regem accedere ea hora, qua sedebat in throno sive solio regni sui, et totum palatium hominibus plenum erat, et sic in aure regis unum verbum solumodo[b] dicere posset. Quod rex sibi concessit libenter. Verbum autem erat huiusmodi: 'Ad curiam vestram sapiens veni et stultus revertar'. Cum autem viderent omnes qui erant in palatio, quod iste tam audacter et quasi currendo qualibet die ad regem accederet, et quod rex, quando videbat istum intrare palatium, semper ridebat, et quod cum tanta alacritate vultus ad ipsum audiendum sibi aurem prebebat, suspicati sunt, quod penes regem gratiam magnam haberet et mirabilia posset, et sic donabant ei multa donaria sperantes, quod eos in suis negotiis apud regem optime posset iuvare. Iste vero omnia donaria, que sibi dabantur, reponebat seorsum, ut in suo recessu haberet ea parata[c]. *Videns vero iste, quod multos habebat thesauros, *f. CCCLXXIc. disposuit omnino recedere, et accedens ad regem mutavit usitatum et solitum verbum dicendo alio modo: 'Ad curiam vestram stultus veni et sapiens ego[d] revertar. Stetis cum Deo, quia omnino recedere volo[e]'. Quod audiens rex amplexatus est eum et astantibus dixit: 'Iste iuvenis de remotis partibus venit ad nos et sedule in curia mea diebus multis servivit, insuper et solatium michi fecit, quando fui hic vobiscum in tedio. Quocirca iustum videtur michi, ut sibi beneficia aliqua rependamus'. Tunc clamaverunt omnes dicentes: 'Optimus sermo regis [1], et rogamus, ut celeriter compleatur'[c]. Tunc rex ordinavit magna convivia et invitavit omnes et fecit istum militem et donavit ei vestes et equos et famulos et thesauros et fecit eum deduci cum magna letitia, ut ad domum suam cum divitiis et honore et pace rediret. Hinc Dominus ait Luc. XVI*: *Laudavit dominus* *v. 8. *villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.*

Eo tempore, quo domnus Octavianus fuit legatus in Lombardia, fuit similiter legatus in eadem provincia domnus Gregorius de Monte-longo [2]. Hic fuit condam

a) familiariter per *in marg. super. a Sal. suppl.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) ë (ego) *a Sal. superscr.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) 1. *Reg.* 9, 10: dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus. 2) *Hic multis annis ante Octavianum legatione in Lombardia, Romagnola, marchia Tervisana functus est, scilicet a.* 1238—1251 *(cf. Reg. Imp. V, 5, p. CXLIX sqq.), cum Octavianus a.* 1247—1252. *legatus fuerit.*

*F.* 371[b]. De domno Gregorio de Monte-longo, qui fuit legatus in Lombardia annis multis.

*F.* 371[c]. De sagacitatibus quas Dominus docuit suos.

---

unus de septem notariis Romane curie[1], et fuit in Lombardia antiquus[a] legatus. Nam
1240. quando Ferariam abstulerunt de manu et dominio Salinguerre, ibi fuit; et quando ab
1247/8. imperatore Friderico obsessa fuit Parma, ibi in ea erat legatus, et ponebat papilionem suum semper e regione papilionis imperatoris. Erat enim homo magni cordis et doctus ad bellum[2]. Nam librum habebat de sagacitate et arte pugnandi. Acies et bella ordi-
*f. 371b. nare sciebat. Simulare *et dissimulare optime noverat. Cognoscebat, quando quiescen-
*v. 5–7. dum, quando super hostes irruendum, iuxta verbum quod scriptum est Eccle. VIII*: *Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est et oportunitas: et multa hominis afflictio, quia ignorat preterita et ventura*[b] *nullo scire potest nuntio.* Sed de
*v. 8. divina sapientia dicitur Sapientie VIII*, quod *scit preterita et de futuris estimat. Scit versutias sermonum et dispositiones*[c] *argumentorum. Signa et monstra scit, ante quam fiant, et eventus temporum et seculorum.* Non sic de nobis[d]: et quantum ad cogitandum, quia in Iob
*v. 19. †v. 18. dicitur XXXVII*: *Nos quippe involvimur tenebris;* et apostolus ad Ephe. IIII†: *Tenebris*
*v. 4. 5. *obscuratum habentes intellectum.* Unde illud apostoli II. ad Cor. III*: *Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Hinc Iosaphath rex Iuda, quando cum hostibus irruentibus
*v. 12. debebat pugnam committere, legitur Deo dixisse II. Paralipo XX*: *Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te;* et quantum[3]
*v. 8. ad loquendum, quia *cuncte res difficiles, non potest eas homo explicare sermone,* Eccle.[e] I*[d];
*v. 5. et quantum ad operandum, quia Dominus dixit Io. XV*: *Sine me nichil potestis facere.* Unde illud supra positum: *cum ignoremus, quid agere debeamus* et cet. Item apostolus ad
*v. 14. Hebre. V*: *Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.* De quibus fuit unus Gregorius de Monte-longo, qui tantam habebat consuetudinem preliandi, quod sciebat discernere, quando esset preliandum, et quando a preliis cessandum, iuxta verbum quod scriptum est
*v. 8. †v. 18. Eccle. III*: *Tempus belli et tempus pacis.* Nam, sicut dicit sapiens in Prover. XX†: *cogitationes consiliis roborantur, et gubernaculis tractanda sunt bella.* Sic enim com-
*f. 371c. Ps. 9, 10. mittenda est *cum hostibus pugna, ut semper a Deo speretur victoria, qui est *ad-*
*v. 31. *iutor in oportunitatibus in tribulatione.* Unde illud Prover. XXI*: *Equus*[f] *paratus*[g] *ad diem belli, Dominus autem salutem tribuet*[h]. Et sic faciebat Gregorius de Monte-longo, quia et doctus erat ad bellum et victoriam sperabat[i] et expectabat a Deo,
1248. et eam habuit, quando Victoriam cepit. Ideo convenit ei quod dicitur Prover.
*v. 5. 6. XXIIII*: *Vir sapiens fortis est, et vir doctus et validus*[k] *robustus, quia cum disposi-*

a) antiq9 *c.* b) futura *Vulg.* c) dissolutiones *Vulg.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) ecc̃. I. *in marg. a Sal. suppl.* f) Eq9 *c.* g) *sic bis iam supra, cf. p.* 358, *n.* b; paratur *Vulg.* h) *sic bis iam supra, cf. p.* 358, *n.* c; tribuit *Vulg.* — *Sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* i) spaba *corr.* spabat *c.* k) *sic c.;* doctus rob. et val. *Vulg. et sic supra p.* 358, *l.* 9.

1) *Subdiaconum et notarium suum hunc Gregorium magistrum primo dixit Gregorius IX. papa a.* 1238. *Mart.* 12, *mittens eum ad Fridericum imperatorem, MG. Epist. pont. sel. I, p.* 623, *nr.* 724, *ut H. Frankfurth, 'Gregorius de Montelongo' (Marburg* 1898*) p.* 11, *censuit. Quod non dubium est, cum ipse imperator a.* 1239. *Apr.* 20 *(Reg. Imp. V, nr.* 2431*) scripserit Gregorium de Montelongo ad se nuntium a papa missum esse.* 2) *Cf. supra p.* 334, *n.* 5. 3) *Hoc respondet superiori* et quantum *(l.* 15*).*

*tione initur bellum, et erit salus ubi multa sunt consilia.* Et nota, quod Dominus
docuit suos, qui pugnabant pro se, aliquas sagacitates habere. Ut patet in Iosue, cui
Dominus dixit VIII*: *Leva clipeum, qui*[a] *in manu tua est, contra urbem Hay, quoniam* *v. 18.
*tradam tibi eam.* Et habes in illo capitulo multa que pertinent ad sagacitatem pugnandi[b].
Item totum vicesimum capitulum Deuteronomii est de doctrina et modo et arte pugnandi[b].
Item II. Reg. V.* dixit Dominus ad David: '*Non ascendas obviam*[c] *Philistiim, sed gira post* *v. 23–25.
*tergum eorum, et venies ad eos ex adverso pirorum; et cum audieris sonitum gradientis in
cacumine pirorum, tunc inibis prelium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut per-
cutiat castra Philistiim*'. *Fecit itaque David, sicut preceperat ei Dominus, et percussit Phylis-
tiim de Gabae*[d] *usque dum veniret*[e] *Iezar.* Hinc David ait: *Benedictus dominus Deus meus,* Ps. 143, 1.
*qui docet manus meas ad prelium et digitos meos ad bellum.* Et iterum: *Persequar inimicos* Ps. 17, 38–41.
*meos et comprehendam illos, et non convertar, donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt
stare, cadent subtus pedes meos. Et precinxisti me virtute ad bellum et supplantasti insurgentes
in me subtus me. Et inimicos* **meos dedisti michi dorsum et odientes me disperdidisti.* Audi, *f. 371d.
quomodo totum attribuit Deo, quicquid in bello victorie habuit. Item Vegegius[f]
de re militari ad Theodosium imperatorem multas sagacitates de arte pugnandi
ponit in libris suis, quos omnes vidi et legi; et valde utiles sunt illi libri volen-
tibus cum hostibus preliari[b]. In libris Machabeorum similiter multe sagacitates
habentur, que valent ad artem pugnandi. Similiter in libris Regum et in libro
Iudicum et Iudith. De Iosepho etiam legitur, quod, cum esset in Iocapata[g]
civitate Iudee, ut eam defenderet ab obsidentibus hostibus, multas sagacitates
exercuit. Surgebat enim de nocte et super machinas et instrumenta lignorum,
que hostes Romani construxerant ad capiendum civitatem, oleum spargebat latenter.
Cumque illi summo diluculo surgerent ad pugnandum, non advertentes linitionem
cadebant deorsum[1]. Simili modo Gregorius de Monte-longo legatus, cum esset 1247.
in Parma, quam Fridericus tunc temporis obsidebat, cum audiret Parmenses mur-
murantes, eo quod non veniret eis auxilium contra draconis, scilicet Friderici,
astutias[2], sagacitates faciebat non nullas[h]. Invitabat enim secum ad prandium
milites aliquos de maioribus civitatis, cum quibus in mensa sua comédi ali-
quando in palatio Parmensis episcopi[3]; et nobis prandentibus nuntius adveniens
ad portam clamabat valenter, volens habere introitum. Tunc aliquis de familia
hec[i] eadem, scilicet de adventu novi nuntii, publice legato dicebat. Qui eum
ante suum conspectum sine mora venire iubebat. Qui *erat succinctus quasi *f. CCCLXXIIa.
viator, qui de via longinqua venisset, et habebat sutellares[k] pulverulentos et ad
cingulum piscidem[4] litterarum[b]. Et acceptis litteris precipiebat legatus, ut nun-
tium seorsum ad comedendum et quiescendum ducerent et darent ei optime man-

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) contra Philistaeos *Vulg. Cf.* 1. *Reg.* 4, 1: egressus est Israel obviam Philistiim. d) Gabaa *Vulg.* e) venias Gezer *Vulg.* f) *sic c.* g) *sic c. pro* Iotapata. h) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* i) hec ea *in loco raso.* k) *sic c. pro* subtell.

1) *Iosephus de bello Iudaico III,* 10 *(vers. Latinae = III,* 28. 29. *ed. B. Niese) narrat se iubente Iudaeos oleum fervidum in Romanos civitatem invadentes fudisse, tum haec:* Iudaei vero progressum eorum dolo altero deceperunt, cum foeno Graeco decocto pontium tabulata perfunderent, quibus illi dilabentes retrahebantur, ut neque fugientium quisquam neque aggredientium firmo posset eniti vestigio. 2) *In libello Pseudo-Ioachitico de oneribus Isaiae inedito legitur de Friderico II. imperatore:* bellum dolebit merito intestinum; propter quod de Ytalie partibus non minus furibundus quam stupidus redire cogetur in regnum facturus in draconis astutia illa seva, que forsan, nisi experta fuerint, non credentur. 3) *Hoc factum est a.* 1247. *post mensem Iunium, antequam Sal. mense Septembri vel Octobri Parma Lugdunum proficisceretur.* 4) *I. q. pyxidem; vide Ducange-Henschel s. v.* piscis 3.

*F.* 372[b]. De fidelitate Gregorii de Monte-longo.
*F.* 372[c]. De corvo domni Gregorii de Monte-longo, qui loquebatur.

---

1247. ducare. Hoc autem ideo faciebat legatus, ut videretur nuntio compati ex labore,
et ne discumbentes inquirerent a nuntio de rumoribus, quos cespitando referret
vel referre nesciret. Quid plura? Legebantur littere audientibus nobis, in quibus
continebatur de auxilio cito venturo. Divulgabant milites per civitatem hec eadem,
et sic omnis populus letabatur et sine tedio expectabat[a]. Dicebant autem michi
duo fratres Minores de Mediolano, qui cum legato manebant, scilicet frater Iacobus
et frater Gregorius, quod in camera legati precedenti sero littere ille facte fuis-
sent; sed legatus ad cautelam ex quadam sagacitate frequenter talia faciebat ad
*v. 25. populum confortandum. Hinc David ad Ioab misit dicendo II. Reg. XI*: *Con-
forta bellatores tuos adversum*[b] *urbem, ut destruas eam, et exhortare eos*[a]. Revera sic
fecit Gregorius de Monte-longo Lombardie legatus. Tamdiu enim confortavit
bellatores suos adversum urbem Victoriam, quam fecerat Fridericus, quod eam
1248. 2. *Reg.* 17, 13. cepit et taliter destruxit, *ut non repperiretur nec*[c] *calculus quidem ex ea.* Ideo videtur
*v. 13. 14. civitati Victorie convenire quod Ysaias prophetando predixerat XXX*: *Subito, dum
non speratur, veniet contritio eius, et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contri-*
*f. 372[b]. **tione pervalida; et non invenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de
incendio, aut hauriatur parum aque de fovea.* Item de domno Gregorio sciendum
est, quod imperator pluries temptavit animum suum precibus multis volens eum
attrahere ad partem suam, ut secum faceret amicicias, promittendo ei, quod maio-
rem de curia sua faceret eum, ita quod esset secundus ab eo[d]. Ideo Friderico
imperatori condam congruere et adaptari possunt verba illa, que in primo Macha-
*v. 15—20. beorum X.* de Alexandro leguntur et Ionatha: *Audivit Alexander rex promissa, que
promisit Demetrius Ionathe, et narraverunt ei prelia et virtutes, quas ipse fecit et fratres
eius, et labores, quos laboraverunt. Et ait: 'Numquid inveniemus talem aliquem virum?
Et nunc faciamus*[e] *eum amicum et socium nostrum'. Et scripsit epistolam et misit ei
secundum hec verba dicens: 'Rex Alexander fratri Ionathe salutem. Audivimus de te,
quod vir potens viribus et aptus es, ut sis amicus noster. Et nunc constituimus te hodie
summum sacerdotem gentis tue, et ut amicus voceris regis. Et misi tibi*[f] *purpuram et
coronam auream, ut*[g] *que nostra sunt sentias nobiscum et conserves amicicias ad nos'*[a].
Sed frustra et incassum Fridericus temptator atque deceptor cum Gregorio labo-
rabat ei talia suggerendo, quia facilius et cicius sol a cursu suo poterit deviare,
quod impossibile creditur, quam Fabricius pervertatur[d, 1]. Sic et Gregorius de
Monte-longo a nemine potuit inmutari, ut a fidelitate recederet. Unde ei con-
*v. 20. †f. 372[c]. *†v. 13. gruit illud Prover. XXVIII*: *Vir fidelis multum †laudabitur.* Item Prover. XXV*†:
*Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius*[h] *re-
quiescere facit;* et talis fuit iste. Item domnus legatus iste solitus erat habitare
in Mediolano et in Parma et in Feraria[a, 2]. Cum autem antiquitus[3] in Feraria

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) adversus *Vulg.* c) *sic* (n) *c.;* reperiatur ne *Vulg.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) faciemus *Vulg.* f) misit ei *Vulg.* g) et *Vulg.* h) *sic et supra p.* 211, *l.* 8; ipsius *Vulg.*

1) *Verba Eutropii (= Pauli Hist. Rom.) II,* 14, 2. *haec sunt aliquanto immutata.* 2) *Quod satis probatur tabulis ab eo datis; cf. Reg. Imp. V,* 5, *p. CXLIX—CLI.* 3) *Quod interpretari velim, antequam Salimbene Ferrariae moraretur, nam eo tempore, quo Sal. in hac civitate erat (a.* 1249—1256*), Gregorium legatum Ferrariae fuisse non traditum est.*

habitaret, habebat quendam corvum, quem pro magna quantitate pecunie pignere[a] obligabat et postmodum recuperabat fideliter pecuniam refundendo. Loquebatur enim corvus more humano et maximus erat truffator. Surgebat enim de nocte et vocabat de hospitiis suis hospites peregrinos, dicens: 'Qui vult venire Bononiam? Qui vult venire Doiolum? Qui vult venire ad Peolam? Veniat, veniat, veniat! Celeriter, celeriter! Surgite, surgite! Venite, venite! Portetis res vestras! Eamus, eamus! Ad navem, ad navem! Leva, leva! Cola, cola, cola![1] Mitte te foras! Guberna, guberna!'[b] Surgebant igitur novi hospites, qui ignorabant truffas et deceptiones istius corvi, et cum rebus suis et sarcinulis quasi per totam noctem in ripa Padi expectabant navem, que portaret eos quo ire volebant; et mirabantur, a quo taliter delusi[c] fuissent, cum neminem ibidem audirent. Item iste corvus cuidam ceco adeo erat molestus, quod semper, quando per ripam Padi nudis pedibus et tybiis mendicabat, iste cum rostro suo calcaneos ceci mordebat et tibias, et postea subtrahebat se et insultando ceco dicebat: 'Modo habes tu, modo habes tu!' Quadam autem die cecus cum baculo percussit corvum et fregit sibi alam et dixit: 'Modo habes tu, modo habes tu!' Et corvus respondit: 'Modo habeo ego, modo habeo ego'. Et cecus: 'Tene quod habes! Accipe quod tuum est et vade! *Simulatores et callidi provocant* **iram Dei;* percussi te *semel*[2], *et secundo opus* (Iob 36, 13. *f. 372d. 1. Reg. 26, 8.) *non erit.* Vade ad medicum, si forte sanet te, quia *insanabilis fractura tua, pessima plaga tua*'[d]. (Ier. 30, 12.) Obligavit autem domnus Gregorius legatus corvum suum sub pignere[e] pro pecunia nec eum recuperare voluit, sed sic dimisit, eo quod esset percussus[d]. Sic plures faciunt, qui servos suos relinquunt, quando egrotare incipiunt. Qualis fuit ille, de quo legitur I. Reg. XXX*, qui dixit ad David: *Puer Egyptius ego sum,* (*v. 13.) *servus viri Amalachite. Dereliquit autem me dominus meus, quia egrotare cepi nudiustertius.* Hoc Ecclesiasticus non docuit, immo dicit XXXIII*: *Si est tibi servus sensatus*[f], *sit tibi quasi anima tua. Quasi fratrem sic eum tracta*[d]. (*v. 31.) Et hoc bene fecit centurio, qui Domino dixit Mat. VIII*: *'Domine, puer*[g] *meus iacet in domo paraliticus* (*v. 6. 7.) *et male torquetur'. Et ait illi Iesus: 'Ego veniam et curabo eum'.* Item domnus Gregorius legatus fuit[h] talis vir, qualem describit Ecclesiasticus dicens XXXIIII*: (*v. 9. 10.) *Vir in multis expertus cogitabit multa; et qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit.* Item negotia ecclesie fideliter tractavit et fecit, et ideo patriarchatum Aquilegiensem promeruit[3] et habuit multis annis, quo- (1251.) usque ultimum diem clausit[4]. Cum Icilino de Romano in quodam loco familiare colloquium habuit[5]; pro quo mirati sunt multi, videlicet quod tales homines sibi mutuo loquerentur. Reputabatur enim Icilinus menbrum diaboli et *filius* (1. Reg. 25, 17.) *Belial,* cui *nemo loqui posset*[6]; iste vero cedrus alta de Libano[7]. Verumtamen de domno Gregorio de Montelongo sciendum est, quod podagricus[i] fuit et non bene castus. Alicuius enim sue amasie noticiam habui[b]. Sed multi clerici secu-

a) pignere *(sic, ut et infra l. 20) in marg. a Sal. suppl.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) deluisi *radendo corr.* delusi *c.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) *sic ut supra l. 1. c.* f) fidelis *Vulg.; cf. Eccli.* 7, 23: Servus sensatus sit tibi dilectus. g) puer *a Sal. superscr.* h) fuit *in marg. a Sal. suppl.* i) agricus *in loco raso.*

1) *Est verbum Italicum* collare. 2) *Cf. supra p.* 350, *l.* 34. 3) *A.* 1251. *Nov.* 29. *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 8428. 4) *A.* 1269. *Sept.* 8. 5) *Quod a.* 1248. *aut a.* 1251. *factum esse conicere potes, cum Innocentius IV. cum Ezzelino tractaret; cf. epistolas datas a.* 1248. *Apr.* 18. 1251. *Iun.* 16, *MG. Epist. pont. sel. II, p.* 381, *nr.* 542. *III, p.* 93 *sqq., nr.* 113. 6) 1. *Reg.* 25, 17: ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. 7) *Cf. Ezech.* 31, 3: Assur quasi cedrus in Libano.

*F.* CCCLXXIII[a]. De commendatione castitatis.
*F.* 373[b]. De Icilino de Romano, quo anno captus fuit in bello et mortuus, et ubi sepultus.

---

*f. CCCLXXIII[a]. lares, qui in dominio et in prelationibus sunt et in delitiis vivunt, pa*rum de casti-
tate curare videntur, et imponunt apostolo, quod dixerit: *et si non caste, tamen*
*v. 33. 34. *caute.* Sed apostolus hoc non dixit. Immo dixit prima ad Cor. XV*: *Nolite seduci!*
*Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Evigilate iusti et nolite peccare!* Et alibi dicit ad
*v. 5. 7. 8. Gala. VI*: *Unusquisque enim onus suum portabit. Nolite errare! Deus non irridetur. Que*
*enim seminaverit homo, hec et metet, quoniam qui seminat in carne, de carne et metet corrup-*
*v. 15. *tionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam eternam.* Item Sap. IX*: *Corpus*
*enim quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit inhabitatio terrena sensum multa cogi-*
*v. 20. 21. *tantem.* Item Eccli. XIIII*: *Omne opus corruptibile in fine deficiet, et qui illud operatur, ibit*
*cum ipso*[a]. *Et omne opus electum iustificabitur, et qui operatur illud, honorabitur in illo.*
*v. 1. Audi ergo, quid de castitate apostolus dicit prima ad Cor. VII*: *Bonum est homini*
*v. 1. *mulierem non tangere.* Quare? Audi Eccli. XIII*: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; et qui*
*communicaverit superbo, induet superbiam.* Superbus est diabolus, cui communicat qui
1. Cor. 7, 7. eum imitatur. Item apostolus ubi supra: *Volo autem omnes homines*[b] *esse sicut meipsum.*
*Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.* Item prima
*v. 16—18. ad Cor. III*: *Nescitis, quia templum Dei estis, et spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem*
*templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est; quod estis vos.*
*v. 11—16. *Nemo vos*[c] *seducat.* Item in secunda ad Cor. VI.* ita dicit: *Nolite iugum ducere cum in-*
*fidelibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate? Aut que societas luci ad tenebras?*
*Que autem conventio Christi ad Belial? Aut que pars fidelis*[d] *cum infideli? Quis*[e] *autem con-*
*sensus templo Dei cum ydolis? Vos autem*[f] *estis templum Dei vivi, sicut dicit Dominus —*
*f. 373[b]. Levit. *XXVI [1] —: '*Quoniam inhabitabo in illis et inambulabo*[g] *et ero illorum Deus, et ipsi*
*erunt michi populus.* Hec omnia dicta sunt, pro eo quod quidam clerici mundani,
qui carnaliter vivere volunt, rabiem imponunt apostolo dicendo, quod dixerit: *si*
*non caste, tamen caute.* Credo, quod cencies audivi ab eis. Et certe apostolus
*v. 2. 4. talem doctrinam non tradidit, cum dicat prima ad Tymotheum III*: *Oportet episcopum*
*v. 22. *irreprehensibilem esse, filios habentem subditos cum omni castitate.* Et infra V.* Timotheo dicit:
*v. 12. *Teipsum castum custodi.* Item de hac materia Dominus dicit Mat. XIX*: *Sunt*
*v. 35. *eunuchi, qui se castraverunt propter regnum celorum.* Item Luc. XII*: *Sint lumbi vestri pre-*
*v. 14. *cincti* [2]. Item apostolus ad Ephe. VI*: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Item
*v. 3—7. in eadem V*: *Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut*
*decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas, que ad rem non pertinet, sed magis*
*gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus aut avarus,*
*quod est ydolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat*
*inmanibus*[h] *verbis. Propter hoc*[i] *enim venit ira Dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici*
*v. 4. *participes eorum.* Item ad Hebreos XIII*: *Fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus.*

Porro de Icilino de Romano sciendum est, quod papa Alexander quartus tractabat et ordinabat et volebat facere eum de menbro diaboli filium Dei et

a) illo *Vulg.* b) Volo enim omnes vos *Vulg.* c) se *Vulg.* d) fideli *Vulg.* e) Qui *Vulg.* f) enim *Vulg.* g) inter eos *add. Vulg.* h) *sic* (  nanibus) *c.* i) haec *Vulg.*

1) *Scil. v.* 12: Ambulabo inter vos et ero Deus vester *etc.* 2) *Cf. supra f.* 317[c]. 322[b], *p.* 258. 268 *sq.*

*F.* 373[d]. De domno Philippo archiepiscopo Ravennate, quomodo artem nigromantie adiscere[a] voluit.

amicum ecclesie[1], sed duo occurrerunt impedimenta[b]: Primum quod Ecclesiastes dicit VII*: *Considera opera Dei, quod*[c] *nemo possit corrigere, quem ille despexerit*[d]. *v. 14. Hinc Io. ait Apoc. ultimo*: *Qui nocet, noceat adhuc: et qui in sordibus est, sordescat adhuc.* *22, 11. Aliud, quia Icilinus M°CC°LIX° captus *fuit in bello et eodem anno 1259. *f. 373c. mortuus est et sepultus in castro Sulcini, quod est in episcopatu Cremone[b]. Sequenti vero anno, scilicet M°CC°LX°, inchoata iam verberatorum devotione, papa 1260. Alexander quartus ultimum diem clausit[2]; [et[e]] in vigilia translationis beati Fran- 1261. cisci, id est IX° Kal. Iunii, scilicet octavo die exeunte Maio[f], [ordinatum[g] est, ut *Maii* 24. eius aniversarium[h] celebretur[3]].

Post Gregorium de Monte-longo domnus Phylippus, Dei et apostolica gratia 1255. ecclesie sancte Ravennatis archiepiscopus[4], apostolice sedis legatus factus fuit[5]. Qui de terminis legationis sue in suis litteris ita scribit[6]: *Ad hoc autem, ut nulli de legationis nostre terminis scrupulus dubitationis surépat*[h], *noverint universi, quod in Aquilegiensi et Gradensi patriarchatibus, in Ragusiensi, Ravennate, Mediolanensi et Ianuensi civitatibus et dyocesibus ac provinciis nec non et generaliter in Lombardia, Romaniola et marchia Tervisina plene nobis legationis offitium est conmissum*[i]. Fuit autem iste legatus de Tuscia oriundus, de districtu civitatis Pistorii[7], et pauper scolaris ad Toletanam urbem[8] perexit[k] volens nigromantie artem adiscere[h]. Cumque sub quadam porticu quadam die in illa civitate sederet, interrogavit eum quidam miles, quid quereret. Qui cum se Lombardum esse dixisset et causam, propter quam illuc iverat, ei aperuisset, duxit eum ad quendam magnum magistrum artis illius capatum et senem et aspectu deformem et recommendavit eum sibi, rogans, ut amore sui ipsum in arte sua diligenter instrueret. Senex vero ille introduxit eum in cameram suam et dedit ei librum unum et dixit ei: 'Cum recessero a te, poteris hic studere'. Et re*cedens ab eo clausit hostium et cameram diligenti *f. 373d.

a) *sic c., ut infra l.* 20. b) *sequitur* ₡ *atramento nigro scriptum.* c) quod nemo *macula atramenti obruta legi nequeunt in c.* d) espexeri *macula tectum legi nequit in c.* e) et *a Sal. superscr.* f) marcio (?) *radendo corr.* maio *c.* g) ord. — celebretur *in marg. super. a Sal. suppl.* h) *sic c.* i) *sic h. l. perscriptum.* k) *sic* (pex) *c.*

1) *Epistola Alexandri IV. data a.* 1254. *Dec.* 22, *MG. Ep. pont. sel. III, p.* 317, *nr.* 348: Nos . . . cum Ezilino de Romano . . . nullum reconciliationis intendimus movere tractatum, per quem status catholice fidei et publice salutis utilitas lederetur. *Dicit ergo se cum eo tractatum movere velle.* 2) *Alexander a.* 1261. *Maii* 25. *obiit. Nota Sal. primo scripsisse eum die Maii* 24. *mortuum esse, postea demum addidisse hunc diem anniversarii eius constitutum esse, scilicet in ordine Minorum, cuius protector hic cardinalis fuerat.* 3) *Quod statutum est in capitulo generali Pisano a.* 1272, *ed. Fr. Ehrle, 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 41. 4) Dei — archiep. *procul dubio ex epistola infra exscripta Sal. assumpsit. Iisdem verbis Philippus et in aliis tabulis se appellavit. Cf. Amadesius, In antist. Ravenn. chronotaxim III, p.* 193, *nr.* 53. *et p.* 199, *nr.* 57. 5) *Scil. in Lombardia, Romaniola, marchia Tervisina etc. Cf. epistolam Alexandri datam a.* 1255. *Dec.* 20, *MG. Epist. pont. Rom. sel. III, p.* 378 *sqq., nr.* 422; *Potthast nr.* 16143. *Antea a.* 1251. 1252. *Philippus iam legatus in Romaniola fuerat. Cf. Reg. Imp. V, 5, p. CLV sq.* 6) *Haec epistola non ad legationem a.* 1255. *Dec. Philippo commissam, sed ad secundam ei a Clemente IV. papa a.* 1267. *Iul.* 8. *collatam pertinere videtur: eius enim verba omnino conveniunt cum epistola Clementis, qua illi legationem committit, Potthast nr.* 20072. 7) *Cf. supra f.* 241[d]. 286[d], *p.* 83. 184, *n.* 5, *infra f.* 389[c]. *et quae ibi adnotavi.* 8) *Cf. supra p.* 32, *n.* 2.

*F.* CCC75[a]. Qualiter domnus Philippus archiepiscopus Ravenne, legatus domni pape, congregavit exercitum contra Icilinum.

---

clausura. Cum autem iuvenis iste legeret, subito apparuerunt ibi demones sub specie et figura multiplici. Nam tota camera apparuit plena muribus, murilegis, canibus et porcis, et per cameram discurrebant illuc et illuc. Cum autem nichil diceret eis, subito invenit se extra cameram in strata sedentem. Et superveniens magister dixit ei: 'Quid hic agis, fili?' Ille vero retulit magistro que sibi acciderant. Qui introduxit eum iterum et sicut prius divertit ab eo et hostium diligenter firmavit. Et cum legeret, apparuerunt ei multi pueri et puelle per cameram discurrentes. Cum autem nichil diceret eis, invenit se extra in via sedentem[a]. Quod videns magister suus dixit ei: 'Vos Lombardi non estis' pro arte ista, et ideo dimittatis eam nobis Hyspanis, qui homines feroces et similes demonibus sumus. Tu vero, fili, vade Parisius et stude in scriptura divina, quia in ecclesia Dei adhuc futurus es' magnus'[a]. Venit igitur et Parisius studuit et didicit valde bene. Et rediens ad partes Lombardicas stetit Ferarie cum episcopo Garsindino[1], qui fuit de filiis Manfredi de Mutina et frater abbatis Pompose. Episcopus vero fecit eum suum camarlengum; post cuius mortem factus fuit alius episcopus[2]; post quem
1239. iste in Ferariensem episcopum fuit electus; et stetit multis annis[3] electus Ferarie,
1250. quousque Ravennas archiepiscopus factus fuit[a, 4]. Cum autem papa Innocentius
1251. quartus de Lugduno venit Ferariam[5], iste ibi . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [b].*

*f. CCC75a. 2. Reg. 11, 1. *Factum*[c] *est autem eo tempore, quo solent reges ad bella procedere,* ut domnus
1256. Phylippus archiepiscopus Ravennás, factus legatus a domno papa, veniret Fera-
*Maio.* riam[6]. Tempus autem, quo solent reges ad bella procedere, appellatur Maius, quia tunc est tempus tranquillum et iocundum et temperatum, in quo filomena cantum suum frequentat, et herba abundanter invenitur pro bobus et equis. Cum autem esset Ferarie, congregavit omnes cives civitatis illius et hospites Paduanos et concionatus est super regiam matricis ecclesie, que est sancti Georgii. — E regione autem erat ecclesia sancti Romani. — Et erant ibi omnes religiosi et omne vulgus a parvo usque ad maximum[7]; sperabant enim[d] audire magnalia Dei. Eram etiam ego iuxta archiepiscopum, et Bonus-dies Iudeus, qui erat michi familiaris, iuxta
*Ier.* 7, 2. me sedebat volens et ipse audire[a]. Stans ergo legatus *in porta domus Domini* cepit

*) *In indice f. 5. saec. XIV—XV. scripto hoc argumentum folii* 374. *excisi legitur:* De quadam santimoniali, que disponebat Deum deserere, nisi Deus eam succurisset, ac. 374.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *folium* 374. *excisum periit.* c) *littera initialis* F *magna atramento nigro et minio picta.* d) ē (enim) *a Sal. superscr.*

1) *C.* 1236—1239. *fuit electus Ferrariensis.* 2) *Inter Garsindinum et Philippum alium quendam electum esse nusquam alibi relatum est, nec verum videtur.* 3) *A.* 1239—1250. 4) *A.* 1250, *paulo antequam ad sedem Ravennatem transferretur, episcopus Florentinus electus est; cf. Amadesius, In antist. Ravenn. chronotaxim disquis. III, p.* 48 *sq.* 5) *A.* 1251. *Oct.* 4; *cf. supra f.* 279[c]. 282[c]. 360[a], *p.* 165. 174. 363, *infra f.* 395[d]. 396[a]. 6) *Rolandin. Patav. VIII,* 1, *SS. XIX, p.* 193: *(Philippus)* predicans crucem Christi prima fronte ad partes Veneciarum descendit in dicto a. D. MCCLVI. mense Marcii. 7) 1. *Reg.* 30, 19. 4. *Reg.* 25, 26. *Ier.* 42, 1 (et reliquum vulgus): a parvo usque ad magnum; 1. *Reg.* 5, 9: a parvo usque ad maiorem.

*F.* 375c. Qualiter frater Clarellus ex ordine Minorum fecit se vexilliferum in isto exercitu.

---

alta voce dicere verba sua, et breviter predicavit, quia cessanda sunt verba et sub- 1256. *Maio.*
ticenda, quando operanda sunt illa, pro quibus verba dicuntur. Divulgavit autem,
quomodo factus erat legatus a domno papa contra Icilinum de Romano, et quod
volebat crucesignare exercitum ad recuperandam civitatem Paduanam, ut Paduanos
expulsos ad civitatem suam reduceret; et quicumque vellet esse de suo exercitu
in illa expeditione, haberet indulgentiam et remissionem et absolutionem omnium
peccatorum. 'Et nullus dicat: "Impossibile est, quod possimus contra diabolicum
hominem dimicare, quem etiam demones timent", quia non erit hoc impossibile
apud Deum, qui pugnabit pro nobis'. Hinc[a] Iudas Machabeus legitur suis dixisse,
quando[b] cum hostibus congredi voluit, I. Macha. III*: *Facile est concludi multos in* *v. 18. 19.
*manus paucorum, et non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis aut*[c] **in* *f. 375b.
*paucis, quia*[d] *non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo est fortitudo*[e]. Et
addidit legatus: 'Dico vobis ad honorem et laudem omnipotentis Dei et beatorum
Petri et Pauli apostolorum eius necnon et beati Antonii, cuius corpus Padue vene-
rationi habetur, quod, si non haberem in exercitu meo nisi orphanos, pupillos et
viduas et ceteras personas ab Icilino afflictas, spero de illo menbro diaboli et ini-
quitatis filio habere victoriam. Iam enim *clamor* malitie eius *ascendit in*[f] *celum*, et 1. *Mach.* 5, 31.
ideo de celo dimicabitur contra eum[g]. Dicit enim scriptura divina Eccli. XXXV*: *v. 16—19. 21—23.
*Non accipiet Dominus personam in pauperem et precationem*[h] *lesi exaudiet. Non de-
spiciet preces pupilli nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrime vidue
ad maxillam descendunt et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascen-
dunt usque ad celum, et Dominus exauditor*[i] *delectabitur in illis. Oratio humiliantis
se nubes penetrabit, et Dominus non elongabit, sed iudicabit iustum*[k] *et faciet iuditium,
et fortissimus non habebit in illis patientiam, quousque*[l] *contribulet dorsum illorum*[m], *et
gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum et sceptra iniquorum
contribulet*'[e]. Cum igitur legatus talia perorasset, gavisi sunt auditores; et con-
gregato exercitu tempore congruo ad expugnandum Paduanam urbem accessit, (*Iun.* 19).
quam Icilinus optime munierat ponendo in ea[n] milites mille quingentos, omnes
robustos et ad bellandum doctissimos[1]. Ipse vero alibi morabatur[2], et tantum
timebat de Padua, quantum Deus timet de celo, ne cadat, presertim cum haberet
tres muros et aquam extrinsecus et intrinsecus preter milites et populi multitu-
dinem. Reputabat etiam illos *quantum ad talem civitatem expugnandam et capien- *f. 375c.
dam *homines inhermes et sine virtute et sine peritia artis pugne*. In isto autem exer- *Iudith* 5, 27.
citu erat quidam frater laycus ex ordine Minorum, natione Paduanus, nomine Cla-
rellus, quem vidi et bene cognovi; qui erat homo magnifici cordis[3] et multum
desiderabat, quod Paduani qui de civitate sua expulsi diu exulaverant in civitatem

a) Hinc *certo legi nequit in c., sed* H:c *scriptum esse apparet, unde non dubium, quin* Hic *scriptum fuerit. Folii* 375. *paginae rectae pars inferior valde attrita est, in columna altera quaedam atramento recentiore tempore superducto renovata.* b) q: *c., certo legi nequit, non dubito, quin* qn *scriptum fuerit.* c) et *Vulg. et sic supra p.* 212, *l.* 16. d) *sic c. et supra p.* 212, *l.* 16; quoniam *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) ad *Vulg.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* h) deprecationem *Vulg.* i) non *add. Vulg., quod om. c.* k) iustos *Vulg.* l) ut *Vulg.* m) ipsorum *Vulg.* n) ea *a Sal. superscr.*

1) *Cf. Cant.* 3, 8: omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi; *Iudic.* 3, 29: omnes robustos et fortes. 2) *In obsidione Mantuae.* 3) *Cf. supra p.* 378, *n.* 5.

*F.* 375[d]. De quodam alio fratre Minore, cuius ingenio, auxiliante Deo, Paduana civitas capta est.

*F.* CCC76[a]. Quod in octava beati Antonii civitatem suam Paduani recuperaverunt de dominio Icilini.

---

1256. 1. *Mach.* 12, 1. suam redirent[a]. Hic videns, *quia tempus eum iuvat,* et cognoscens, quod *infirma*
1. *Cor.* 1, 27. *mundi elegit Deus, ut confundat fortia,* fecit se vexilliferum istius exercitus, experiri
1. *Reg.* 14, 12—14. volens, si forte daret Deus salutem per manum suam[1], qui olim per Ionathan et
armigerum suum populo suo victoriam dederat[a]. Precessit ergo exercitum et invenit[b] quendam rusticum, qui tres equas habebat, et violenter abstulit ei unam. Quam ascendens accepit in manu perticam, ut pro lancea sibi esset, cepitque discurrere huc et illuc et clamare valenter: 'Eya, milites Christi! eya, milites beati
*Eph.* 6, 10. Petri! eya, milites beati Antonii! abicite timorem a vobis, *confortamini in Domino*
*Ps.* 23, 8. *et in potentia virtutis eius,* quia *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prelio.*
*Ios.* 10, 25. *Ps.* 30, 25. *Confortamini et estote robusti! Viriliter agite, et confortetur cor vestrum,* quia Dominus
*Ps.* 67, 36. *Ps.* 28, 11. *dabit virtutem et fortitudinem plebi sue, benedictus Deus! Dominus virtutem populo suo*
*dabit. Dominus benedicet populo suo in pace*'[a]. Quid plura? Ad has voces istius ita est animatus et confortatus exercitus, ut vellet eum sequi quocumque prece-
*Ps.* 3, 9. deret. Et addebat frater Clarellus: 'Eamus, eamus! Ad eos, ad eos! *Domini est*
*Ps.* 67, 2. *salus, et super populum tuum benedictio tua. [Exurgat*[c] *Deus, et dissipentur inimici*
*eius, et fugiant qui oderunt eum a facie eius]*[d]. Modo debet impleri scriptura
*f. 375d. †v. 7—9. que dicit Leviti. *XXVI†: *Persequemini inimicos vestros, et corruent coram vobis. Persequentur V de vestris centum alienos, et centum ex*[e] *vobis decem milia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Respiciam vos et crescere faciam, multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum*'[d]. Venit igitur exercitus post istum preconem et vexilliferum precedentem et collocavit se in civitatis obsidione. His autem qui intrinsecus erant dedit Dominus cor pavidum[2], ut resistere non audérent[d]. Erat autem et alius frater Minor laycus in isto exercitu, sanctus homo et Deo devotus, qui in seculo domni Icilini magister ingenierius fuerat ad faciendas machinas et trabuccos et cattos[f] atque arietes ad capiendas urbes et castra. Huic
*(Iun. 19).* per obedientiam precepit legatus, ut exueret habitum ordinis beati Francisci, quia ordinem diligebat, et indueret habitum album et fabricaret talem gattum[f], per quem subito civitas capi posset. Frater vero obedivit humiliter et citissime fecit gattum, qui in anteriori parte ardebat, in posteriori vero homines intus erant
*(Iun. 20).* armati[3]. Et tam cito capta est civitas[d]. Ingressi autem in civitatem hi qui erant ex parte ecclesie neminem ledere voluerunt, nec interfecerunt nec ceperunt nec expoliaverunt nec aliquid abstulerunt, sed omnibus pepercerunt et libere permiserunt abire. Illi autem reputabant se beatos, si tantum sine lesione et captione
*Esth.* 8, 15. recedere possent. *Exultavit* itaque *omnis civitas atque letata est,* nec mirum, quia,
*v. 8. sicut dicit sapiens in Prover. XXIX*: *homines pestilentes dissipant civitatem, sapientes*
*vero avertunt furorem*[a]. Homines pestilentes fuerunt qui recesserunt de Padua, de
*f. CCC76a. †v. 17. quibus Ys. *dicit XLIX†: *Venerunt structores tui, destruentes te et dissipantes a te*

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) inuenit — quocumque precederet (*l.* 17. 18) *in loco raso scripta sunt in c.* c) *uncis inclusa in infer. marg. a Sal. suppl.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) de *Vulg.* f) *sic h. l. c.*

1) *Act.* 7, 25: quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis. 2) *Deuter.* 28, 65: Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum. 3) *Huius gatti facti die Iun.* 19. *etiam Rolandin. VIII,* 13, *p.* 111, *et Ann. S. Iustinae Patav. p.* 167. *mentionem faciunt.*

*F.* 376[b]. De his que domnus Philippus legatus in Alamannia post mortem langravii fecit.

---

*exibunt*[a]. Destruentes et dissipantes fuerunt hi qui de Padua recesserunt. Structores 1256.
vero fuerunt hi qui eam noviter intraverunt, quibus optime congruit quod de Iudeis
legitur Hester V*[b]: *Iudeis autem nova lux oriri visa est, gaudium, honor et tripudium* *v. 16. 17.
*apud omnes populos, urbes atque provincias*[c]. Et quia in octava beati Antonii civi- *Ian.* 20.
tatem ceperunt et hanc victoriam habuerunt, hinc est, quod in octava eius maius
festum faciunt Paduani quam primitivo die[1]. Ideo congruit huic loco quod legitur
in fine Hester* dictum ab Assuero *Hunc*[d] *enim diem omnipotens Deus meroris et luctus* *16, 21. 22.
*vertit eis in gaudium. Unde et vos inter ceteros festos dies hanc habetote diem et celebrate eam cum omni letitia* et cetera usque ad finem libri, que omnia ad istam
materiam pertinent. Verumtamen non ita cantant Bononienses qui sunt ex
parte ecclesie, qui nolunt istum sanctum audire in Bononia nominari, pro eo quod
anno Domini M°CC°LXXV° in festo suo fuerunt a Bononiensibus extrincesis, qui 1275. *Iun.* 13.
Lambertacii nuncupantur, et Faventinis et Liviensibus apud pontem Sancti Proculi
in bello prostrati, mortui et fugati et capti et carceribus mancipati[2]. Precedenti vero anno, scilicet M°CC°LXXIIII°, ipsi Bononienses Lambertacii a parte 1274.
ecclesie de Bononia fuerant expulsi prima die Iunii[3], cum bellum intestinum prius *Iun.* 1.
ad invicem habuissent. Hinc David dixisse legitur II. Reg. XI*: *Varius enim est* *v. 25.
*eventus prelii*[e], *et nunc hunc et nunc illum consumit gladius.* Verum dixit. Unde poeta[4]:

*Victorem a victo superari sepe videmus.*

Porro legatus, quamvis ante fuerit famosus et nominatus, post captionem vero
civitatis Padue *longe famosior habebatur. Hic in Alamannia[f] antiquo tempore *f. 376[b]. 1245.
fuit legatus[5] occasione langravii[g], qui post depositionem Friderici factus fuerat 1246.
imperator[6]. Cuius legationis tempore erant in Alemannia[f] tres provincie[7], in
quibus erant aliqui sollemnes fratres, qui disciplinam ordinis contemnentes nolebant obedire ministris. Cumque venirent ad consulendum legatum, capiebat eos
et tradebat in manibus ministrorum, ut in eis et de eis iuditium et iustitiam
exercerent, secundum quod statuta ordinis requirebant. Factum est autem, ut
langravius moreretur[8]. Iste vero cum esset in alia civitate[9], audita morte 1247. *(Febr. 16).*

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sic c. pro* VIII. c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) Hanc *Vulg.* e) belli nunc *Vulg.; cf. supra f.* 298[a], *p.* 212, *l.* 6. f) *sic h. l. c.* g) Langravii *cum littera* L *maiuscula; cf. supra p.* 350, *n.* a.

1) *Statuit enim Philippus archiepiscopus, ut in memoriam victoriae hic dies festus celebraretur; Reg. Imp.* V, *nr.* 14007. 2) *Cf. infra f.* 415[a]. *(ex Libro de temp. c.* 286*)* *et f.* 415[c]. 3) *Infra f.* 414[d]. *ex Libro de temp. c.* 285. *recte scribit Sal. hoc die Iun.* 2. *factum esse, sed etiam 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 286: al primo di Giugno *insertum in excerptis ex Riccobaldi Pomerio. Et Ann. Bonon., Calogerà, 'Nuova raccolta d'opuscoli scientifici' IV, p.* 134 *sq.:* die sabbati *(quod fuit Iun.* 2*)* primo Kalendarum Iunii. 4) *Cato, Dist. II,* 10. 5) *A.* 1245. *post concilium Lugdunense, mense Aug. in. circiter, in Germaniam missus est effecturus, ut novus rex crearetur; cf. Chron. reg. Colon. Cont. V. p.* 288; *MG. Epist. pont. Rom. sel. II, p.* 94, *n.* 1. *Legati munus demum a.* 1246. *Iul.* 4 (5). *ei concessum est; MG. Epist. pont. Rom. sel. II, p.* 153 *sq., nr.* 201. 203. *Cf. Reg. Imp. V,* 3, *p.* 1545 *sqq.* 6) *Rex potius.* 7) *Ordinis Minorum. Fuerunt provinciae tunc Coloniensis, Argentina, Saxoniae, Austriae, (Boemiae).* 8) *Heinricus Raspo obiit a.* 1247. *Febr.* 16. *in castro Wartburg.* 9) *Philippus, qui a.* 1247. *Ian.* 28. *in obsidione Ulmae civitatis adfuit (Reg. Imp. V, nr.* 10186*), in Germania superiore remansisse videtur.*

*F.* 376[d]. De gravibus penitentiis, quas archiepiscopus Ravennás dabat famulis suis, quando faciebant defectum.

1247. langravii, timens Conradum filium Friderici, qui Alemanniam faciebat optime custodiri, precepit uni de familia sua, ut per plures dies cameram nemini aperiret, quia fugere disponebat, ne penitus caperetur. Et mutato habitu et assumpto solummodo uno socio occulte et latenter venit ad locum fratrum Minorum. Et vocato guardiano seorsum dixit ei: 'Cognoscis me?' Cui ille respondit: 'Minime'. Cui legatus: 'Ego bene cognosco te[a]. Precipio tibi per obedientiam, ut ea que dixero tibi remaneant in teipso, et nemini debeas revelare, quousque revelandi licentiam tibi dabo, et quod tu non loquaris alicui nisi coram me, et non in Theotonico tuo, sed semper Latinis verbis. Langravius mortuus est, et ego sum legatus. Dabis ergo michi et socio meo habitum ordinis et sine mora fugabis me et perduces ad locum securum, ne capiar a Conrado'[a]. Quid plura? Obedienter et gratanter facta fuerunt omnia ista. Cumque vellet eos extra civitatem perducere, invenit
*f. 376c. portam unam clausam, similiter secundam et tertiam. Sed per *tertiam, per vadum, quod erat subtus portam, viderunt quendam magnum canem exterius exeuntem, et visum est eis eodem modo posse[b] eos exire. Quod cum attemptassent, propter grositiem[c] legatus exire non poterat. At guardianus posuit pedem super nates ipsius et calcavit comprimendo ad terram, et ita exivit[a, 1]. Cumque omnes IIII^or [2] fuissent egressi, arripuerunt iter et pervenerunt illa die ad prandium ad quandam civitatem, in qua erat conventus LX fratrum Minorum; a quibus cum interrogaretur iste guardianus, quinam essent isti fratres, quos secum ducebat, respondebat: 'Magni Lombardi sunt. Amore Dei ostendite caritatem et curialitatem et faciatis eis servitium et vobis honorem. Nam honor non est eius tantum cui impenditur, sed potius impendentis[3], et ille vere censendus est curialis, qui libenter et yllariter[c] sine spe retributionis suum servitium incognitis elargitur'[d]. Venit igitur guardianus domus illius cum X fratribus de conventu et comedit cum eis in forestaria cum maxima familiaritate et consolatione, de talibus hospitibus plurimum consolatus[d]. Cum autem cognosceret legatus, quod in loco securo esset et quod omnia pericula evasisset, dedit licentiam guardiano socio, qui duxerat eum, finito iam prandio, quod eum manifestaret. Tunc dixit fratribus guardianus ille forensis, qui comes itineris fuerat: 'Noveritis, karissimi, quod iste frater, cum quo comedistis, est domni pape legatus; et ideo duxi eum ad vos, quia langravius mortuus est, et Conradum hic penitus non timemus. Socius etiam, qui venit mecum, usque ad horam hanc ignoravit hec omnia'[d]. Audientes fratres talia ceperunt tremere sicut iuncus, cum ab aqua concutitur[4]. Quibus legatus dixit: 'Nolite timere[5],
*f. 376d. Ioh. 5, 12. fratres! *Cognovi *vos, quia dilectionem Dei habetis*[6] *in vobis.* Sedule ministrastis nobis. Ostendistis caritatem et curialitatem et familiaritatem. Retribuat vobis

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) posse eos *in marg. a Sal. suppl.* c) *sic c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Paulo post obitum Heinrici Rasponis Philippus in Italiam rediit; iam enim die Apr.* 18. *nondum legatione functus est. Cf. MG. Epist. pont. Rom. sel. II, p.* 245, *nr.* 326. 2) *Quartus nempe fuit socius guardiani, qui cum more fratrum Minorum comitatus est: cf. infra l.* 34. 3) *Eandem sententiam vide supra f.* 247[c], *p.* 98. 4) *Cf. supra f.* 364[b], *p.* 372, *n.* 2. 5) Nolite timere *saepe legitur in Biblia ut* 1. *Reg.* 12, 20. *Matth.* 28, 5. 10. *Luc.* 12, 32. *etc.* 6) *Ioh.* 5, 42: non habetis.

Dominus! Amicus eram ordinis beati Francisci et amicus ero omnibus diebus vite 1247. mee'[a]. Revera ita fuit. Nam ecclesiam sancti Petri Maioris de Ravenna fratribus 1261. Minoribus dedit[1]. Omnem gratiam concedebat nobis, quam petebamus ab eo[2], predicandi, confessiones audiendi et absolvendi de omnibus casibus qui pertinebant ad ipsum. Familiam habebat terribilem et ferocem; et omnes reverebantur fratres Minores sicut apostolos Christi, cognoscentes, quod dominus eorum intime diligeret nos. Erant enim bene XL homines armati, quos semper secum ducebat, ut essent capitis sui custodes et totius persone; et timebant eum sicut diabolum. Nam Icilinus de Romano parum plus timebatur. Dabat enim suis maximas penitentias[a]. Cum enim quadam die de Ravenna iret Argentam, quod est archiepiscopale castrum, quendam de suis ligari fecit cum fune et demergi in aquam, et sic ligatum ad navem traxerunt per aquas vallivas, ac si esset unus sturio. Oblitus enim fuerat salem accipere. Alia vice quendam alium fecit ligari ad magnam perticam et iuxta ignem volvi. Cum autem illi de familia ex quadam pietate et compassione ipsum deflerent videndo crudele spectaculum, dicebat eis: 'Miseri, iam fletis'. Et sic precepit eum removeri ab igne. Verumtamen multas anxietates et calefactiones sustinuit[a]. Amanátum vero, quendam Tuscum gastaldum suum, coniecit in vincula, et in carcere comederunt eum mures. Imponebat enim ei, quod dissipasset bona sua. *Multas alias crudelitates exercuit in his qui erant de *f. ccc77a. familia sua, ut se vindicaret et illis penitentiam daret et aliis timorem incuteret. Et ideo permisit eum Deus ab Icilino capi[3], cum adhuc legatus existeret. Qui 1258. (Aug. 30). diligenter eum custodiebat, et quocumque ibat, ducebat eum secum, ut diligentius custodiret. Verumtamen honorifice et reverenter eum tractabat, quamvis ei Paduam abstulisset[b]. Sed qui Manassen de carcere liberavit et in regnum suum restituit, 2. Par. 33, 13. sic liberavit et istum, hoc modo[b]: Quidam Reginus nomine Gerardus de Campso- 1259. ribus de Regio extraxit eum de carcere Icilini[4] et per funem deposuit eum de solario, et sic evasit manus Icilini in nomine Domini. Ipse vero non inmemor beneficii huius sive potius talis servitii beneficium rependit eidem, quia fecit eum cardinalem Ravenne[b]. Fratri etiam Enverardo Brixiensi ex ordine fratrum Predicatorum, magno lectori, dedit episcopatum Cesene[5], eo quod esset de familia sua et captus fuisset cum eo. Qui frater Enverardus post mortem Icilini evasit de carcere, quando omnes alii incarcerati, quos ille maledictus Icilinus inclusos tenebat, liberati et extracti fuerunt. Item iste archiepiscopus duos habebat nepotes, scilicet Franciscum et Phylippum[c]; sed Philippus[c] filius eius erat, et erat XXV aut XXX annorum[6], spetiosus et formosus sicut alter Absalon[7]; et diligebat eum domnus Philippus archiepiscopus Ravenne et legatus Romane curie sicut animam

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sic h. l. c.*

1) *Vide tabulam datam a.* 1261. *Ian.* 4. *apud Amadesium, In antist. Rav. chronotaxim disquis. III, p.* 193 *sq., nr.* 53, *et Fantuzzi, 'Monum. Ravennati' IV, p.* 371, *nr.* 127. *Cf. Ann. Ferrar. ineditos codicis S. Marci Veneti* 402: A. D. 1261. . . . Fratres Minores iverunt ad standum ad ecclesiam sancti Petri de Ravena. 2) *Scil. quando Sal. Ravennae morabatur, ubi fere a.* 1264—1269, *non tamen continuo, vixit. Cf. supra p.* 166, *n.* 4. 3) *A.* 1258. *Aug.* 30; *cf. Rolandin. XI,* 9, *p.* 131; *Ann. S. Iustinae Patav. p.* 171; *Ann. Placent. Gib. p.* 509 *(ubi corrigendum* secundo e x e u n t i s Augusti*). Cf. infra f.* 400b. 4) *Ezelino iam capto et defuncto (a.* 1259. *Oct. in.) Philippus a Pelavicino Brixiae detentus est, unde a.* 1259. *exeunte evasit; cf. Ann. S. Iustinae Patav. p.* 177 *sq.* 5) *A.* 1266—1274. *fuit episcopus Caesenas.* 6) *Supple ad hoc inepte dictum: scilicet eo tempore, quo Sal. Ravennae moratus eum vidit.* 7) *Cf. supra p.* 374, *n.* 4.

*F.* 377[b]. Qualiter archiepiscopus Ravenne dedit michi reliquias Helysei prophete, quas portavi Parmam.

---

*v. 29.* suam iuxta verbum apostoli ad Ephesios V*: *Nemo unquam carnem suam odio habuit,
*sed nutrit et fovet eam*[a]. Quicumque igitur manus istorum duorum implere volebat,
**f. 377b.* poterat habere *prebendam aut quicquid ab archiepiscopo postulasset. Factique
*cf. Gen. 30, 43.* sunt divites ultra modum. Habuit etiam filiam spetiosam, quam domno Iacobo
de Bernardo[1] voluit dare uxorem, sed noluit eam accipere, tum quia non erat
legitime nata, tum quia nolebat habere dotem ex ecclesiasticis bonis, tunc etiam
quia disponebat effici frater Minor et in ordine beati Francisci mori, sicut et factum
est. Item iste archiepiscopus interdum erat ita melancolicus et tristis et
*1. Reg. 25, 17.* furiosus et *filius Belial,* quod *nemo* poterat *ei loqui*[a, 2]. Michi vero semper fuit
benivolus et familiaris et curialis et liberalis. Nam reliquias beati Helysei[3], de
quo legitur in libris Regum, dedit michi, que erant in civitate condam Cesaree
iuxta Ravennam in monasterio sancti Laurentii in arca saxea in capella regali[a].
Et[b] portavi ossa illa principalia et maiora et posui in maiori altari fratrum Mino-
rum de Parma, et sunt ibi usque in hodiernum diem [cum[c] tali epytaphio preter
illud, quod prius de plumbo posueram[d]:

*Hic virtute Dei patris ossa manent Helysei,*
*Que Salinbene*[e] *detulit ossa bene*].

Caput vero Helysei habere non potui, quia Heremitani sine licentia abstulerant et
asportaverant illud. Ipse vero archiepiscopus plus curabat de guerris quam de
1265. sanctorum reliquiis. Quodam tempore, cum esset legatus[4], venit Faventiam, et
ego habitabam ibi. Et quia oportebat eum intrare monasterium ordinis sancte
Clare, eó quod abbatissa illa diu vellet loqui cum eo, misit pro fratribus, ut eum
associarent et causa honestatis et causa honoris sui. Super omnes enim homines
de mundo diligebat honores, ut iudicavi de eo, et super omnes homines de mundo
scivit dominari et baroniçare, ut audivi ab aliis, et ut etiam michi similiter visum
fuit. Fuimus ergo decem fratres, qui associavimus ipsum. Et postquam fuimus
**f. 377c. Ian. 24.* *calefacti — erat enim dies sabbati mensis Ianuarii in festo sancti Tymothei[5] in
mane —, paravit se vestimentis sacerdotalibus, ut decenter et honeste monaste-
rium ingrederetur[a]. Cumque camisiam indueret, et nimis stricta esset in manicis,
turbabatur. Cui dixit Faventinus episcopus[6]: 'Michi stricta non est, quia bene
induo eam'. Cui archiepiscopus dixit: 'Quomodo? est tua ista camisia?' 'Mea
est', dixit episcopus. 'Et mea ubi est?' dixit archiepiscopus[g]. Et inventum est,
quod unus de famulis portaverat eam Ravennam. Et ait[h] archiepiscopus: 'In veri-

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *penna mutata.* c) *uncis inclusa alio subfusco atramento in marg. infer. post a Sal. suppleta.* d) am *abscisum in c.* e) *sic h. l. c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *signum interrogationis hoc loco (post suppletum?), non post* est *positum in c.* h) ait archiep. *in marg. a Sal. suppl.*

1) *De quo cf. supra f.* 362[d], *p.* 370. 2) *Cf.* 1. *Reg.* 25, 17: et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. 3) *Cf. quae Thomas de Papia de reliquiis Helisei Ravennae a.* 1231. *inventis narrat, SS. XXII, p.* 511 *sq. Qui tradit Philippum archiepiscopum Bonaventurae illustri unum tantum dentem ex his reliquiis dedisse. Cf. etiam Ann. Ravenn., Muratori, SS. I,* 2, *p.* 576, *ad a.* 430; *Acta SS. Iun. II, p.* 786. 4) *Infra patet hoc anno* 1265. *factum esse. Tunc vero Philippus non legatus fuit, sed iterum demum a.* 1267. *Iul.* 8. — 1268. *Maii.* 5) *Vere a.* 1265. *fuit Ian.* 24. *sabbatum.* 6) *Iacobus III. de Petrella.*

tate multum miror de patientia mea, tamen sibi penitentiam dabo, quia hic dare 1265.
non possum, eo quod absens sit. Quod enim difertur[a], non aufertur'[b, 1]. Et dixi
archiepiscopo: 'Patientiam habetote, pater, quia *patientia opus perfectum habet,* *Iac.* 1, 4.
et sapiens in Proverbiis dicit XXV*: *Patientia lenietur princeps, et lingua mollis con-* *v. 15.
*fringet duritiam. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur,* dicit beatus Iacobus*. *1. 20.
Ideo dicit Ecclesiasticus III*: *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum* *v. 19.
*gloriam diligeris*'[b]. Tunc archiepiscopus dixit: 'Et sapiens in Proverbiis dicit XIII*: *v. 24.
*Qui parcit virge, odit filium suum; qui autem diligit illum, instanter erudit.* Ideo, sicut
Dominus dicit in Iob XLI*: *non parcam ei verbis potentibus et ad deprecandum com-* *v. 3.
*positis.* Item Ecclesiasticus dicit XXX*: *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella,* *v. 1.
*ut letetur in novissimo suo et non palpet proximorum hostia*'[b]. Videns ego, quod archi-
episcopus penitus disponebat punire peccantem, dixi: 'Dimittamus, pater, ista verba
et de alia materia dicamus. Celebrabitis vos?' Et dixit: 'Non. Volo, quod tu
cantes missam'. Et dixi sibi: 'Obediam vobis et missam cantabo'[b]. Tunc dixit
archiepiscopus: *'Vultis, quod prophetem vobis de papa futuro?' — Vacabat enim *f. 377d.
papatus post mortem pape Urbani quarti[2], qui fuit Trecensis. — Et diximus: 'Sic,
pater. Dicatis nobis, quisnam futurus sit papa'. Et dixit: 'Papa Gregorius nonus
multum dilexit ordinem beati Francisci. Modo succedet Gregorius decimus, qui
fratres Minores intime diliget'. Credebat dicere de seipso, quia multum affectabat
habere papatum[3], et etiam sperabat, pro eo quod fratres Minores diligebat, et pro
eo quod ille Tolletanus[a] magister nigromancie predixerat eum magnum in ecclesia
Dei fore[a] futurum[4], et quia videbat, quod magnus erat, et quod aliquando cardi-
nales discordes erant in electione papali, et quod aliquid interdum dicebatur de
eo ad istam materiam pertinens[b]. Tunc respondi et dixi: 'Pater, Domino con-
cedente vos eritis ille Gregorius decimus. Et dilexistis nos et adhuc amplius dili-
getis'. Non tamen factum fuit ita, quia non successit tunc Gregorius decimus, (*Febr.* 5).
sed Clemens quartus, nec ipse archiepiscopus Ravennas papatum habuit, ut osten-
datur, quia *non* est *volentis neque currentis, sed miserentis est Dei,* Ro. IX.* Item *v. 16.
Io. III*: *Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo.* Igitur[c] *v. 27.
cum archiepiscopus, qui et legatus erat, supraposita verba dixisset, adiecit: 'Isti
sunt qui debent monasterium introire: Omnes fratres qui sunt hic. De meis vero
nullus ingrediatur nisi episcopus Faventinus et archidiaconus Ravenne[5] et potestas
istius terre'[b]. Erat autem potestas Faventie domnus Lambertinus de Samaritanis
de Bononia, et erat filius sororis abbatisse Faventine. Abbatissa autem erat de
Faventia oriunda, et corda omnium hominum, si volebat, verbis et exeniis attra-
hebat ad se. Nam domnum Octavi*anum cardinalem ita habebat propitium et *f. CCC78a.
amicum, ut eam libenter in suis petitionibus exaudiret. Cum autem pervenimus
ad hostium ecclesie, invenimus ibi conversum cum thuribulo fumigante. Et in-
censato legato, accepit[6] thuribulum de manu ipsius et thurificavit quemlibet fra-
trem ecclesiam introeuntem dicendo: 'Del incenso[d] ali frati me. Del incenso[d] ali
frati me. Del incenso[d] ali frati me!' Quod erat dicere: 'De incenso fratribus
meis'[b]. Post hec ivimus ad scalam, et ascendendo et postea descendendo et
exeundo apodiabat se super me causa honoris et utilitatis, et ego sustentabam

a) *sic c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *penna mutata.* d) Delincenso *c.*

1) *Cf. supra f.* 339[c], *p.* 311, *n.* 6. 2) *A.* 1264. *Oct.* 2 — 1265. *Febr.* 4. 3) *Cf. infra f.* 390[d]. 4) *Supra f.* 373[d], *p.* 394. 5) *Nomine Bonus, qui in multis tabulis ab Amadesio et Fantuzzio editis occurrit.* 6) *Scil. ipse Philippus legatus.*

*F.* 378[b]. De synodo congregata a domno legato apud Ravennam in ecclesia Ursiana occasione Tartarorum.

---

1265. brachium dextrum eius, et archidiaconus Ravenne sinistrum. Et ecclesia in solario erat; et totus conventus illarum dominarum numero LXX duarum congregatus ibidem. Et celebrata sollemniter missa et expeditis consiliis et negotiis omnibus egressi de monasterio invenimus ignem copiosum paratum. Et statim pulsabatur ad nonam. Et exuens se legatus dixit: 'Omnes vos invito ad prandendum mecum'. Credo, quod dixit bene decies Tusice[a] loquendo: 'Mo ve c'envito e si vece revito[b]'. Quod erat dicere: 'Invito vos ad prandium et iterum reinvito[c]'. Verumtamen ita erant fratres illi timidi et verecundi[d], quod non potui ducere mecum nisi duos. Alii iverunt ad domum fratrum ad comedendum[e]. Quando autem[f] perveni ad palatium
*Ian. 24.* episcopi, dixit michi legatus: 'Hodie est dies sabbati, et episcopus et potestas volunt comedere carnes, dimittamus eos et eamus ad salam palatii, quia abundanter
**f. 378b.* ad manducandum habebimus'. *Et tenuit me et discumbere[g] fecit iuxta se ad mensam, et pluries dixit michi, quod multum habebat pro malo, quod non feceram sibi honorem ducendo mecum alios fratres, quos invitaverat omnes. Et non audebam sibi dicere, quod noluissent venire, quia nimis habuisset pro malo, sed dicebam sibi, quod alia vice totum conventum haberet. Multum enim gaudebat in honoribus sibi factis[e, 1]. Porro archidiaconus associavit nos et discubuit in depressa mensa[h] seorsum. Erat autem amicus et notus meus, et misit michi exenium.

1261. Iste[i] archiepiscopus Ravennas domnus Philippus de voluntate domni pape Alexandri quarti, pro eo quod rumores noviter de Tattaris[k] insonuerant, congre-
*(Mart. 28).* gavit concilium apud Ravennam in ecclesia Ursiana, que est archiepiscopalis ecclesia, omnium episcoporum suffraganeorum suorum[2], ut tractaret et ordinaret cum eis de Christianorum utilitate, et quod ecclesie eorum et prebende parate essent in succursum Christianitatis contra Tartaros[k], si domnus papa mandaret. Et quod interim rogarent Deum, ut removeret ab eis et a populo Christiano omnes barbaras nationes[e]. Huic synodo interfuerunt presbiteri et archipresbiteri et canonici aliique clerici in maxima multitudine[l]. Miserat etiam archiepiscopus omnibus guardianis ordinis fratrum Minorum Bononiensis provincie dicendo, quod cum lectoribus suis huic synodo interesse deberent; et iam veniebant[e]. Sed frater Bonagratia, qui erat minister[3], noluit, quod aliquis iret nisi frater Aldevrandus[4]

a) *sic c., id est* Tuscice. b) *sic c., non* renvito *ut ed. Parm.* c) inuito, *alio atram. a Sal. corr.* reinvito *c.* d) uẽ9di *c.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) ā (autem) *a Sal. superscr.* g) dis9bẽ *c.* h) mensa *a Sal. in marg. suppl.* i) *penna mutata.* k) *sic hoc loco c.* l) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Cf. supra f.* 377[b], *p.* 400, *l.* 25. 26. 2) *A.* 1261. *Mart. ex. Cf. tabulam episcoporum provinciae Ravennatis datam a.* 1261. *Mart.* 28, *Fantuzzi, 'Monum. Ravennati' V, p.* 338 *sq., nr.* 65; *Sarti, De claris archigymn. Bonon. professoribus I,* 2, *p.* 150 *sq., iterum edd. C. Albicinius et C. Malagola II, p.* 215 *sq., nr.* 4; *Mansi, Concilia XXIII, col.* 996, *ubi:* Facta fuit hec commissio in provinciali concilio per iam dictum d. archiepiscopum *[Philippum]* congregato in sancta maiori ecclesia Rav. de mandato summi pontificis super facto Tartarorum, ubi prefati episcopi erant presentes . . . Sub anno Domini 1261, tempore domini Alexandri pape quarti, die quarto (11 *vel* II? *Fantuzzi*) exeunte Marcio, ind. quarta. 3) *Scil. provinciae Bononiensis, nam generalis minister demum a.* 1279. *factus est.* 4) *De quo cf. supra f.* 266[b], *p.* 137.

*F.* 378[c]. Quod multi accusatores insurrexerunt contra fratres Minores et Predicatores obitiendo eis IIII[or], pro quibus eis regratiari debebant.

*F.* 378[d]. Quod domnus Opiço Parmensis episcopus fratrum Minorum et Predicatorum defensor fuit tempore oportuno, et archiepiscopus Ravenne domnus Philippus similiter.

---

de oppido Flaniani, qui iam minister Bononie fuerat et lector Mutine tunc tem- 1261.
poris erat; quem etiam usque Ferariam associavi[1]; et frater Clarus de Florentia et frater Manfredus de Terdona essent cum eo, qui ambo magni clerici *erant *f. 378c.
magnique doctores. Frater vero Bonagratia, quamvis esset minister, noluit illó ire, sed omnem suam auctoritatem fratri Aldevrando concessit. Tunc insurrexerunt clerici congregati contra fratres Minores et Predicatores dicentes, quod ipsi non predicant decimas; quod audiunt confessiones, quas ipsi audire deberent; et quod sibi commissos ad sepulturam recipiunt, cum decedunt; et quod offitium predicationis exercent, quod ipsi exercere deberent; et quod omnia ista quatuor, quibus privantur[a], impediunt eos, ne possint dare pecuniam[b]. Tunc surrexit domnus Opizo de Sancto Vitale, Parmensis episcopus et nepos condam domni pape Innocentii quarti bone memorie, et optime fratres Minores et Predicatores defendit dicendo, quod illa que obiecta contra istos duos ordines erant, et de quibus clerici causabantur, nullum eis impedimentum prestabant, sed potius adiumentum, ut sua liberius possiderent. Multisque rationibus clericos confutavit et fratres Minores et Predicatores optime defensavit, usque ádeo quod factus est eis exosus et, sicut reputabant, pessimus inimicus[b]. Videns vero archiepiscopus, quod fratres Minores et Predicatores propter IIII[or] predicta multos mordaces haberent, cepit instantissime eos defendere, dicens: 'Miseri et insani, non congregavi vos, ut contra istos duos ordines insurgatis, qui dati sunt a Deo ecclesie in adiutorium vestrum et in salutem populi Christiani et omnium salvandorum, sed congregavi vos, ut de facto Tartarorum aliquid ordinemus, sicut michi et aliis[c] metropolitanis domnus papa mandavit'[d, 2]. Audiens autem, quod adhuc musitarent, provocatus ad iram, assumpsit parabolam suam[3] et dixit: 'Miseri et insani, cui committam confessiones secularium
personarum, si fratres Mino*res et Predicatores non audiunt eas? Vobis secura *f. 378d.
conscientia eas committere non possum, quia, si veniunt ad vos et petunt tiriácam[4] volentes confiteri, venenum eis datis. Ducitis enim mulieres post altare causa confitendi et ibi eas cognoscitis; quod nefas est dicere et peius operari. [Ideo[e]
Dominus de vobis conqueritur per prophetam Osee*: *In domo Israel vidi orrendum,* *6. 10.
*ibi fornicationes Effraym*]. Ideo enim doletis, si fratres Minores et Predicatores confessiones audiunt, quia non vultis, quod cognoscant opera vestra mala, de quibus
Dominus dixit Iudeis Io. III*: *Erant enim eorum mala opera. Omnis*[f] *enim qui* *v. 19—21.
*male agit odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.*
Item apostolus ad Ephesios dicit V*: *Nolite communicare operibus infructuosis tene-* *v. 11—13.
*brarum, magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere.*

a) quibus priv. *in marg. a Sal. suppl.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) *sequitur littera erasa c.* d) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* e) *uncis inclusa in infer. marg. a Sal. suppl.* f) *penna mutata.*

1) *A civitate Mutina videlicet.* 2) *Cf. litteras Alexandri IV. papae datas a.* 1260. *Nov.* 17; *Potthast nr.* 17965. 3) *Cf. Num.* 23, 7: Assumptaque parabola sua dixit, *multosque alios locos similes Bibliae.* 4) *I. e. theriacam (medicinam).*

*F.* CCC79[a]. Qualiter satisfeci tribus archipresbiteris, amicis meis, de his, de quibus accusabantur fratres Minores et Predicatores in concilio Ravennate.

---

1261. *Omnia enim*[a] *que arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est*'[b]. Et addidit archiepiscopus: 'Committam ergo presbitero Gerardo, qui
est hic, quod confessiones audiat mulierum, cum constet michi, quod totam domum
filiabus et filiis plenam habeat? Cui etiam illud propheticum non incongrue dici
Ps. 127, 3. potest: *Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue.* Et utinam presbiter
Gerardus solus esset et in consimili negotio socios non haberet!'[c, 1] Cum autem
archiepiscopus talia divulgasset, erubescebant omnes qui in talibus se[d] culpabiles
*v. 4. cognoscebant. Et impleta est scriptura que dicit Eccle. VII*: *Melior est ira risu,
quia per tristitiam vultus animus corrigitur delinquentis.*

(Mart. ex. — Apr. in.). In diebus illis habitabam in Mutina, et egressus de Mutina ibam versus
Bononiam. Et ecce tres archipresbiteri, mei familiares et amici, qui a predicto
*f. CCC79a. concilio redibant, occurrerunt michi. Et *erat unus illorum archipresbiter Campi-
Galianni[e], alter frater fratris Bonifacii de Guidhonibus, magnus decretista, qui erat
archipresbiter Citanove. Tertius domnus Ugolinus archipresbiter plebis de Treblo,
que in Alpibus est, ubi aliquando fui cum eo. Et interrogavi eos, quare factum
fuerat concilium[f], a quo veniebant, et quenam erant illa, que tractata erant ibi-
dem, si dicere poterant[c]. Et respondentes dixerunt michi: 'Concilium factum fuit
occasione Tartarorum, et ordinatum, quod, si necesse fuerit, nos clerici, qui habemus
prebendas, demus succursum Romane ecclesie pro communi bono Christianitatis
contra malitiam Tartarorum[b]. Et tunc multi insurrexerunt de nobis contra fratres
Minores et Predicatores et conquesti sunt de vobis et imposuerunt vobis, quod
IIII^or maledictiones facitis nobis, quas nullo modo patienter possumus sustinere.
Et non habuimus audientiam, nec fuit nobis in aliquo satisfactum, sed convitia et
opprobria dixerunt contra nos metropolitanus noster et Parmensis episcopus ob
vestri defensionem[b]. Quapropter rogamus vos, ut veniatis ad nos, quando visum
vobis fuerit et poteritis, ut de illis IIII^or adinvicem conferamus et disputando et
conferendo cognoscamus horum IIII^or veritatem, quia, sicut dicit beatus Gregorius[2]:
Gregorius[g]. *nichil ad plenum scitur, nisi dente disputationis frangatur*'. Quibus
respondi et dixi: 'Exaudiam vos libenter'. Cum autem fuimus simul[3], dixerunt
michi: 'Conquerimur de vobis duobus ordinibus et omnes clerici prebendati nobis-
cum, quod IIII^or nobis infertis incomoda[h], que gravia reputamus. Primum est
de decimis, de quibus deberetis frequenter in vestris predicationibus dicere, quod
layci seculares eas nobis persolverent diligenter, presertim cum ex precepto divino
hoc facere teneantur[i]. Secundum est de sepulturis, quia vultis sepelire mortuos
*f. 379b. nostros, qui nobis, dum viverent, *fuerant obligati, et sic per hoc nostre ecclesie
multis bonis temporalibus defraudantur. Tertium est, quia confessiones subdi-
torum nostrorum nobis nolentibus et dolentibus audire presumitis. Quartum
et ultimum est, quia predicationis offitium vobis totaliter usurpastis, ita quod

a) autem *Vulg.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) se *a Sal. superscr.* e) gai̅ni *(et sic infra f. 386d) corr.* galiāni *h. l. c.* f) cō liū *corr.* cōciliū *c.* g) G*. *c.* h) incomoda *a Sal. in marg. suppl.* i) teneētur *c.*

1) *Sal. non adfuit in synodo Ravennate, tamen verba oratorum se reddidisse commentus est.* 2) *Idem locus iam supra f.* 299[b], *p.* 215. *allatus est.* 3) *A.* 1261. *ante diem Maii* 25; *cf. infra p.* 412, *l.* 6. 7.

*F.* 379[c]. De decimis dandis. Et quod omnino dande sunt decime, probatur per prophetas et reges.

*F.* 379[d]. Quod primitie inchoate sunt ab Abel, decime vero ab Abraham.

De septimo anno servando, qui appellatur annus requietionis et remissionis, et notandum, quid Iosephus de eo dicit.

---

populus nos decetero audire contemnit'. Tunc respondi et dixi: 'Non sumus 1261. positi ad decimas predicandum, sed vos, qui eas habere et possidere debetis, poteritis populo, qui eas vobis solvere debet, ad memoriam revocare. Nec videtur conveniens, quod, quando debemus predicare de apostolo aliquo seu de alio magno sancto, dimittamus predicationem festivitatis, ut de decimis prosequamur. Immo miramur valde de vobis et habemus pro malo, quod tales angárias nobis vultis imponere[a]. Simili modo possetis dicere et de nobis conqueri, quare non metimus et trituramus segetes vestras. Ideo apostolus in prima ad Cor. VI°* legitur dixisse: *v. 4. *Secularia igitur iuditia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum*[a]. Simili modo secularia negotia sunt a contemptibilibus pertractanda. Nos vero maiora intendimus predicare; et etiam interdum, quando dicimus de restitutione male ablatorum, de decimis[b] predicamus. Non tamen semper tenemur in qualibet predicatione de decimis interserere, quia omnino inconveniens videretur, et populus audire contemneret[a]. Tunc enim de nobis possetis rationabiliter conqueri, si dogmatiçaremus, quod non essent decime persolvende; quod nunquam ex nobis aliquis fecit, presertim cum per Malachiam III.* expresse Dominus *v. 8. 9. dicat: *In decimis et in primitiis et in penuria vos maledicti estis, et me vos configitis gens tota*[c]. Ista Dominus dixit de his qui decimas et primitias male dabant, et appellat eos propter hoc maledictos. Et addit ibidem Dominus *dicens: *Inferte omnem decimam in* *f. 379c. Mal.3,10–12. *horreum meum, ut*[d] *sit cibus in domo mea, et probate me super hoc, dicit Dominus. Si non aperuero vobis cataractas celi et effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam, et increpabo pro vobis devorantem, et non corrumpet fructum terre vestre, nec erit sterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum; et beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra desiderabilis, dicit dominus exercituum*[c]. Quod autem ista promissio Domini fuerit vera, manifeste possumus demonstrare. I.[e] Paralipo. XXXI*: *Precepit Ezechias in*[f] *populo habitantium* *v. 4–12. *Ierusalem, ut darent partes sacerdotibus et Levitis, ut possint*[g] *vacare legi Domini. Quod cum percrebruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Israel frumenti, vini et olei. Mellis quoque et omnium que gignit humus decimas obtulerunt. Sed et filii Israel et Iuda, qui habitabant in urbibus Iuda, obtulerunt decimas boum et ovium decimasque sanctorum, que voverant domino Deo suo, atque universa portantes fecerunt acervos plurimos. Mense tertio ceperunt acervorum iacere fundamenta, in*[h] *mense VII° compleverunt eos. Cumque ingressi fuissent Ezechias et principes eius, viderunt acervos et benedixerunt Domino ac populo Israel. Interrogavitque Ezechias sacerdotes et Levitas, cur ita iacerent acervi. Respondit illi Açarias sacerdos primus de stirpe Sadoch dicens: 'Ex quo ceperunt offeri*[i] *primicie in domo Domini, comedimus et saturati sumus, et remanserunt plurima, eo quod benedixerit Dominus populo suo. Reliquiarum autem est copia ista, quam cernis*[c]. *Precepit igitur Ezechias, ut prepararent horrea in domo Domini. Quod cum fecissent, intulerunt tam primicias quam decimas* **et quecumque* *f. 379d. *voverant fideliter.* Hinc Ieronimus super illo verbo Domini: *Querite primum regnum Dei et* *Luc.* 12, 31.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) decim *corr.* decimis *c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) horreum et *Vulg.* e) *sic c., sed legendum est* II. f) etiam *Vulg.* g) possent *Vulg.* h) et *Vulg.* i) *sic c.*

*F.* CCC80a. Quod decime dande sunt propter tria. Primo propter divinum preceptum. Secundo, ut sit cibus in domo Domini. Tertio in signum recordationis redemptionis nostre.

*F.* 380b. De sepulturis eligendis ad libitum decedentis.

---

1261. Ieronimus. *in[stitiam] eius, et hec omnia additientur*[a] *vobis*, dicit[1]: *Sit homo quod esse debet,*
*et presto erunt omnia.* Et nota, quod primicie inchoate sunt ab Abel, qui primus eas
*v. 4. obtulit Deo, Gen. IIII*. Decime vero inchoate sunt ab Abraham, qui primus eas dedit Melchi-
*v. 20. sedec post victoriam V regum, Gen. XIIII*: *Et dedit ei decimas de*[b] *omnibus.* Quod etiam
*v. 21. 22. Iacob promisit se facturum, ut daret eas Deo, dicens Gen. XXVIII*: *Erit michi Dominus*
*in Deum, et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque que dederis*
*v. 29. *michi decimas offeram tibi.* Hoc etiam postea fuit preceptum a Domino, Exo. XXII*:
*v. 19. *Decimas tuas et primicias non tardabis offerre*[c]. Et infra XXIII*: *Primicias frugum terre*
*v. 10. 11. *tue deferes in domo*[d] *domini Dei tui*[c]. Item ibidem*: *Sex annis seminabis terram tuam et*
*congregabis fruges eius. Septimo autem dimittes eam et requiescere facies, ut comedant pauperes*
*populi tui, et quicquid reliquum fuerit, edant bestie agri. Ita facies in vinea et in oliveto tuo.*
Petr. Com. Dum[2] hoc observatum fuit, ut ait Iosephus, in anno VI° in tantum abundabant fruges, quod sufficiebant
ad usum septimi anni et octavi ad sementem[e]. Nota, quod iste septimus annus, in quo terra
debebat requiescere, dicebatur annus requietionis et annus etiam remissionis, quia in eo nulli licebat
exigere debitum aliquod nisi eo terminato; et si quid in eo anno ex preteritis frugibus succreverit in ea,
*comedent pauperes populi* et cet. sicut supra[3]. Nota, quod mulier evangelica, id est
*f. CCC80a. sapientia divina, de qua habetur Luc. XV, decem drag*mas habuit et unam perdidit,
quando Adam peccavit, et IX ordines angelorum sibi remanserunt, ex quibus aliqui
*v. 18. ceciderunt, scilicet illi in quibus *repperit pravitatem,* sicut habetur Iob IIII*[4]; et aliqui Deo
*v. 2. 3. fortiter adheserunt, de quibus habetur Iob XXV*: *Qui facit concordiam in sublimibus suis.*
*Numquid est numerus militum eius?* Vult dicere, quod, quamvis multi ceciderint, tamen
adhuc tot remanserunt, quod non est numerus militum eius. Isti sunt illi milites, de
*v. 8. quibus Dominus dicit Zacharie IX*: *Circumdabo*[f] *domum meam ex his qui militant michi*
*euntes et revertentes.* Igitur pro dragma decima perdita et inventa in signum inventionis et congratulationis decimam omnium bonorum nostrorum tenemur Deo offerre. Non est igitur absque causa, quod[g] decima precipitur Deo offerri, et quod tot figuris prefigurata precessit. Cum[h] igitur considero, quali fine et intentione Deus dixit:
Mal. 3, 10. *Inferte omnem decimam in horreum meum*[i], scilicet *ut sit cibus in domo mea,* et in domo multorum prebendatorum sit in tanta abundantia cibus, quod tantum habent de terra, quod XXti paria boum eam cultivare non possunt, non video, quali conscientia, quod eis decime dentur, audeam predicare, presertim cum libentius dent ecclesiasticas divitias propinquis divitibus, amasiis, concubinis atque focariis quam pauperibus Christi. Nam per totum annum, cum pro helemosina vado, nec unicum panem in domo talium possum habere, et tamen cognoscunt quod scriptura
*v. 13. divina dicit Prover. XXI*: *Qui obturat aures*[k] *suas ad clamorem pauperis, et ipse*
*v. 7. *clamabit et non exaudietur.* Et iterum Eccli. IIII*: *Congregationi pauperum affabilem*
*v. 8. *te facito.* Et infra*: *Declina pauperi sine tristitia aurem tuam et redde debitum tuum*
*f. 380b. *et responde pacifica in mansuetudine.* Ipsi vero potius congregationi *hystrionum

a) *sic c.* b) ex *Vulg.* c) reddere *Vulg.* d) domum *Vulg.* e) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* f) Cir9dabo *c.* g) *e corr. (littera* s *ante* ꝗ *erasa) c.* h) *penna mutata.* i) *cf. supra p.* 405, *n.* d. k) *sic et supra p.* 307, *l.* 15; aurem suam *Vulg. et sic supra p.* 136, *l.* 33.

1) *Hoc dictum iam supra f.* 227c, *p.* 48. *laudatum est.* 2) *Sequentia ex Petri Comest. Hist. scolast., Exod. c.* 42. 3) *L.* 14. 4) *Iob* 4, 18: et in angelis suis reperit pravitatem.

*F.* 380[c]. De confessionibus audiendis.
De iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

---

sive ioculatorum se affabiles faciunt, cum dicat scriptura Eccli. IX*: *Viri iusti* 1261. *v. 22.
*sint tibi convive, et in timore Dei sit tibi gloriatio.* Et iterum Eccli. XII*: *Si bene* *v. 1. 2.
*feceris, scito, cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa. Bene fac iusto, et invenies*
*retributionem magnam, et si non ab ipso, certe a Domino*'.

'Ad[a] secundum capitulum veniamus, quod est de sepulturis. De quo dicimus,
quod a Romanis pontificibus non sine causa cuilibet est concessum, ut sibi ubi
vult quilibet eligat sepulturam, iuxta verbum quod scriptum est Eccli. VII*: *Mortuo* *v. 37.
*non prohibeas gratiam.* Ex hoc enim commendatur Booz, ille vir iustus, Ruth III*[b], *2, 20.
de quo dicitur: *Benedictus sit a Domino, quoniam eamdem gratiam, quam prebuerat*
*viris, servavit et mortuis.* Quod etiam fratres Minores et Predicatores faciunt, dum
suos devotos sepeliunt, qui apud eos eligunt sepulturam[c]. Hinc papa Leo III. dixit[1]:
*Nos instituta maiorum patrum considerantes statuimus unumquemque in maiorum suorum sepulcris iacere,*
*ut patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam et etiam alienam.*
*Dominus enim et magister alienam elegit ut propriam. Sed quia dignus est*[d] *operarius mercede sua,* Luc. 10, 7.
*tertiam partem sui iuditii illi ecclesie dari censemus, in qua celesti pabulo refici consuevit, ut iuxta apo-*
*stolum sint consolationum socii, ut fuerant passionum. Et sic demum, ubicumque libitum fuerit, eligat* 2. Cor. 1, 7.
*sepulturam. Aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri, qui per prophetam locutus est dicens: "Ne trans-*
*grediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui", sub anathematis vinculo detestamur et contra-*
*dicimus*[c]. Nota, quod Salomon in Prover. XXIII.*[e] dicit illam auctoritatem; quem *22, 28.
papa Leo tertius appellavit prophetam. *Cle. III[2]: *Certificari voluisti a nobis, quo-* *f. 380[c].
*modo illa clausula, que in privilegiis solet apponi: "salva iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum*
*corpora assumuntur", intelligi debeat et exponi. Cum autem super hoc articulo diversa antecessorum*
*nostrorum manaverint instituta, Leone papa iustitiam illam quandoque tertiam partem, quandoque mediam,*
*et Urbano quartam fore censentibus, nos tale prebemus in hac varietate responsum, ut, sicut beatus Iero-*
*nimus*[3] *inquit: "unaqueque provincia in suo sensu abundet", secundum rationabilem con-* Ieronimus.
*suetudinem regionis illa iustitia circa medietatem vel tertiam aut quartam pro locorum diversitatibus*
*attendatur*'.

'Iam[f] nunc ad tertium capitulum accedamus, quod est de confessionibus
audiendis. Conqueruntur parrochiales sacerdotes de nobis, quod contra eorum
voluntatem audimus confessiones subditorum suorum, qui sunt eis commissi, quas
ipsi audire tenentur[g]. Ideo non immerito[h] potest queri, utrum[4] contra Questio.
voluntatem proprii sacerdotis liceat confiteri alii discretiori, an teneatur confiteri proprio sacerdoti[g]. Et Bonav.
quod teneatur ei confiteri, ostenditur primo auctoritate sacre scripture, Prover. XXVII*: *Diligenter* *v. 23.
*cognosce vultum pecoris tui.* Si ergo vultus pecoris est conscientia, et nullus potest scire vultum sive
conscientiam nisi per confessionem, ergo, si preceptum est sacerdoti, qui habet curam anime, scire con-
scientiam, subditus ei tenetur confiteri[c]. Item Hebre. ultimo*: *Obedite prepositis vestris per omnia.* *13, 17.
*Ipsi enim pervigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris;* ergo, si sacerdos, qui habet curam,

a) *penna mutata;* Ad *in loco raso, littera initiali* A *magna atramento nigro et minio picta. Antea* Ad *simplici modo scriptum fuisse apparet.* b) *sic c. pro* II. c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) e (est) *a Sal. superscr.* e) *sic c. pro* XXII. f) Iam *in loco raso, littera initiali* I *magna atramento nigro et minio picta, ubi antea procul dubio* Iam *simplici modo scriptum erat.* g) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* h) *sequitur locus rasus duarum fere litterarum in c.*

1) *Decretal. Gregorii IX. l. III, tit.* 28, *cap.* 1; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 2536. 2) *Ibid. l. III, tit.* 28, *cap.* 9; *Jaffé*[2] *nr.* 16941. *Quod decretum non Clementis III, sed Caelestini III. est, sed illi in Decret. addicitur.* 3) *Epist.* 72, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1734*) I, col.* 433. 4) *Sequentia exscripta sunt ex Bonaventurae Sent. l. IV, dist.* 17, *p.* 3, *art.* 1, *q.* 2, *Opera ed. A. C. Peltier (Parisiis* 1865*) V, p.* 697 *sq.; ad quem librum Sal. ipse infra lectores relegat; Ad Claras-aquas* 1889. *IV, col.* 452 *sq.*

*F.* 380[d]. Utrum contra voluntatem proprii sacerdotis liceat confiteri alii discretiori, an teneatur confiteri proprio sacerdoti.

*F.* CCC81[a]. Quod in quinque casibus habetur licentia pro obtenta.

---

1261. *Bonav.* tenetur reddere rationem de anima subditi, videtur, quod subditus teneatur ei statum suum indicare[a]. Innocentius. Item hoc ipsum ostenditur auctoritate canonis Innocentii in concilio generali[1]: *Omnis* *f. 380d. *utriusque sexus fidelis, ex quo ad annos discretionis pervenerit, omnia *sua peccata solus confiteatur proprio sacerdoti.* Et[a*] eadem decretali: *Si quis ex*[b] *causa voluerit aliis*[c] *confiteri, prius licentiam petat et obtineat a proprio sacerdote.* Si ergo sacerdos non dat licentiam, videtur, quod nullo modo possit confiteri alii[a]. Item libro de penitentia di. VI[a], Urbanus II[2]: *Placuit, ut nulli deinceps sacerdotum liceat quemlibet commissum alii sacerdoti suscipere*[d] *ad penitentiam sine eius consensu, cui prius se commisit:* ergo videtur, quod nullo modo liceat confiteri nisi proprio sacerdoti[a]. Item ratione videtur, quia confessus[e] aut tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti aut non. Si sic, ergo nullius fuit valoris prior confessio sive absolutio. Vere enim absolutus de aliquo non tenetur iterum absolvi de eodem in eodem foro. Si non tenetur, ergo videtur, quod sit exemptus a proprio sacerdote; sed nullus eximitur, nisi habeat privilegium: ergo nullus potest alteri confiteri, nisi privilegium habeat[f], vel nisi sacerdos licentiet[a]. Item quilibet homo[g] tenetur sacramenta percipere a proprio sacerdote: ergo sacramentum eucharistie; sed confessio est preparatio ad illud sacramentum: ergo illi tenetur confiteri, a quo sacramentum illud suscipere tenetur. Sed ille est sacerdos proprius: ergo, quantumcumque confitetur[h] alii, tenetur confiteri proprio sacerdoti. Contra. Contra. Augustinus in libro de penitentia[3]: *Qui vult peccata confiteri, querat sacerdotem scientem ligare et solvere, ne ambo in foveam cadant:* ergo, si sacerdos proprius est simplex, videtur, quod possit alii confiteri pro voto[a]. Item, sicut Bernardus dicit[4]: *quod ex caritate institutum est contra caritatem non debet militare:* ergo similiter quod est institutum propter remedium non debet militare contra remedium. Esto igitur, quod sacerdos sollicitet mulierem, si ipsa confitetur ei peccatum suum, est in periculo: ergo, si non tenetur se periculo *f. CCC81a. committere, non tenetur[i] confiteri[a]. Item privilegium datum est *predicantibus, quod possunt audire confessiones. Sed qui concedit principale, et accessorium; ergo, si domnus papa concessit potestatem absolvendi, ergo et potestatem peccatoribus tribuit eos adeundi: ergo contra voluntatem sacerdotis possunt eos adire[a]. Item potestas iurisdictionis descendit a superioribus ad inferiores: ergo, si aliquibus dat episcopus auctoritatem suam, cum inferior non possit supra superiorem, sed e converso[k], videtur, quod omnis fidelis, nolente etiam proprio sacerdote, possit eum adire[a]. Item quod talis confessus non teneatur illo anno amplius confiteri, videtur, quia natura nichil facit frustra nec ars, [l]nec gratia vel regula spiritus sancti: ergo superfluum est duo remedia[m] eiusdem spetiei, maxime quando alterum[n] est efficax, contra idem ordinari. Sed qui confessus est ei qui superioris auctoritate potuit absolvere et absolvit, [l]amplius non tenetur confiteri[o] sacerdoti[a]. Item si teneretur, ergo frustra daretur illud privilegium sive illa auctoritas, et videretur duplex tribulatio consurgere; ergo[p] cum[q] non sit equum nec in iure divino nec in iure humano, non videtur, quod teneatur proprio sacerdoti confiteri. Supradictorum solutio requiratur quarto libro Sententiarum, distinctione XVII[a 5], in tractatu fratris Bonaventure, et distinctione XXI[a 6] similiter de hac materia continetur'[r, 7]. Ego vero, quia ad alia dicenda festino,

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* a*) Et in *Bonav.* b) iusta *add. Decr., sed deest etiam Bonav.* c) alii *Bonav.* d) susc. ad *in loco raso.* e) alii *Bonaventurae omissum.* f) ipse *Bonaventurae omissum.* g) fidelis *Bonav.* h) confiteatur *Bonav.* i) ei *Bonaventurae omissum.* k) e9̊ *c.; cf. supra f.* 250[d]. 274[d], *p.* 105, *n.* d, *p.* 154, *n.* a. l) ergo *Bonaventurae omissum.* m) a *alio atram. in loco raso.* n) alterum *u Sal. superscr.* o) proprio *Bonaventurae omissum.* p) et *Bonav.* q) hoc *Bonaventurae omissum.* r) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *Decretal. Gregorii IX. l. V, tit.* 38, *cap.* 12. 2) *Decr. Gratiani II, C. XXXIII, q.* 3, *De poen. dist. VI, c.* 3. 3) *Pseudo-Augustin., De vera et falsa poenitentia* § 25, *Opera August. ed. Maur.* (1731) *VI, App. col.* 237; *sed Bonav. haec ex Decr. Grat., De poen. dist. VI, c.* 1. *assumpsit.* 4) *Similia, sed non eadem verba habet Bernardus in libro De praecepto et dispens. c. II,* § 5, *Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719) *I.* 5) *Parte* 2, *art.* 1, *q.* 2, *Conclusio, Opera ed. Peltier V, p.* 698 *sqq.: Quaracchi* 1889. *IV, col.* 453 *sq.* 6) *Opera l. l. VI, p.* 87 *sqq. IV, col.* 560 *sqq.* 7) *In sequentibus apparet Sal. personam loquentis ad archipresbyteros deposuisse, sed quonam loco sermonem desierit, ipse certe indicare non potuisset.*

*F.* 381[b]. Narratio trufatoria, sed vera, quam retulit papa Alexander IIII. fratri Bonaventure, generali ministro ordinis fratrum Minorum.

---

breviter me expedio, exponendo solummodo duas auctoritates et[a] concludendo propositum. Intendo enim demonstrare, quod fratres Minores et Predicatores saltem ex privilegio possunt confessiones audire[b]. Dico ergo, quod illud verbum Augustini intelligitur quantum ad electionem sacerdotis, ante quam subditus alicui se subiciat et curam anime committat, sed verbum Urbani post commissionem. Extunc enim tenetur ei confiteri, nec debet alii, nisi petita licentia[b]. Tamen in V casibus habetur licencia pro obtenta[b]. Primus est, si sit vaga*bundus[b]. Secundus est, si *f. 381b. renuntiavit domicilium[b]. Tertius, si peccavit vel offendit in aliena parochia[b]. Quartus: propter sacerdotis ignorantiam vel maliciam, quia est revelator confessionis vel sollicitator ad malum[b]. Ultimus est in casu necessitatis, ut si sit in articulo mortis vel debeat intrare iustum bellum. Nota, quod fratres Minores habuerunt privilegium a papa Gregorio nono, quod possent confessiones audire[c, 1]. Frater Bonaventura generalis minister interrogavit papam Alexandrum quartum, utrum placeret ei, quod fratres Minores confessiones audirent, et ipse dixit ei: 'Immo volo penitus, quod ipsi audiant. Et dicam tibi orribile exemplum et truffatorium[c]. Quedam mulier confitebatur sacerdoti suo in ecclesia sua. Ille vero volens eam cognoscere et carnaliter cum ea dormire cepit eam de opere venereo multum sollicitare. Cumque in ecclesia post altare iuxta locum dominici corporis violenter vellet eam opprimere, dixit ei domina illa: "Nec locus requirit nec tempus, ut hic nepharia et venerea opera perpetrentur. Alio loco et tempore poterunt congruentius ista fieri". Hec autem dicebat volens evadere manus eius. Sacerdos vero sperans habere propositum acquievit et habuit secum quedam familiaria verba; tamen, quando domina illa recedebat ab eo, ut domum rediret, dixit ei sacerdos: "Domina, recordemini illius negotii, quod scitis, scilicet depostetiarum[d, 2]". Cui illa dixit: "Optime recordabor". Cum autem esset domi, quantum aforis apparebat, fecit pulcherrimam turtam, que intrinsecus humano stercore plena erat, et pro exenio misit eam[e] sacerdoti cum enghestaria optimi vini et albi. In hoc solum fuit ex parte mulieris defectus, quia debebat urinam propriam sacerdoti transmittere, sicut merdam *propriam transmittebat in turta. Videns vero sacerdos *f. 381c. tam pulcherrimam turtam cogitavit, quod tali exenio episcopus dignus esset, et misit episcopo. Cum autem episcopus cum suis discumberet, precepit servienti, ut divideret turtam et apponeret discumbentibus[f]. Quod cum seorsum faceret, invenit merdam intrinsecus et aborruit, et reservavit turtam, ut episcopo posset ostendere. Cum autem episcopus instaret, ut turtam portaret minister[g], dixit ei: "Satis habetis modo, alia vice Domino concedente habebitis melius"[b]. Quid plura? Postquam episcopus vidit talem turtam, contra sacerdotem *indignatus est valde* *Esth.* 5, 9. et misit pro eo et dixit ei: "Dicatis michi, domne sacerdos: Quis docuit vos mittere tales turtas et maxime episcopo vestro? Quid promerui aut in quo umquam[h] offendi vos, ut michi talem iniuriam faceretis mittendo turtam humano stercore

a) ⁊ (et) *a Sal. superscr.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sic c.* e) eam *a Sal. superscr.* f) disϽbentibus *h. l. c.* g) *sic distinctum in c.* h) *sic h. l. c.*

1) *Tale privilegium fratribus Minoribus a Gregorio IX. datum non exstat, quod sciam.* 2) *Hoc verbum non invenitur in Glossario mediae et infimae Latinitatis. Formatum videtur ad instar vocis* inpraesentiarum *a* depost.

plenam?" Quod cum audisset sacerdos, obstupuit et dixit episcopo: "Pater, in
veritate ego non feci fieri illam turtam, immo talis domina misit michi, et ego
credidi, quod vos essetis tali exenio dignus, et ideo misi vobis causa utilitatis atque
*Levit.* 10, 20. honoris, credens turtam optimam esse"[a]. *Quod cum audisset* episcopus, *accepit*
*satisfactionem.* Et licentiato sacerdote accersivit dominam illam, volens huius rei
*Ioh.* 1, 20. cognoscere veritatem. Ipsa vero *confessa est et non negavit,* quod ideo fecit hoc,
ut sacerdotem truffaret, qui eam, cum confiteretur, de opere venereo invitabat,
volens in ecclesia et post altare cum ea peccare. Episcopus vero dominam illam
ex eo quod fecerat multipliciter commendavit et sacerdotem punivit egregie'[a]. Et
iste idem episcopus, qui tale exenium habuit, dixit pape Alexandro quarto hec
omnia, referendo ei totam historiam supradictam, et papa Alexander retulit fratri
**f.* 381d. Bonaventure, ordinis *fratrum Minorum generali ministro[a]. Et adiecit papa di-
cendo: 'Quapropter volo penitus, quod fratres Minores de mea conscientia et
licentia confessiones audiant secularium personarum'. Considera, qualiter verbum
**v.* 2. Domini verum sit, dixit enim Luc. XII*: *Nichil opertum est, quod non reveletur, neque*
*absconditum, quod non sciatur.* Credidit supradictus sacerdos latenter facere facta sua, et
**v.* 21. 22. tamen episcopus scivit et papa, quia, sicut dicitur in Iob XXXIIII*: *Oculi* Domini[b] *super*
*vias hominum, et omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebre et non est umbra mortis,*
*ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem*[a]. Ideo[c] deceptus fuit ille, de quo dicitur
**v.* 25–29. Eccli. XXIII*: *Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens animam suam et dicens:*
*Quis*[d] *me videt? Tenebre circumdant*[e] *me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit*[f]
*me; quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur altissimus. Et non intelligit, quoniam*
*omnia videt oculus eius*[g], *quoniam expellit a se timorem Dei huiusmodi hominis timor, et oculi*
*hominum timentes illum. Et non cognovit, quoniam oculi Domini plus multo sunt lucidiores*
*super solem, circumspicientes*[h] *omnes vias hominum et profundum abyssi et hominum corda*
*intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo, ante quam crearentur, omnia sunt cognita*[i],
**v.* 22. *sic et post perfectum respicit omnia.* Hinc Daniel ait II*: *Ipse revelat profunda et abscon-*
**v.* 5. 6. *dita et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est.* Hinc Dominus comminatur Naum III*:
*Revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam*
*tuam, et prohiciam*[k] *super te abominationes et contumeliis te afficiam et ponam te in exemplum.*
**f.* CCC82a. Quod patuit in David, qui laboravit quantum potuit, ut occulta*ret adulterium suum.
**v.* 12. Sed dictum fuit ei a Domino II. Reg. XII*: *Tu enim fecisti abscondite, ego vero*[l] *faciam*
**v.* 3. *verbum istud in conspectu omnis Israel et in conspectu solis.* Item Sap. XVII*: *Dum putant*
*se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt.* Quia, sicut Dominus
**v.* 3. comminatur Amos IX*: *Si celaverint se ab oculis meis in fundo*[m] *maris, ibi mandabo serpenti,*
**v.* 13. *et mordebit eos.* Item ad Hebre. IIII*: *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius.*
*Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo*[a]. Nullus ergo peccet
*Prov.* 28, 13. credens Deum latere, quia *qui abscondit scelera sua, non dirigetur.* Dicturi sunt enim
*Is.* 28, 19. *Ps.* 89, 8. peccatores aliquando, cum *vexatio dabit auditui intellectum: Posuisti iniquitates nostras in*
**v.* 11. *conspectu tuo.* Tunc, sicut dicit Iere. XX*: *confundentur vehementer, quia non intellexerunt*
*opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur.* Ideo sanum consilium dat Ecclesiasticus
**v.* 5–9. V.* dicens: *De propitiatu peccatorum*[n] *noli esse sine metu, neque aditias peccatum super pec-*
*catum, et ne dicas: Miseratio Dei*[o] *magna est. Multitudini*[p] *peccatorum meorum miserebitur.*
*Misericordia enim et ira ab illo cito proximat, et in peccatores respicit ira illius. Non tardes*
*converti ad Dominum et ne diferas*[q] *de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tem-*

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) enim eius *Vulg.* c) *penna mutata.* d) q̇ (qui) *corr.* q̇s (quis) *c.* e) ċ9dant *c.* f) ċ9spicit *c.* g) illius *Vulg. et sic supra p.* 276, *l.* 15. h) ċ9spicientes *c.* i) agnita *Vulg. et sic supra p.* 276, *l.* 18. k) *sic c.* l) autem *Vulg.* m) profundo *Vulg. et sic supra p.* 351, *l.* 10. n) propitiato peccato *Vulg.* o) Domini *Vulg.* p) multitudinis *Vulg.* q) *sic c.*

---

*pore vindicte disperdet te.* Ideo dicit Iere. XVII*: *Ego Dominus scrutans cor et probans* *v. 10.
*renes, qui do unicuique iuxta viam suam et iuxta fructum adinventionum suarum.* Sequitur[1]:
*Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Quod patuit in David, *Prov.* 28, 13.
II. Reg. XII*, qui cum dixisset: *Peccavi Domino,* statim audivit: *Transtulit Dominus peccatum* *v. 13.
*tuum, non morieris.* Patuit etiam in Ezechia, qui dixit Ys. XXXVIII*: *Recogitabo tibi omnes* *v. 15.
*annos*[a] *meos in amaritu***dine anime mee.* Et statim subditur†: *Tu autem eruisti animam* *f. 382[b]. †v. 17.
*meam, ut non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.* Cognovi quendam
fratrem Humilem de Mediolano[2], qui fuit custos Parmensis custodie. Hic dum
habitaret in loco fratrum Minorum de Fanano, tempore quadragesimali instabat
predicationibus et confessionibus audiendis. Quod audientes illi de Alpibus homines
et mulieres miserunt rogando, ut amore Dei pro salute animarum suarum digna-
retur ad eos accedere, quia volebant confiteri cum eo. Et assumpto socio ivit ad
eos et multis diebus predicavit et confessiones audivit, et multa bona fecit con-
silia salubria eis dando[b]. Quadam autem die venit ad eum quedam mulier volens
confiteri, et dixit ei: 'Heu me! pater, *mulier infelix nimis ego sum*'. Cui frater: 1. *Reg.* 1, 15.
'Dic tu prius iniquitates tuas[3] et *narra, si quid habes, ut iustificeris.* De omnibus *Is.* 43, 26.
ergo peccatis tuis culpabilem te proclama, et sic absolutione recepta postea eris
felix'. Et dixit[c]: 'Quadam die, dum irem sola per viam, invenit me quidam homo
et violenter oppressit atque cognovit. Accessi ergo ad unum de sacerdotibus
volens confiteri. Qui duxit me post altare, et revelato sibi peccato meo violenter
oppressit me ibidem atque cognovit, non veritus locum sacrum nec honorem Dei
neque me plurimum deplorantem[c]. Idem accidit michi cum secundo et tertio
sacerdote, quia quilibet me cognovit et post altare iuxta dominicum corpus mecum
peccavit, dum cum eis crederem confiteri'[c]. Postquam igitur de omnibus peccatis
suis fideliter est confessa, absolvit eam frater et dixit ei: 'Quid sibi vult cultellus
iste, quem habes in manu, et ad quid tempore isto et hora deservit?' Et dixit
ei: *'Pater, in veritate cogitabam me gladio occidere et in desperatione mea mori, *f. 382[c].
si invitavissetis me de peccato, sicut fecerunt alii sacerdotes'. Cui frater dixit:
'Nec invitavi nec invitabo, sed potius invito te ad gaudia paradisi, que dabit tibi
Dominus, si dilexeris eum penitentiam faciendo. *Vade in pace,* dilecta filia, *et* *Luc.* 8, 48.
*amplius noli peccare!*' Impletum est igitur in fratre isto quod beatus Iob de se *Ioh.* 8, 11.
dicit XXIX*: *Cor vidue consolatus sum*[e]. Impletum est in sacerdotibus illis quod *v. 13.
per Ezechielem Dominus dixit XXII*: *Sacerdotes eius contempserunt legem meam* *v. 26.
*pollueruntque*[d] *sanctuaria mea. Inter sanctum et prophanum non habuerunt distantiam*
*et inter pollutum et mundum non intellexerunt.* Ideo dicit in Osee IX*: *Propter mali-* *v. 15.
*ciam adinventionum eorum de domo mea eiciam eos. Non addam, ut diligam eos*[e]. Quia
igitur his diebus impletum est quod dixerat Ys. XXIIII.* [et[e] Osee IIII.†]: *Erit* *v. 2. †v. 9.

a) annos *a Sal. in marg. suppl.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) et polluerunt *Vulg.* e) *uncis inclusa a Sal. in marg. suppl.*

1) *Cf. supra p.* 410, *l.* 38. 2) *Qui a.* 1238—1239. *lector in conventu Fanensi fuerat ibique Sal. nostrum theologiam docuerat: cf. supra f.* 225[a]. 250[a]. 326[a], *p.* 42. 104. 277; *sed Sal. eum etiam custodem Parmensem vidisse potest.* 3) *Is.* 43, 25, *quem versum sequitur versus, cuius verba hoc loco repetita sunt, legitur:* Ego sum . . qui deleo iniquitates tuas.

*sicut populus sic sacerdos*, recte fecit papa Martinus quartus, qui dedit ordini fratrum
Minorum privilegium optimum[1], per quod possunt libere predicare et confessiones
audire, non obstante quod in eorum regula[2] dicebatur, scilicet quod *fratres non
predicent in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum.* Agitur
1284. *Iun.* 23. nunc annus millesimus CCLXXXIIII. in vigilia beati Iohannis[a] Baptiste, cum
1261. scribimus ista. Tunc autem, cum loquebamur cum archipresbiteris illis, eramus
sub papa Alexandro quarto bone memorie.

Accedamus[b] iam nunc ad quartum[3], quod nobis obiciunt sacerdotes. Conqueruntur enim, quod predicationis offitium usurpavimus nobis, cum ipsi hoc
facere teneantur, eo quod sint subditis obligati et in prelationibus constituti[c]. Ad
quod respondentes dicimus, quod revera hoc facere tenebantur, quando non erant
*f. 382d. meliores eis, qui predicarent. Sed *quia ipsi fecerunt se indignos propter malam
vitam, quam habent, et propter scientiam, quam non habent, ideo meliores eis
*v. 6. Dominus introduxjt. Nam de quolibet eorum Dominus dicit Osee IIII*: *Quia tu
scientiam repulisti, repellam et ego[d] te, ne sacerdocio fungaris michi*[c]. Item Dominus
*v. 52. dixit Luc. XI*: *Ve vobis legis peritis, qui[e] tulistis clavem scientie! Ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis.* Isti designati sunt in filiis Agar, de quibus
*v. 23. 27. 28. dixit Baruch III*: *Filii Agar, qui exquisierunt[f] prudentiam que de terra est, viam
autem sapientie nescierunt neque commemorati sunt semitarum[g] eius. Non hos elegit
Deus[h], neque viam discipline invenerunt; propterea perierunt. Et quia[i] non habuerunt
*v. 30. sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.* Ideo dicit Iere. VI*: *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos*[k]. Isti tales non habent sapientiam
de divinis ad utilitatem et salutem animarum sibi commissarum, sed transferunt
se ad filias Eth, scilicet ad scientias seculares[4], et ad hoc student in decretalibus
et decretis, ut possint multiplicare divitias et prebendas. Ideo de istis dicit
*v. 6. 7. Osee V*: *In gregibus suis et in armentis suis vadent ad querendum Dominum et non
invenient. Ablatus est ab eis. In Domino[l] prevaricati sunt, quia filios alienos genuerunt.* Ad litteram: filios generant et dicunt, quod sunt filii fratrum suorum.
Ideo sequitur[5]: *Nunc devorabit eos mensis cum partibus suis.* De istis dicit
*v. 18. Iere. XI*: *Tu autem, Domine, demonstrasti michi, et cognovi: tu[m] ostendisti michi
*v. 30. studia eorum*, quia, sicut dicit sapiens in Prover. XXIII*: *student calicibus epotandis*,
Ps. 13, 1. ideo *corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum,
*v. 30. 31. non est usque ad unum.* Ideo Dominus dicit Eze. XXII*: *Quesivi de eis virum, qui
*f. CCC83a. interponeret sepem et staret oppo*situs coram[n] me pro terra[o], ne dissiparem eam, et non
inveni, et effudi indignationem meam super eos et[p] in igne ire mee consumpsi eos. Viam
eorum in caput eorum reddidi, ait dominus Deus.* Aliud studium clericorum et sacerdotum secularium est, quia student, ut laute et splendide comedant. De qua
*v. 13. materia dicit apostolus I. ad Cor. VI*: *Esca ventri, et venter escis* — supple: 'paratur
*v. 8. ab eis' —. *Deus autem et hunc et has destruet.* Item infra VIII*: *Esca autem nos
non commendat Deo. Neque enim, si non manducaverimus, deficiemus neque, si man-*

a) Io. *c.* b) Ac *in loco raso, littera initialis* A *magna atramento nigro et minio picta.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) et ego *deest Vulg.* e) quia *Vulg.* f) exquirunt *Vulg.* g) semitas *Vulg.* h) Dominus *Vulg.* i) quoniam *Vulg.* k) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* l) Dominum *Vulg.* m) *sic etiam supra f.* 301[c], *p.* 220. *in inscriptione columnae;* tunc *Vulg.* n) contra *Vulg. et sic supra p.* 131, *l.* 10. o) *sic recte h. l. c., cum supra p.* 131, *l.* 11. *hic locus corruptus sit.* p) et *deest Vulg.*

1) *Datum a.* 1282. *Ian.* 10, *Sbaralea, Bull. Francisc. III, p.* 480, *nr.* 16; *Potthast nr.* 21837. 2) *Secunda cap.* 9. 3) *Cf. supra f.* 379[a. b], *p.* 404. 4) *Ut exponit Pseudo-Ioachim; cf. supra p.* 21, *n.* 1. 5) *Scil. Os.* 5, 7.

*F.* 383[b]. De multiplici regno.

*ducaverimus, abundabimus*[a]. Ideo sanum consilium dat Ecclesiasticus dicens XXXVII*: *v. 32—34.
*Noli avidus esse in omni epulatione et non te effundas super omnem escam. In multis
enim escis erit infirmitas, et aviditas apropinquabit*[b] *usque ad coleram. Propter crapulam
multi obierunt; qui autem abstinens est, adiciet vitam.* Quia[c] igitur sacerdotes et
clerici seculares ad hoc student, ut bene comedant et bene bibant, ideo ab opere
venereo, id est a luxuria, molestantur, et ita, sicut dicit beatus Iacobus I*: *unus-* *v. 14. 15.
*quisque temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia, cum
conceperit, parit peccatum, peccatum vero, cum consumatum*[b] *fuerit, generat mortem.* Ideo
de eis dicit Iere. V*: *Magnificati sunt et ditati, incrassati sunt et impinguati, et preterierunt* *v. 27. 28.
*sermones meos pessime.* Item Iere. VI*: *A maiore*[d] *quippe usque ad minorem omnes avaricie* *v. 13.
*student, et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.* Item de eis dixit Ps. —
sicut expresse exposuit beatus Bernardus[e, 1]: *Miror de clericis nostri temporis,* Bernardus[e].
*cuius ordinis sint, qui evangelium non predicant et panem de altari ociosi manducant. Non
laborant ut rustici, non pugnant ut milites, non evangelizant ut clerici. Et quia nullum ordinem
tenent, ibi erunt, ubi 'nullus ordo, sed sempiternus orror inhabitat'* —: *In labore hominum non* Iob 10, 22. Ps. 72, 5—9.
*sunt et cum ho[minibus]*[f] *non f[lagellabuntur].* **Ideo tenuit eos superbia, operti sunt ini[qui-* *f. 383b.
*tate] et impietate s[ua]; prodiit quasi ex adipe ini[quitas] eorum, tran[sierunt] in a[ffectum]
cor[dis]. Co[gitaverunt] et lo[cuti] sunt ne[quitiam], ini[quitatem] in excelso locuti sunt.
Po[suerunt] in ce[lum] os suum, et lingua e[orum] tran[sivit] in terra*[g]. Ideo audi, quid de
eis Dominus dicit Osee VII*: *Ve eis! quoniam recesserunt a me. Vastabuntur, quoniam*[h] *v. 13.
*prevaricati sunt in me. Et ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendatia.* Item
infra IX*: *Propter maliciam adinventionum eorum*[i] *de domo mea eiciam eos. Non addam, ut* *v. 15.
*diligam eos. Omnes principes eorum recedentes.* Ideo Dominus dixit principibus sacerdotum
et Phariseis Mat. XXI*: *Auferetur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructus eius.* *v. 43.

Nota[k], quod regnum diversimode sumitur in scriptura. Primo appellatur filius
Dei regnum, ut Luc. XVII*: *Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Secundo regnum *v. 21.
celorum. De quo habetur Mat. XX*: *Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram* *v. 21.
*tuam, et unus ad sinistram tuam*[l] *in regno tuo.* De hoc regno Dominus dixit discipulis[m]
suis Luc. XXII*: *Ego dispono vobis, sicut disposuit michi pater meus regnum, ut edatis et* *v. 29. 30.
*bi[batis]*[f] *super mensam meam in regno meo et se[deatis] super XII*[n] *t[hronos] iu[dicantes]
XII tribus Israel.* Item de hoc regno Dominus dixit Pylato Io. XIX*[o]: *Regnum meum* *18, 36.
*non est de hoc mundo.* Ideo dicit Ps.*: *Regnum tuum regnum omnium seculorum.* Quia *144, 13.
*regnabit in domo Iacob in eternum, et regni eius non erit finis,* Luc. I*. Tertio appellatur *v. 32. 33.
regnum celorum ecclesia militans, sicut exponit beatus Gregorius[2] dicens: *Sciendum est,
quod sepe in sacro eloquio regnum celorum presentis temporis ecclesia dicitur. De quo in alio loco Dominus
dicit: 'Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala'. Neque enim in illo* Matth. 13, 41.
*regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt, que colligantur. Et rursum dicitur:*

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sic c.* c) *penna mutata.* d) minore q. usque ad maiorem *Vulg.* e) B*. *c.* f) *multa verba per sillabas vel litteras initiales tantum indicata sunt in c.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) quia *Vulg.* i) meorum, m *expuncto et linea perducta deleto corr.* eorum *c.* k) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit in c.* l) tuam *deest Vulg. Matth.* 20, 21, *sed adest Marc.* 10, 37. m) di. *c.* n) XII *deest hoc loco Vulg.* o) *sic c. pro* XVIII.

1) *De consideratione III, 5, 20, Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 440 *sq. Sed hoc loco verba laudata magis etiam a textu Bernardi differunt quam supra f.* 267[b], *p.* 139, *ubi idem locus allatus est, quem etiam vide supra f.* 330[b], *p.* 287. 2) *Homil. in Evang. I,* 12, *ed. Maur.* (1705) *I, col.* 1476.

_F._ 383c. Quod septem modis sumitur regnum Dei in divina scriptura.

---

Matth. 5, 19. *f. 383c. _'Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus *vocabitur in regno_
_celorum'. Mandatum quippe solvit et docet, quando hoc quisque voce predicat, quod vivendo non implet._
_Sed ad regnum eterne beatitudinis pervenire non valet qui non vult opere implere quod docet. Quomodo_
_ergo in eo minimus vocatur, qui ad hoc nullo modo intrare permittitur? Quid itaque per hanc senten-_
_tiam nisi presens ecclesia regnum celorum dicitur? In qua doctor qui mandatum solverit minimus voca-_
_bitur, quia, cuius vita despicitur, restat, ut et predicatio contemnatur._ Quarto[a] regnum Dei
*r. 17. 18. appellatur sancta et virtuosa vita, sicut dicit apostolus ad Ro. XIIII*: _Non est regnum_
_Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc servit_
_Christo, placet Deo et probatus est hominibus._ Quinto universale regnum mundi appellatur
regnum[b] Dei. De quo regno cantatur: _Regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi_
*r. 15. _propter amorem domini mei Iesu Christi_[c]. De hoc regno habetur Apoc. XI*: _Et septimus_
_angelus tuba cecinit, et facte sunt voces magne in celo dicentes: 'Factum est regnum huius mundi_
*r. 21. _Domini nostri et christi eius, et regnabit in secula seculorum. Amen'._ Item Abdie ultimo*[1]:
_Et erit Domino regnum._ Sexto sunt particularia regna mundi, que similiter Dei sunt,
*r. 2. sicut ipse dicit Iob XLI*: _Omnia que sub celo sunt mea sunt._ Et ideo potest ea dare cui
*r. 2. vult, sicut profitetur Cyrus rex Persarum dicens Esdre I*: _Omnia regna terre dedit michi_
*r. 15. 16. _dominus Deus celi._ Item Prover. VIII*: _Per me reges regnant, et legum conditores iusta de-_
*r. 7. _cernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam._ Item Iob XXXVI*:
*r. 14. _Reges in solio collocat in perpetuum, et illic_[d] _eriguntur._ Item Dan. IIII*: _Dominatur excelsus_
*r. 10. _in regno hominum et cuicumque voluerit dabit illud._ Ideo dixit Ieremie I*: _Ecce constitui te_
*f. 383d. 67, 33. _*hodie super gentes et super regna._ Ideo dicit Ps.†: _Regna terre, cantate Deo, psallite Domino._
*r. 8. 9. Item in Mat. IIII.* scriptum est de diabolo, quod _ostendit_ Christo _omnia regna mundi et_
_gloriam eorum et dixit illi: 'Hec omnia tibi dabo, si procidens_[e] _adoraveris me'_[f]. Miror, qua
*r. 25. impudentia hoc fuit ausus dicere, nisi quia, sicut dicitur Iob XLI*: _Ipse est rex super_
*r. 41. _omnes_[g] _filios superbie._ Et nisi quia, sicut de eo Dominus dicit Io. VIII*: _Ille homicida_
_erat ab initio et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendatium,_
_ex propriis loquitur, quia mendax est et pater eius_[c]. Verumtamen Manichei deteriores sunt
diabolo, qui dicunt, quod omnia visibilia creata sunt a diabolo[2], et ipse diabolus dicit
*r. 6. Luc. IIII*: _quia michi tradita sunt, et cui volo do illa_[f]. Si igitur sibi tradita sunt, ergo
*r. 2. accepit ab alio. A quo ergo nisi ab illo qui dicit Iob XLI*: _Quis ante dedit michi, ut_
*r. 13. _reddam ei? Omnia_ enim[h] _que sub celo sunt mea sunt._ Item Ys. XLVIII*: _Manus mea fun-_
*r. 26. _davit terram, et dextera mea mensa est celos._ Item Ys. XL*: _Levate in excelsum oculos_
_vestros et videte, quis creavit hec, qui educit in numero militiam eorum et omnes ex nomine_
*r. 28. _vocat._ Et infra*: _Numquid nescis aut non audisti_[i]: _Deus sempiternus dominus, qui creavit_
_terminos terre, non deficiet neque laborabit, nec est investigatio sapientie eius._ Item apostolus
*r. 7. I. ad Cor. IIII*: _Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris,_
_quasi non acceperis?_ Septimo regnum Dei appellatur spiritualis intellectus in divina
*r. 43. scriptura, de quo habetur Mat.[k] XXI*: _Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei_
_et dabitur genti facienti fructus eius._ Verba Domini sunt, que dixit principibus sacerdotum

a) _hinc versus novus coeptus in c., praecedente_ ℂ _minio scripto._ b) regnum _a Sal. in marg. suppl._ c) _sequitur_ ℂ _minio scriptum._ d) _sic et supra p._ 129, _l._ 35; illi _Vulg._ e) cadens _Vulg._ f) _sequitur_ ℂ _atramento nigro scriptum._ g) universos _Vulg._ h) enim _deest Vulg.; cf. supra l._ 16. i) _non signum interrogationis hoc loco in c._ k) _penna mutata._

1) _Abdiae iam nunc unum tantum caput est in Vulg., sed duo capita habuit Biblia fratris Sal., nam aliis locis citavit_ Abdie I, _ut supra p._ 153, _l._ 38. _et p._ 357, _l._ 14. _et p._ 380, _l._ 39.
2) _Unde Sal. haec non recte dicta de Manichaeis didicerit, frustra quaesivi._

*F.* CCC84[a]. De multiplici exemplo, quo monstratur, quod mali clerici reprobari debebant et boni assumi, et hoc monstratur per decem exempla.

---

et Phariseis. Numeri XXIII*: *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis,* *v. 19.
*ut mutetur. Dixit ergo et non faciet, lo*cutus est et non implebit?* Immo implebit, quia ipse *f. CCC84[a].
dicit: *Que procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Hinc apostolus dicit prima ad Cor. I*: Ps. 88, 35. *v. 19–21.
*Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi*
*sapiens? ubi scriba? Ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius*
*mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo*
*per stultitiam predicationis salvos facere credentes.* Item Ys. XXIX*: *Et dixit Dominus: Eo* *v. 13. 14.
*quod apropinquat*[a] *populus iste ore suo et labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a*
*me, et timuerunt me mandato hominum et doctrinis, ideo ecce ego addam, ut admirationem*
*faciam populo huic miraculo grandi et stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus eius, et*
*intellectus prudentium eius abscondetur.* Hinc Dominus ait Mat. XI*: *Confiteor tibi,* *v. 25.
*pater, domine celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et re-*
*velasti ea parvulis,* scilicet illis parvulis, de quibus habetur Zacharie XIII*: *v. 7. 8.
*Et convertam manum meam ad parvulos, et erunt in omni terra, dicit Dominus*[b].
Isti parvuli sunt fratres Minores, sicut abbas Ioachym exponit[1]. Item isti sunt
illi parvuli, de quibus dixit Iacob Gen. XXXIII*: *Parvuli sunt, quos donavit michi* *v. 5.
*Deus servo tuo.* Item isti sunt parvuli, de quibus Dominus dicit Mat. XIX*: *Sinite* *v. 14.
*parvulos et nolite prohibere eos ad me venire. Talium enim est regnum celorum*[c]. Sed
clerici nostri temporis et sacerdotes et prelati volunt prohibere, ne accedant ad
Iesum et ne etiam predicent, cum tamen de fratribus Minoribus et Predicatoribus
specialiter sit a Domino promissum Iere. XVI*: *Ecce ego mittam piscatores multos,* *v. 16. 17.
*dicit Dominus, et piscabuntur eos. Et post hec mittam eis multos venatores, et vena-*
*buntur eos de omni monte et de omni *colle et de cavernis petrarum, quia oculi mei* *f. 384[b].
*super omnes vias eorum*[b]. Ista verba exponit abbas Ioachym[2] de duobus ordinibus,
scilicet de fratribus Minoribus et Predicatoribus. Item isti sunt illi, de quibus
Dominus dixit Iere. III*: *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia* *v. 15.
*et doctrina.* Item Iere. VI*: *Pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt*[b]. De eis *v. 3.
autem, [scilicet[d] de clericis secularibus, qui contra fratres Minores et Predicatores
insurgunt], dicit propheta: *Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quo-* Ps. 5, 11.
*niam irritaverunt te, Domine.* Sed audi, quid respondeat Osee IX*: *Propter mali-* *v. 15.
*ciam adinventionum eorum de domo mea eiciam eos*[b, 3]. Quod in multis figuris pre-
figuratum fuit. Et primo in Esau, qui propter culpam et stultitiam suam perdidit
primogenita sua, que data sunt Iacob fratri suo, sicut habetur Gen. XXV.* in fine capi- *v. 31–33.
tuli. Hinc Esau dixit Gen. XXVII*: *Iuste vocatum est nomen eius Iacob. Supplantavit* *v. 36.
*enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit et nunc secundo surripuit benedictionem*
*meam.* Ideo dicit apostolus ad Hebre. XII*: *Ne*[e] *quis fornicator aut prophanus ut Esau,* *v. 16. 17.
*qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Scitote enim, quoniam et postea cupiens here-*
*ditare benedictionem reprobatus est. Non enim invenit penitentie locum, quamquam cum lacrimis*
*inquisisset eam.*

a) *sic c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* e) *penna mutata.*

1) *Cf. ad haec et sequentia supra f.* 216[a], *p.* 21. *et f.* 248[c], *p.* 100. *et f.* 331[a, b], *p.* 289.
2) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam (Coloniae* 1577) *cap.* 4, *p.* 82; *cap.* 16, *p.* 221—228. *et multis aliis locis librorum Pseudoioachiticorum. Vide eadem fere supra f.* 216[a]. 330[d], *p.* 21. 288. 3) *Eundem versum vide supra p.* 413, *l.* 23.

_F._ 384[d]. De fabulatione Iudeorum de LXX[ta] annis Babilonice relaxande captivitatis, et de rusticitate regis Balthasar, qui Iudeis insultabat, cum animo essent amaro.

---

Secundo in Ruben, qui similiter propter culpam suam perdidit primogenita sua,
*v. 22. _quia ascendit cubile patris_ sui _et maculavit stratum eius,_ sicut habetur Gen. XXXV.* et
*v. 4. Gen. XLIX*. Et ideo primogenita Ruben data sunt Ioseph, qui castissimus fuit. Ideo
*v. 1. 2. I. Parali. V.* sic habetur: _Filii quoque Ruben primogeniti Israelis. Ipse quippe fuit primogenitus
eius. Sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israel,
et non est ille reputatus in primogenitum. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos,_
*f. 384c. _de stirpe eius principes ger*minati sunt, primogenita autem reputata sunt Ioseph._

Tertio in Saul et David[1]. Nam Saul perdidit regnum propter culpam suam, et
*v. 13. 14. datum fuit David, qui fuit vir secundum cor Dei, sicut habetur I. Reg. XIII*: _Dixit
Samuel ad Saul: 'Nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quesivit sibi Dominus virum iuxta
cor suum et precepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris que_
*v. 23. _preceperit_[a] _Dominus._ Et infra XV*: _Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te_
*v. 28. 29. _Dominus, ne sis rex._ Et infra eodem capitulo*: _Scidit Dominus regnum Israel a te hodie
et tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcet et penitudine
non flectetur. Neque enim homo est, ut agat penitentiam._

Quarto in Adonia et Salomone, in quo regni translatio facta est, sicut dixit Ado-
*v. 15. nias Bersabee matri Salomonis III. Reg. II*: _Tu, inquit, nosti, quia meum erat regnum, et
me proposuerat omnis Israel sibi in regem, sed translatum est regnum et factum est fratris mei.
A Domino enim constitutum est ei._

*v. 27. 35. Quinto in Abiathar[b] et Sadoch. De quibus habetur III. Reg. II*: _Eiecit ergo Salo-
mon Abyathar_[b], _ut non esset sacerdos Domini, et Sadoch sacerdotem posuit pro Abiathar._

*v. 19—21. Sexto in Sobna, cui dictum fuit Ys. XXII*: _Expellam te de statione tua et de mini-
sterio tuo deponam te. Et erit: In die illa vocabo servum meum Elyachim filium Elchie et
induam illum tunica tua et cingulo tuo confortabo eum et potestatem tuam dabo in manus_[c] _eius._

*v. 22. 28. 29. Septimo in Nabuchodonosor[d], cui dictum fuit Dan. IIII*: _Regnum transiit_[e] _a te, et
ab hominibus te eicient, et cum bestiis ferisque erit h[abitatio] t[ua]._

*v. 28. 30. 31. Octavo in Balthasar, cui dictum fuit Dan. V*: _'Divisum est regnum tuum et datum est_
*f. 384d. _Medis et Persis'. Eadem nocte interfectus est Bal*thasar rex Chaldeus, et Darius Medus suc-_
*v. 8. _cessit in regnum, annos natus LX duos._ Tunc impletum est quod dicit Ecclesiasticus X*:
_Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias et iniurias et contumelias et diversos
dolos._ Hec omnia mala fuerunt in homine isto, sicut Daniel ostendit ei dicens:
_Petr. Com._ 'Nosti, quia Deus excelsus dederat regnum patri tuo, et non cognovit. Propterea fenum ut bos comedit,
*v. 19. donec cognosceret[2], quia frequenter _vexatio dat auditui intellectum'_, sicut dicitur Ys. XXVIII*.
*82, 17. Ideo dicit Ps.*: _Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine._ Magna in-
*v. 21. gratitudo non cognoscere beneficia Dei. Ideo dicit Ecclesiasticus XX*: _Homo ingratus_[f]
*v. 2. _quasi fabula vana._ Non fuit ingratus Cyrus, qui dixit Esdre I*: _Omnia regna terre dedit_
_Petr. Com._ _michi dominus Deus celi_[3]. Sequitur ad Balthasar: 'Tu[4] quoque, cum scires hec omnia, ad-
versus Deum celi elevatus es et vasa eius profanasti tradens ea manibus inmundis. Et bibens in eis,
deos tuos laudasti, qui nec vivunt nec sentiunt. Deum vero, qui flatum tuum in manu sua habet, non

a) precepit _Vulg._ b) _sic h. l. c._ c) _sic et supra p._ 342, _l._ 21; manu _Vulg._ d) nabuchodo. _c._ e) transibit _Vulg._ f) _sic et supra p._ 192, _l._ 13; acharis _Vulg._

1) _Cf. supra p._ 415, _l._ 33. 34. 2) _Haec non ex Biblia, sed ex Petri Comest. Hist. scolast., Daniel. c._ 8. _exscripta sunt._ 3) _Eundem versum vide supra p._ 414, _l._ 17. 4) _Haec quoque ex Petri Comest. l. l., non ex Biblia, descripta sunt._

glorificasti; propterea ista coram te exarata sunt: 'Mane, thecel, phares', quod sonat: numerus, appensio divisio. *Petr. Com.*

Fabulantur Iudei, quod Balthasar intellexerat LXX annos captivitatis, quos predixerat Ieremias, fluxisse, et tamen Hebrei non erant liberati a iurisdictione sua. Unde exultabat et diis suis gratias agebat. Sane illa annorum septuagena nondum fluxerat, sed septima decas iam currebat. In eadem hora apparuit contra eum manus scribens in pariete. Nota, quod iste Balthasar magnam rusticitatem faciebat, quia non solum non compatiebatur Iudeis, qui erant in afflictione, sed etiam insultabat eis, eo quod de ma*nu sua liberati non essent, faciens contra illud Eccli. VII*: *Non irrideas hominem in amaritudine anime, est enim qui humiliat et exaltat circumspector*[a] *Deus.* Item completum est in isto quod Ecclesiasticus V.* dicit: *Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindicte disperdet te.* *f. cccc85[a]. *v. 12. *v. 9.

Nono[1] in Achor, qui in ingressu terre promissionis totaliter fuit deletus de populo Dei cum tota familia sua, et Raab meretrix cum tota sua parentela facta fuit de populo Dei, usque ádeo quod ex linea sua Christus carnem assumpsit, Iosue VI. et VII. Hinc Dominus principibus sacerdotum et senioribus dixit Mat. XXI*: *Amen, dico vobis, quia publicani et meretrices precedent vos in regno*[b] *Dei*[c]. *v. 31.

Decimo, quia Iudei reprobati leguntur et gentiles assumpti, Act. XIII*: *Tunc constanter Paulus et Barnabas dixerunt: 'Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis eterne vite, ecce convertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis Dominus: Posui te in lucem gentibus*[d]*, ut sis in salutem usque ad extremum terre'. Audientes autem gentes gavise sunt et glorificabant verbum Domini et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam.* Habetur auctoritas supra posita Ys. XLIX*. Item Iere. VI.† habetur de reprobatione Iudeorum et gentium vocatione: *Et dixerunt,* scilicet Iudei: '*Non audiemus*'. *Ideo audite gentes.* *v. 46—48. *v. 6. †v. 17. 18.

Ecce X exempla posuimus ad demonstrandum, quod nullus debet de[e] statu suo neque de semetipso presumere, sed potius timere, sicut docet apostolus ad Ro. XI*: *Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Hinc habes Prover. XXVIII*: *Beatus homo, †qui semper est pavidus; qui vero mentis est dure, corruet in malum,* quia *cor durum male habebit in novissimo,* sicut Ecclesiasticus dicit III*; quod patuit in Pharaone, cuius Dominus cor induravit, sicut habetur Exo. IIII†[f]. Certe apostolus aliquando dixit ad Ro. VIII*: *Certus sum enim, quia neque mors neque vita* et cetera que secuntur *poterunt*[g] *nos separare a caritate Dei, que est in Christo Iesu domino nostro.* Et tamen alibi dicebat, I. ad Cor. IX*: *Timeo*[h]*, ne forte*[i]*, cum a[liis] pre[dicaverim],*[k] *ipse reprobus efficiar.* Gregorius[l. 2]: *Turpe nimis est ibi nos negligendo cadere, unde predicando conati sumus alios levare.* Item apostolus ad Phili. III*: *Sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.* Item ad Corrin.[m] prima X*: *Itaque qui se existimat stare, videat, ne cadat.* Item ad Ro. XII*: *Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vos metipsos.* Item Prover. III*: *Ne sis*[n] *sapiens apud temetipsum.* Item Apoc. III*: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam,* sicut fecit clavicularius, *v. 20. 21. *v. 14. †f. 385[b]. *v. 27. †v. 21. *v. 38. 39. *v. 27. Gregorius[l]. *v. 12. 13. *v. 12. *v. 16. *v. 7. *v. 11.

a) c̓9spector *c.* b) regnum *Vulg.* c) *manus haec demonstrans in marg. adpicta.* d) gentium *Vulg.* e) de *a Sal. superscr.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) poterit *Vulg.* h) *haec vox non legitur in Vulg.* i) forte cum a. pre. *in marg. a Sal. suppl.* k) *sequitur* ē (ego) *expunct. in c.* l) G*. *c.* m) *sic c.* n) *posterius* s *in loco raso.*

1) *Scil. praefiguratum est saeculares clericos propter malitiam reiectos et ordines mendicantium electos iri; vide supra f.* 384[b], *p.* 415, *l.* 33. 34. 2) *Homil. in Ezech. II,* 6, 6, *Opera ed. Maur. I, col.* 1366; *cf. supra f.* 267[d], *p.* 140.

*F.* 385c. Optima responsio fratrum Minorum et Predicatorum contra clericos prebendatos, qui conqueruntur de eis.

---

qui accepit coronam illius, qui factus pusilanimis[a] apostatavit de numero XL martyrum[1]. Ideo dicitur:

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum*[2]. Versus.
*Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet*[3].

*v. 30–32. Hinc sapiens ait Prover. XXIIII*: *Per agrum hominis pigri transivi et per vineam viri stulti, et ecce totum repleverant urtice, operuerant superficiem eius spine, et macheria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo et exemplo didici disciplinam.* Sed *non credunt ista, quorum incrassata corda induravit ambitio*[4]. Semper enim ea que dicuntur credunt, quod dicantur pro aliis et non pro semetipsis. De quibus Ecclesiastes
*v. 14. †f. 385c. dicit VIII*: *Sunt impii, qui ita securi †sunt, quasi iustorum facta habeant. Sed et hoc vanissimum iudico*[b]. Tales sunt sacerdotes et clerici nostri temporis, et nolunt, quod fratres Minores et Predicatores vivant; que est crudelitas magna, presertim cum utiliores sint ecclesie Dei quam ipsi, qui habent prebendas et non faciunt illa, propter que ipsas prebendas acceperunt. Faciunt enim contra illud
*v. 36. quod Dominus dixit Levit. XXV*: *Time Deum tuum, ut vivere possit frater tuus apud*
Nota. *te.* Nolunt enim, quod etiam de helemosinis, que[c] cum magno labore et erubescentia[d] mendicando acquirimus, vivere valeamus. Et tamen multi sunt in ordine fratrum Minorum et Predicatorum, qui, si[e] essent in seculo, ita bene haberent prebendas, quas habent, sicut ipsi, et forte longe melius, quia ita nobiles et divites et potentes et litterati et sapientes fuerunt et sunt[5] sicut ipsi, et ita essent presbiteri et archipresbiteri et canonici et archidiaconi, episcopi et archiepiscopi et forte patriarche, cardinales et pape sicut ipsi. Et ideo deberent recognoscere, quod omnia ista dimisimus eis et imus mendicando, unde vivamus de die in diem, nec habemus cellaria vinaria nec horrea frumenti, quibus abundant ipsi, iuxta verbum
*143, 13. quod scriptum est Ps.*: *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud:* et nichilominus labores eorum facimus predicando, confessiones audiendo, consilia
*Eccli.* 29, 32. *Ier.* 5, 28. salubria et utilia dando, *et ad hec amara audimus*; et ipsi *incrassati et impinguati,* non de divitiis parentum suorum neque de labore manuum suarum, sed de patrimonio Iesu Christi et de sudore pauperum, dormiunt in lectis eburneis et nichil compatiuntur[6] fratribus Minoribus et Predicatoribus, quos quantum ad ista tempo-
*f. 385d. ralia in maxima miseria vi*dent[b]. Ideo talibus imprecatur propheta dicens Amos VI*:
*v. 1. 3–8. *Ve qui opulenti estis in Syon et confiditis in monte Samarie, optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel! Qui separati estis in diem malum et apropinquatis*[a] *solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis et lascivitis in stratis vestris. Qui comeditis agnum de grege et vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterii: Sicut David putaverunt se habere vasa cantici, bibentes in fialis vinum et optimo unguento delibuti, et nichil patiebantur*

a) *sic c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sic* (q) *c. pro* quas. d) erubēscetia *c.* e) si *a Sal. superscr.*

1) *Haec ex Actis XL martyrum c.* 2, § 8. 9, *Acta SS.* 14. *Mart. II, p.* 20 *sq., vel ex alia Vita eorum c.* 3, § 13. 14, *ib. p.* 24. 2) *Hic versus legitur in fabula IX. (v. 59) appendice ad Gualteri Anglici Romuleas fabulas, L. Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 424. 3) *Hic versus est Horatii Epist. I,* 18, 84. *Hi duo versus coniuncti ter infra f.* 434d. 446b. 482b. *citantur. Bis infra his versibus coniuncti sunt etiam versus Proverbiorum sequentes.* 4) *Haec sunt verba Ioachim abbatis, Liber Conc. novi et vet. test., praef., f.* 3', *quae Sal. supra f.* 309b, *p.* 239. *attulit.* 5) *Ut frater Salimbene inprimis.* 6) *Cf. infra l.* 36. 38.

*F.* CCC86[a]. De scriptura, quam miserunt principes tenebrarum prelatis ecclesiarum; et de malignitate, quam voluit facere Innocentius papa IIII. contra fratres Minores et Predicatores ad suggestionem quorumdam clericorum.

*F.* 386[b]. Quod[a] papa Innocentius quartus a Deo fuit percussus, pro eo quod contra fratres Minores et Predicatores insurrexit.

---

*super contritione Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, et auferetur factio lascivientium. Iuravit dominus Deus in anima sua, dicit dominus Deus exercituum: Detestor ego superbiam Iacob et domos eius odi, et tradam civitatem cum habitatoribus suis*[b]. Hec omnia vidi completa in clericis diebus meis, et spero melius videre adhuc, quia digni sunt, ut talia patiantur. Ideo Dominus dicit Iere. V*: *Numquid super*[c] *his non* (*v. 29.) *visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea?* Immo. Ideo audi, quid de eis precipit Dominus Iere. XV*: *Eice illos a facie mea, et egrediantur.* (*v. 1–3.) *Quodsi dixerint ad te: 'quo egrediemur*[d]*', dices ad eos: Hec dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: gladium ad occisionem et canes ad lacerandum et volatilia celi et bestias terre ad devorandum et dissipandum.*

*Certe ante quam fratres Minores et Predicatores apparuissent in mundo, cum (*f. CCC86a.) essent congregati clerici seculares et prelati in sinodo quadam, proiecte sunt littere in medium eorum hanc formam habentes[1]: *Principes tenebrarum prelatis ecclesiarum. Gratias vobis referimus copiosas, quia quot sunt vobis commissi, tot sunt nobis transmissi.* Item postquam fratres Minores et Predicatores venerunt et multa bona fecerunt, que manifesta sunt toti mundo, moti invidia et malivolentia sacerdotes et clerici seculares contra predictos ordines conquesti sunt domno pape Innocentio quarto, quod non poterant habere oblationes in missis, 'quia ita bene isti duo ordines celebrant missas suas, quod totus populus vadit ad eos. Quapropter petimus de eis iustitiam nobis fieri'[b]. Quibus papa respondit: 'Cum aliqui celebrent summo diluculo, aliqui in media tertia, aliqui post tertiam iam cantatam, non video, qua hora isti possint dicere missas suas, si audio vocem vestram, quia post prandium celebrare non debent neque post nonam neque quando debent dicere offitium vespertinum, et ideo audiendi non estis'[e]. Verumtamen papa volens satisfacere clericis, qui nimis eum de hoc negotio sollicitabant, et quia contra ordinem fratrum Predicatorum conceperat odium, ut audivi, et fratres Minores postea sperabat absolvere, contra ambos ordines dedit litteras[2], ut saltem diebus sollemnibus (1254.) a mane usque post tertiam ecclesiarum ianuas minime aperirent, ne sacerdotes parochiales et matrices ecclesie oblationibus frauda*rentur. Et statim percussit (*f. 386b.) eum Deus, et subito infirmari cepit *infirmitate, de qua mortuus est*[3]. Et verificatum (4. *Reg.* 13, 14.) apparuit verbum Domini quod dicit Za. II*: *Qui enim tetigerit vos, tanget*[f] *pupillam* (*v. 8.)

a) *haec prius quam praecedentis columnae inscriptio scripta erant.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) fr *ut videtur pro* fr *c.* d) *non signum interrogationis hoc loco in c., nec supra p.* 380, *l.* 25. e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) tangit *Vulg.*

1) *Cf. Odonis de Ceritona Parabolae (extractae ex eius sermonibus) c.* 63, *L. Hervieux, 'Les fabulistes Latins' IV, p.* 289 *sq.*: Diabolus in specie hominis per quendam laycum misit cuidam archiepiscopo tales salutes: 'Princeps tenebrarum principibus ecclesiarum salutem: Quia quot vobis [sunt] commissi, tot nobis [sunt] missi'. 2) *A.* 1254. *Nov.* 21. *Potthast nr.* 15562; *quarum litterarum decreta Sal. non satis distincte describit.* 3) *A.* 1254. *Dec.* 7.

*F.* 386[c]. Quod papa Alexander IIII. destruxit litteras illas, quas fecerat Innocentius IIII. contra fratres Minores et Predicatores, et quod vicecancellarius Innocentii a Deo fuit inde punitus.

---

1254. *oculi mei.* Cum autem frater Iohannes de Parma, generalis minister, misisset
ad eum fratrem Hugonem Çapoldum de Placentia, qui erat bonus fisicus et lector
in theologia in ordine fratrum Minorum, et morabatur cum nepote pape domno
Octobono, qui fuit postea et ipse papa Adrianus III[a, 1], ut rogaret papam, quod
amore Dei et beati Francisci et etiam pro honore et bono suo totiusque populi
Christiani salute litteras illas destrueret, non exaudivit eum, quia volebat eum
Deus occidere, sicut et fecit. Et ita erat gravatus papa Innocentius quartus, quod
*38. 12. nichil aliud sciebat dicere nisi unum versum Ps.[*], videlicet istum: *A fortitudine
manus tue ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem*[2]. Istam
*(Dec. 7).* ultimam clausulam tamdiu dixit, quousque[b] expiravit et spiritum emisit; et remansit super paleas nudus et derelictus ab omnibus, sicut mos est Romanorum
pontificum, quando ultimum diem claudunt[c]. Et erant ibi duo fratres Minores
Theotonici, qui dixerunt pape: 'Certe, domne papa, nos stetimus in terra ista
multis mensibus volentes vobis loqui et vobiscum nostra negotia ordinare, sed
hostiarii vestri nos non permittebant intrare, ut faciem vestram videre possemus.
Modo non curant de custodia vestra, quia amplius a vobis nichil habere expectant.
**f.* 386c. †*r.* 37. Verumtamen nos lavabimus corpus vestrum, 'quia scriptura dicit Eccli. VII[†]: *Et
*(Dec. 12).* *mortuo non prohibeas gratiam*' [3]. Post paucos vero dies[4] factus fuit papa Alexander quartus, qui fuerat fratrum Minorum cardinalis protector, gubernator et
corrector; et statim destruxit litteras illas[e, 5]. Verumtamen magister Guilielminus
de Gatadhego, quidam Parmensis, qui sub Innocentio papa quarto vicecancellarius
fuit[6], nec ipse transivit impunis, sed percussit et ipsum similiter Deus, quia instigator et sollicitator istorum malorum fuerat et religiosos non diligebat, et apud
papam Innocentium magnum locum habebat. Cumque infirmum faceret se por-
1256? tari, sperans, quod nativus aer corpori suo sanitatem conferret[7], obiit in civitate
Assisii et fuit sepultus in loco beati Francisci, ut impleretur verbum quod scriptum
**r.* 14. est Ys. LX[*]: *Venient ad te qui detrahebant tibi et adorabunt vestigia pedum tuorum.*

Cum igitur hec omnia perorassem coram archipresbiteris amicis meis[8], admirati sunt et dixerunt: 'Nunquam audivimus[d] talia. *Beati sunt qui te audierunt*[e]

a) *sic c. pro* V. b) *sequitur* aīaꝫ (animam) *expunct. c.* c) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* d) audimus, ui *a Sal. superscripto corr.* audiuimus *c.* e) viderunt *Vulg. et sic supra p.* 231, *l.* 8. *et p.* 300, *l.* 10.

1) *A.* 1276. 2) *Idem ipsum referunt Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 677. 3) *Nic. de Carbio Vita Innoc. IV. c.* 42, *'Archivio della R. Soc. Romana' XXI, p.* 119: fratres Minores, Predicatores et alii religiosi quam plurimi nec non et clerici seculares circa ipsius patris feretrum pernoctantes ac divinis etiam laudibus et orationibus assistentes. 4) *Quinque diebus post obitum Innocentii, die Dec.* 12. 5) *Decreto dato a.* 1254. *Dec.* 22 *(vel* 31*), Potthast nr.* 15602. 6) *Per hunc Guillelmum magistrum scolarum Parmensium, s. Romanae ecclesiae vicecancellarium, datae sunt bullae Innocentii IV. ab a.* 1251. *Dec.* 31—1254. *Iul.* 2 *(Potthast II, p.* 1285*) et bullae Alexandri IV. ab a.* 1255. *Mart.* 31 — 1256. *Maii* 9 *(Potthast II, p.* 1473*), iam die Iun.* 12. *fungente Rolando vicecancellario. Hoc igitur anno vel paulo post Guillelmus defunctus videtur esse. Cf. constitutionem Guillelmi vicecancellarii, M. Tangl, 'Päpstliche Kanzleiordnungen' p.* 59 — 61. 7) *Patriae enim aerem aegris salubrem esse credebatur. Cf. quae ad f.* 389[c], *p.* 429, *n.* 3. *adnotavi.* 8) *Vide supra f.* 379[a], *p.* 404.

*F.* 386[d]. Quod episcopus Mutinensis domnus Matheus de Pio occasione partis imperii de Mutina fuit expulsus et archipresbiter de Campo-Gajano[a] similiter.

*F.* CCC87[a]. Quod Matulinus retulit michi illa, propter que devenimus in odium clericorum, nos Minores et Predicatores.

---

*et in amicitia tua decorati sunt,* Eccli. XLVIII*. Amici eramus et adhuc erimus *v. 11.
magis amici'[b]. Comedi igitur et predicavi pluries in plebe istorum cuiuslibet, et
habui eos magnos amicos iuxta verbum quod scriptum est Prover. XXIIII*: *Qui* *v. 25.
*arguunt, laudabuntur, et super eos*[c] *veniet benedictio.* Et iterum Prover. XXVIII*: *v. 23.
*Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis quam ille qui per lingue*
*blandimenta decipit.* Factum est autem post multos annos, cum habitarem in
conventu Faventie[1], domnus Matheus de Pio episcopus Mutine, amicus meus, ex-
pulsus de Mutina[2] venit Faventiam et habitabat in loco fratrum Minorum, modo
Faventie, modo Furli*vii, modo Ravenne, transeundo hospes de domo in domum, *f. 386d. *Eccli.* 29, 31.
et archipresbiter Campi-Gajanni[a], alius meus amicus, qui fuit unus de tribus, de
quibus superius dixi[3], erat cum eo, quia attinebat episcopo[4]; et dixerunt michi:
'Frater Salimbene[d], propter partem imperii expulsi sumus de domibus nostris,
sicut vos scitis, et imus vagabundi per mundum, et recordamur verborum vestro-
rum, quia nunc vere *vexatio dat auditui intellectum*[5], *et peccata* nostra *prohibuerunt* *Is.* 28, 19. *Ier.* 5, 25.
*bonum a* nobis, et *consolatio abscondita est ab oculis* nostris'[e]. Tunc respondi et dixi: *Osee* 13, 14.
'Sapiens in Prover. XXIIII.* dicit: *Si desperaveris lapsus*[f] *in die angustie, imminuetur* *v. 10.
*fortitudo tua.* Et iterum Eccle. VII*: *In die bona fruere bonis et malam diem pre-* *v. 15.
*cave. Sicut enim hanc*[g], *sic et illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum*
*iustas querimonias.* Item Eccli. XI*: *In die bonorum ne inmemor sis malorum et in* *v. 27. 28.
*die malorum ne inmemor sis bonorum, quoniam facile est coram Deo in die obitus re-*
*tribuere unicuique secundum vias suas.* Item Prover. XV*: *Cor gaudens exhilarat* *v. 13.
*faciem, in merore animi deicitur spiritus.* Item Prover. XIII*[h]: *Meror in corde viri* *12, 25.
*humiliabit eum, et sermone bono letificabitur*'.

Illo[i] tempore, ante quam Faventia in manus Furliviensium traderetur[6], cum habitarem ibi et transirem per ortum die quadam cogitando de Domino, vocavit me quidam secularis Ferariensis, qui dicebatur Matulinus, et erat maximus prolocutor et cantionum atque serventesiorum inventor et religiosorum observator simulque detractor; sedebat enim cum duobus fratribus sub quadam ficulnea faciens
fratribus questiones; dixitque *michi: 'Domne frater, venite huc et sedete nobis- *f. CCC87a.
cum!' Cumque sedissem, dixit michi: 'Feceram questiones meas istis fratribus,

a) *sic cum* j *longo c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sic et supra p.* 89, *l.* 21; ipsos *Vulg. et sic supra p.* 229, *l.* 29. *et p.* 250. *l.* 40. d) Salibn *h. l. c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sic et supra p.* 147, *l.* 3. *et infra f.* 402[d]; lassus *Vulg.* g) *sequitur* 7 (et) *c., sed* 7 *expunctum esse videtur, quod in hac pagina, extrema sexternionis, valde attrita non certo certius tantum cognosci potest;* et *deest Vulg.* h) *sic c. pro* XII, *sed* XII. *supra f.* 147, *l.* 2. *et p.* 346, *l.* 8. i) *littera initialis* I *magna atramento nigro et minio picta.*

1) *Cf. supra p.* 260, *n.* 1. 2) *Cf. supra f.* 268[a], *p.* 141. *Expulsus est Matheus Mutina cum parte imperiali a.* 1264. *Dec.* 14; *cf Alex. Tassoni et Bonif. Morani Cron.*, '*Cronache Modenesi*' *p.* 61; *Liber de temp. c.* 271, *p.* 528 (= *infra f.* 405[d]. 406[a]) *et quae ibi adnotavi.* 3) *F.* 379[a], *p.* 404. 4) *I. e. cognatus vel affinis episcopi erat; cf. supra p.* 324, *n.* 2. 5) *Cf. supra f.* 382[a], *p.* 410. 6) *Quod a.* 1274. *factum est; cf. supra*

*F.* 387[b]. Qualiter satisfeci Matulino de iniuste nobis illatis, et accepit satisfactionem, et factus est michi grandis amicus et intimus atque fidelis.

---

sed de responsione excusant se et dicunt, quod dicam vobis verba mea, quia vos estis paratus ad respondendum ad omnia. Quapropter rogo vos, ut michi satisfaciatis pro vestra clementia'[a]. Cui dixi: 'Dicatis secure quicquid vultis'. Et dixit: 'Noveritis, quod vos fratres Minores et Predicatores estis in odium et in scandalum clericorum et secularium sacerdotum[b]. Altera die comedebam cum episcopo Furliviensi[1], et erant ibi multi clerici et sacerdotes cum eo pariter comedentes; et multa mala dicebant de vobis, que notavi diligenter, ut scirem vobis referre, ad cognoscendum, si de illatis iniuriis, quas iniurias dicunt, scitis vos excusare necne[b]. Primum, de quo conqueruntur, est, quod vos non predicatis, quod decime dentur eis[b]. Secundum, quod vos recipitis sepulturas, id est quod sepelitis corpora defunctorum[b]. Tertium, quod vos auditis confessiones suorum parochialium contra voluntatem eorum[b]. Quartum, quod vos ita usurpastis vobis predicationis offitium, quod locum habere non possunt, quia populus contemnit eos audire[b, 2]. Quintum, quia cum[c] vestris conventualibus missis ita impeditis eos diebus sollemnibus, quod oblationes habere non possunt[b]. Sextum, quod vos estis magni doniatores, id est libenter loquimini cum dominabus et eas aspicitis, quod est contra scripturam'[b]. Tunc respondi et dixi: 'Vultis plus dicere?' Et ait: 'Bene sufficiunt modo ista'[b]. Tunc dixi: 'Beatus Gregorius in Pastorali[3] sic Gregorius[d]. dicit: *Sunt non nulli, qui dum extimari ebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisitionibus plusquam necesse est exercentes, ex nimia subtilitate falluntur.* Beatus **f. 387b.* Ieronimus. etiam Ieronimus dicit: *De alieno malo *non coinquines os tuum*[4]. *Tua vitia, non aliena*[e] *attende. De tua ergo correctione esto sollicitus, et quod ad te non pertinet, querere noli.* Hec verba pro te, Matuline, sunt dicta[b]. De Liviensi autem episcopo noveris, quod religiosos non diligit, et ideo per consequens nec ipse a Deo *Luc. 10, 16.* diligitur, quia Dominus dicit: *Qui vos spernit, me spernit; et qui vos odit, me odit*[5]. **v. 31.* Et apostolus dicit Ro. VIII*: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Inde beatus **v. 3.* Iob[f] XVII.* dicit: *Libera me, Domine, et pone me iuxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me*[a]. Sunt enim non nulli, sicut dicit beatus Ieronimus[6], *qui in hoc se* *Iac. L. Aur. c. 124.* *doctos arbitrantur, si aliis detrahunt.* Et ideo beatus[7] Augustinus contra detractionis pestem in mensa sua scriptum habebat:

*Quisquis amat dictis absentum*[g] *rodere vitam,* Versus.
*Hanc mensam indignam noverit esse sibi.*

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) cum *a Sal. superscr.* d) G[r]. *c.* e) *penna mutata.* f) Iob XVII. *a Sal. in marg. suppl.* g) *sic Iac.*: absentium, *sed* i *expunct. c.*

*f.* 362[c], *p.* 370, *n.* 1. *Non ante auctumnum anno* 1273. *Salimbene iterum Faventiam venisse videtur, cum quidem ex iis quae f.* 410[a, b]. *narrat concludendum sit eum a.* 1273. *Sept. Ravennae fuisse. Sed vide quae ad f.* 389[c]. *adnotari.* 1) *Rodulfo II. a.* 1270—1280. 2) *Eadem quatuor ordinibus mendicantium in synodo Ravennate obiecta esse supra f.* 378[c]. 379[a, b], *p.* 403—405. *dicuntur, quae Sal. ut refelleret, longo sermone f.* 379[b]—386[c]. *studuit.* 3) *I,* 11, *Opera ed. Maur.* (1705) *II, col.* 11. 4) *Haec verba* (De — tuum) *leguntur in libello Pseudo-Isidoriano De norma vivendi c.* 10, *Isidori Opera ed. Arevalus VII, p.* 342. 5) *Verba* et qui — odit *non leguntur in Biblia, sed Luc.* 10, 16: Qui vos audit, me audit. 6) *In prologo galeato in Bibliam (in libros Regum).* 7) *Sequentia exscripta sunt ex Iacobi Legenda Aurea c. CXXIV* (119), *ed. Grässe p.* 555.

Nam et aliquando, cum quidam sibi familiarissimi coepiscopi ad detractionem linguam laxassent, ádeo *Iac. L. Aur.*
dure eos redarguit, ut diceret, quod, nisi desisterent, aut superfluos versus ipsos deleret aut a mensa
recederet[a]. Si sic fecisset Liviensis episcopus, de fratribus Minoribus et Predicatoribus cum suis clericis in mensa sua minime murmurasset. Hinc Daniel dixit XI*: *v. 27.
*Ad mensam unam mendacium loquentur, et non proficient*[b]. Item de clericis et sacerdotibus Liviensis episcopi, qui cum eo de fratribus Minoribus et Predicatoribus
murmurabant in mensa, dici potest quod dicit sapiens in Prover. XXIX*: *Princeps qui libenter audit verba mendatii omnes ministros habet impios.* Item Eccli. X*: *v. 12. *v. 2.
*Secundum iudicem populi sic et ministri eius: et qualis rector est civitatis, tales et habitantes*[c] *in ea*[b]. Item de sacerdotibus et clericis secularibus manifestum est, quod
semper insidiantur nobis et libenter calumniantur nos. Ideo congruit eis quod
dicit Micheas II*: *Calumniabantur virum et domum eius,* id est beatum Franciscum *v. 2.
et fratres Minores, *virum et hereditatem eius,* id est beatum Dominicum et fratres
Predicatores. Cassiodorus[1]: *Calumniator *est qui innocentiam alienam in reatum nititur exquisita machinatione deducere.* Cassiodorus. *f. 387c.
Talis calumniator est cetus sacerdotum
et secularium clericorum contra ordines fratrum Minorum et fratrum Predicatorum[a].
Et quamvis dicat David: *Redime me a calumniis hominum, ut custodiam mandata tua,* et *Ps. 118, 134.*
filius eius in Eccle. dicat VII*: *Calumnia conturbat sapientem et perdet robur cordis eius*[d], *v. 8.
tamen alibi dicit, Prover. XII*: *Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, impii* *v. 21. 22.
*autem replebuntur malo. Abominatio est Domino labia mendatia; qui autem fideliter agunt, placent ei.* Ideo Dominus dicit Iere. VII*: *Numquid me ad iracundiam pro-* *v. 19.
*vocant, dicit Dominus?*[e] *Nonne magis*[f] *semetipsos in confusionem vultus sui?* Ad
primum igitur obiectum, quod de decimis est, dicimus, quod miramur et ultra
modum[g] miramur illorum stultitiam, qui dicunt, quod nos debemus predicare, quod
decime dentur eis, quia, sicut apostolus de seipso ad Cor. dicit prima I*: *Non enim* *v. 17.
*me misit Christus baptizare, sed evangelizare:* sic non reputamus nos positos ad decimas predicandum, sed pro salute animarum ad faciendum maiora, ut lucremur
Deo animas, quas diabolus auferre conatur. Et tamen interdum de decimis predicamus[2], quando materia dicendi occurrit et tempus et locus, ut ibi: *Duo homines* *Luc. 18, 10. 12.*
*ascenderunt in templum, ut orarent,* quorum unus, qui dixit: *Decimas do omnium que*
*possideo,* legitur reprobatus, quia in Ecclesiastico dicitur VII*: *Non te iustifices ante* *v. 5.
*Deum, quoniam agnitor cordis ipse est.* De alio vero dicitur Prover. XVIII*: *v. 17.
*Iustus prior est accusator sui.* Ideo Dominus dixit de eo Luc. XVIII*: *Amen*[h], *dico* *v. 14.
*vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur*[a]. Item quando ponitur Tobie historia, occurrit
similiter materia dicendi de decimis, ubi dicitur Tobie I*, quod ipse Tobias *omnia* *v. 6. 7.
**primitiva sua et decimas suas fideliter offere*bat, *ita ut in tertio anno proselitis et advenis ministraret omnem decimationem*[b]. *f. 387d.
Nunquam fratres Minores et Predicatores
predicaverunt, quod decime non sint dande[2]. Quare ergo conqueruntur de eis?
Iam non conquerimur nos, si non veniunt ad lavandum nobis scutellas et ad
faciendum nobis coquinam. Quod si faceremus, ipsi reputarent nos fatuos, quia
non sunt ab aliquo deputati ad hoc. Ita reputamus nos ipsos[3] fatuos, cum de

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) inhabitantes *Vulg. et sic supra p.* 267, *l.* 3. *et saepius.* d) illius *Vulg.* e) *hoc loco signum interrogationis in c., non post* provocant. f) magis *deest Vulg.* g) modum *in marg. a Sal. suppl.* h) Amen *deest Vulg.*

1) *Expos. in Psalmum* 71, *Opera ed. Garetius (Rotomagi* 1679*) II, col.* 240. 2) *Eadem fere vide iam supra f.* 379[b], *p.* 405. 3) *Scilicet clericos saeculares.*

supradicta materia aliquid dicunt, scilicet de decimis predicandis. Ad[a] secundum, quod est de sepulturis, dicimus, quod longo tempore ante nos fratres Predicatores receperunt sepulturas, quas ita bene poteramus recipere sicut ipsi; sed abstinebamus amore clericorum, volentes pacem habere cum eis iuxta verbum quod
*v. 18. scriptum est ad Ro. XII*: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*[b]. Sed quia ipsi non cognoverunt iuxta verbum quod scriptum est
*v. 8. Prover. XXVI*: *Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem*, ideo modo recipimus, quia quilibet potest eligere sibi sepulturam ubi vult[b]. Hactenus enim damnificati sumus et rusticitatem maximam fecimus, quam modo cognoscimus, recusando sanctam Elisabeth[1], que fuit filia regis Hungárie[2], et recusando comitem Provincie[3], qui fuit pater regine Francie[4] et regine Anglie[5], et in loco fratrum Minorum de Aquis, ubi iam habitavi[6], sepeliri volebat, et fuerat
*v. 37. maximus noster amicus; et Ecclesiasticus dicit VII*: *Mortuo non prohibeas gratiam*[b].
*v. 20. De sepultura etiam mortuorum multum commendatur Tobias I*. Esdras similiter
*4, 2, 23. in apocrifis* dicit: *Mortuos ubi inveneris, signans commenda sepulcro, et dabo tibi*
*f. cccss[a]. *primam sessionem in resurrectione mea.* *Ad[a] tertio obiectum dicimus, quod ex privilegiis nobis concessis libere possumus per Dei gratiam ubique confessiones audire. Ad[a] quartum dicimus, quia non usurpavimus nobis predicationis offitium, quin ipsi possint in ecclesiis suis predicare, si volunt, nec contemnuntur a populo, si scientiam et bonam vitam habuerint. Immo magis propter nos populus est talibus assuetus et libentius audit. Sed ipsi met sacerdotes propter malam
Gregorius[c]. vitam faciunt se contemni. Ideo dicit Gregorius[7]: *Cuius vita despi-*
Gregorius[c]. *citur, restat, ut et predicatio contemnatur.* Idem[8]: *Timere debet qui vult aliis predicare, ne proprio iaculo seipsum percutiat, cum predicatio sine opere con-*
Cassiodorus. *temnatur.* Unde Cassiodorus dicit: *Nichil me docere potest, in quo*
Bernardus[d]. *nichil invenio imitandum.* Item Bernardus[d, 9]: *Homo litteratus et non*
Ieronimus. *morigeratus est inimicus Dei armatus.* Item Ieronimus[10]: *Perdit auctori-*
*v. 9. *tatem docendi, cuius sermo opere destruitur.* Item Prover. XVIII*: *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Beatus Gregorius papa fecit Dialogorum libros IIII[or], in quibus posuit multos sanctos, quia in primitiva ecclesia fuerunt multi sanctissimi viri et per longa tempora post; quod bene figu-
*v. 42. 43. ratum fuit I. Macha. IIII*, ubi dicitur, quod *Iudas elegit sacerdotes sine macula, habentes voluntatem in lege Dei, et mundaverunt sancta*[e]. Si quis modo vellet de illa materia dialogum facere, potius feces inveniret quam sanctos viros[11], quibusdam viris religiosis exceptis. Quod in secundo libro Machabeorum bene fuit prefigu-
*v. 14. 15. ratum, ubi dicitur IIII*: *Sacerdotes*[f] *iam non circa altaris offitia dediti essent, sed contempto templo et sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palestre et prebitionis eius iniuste et in exerciciis disci. Et patrios quidem honores nichil habentes Grecas*

a) *hinc versus novus coeptus, praecedente* ℭ *minio scripto in c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) G[r]. *c.* d) B[r]. *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) ita ut *praecedit in Vulg.*

1) *Quod Sal. iam supra f.* 333[b]. *dixit: cf. p.* 295, *n.* 6. 2) *Andreae II.* 3) *Raimundum Berengarium IV. Eadem de hoc comite iam supra f.* 333[b], *p.* 295. *leguntur. De quo cf. etiam supra f.* 308[a], *p.* 235. 4) *Margaretae.* 5) *Alienorae.* 6) *A.* 1248. *c. Ind. ex. — Sept.* 14. *Cf. supra f.* 333[a, c], *p.* 294 *sq.* 7) *Homil. in Evang. I,* 12, *Opera ed. Maur.* (1705) *I, col.* 1476; *qui locus iam supra f.* 383[c], *p.* 414. *allatus est.* 8) *Idem locus cum sequente Cassiodori iam supra f.* 267[d], *p.* 140. *allatus est.* 9) *Idem locus iam supra f.* 269[c], *p.* 144. *laudatus est.* 10) *Epist.* 69, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1735) *I, col.* 420. 11) *Eadem iisdem fere verbis Sal. dixit supra f.* 255[b], *p.* 115.

*F.* 388[b]. De defectibus et turpitudinibus quorumdam sacerdotum circa divina ministeria.

---

*glorias optimas arbitrabantur.* *Igitur quorumdam sacerdotum propter eorum *f. 388b.
malam vitam contemnitur predicatio, quia *commixti sunt inter gentes et didicerunt* Ps. 105,35.36.
*opera eorum et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in scandalum.* Dominus
etiam discipulis[a] suis dixit Mat. V*: *Vos estis sal terre; quod si sal eva[nuerit]*[b], *in* *v. 13.
*quo salietur? Ad nichilum valet ultra, nisi ut mi[ttatur] fo[ras] et con[culcetur] ab*
*h[ominibus].* Inveni quosdam sacerdotes dantes ad usuram et facientes peculium, ut dent spuriis suis. Item inveni aliquos tenentes tabernam cum signo circuli[1] vinumque vendentes et totam domum filiis spuriis plenam habentes et cum focaria sua tota nocte in eodem lecto iacentes et in crastinum celebrantes. Et quando populus communicat, et superabundant hostie consecrate, ponunt eas in scissuris murorum, id est ipsum dominicum corpus. Et alia turpia multa et auditu orribilia faciunt, que subticeo brevitatis causa. Missalia, paramenta et corporalia habent indecentia, grossa, nigra et maculata, calices stagneos, rubiginosos et parvos, vinum pro missa aut agreste aut acetosum. Hostia ad conficiendam usque[c] ádeo parva est, quod vix extra digitos valeat apparere, nec est orbiculata, sed quadrata et tota ex muscarum stercoribus maculata. Multe mulieres habent meliores ligaturas subtellarium, quam multi sacerdotes habeant cingulum, stolam et manipulum, ut vidi oculis meis. Quadam die, dum quidam frater Minor in ecclesia cuiusdam sacerdotis in quodam festo celebrare deberet, oportuit eum habere corigiam focarie sacerdotis cum multis clavibus ibi ligatis; et dum volvebat se frater, quem bene cognovi, ad dicendum: *Dominus vobiscum,* populus rumorem clavium
audiebat. Sed non talis fuit cinctura Aaron, de qua habetur Eccli. XLV*: *Et* *v. 10. 11.
*circumcinxit*[d] *illum*[e] *tintinabulis*[f] *aureis pluri*mis in gyro dare sonitum in incessu suo,* *f. 388c.
*auditum facere sonitum in templo in memoriam filiis gentis sue.* Pro his ergo predicabo, ut habeant decimas, et pro his cessabo a missis conventualibus celebrandis, ut possint oblationes habere, quas ita bene expendunt? Absit, absit! Audi etiam,
quid de talibus Dominus mecum sentiat. Dicit enim Iere. V*: *Numquid super his* *v. 29.
*non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea?*
Hoc ipsum imprecatur Iere. Tren. I*: *Ingrediatur omne malum eorum coram te, et* *v. 22.
*devindemia*[g] *eos, sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas*[h]. Et sic patet solutio ad quinto obiectum de missis sollemnibus et oblationibus sacerdotum. Ad quod etiam dicimus, quod nos tenemur ex regula nostra[2] facere offitium secundum ordinem sancte Romane ecclesie, nec oblationes in missis recipimus. Et detur, quod nullus secularis veniret ad missas nostras, nichilominus eas sollemniter cantaremus. Ad sexto nobis malitiose impositum, scilicet quod sumus doniatores, id est quod libenter mulieres videmus et loquimur dominabus et in familiari collo-
quio sumus cum eis, dicimus, quod verba illorum sunt ista, qui[i] *ponunt maculam* Eccli. 11, 33.

a) di. *c.* b) *nonnulla verba per sillabas vel litteras initiales tantum indicata in c.* c) parua usque ádeo *corr.* usque ádeo parua, *et* ē (est) *a Sal. superscr. post* parua *c.* d) ɔ̄cinxit *c.;* cinxit *Vulg., sed* circumcinxit *praecedit v.* 9. e) eum *Vulg.* f) *sic c.* g) *sic et supra p.* 336, *l.* 5; vindemia *Vulg.* h) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* i) q (que) *corr.* q (qui) *c.*

1) *Quo scilicet indicaretur, ut videtur, tabernarium esse clericum tonsum (habentem circam).*
2) *Reg. secunda cap.* 3: Clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctae Romanae ecclesiae.

*F.* 388[d]. Rationabilis responsio bonorum religiosorum contra mordaces suos,
*Eccl. 11, 33.* qui nituntur *ponere maculam in electis.*
*F.* CCC89[a]. De quodam Faventino episcopo, qui fuit strangulatus[1].
De quodam canonico, qui fuit a diabolo suffocatus.

---

*in electis,* id est ioculatorum et hystrionum et illorum qui milites de curia appel-
lantur, qui credunt se ex hoc de suis lasciviis et vanitatibus excusationem habere,
si alios infamaverint'. Tunc respondit Matulinus et dixit: 'In veritate dico
vobis, frater Salimbene[a], quod verba sunt Liviensis episcopi et non hystrionum;
qui etiam me vidente surrexit a mensa et accepit Bibliam et ostendit michi in
*v. 12. 13. Ecclesiastico IX.* sic scriptum: *Cum aliena muliere ne sedeas omnino nec accumbas
cum ea super cubitum, et non altercéris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in
illam, et sanguine tuo labaris in perditionem.* Et dicebat, quod vos fratres Minores
*f. 388[d]. et Predicatores to*ta die facitis contra istam scripturam, et[b] clerici sui consentie-
bant sibi confirmando que dixerat'. Tunc respondi et dixi: 'Liviensis episcopus
*v. 33. talis est, qualem describit Ecclesiasticus XI*: *Bona enim in mala convertens in-
*v. 35. *sidiatur et in electis imponit*[c] *maculam.* Et ideo subdit*: *Attende tibi a pestifero,
fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum*[d]. Sed melius
*v. 17. faceret Liviensis episcopus, si illam scripturam opere adimpleret, que dicit Eccli. IX*:
*Non placeat tibi iniuria iustorum*[e], *sciens, quoniam usque ad inferos non placebit*
*Ps. 67, 31.* *impius*[d]. De clericis vero suis dico, quod ipsi sunt *congregatio taurorum in vaccis
populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento:* nec laudari ab eis desidero[f],
Seneca. quia Seneca[2] dicit: *Tam carum tibi sit laudari a turpibus, quam si laudéris
ob turpia*[d]. Nos et Predicatores sumus pauperes mendicantes, quos oportet de
helemosinis vivere, et inter alias personas, que nobis bene faciunt, mulieres sunt,
*v. 27. iuxta verbum quod scriptum est Eccli. XXXVI*: *Ubi non est mulier, ingemiscet*[g]
*egens.* Hoc ideo dicit, quia misericordiores sunt ad pauperibus dandum et magis
compatiuntur afflictis quam viri, qui durioris cordis sunt. Et ideo, quando mittunt
pro nobis, oportet nos ire ad eas vel pro infirmis suis vel pro alia quacumque
tribulatione, quam habent, ut rependamus eis aliquod beneficium, et ne inveniamur
*v. 15. *Eccli. 9, 13.* ingrati, quia apostolus dicit ad Colo. III*: *Et grati estote*[d]. Nec altercamur cum
aliqua muliere in vino[3], quia secundum constitutionem nostram[4] in civitatibus
bibere non audemus nisi cum prelatis et personis religiosis et dominis terrarum.
*v. 12. 13. Scimus etiam scripturam que dicit Eccli. XLII*: *In medio mulierum noli commo-
rari. De vestimentis enim procedit tinea, et a muliere iniquitas viri.* Ego autem
*f. CCC89[a]. cognovi talem episcopum, qui de die in lecto suo denuda*bat iuvenculam mulierem,
ut eam diu videret et tangeret, et ponebat florinos aureos super corpus illius et

a) Salibn *c.* b) et cler. sui *in loco raso.* c) *sic Sal. saepe scripsit;* imponet *Vulg.* d) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* e) iniustorum *Vulg.* f) desidero *a Sal. superscr.* g) ingemiscit *Vulg.*

1) *Iuxta quod in textu dixit Sal. hoc loco* suffocatus, *in versu sequente* strangulatus *scribere debuisset.* 2) *Immo Martinus Dumiensis, Form. honestae vitae IV, 9, Senecae opera ed. Fr. Haase III, p.* 472; *cf. supra f.* 370[c], *p.* 386, *n.* 3, *ubi idem locus allatus est.* 3) *Cf. supra l.* 11. 4) *Vide constitutiones ordinis Minorum datas in capitulo Narbonensi a.* 1260, *ed. Fr. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 98: nec bibant *(fratres)* in civitate vel villa, ubi fratres morantur, nec comedant nisi cum prelatis et dominis terrarum et viris religiosis.

coxas, quos postea donabat eidem, et dicebat, quod non erat plus mundus. Et
erat senex et *inveteratus dierum malorum.* Et post paucos dies quadam nocte fuit Dan. 13, 52.
suffocatus a quodam, qui attinebat eidem[1]; et totum thesaurum suum, quem rep- 1273.
perit, asportavit. Et istius episcopi interfui sepulture. [Iste[a] fuit Faventinus epi- (Dec. 27).
scopus[2]; cui successit quidam iuvenis de ordine fratrum Predicatorum[3], qui Padue
erat in studio. Qui cum venisset Faventiam, statim consecrationem obtinuit, et 1274.
fecit largas expensas tam religiosis quam concivibus suis secularibus. Erat enim
Faventinus, et omnibus qui voluerunt dedit comedere. Habebat enim thesaurum
precedentis episcopi[4] in domo fratrum suorum; et erat ex parte domni Alber-
ghetti[5], et quasi violenter et symoniace factus fuit et prece et pretio et median-
tibus minis; que omnia fuerunt causa destructionis Faventie, quia ex hoc invidia
et odio provocata altera pars, scilicet filii domni Akarisii cum sequacibus suis,
fecerunt venire Livienses[6] et expulerunt de civitate partem contrariam sibi. Epi-
scopus vero ivit Bagnacavallum et clausus de nocte morabatur in campanili plebis
illius propter timores nocturnos, quia pelli sue timebat; et paucis diebus postea
supervixit, et factus fuit alter episcopus[7], iuxta verbum quod scriptum est: *Fiant* 1282. Ps. 108, 8.
*dies eius pauci*]. Cognovi etiam[b] quendam canonicum, quem diabolus strangu-
lavit, et fuit sepultus in sterquilinio iuxta porcos. Hunc pluries invenerunt in
lecto suo cum quadam nobili muliere[c], quam amasiam retinebat, fratres Minores,
quando summo diluculo ibant ad eum ad aliquid inquirendum; erat enim iuris
peritus. [Iste[d] fuit Iohannes de Bondeno[8] Ferariensi, qui X annis stetit in ordine
fratrum Predicatorum et postea apostatavit et intravit ordinem canonicorum sancti
Frigdiani de Luca et cum eis fuit aliquibus annis; postea inde egressus factus est
canonicus Ferariensis in matrice ecclesia. Cum autem habitaret in ecclesia sancti
Alexii et ibi quandam dominam nobilem, pauperem Paduanam, ab Icilino expul-
sam, retineret amasiam, inventus fuit in lecto a diabolo sine confessione et viatico
suffocatus. Erat autem ecclesia sancti Alexii in vicinia, in qua antiquitus domnus
Guilielmus de Markesella habebat palatia sua[9]]. Longum esset, si vellem nar-
rare lascivias et miserias et turpitudines clericorum. Quod necesse non video, quia,
sicut dicit apostolus ad Gala. VI*: *Unusquisque onus suum portabit.* Et prima ad *v. 5.
Cor. dicit III*, quod *unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* *v. 8.
Et ad Ro. XIIII.* dicit, quod *unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.* Et *v. 12.
in secunda ad Cor. V.* dicit, quod *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* *v. 10.

a) *uncis inclusa in marg. inferiore folii* 388v. *a Sal. post suppleta sunt.* b) 7 (etiam) *a Sal. superscr.* c) m| mlie *c., prius* m *expunctum.* d) *uncis inclusa in marg. inferiore a Sal. post suppleta sunt.*

1) *Cf. supra p.* 421, *n.* 4. 2) *Iacobus III. de Petrella, qui obiit a.* 1273. *Dec.* 26/7. *Cf. Petri Cantinelli Chron. ad a.* 1274, *Rerum Ital. SS., Nova ed. XXVIII,* 2, *p.* 18: in die mane festivitatis sancti Iohannis evangeliste, que est immediate post festum nativitatis Domini, inventus est mortuus in camara domnus Iacobus de Petrella episcopus Faventinus, quem suffocaverunt familiares sui. 3) *Theodericus II. a.* 1274—1281. 4) *Quem tamen Sal. supra l.* 3. 4. *asportatum esse dixit.* 5) *De Manfredis.* 6) *Quod factum est, cum a.* 1274. *Iun.* 2. *Lambertacii e civitate Bononiensi expulsi essent et Forlivium se recepissent. Cf. supra f.* 362c, *p.* 370. 7) *Vivianus de Aretio a.* 1282. 8) *Bondeno (circ. Ferrara), quod Ferariense dixit Sal., ut idem ab aliis locis eiusdem nominis distingueret.* 9) *Cf. Riccobaldi Pomerium c.* 95, *Muratori, SS. IX, col.* 125: Eius Guilielmi *(de Marchesella)* habitatio fuit Ferrarie parochia sancti Petri secus Padum; *Chron. parva Ferrar., ib. VIII, col.* 480: in parochia sancti Petri: . . . . Adelardi, ex quibus fuit Guilielmus de Marchesella.

---

*ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum'.* Cum
igitur hec omnia perorassem, dixit Matulinus: 'Optime solvistis questiones meas.
Amodo habeo vos et Predicatores excusatos et ero defensor vester contra sacer-
dotes et clericos, qui vos calumniari nituntur. Videtur enim michi, quod invidia
et malivolentia incitat eos adversum vos, sicut principes sacerdotum, scribe et
Pharisei ex invidia moti sunt contra Christum et occiderunt eum. Quibus impre-
*v. 23. catur Iere. XVIII*, cum Deo dicit: *Ne propitieris iniquitati eorum, et peccatum*
*f. 389b. *eorum a facie tua non deleatur. Fiant* *corruentes in conspectu tuo, in tempore*
*furoris tui abutere eis'.* Dixi autem Matulino: 'Quinque annis habitavi in civi-
tate Ravenne[1], nec unquam domum domni Marchi Michaelis intravi, qui est
unus de maioribus et nobilioribus et ditioribus civitatis illius'. Et dixit michi:
'Ego centies intravi et comedi cum eo'[a]. Et aio ad eum: 'Quis ergo est maior
doniator, tu vel ego?' Et dixit: 'Video, quod ego. Et conclusistis michi et scac-
cum michi dixistis, nec habeo amplius quid respondeam'[a]. Et[b] dixi Matulino:
*v. 28. 'Dominus in evangelio dicit Mat. V*: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,*
*v. 1. *iam mecatus est eam in corde suo.* Et beatus Iob dicit XXXI*: *Pepigi fedus cum*
*oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine.* Et beatus Gregorius dicit[2]: *Non licet*
*v. 1. *aspicere quod non licet concupiscere.* Apostolus similiter dicit I. ad Cor. VII*: *Bonum*
*v. 1. *est homini mulierem non tangere.* Ecclesiasticus quoque dicit XIII*: *Qui tetigerit*
*6, 29. *picem, inquinabitur ab ea.* Ideo dicit sapiens Prover. V*[c]: *Qui ingreditur ad mulierem*
*proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam.* Dominus etiam castitatem precepit,
*v. 35. cum dixit Luc. XII*: *Sint lumbi vestri precincti.* Quod exponit beatus Gregorius
Gregorius[d]. dicens[3]: *Lumbos enim precingimus, cum carnis luxuriam per continentiam*
*v. 22. *coartamus.* Apostolus etiam in prima ad Timotheum V.* castitatem precipit, cum
dicit: *Teipsum castum custodi*[e]. De castitate similiter Iudith commendatur, cui a
*v. 11. presbiteris dicitur XV*: *Confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris et post*
*virum tuum alterum nescieris*[e]. Cum igitur non ignoremus hec omnia, non sumus
Tob. 2, 18. doniatores, ut amici nostri nobis imponunt, sed *sumus filii sanctorum* et servi Dei
altissimi *et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nun-
quam mutant ab eo'.* Quid plura? Usque adeo Matulinus factus est meus amicus,
*f. 389c. ut semper invenirem eum paratum ad servitia impendenda[a]. *Sed nec ipse aliquid
perdidit inde, quia dedi sibi uxorem filiam cuiusdam Ferariensis, qui habitabat
Ravenne; ex qua habuit magnam dotem, adiuvantibus apud marchionem[4] domno
Guidone de Polenta et domno Adhegerio[f] de Fontana[5]. Confitebatur enim mecum
1. Reg. 13, 14. pater puelle in illa *infirmitate, de qua mortuus est,* et ipso volente et consentiente

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *penna mutata.* c) *sic c. pro* VI, *sed supra p.* 258, *l.* 8. VI. d) G'. *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sic, ut habet c., hoc nomen nonnusquam scribitur in tabulis pro* Aldegherio.

1) *Inter a.* 1264. *et* 1269, *ut videtur, non continuo (cf. supra p.* 166, *n.* 4. *et p.* 267, *n.* 1) *et iterum a.* 1273. *Aug. (cf. infra f.* 410[a. b]. *et quae ibi adnotavi).* 2) *Moralium in Iob l. XXI,* § 4, *Opera ed. Maur. (Parisiis* 1705) *I, col.* 679, *ubi:* quia intueri non decet quod non licet concupisci. *Idem locus iisdem verbis iam supra f.* 322[c], *p.* 269. *allatus est.* 3) *Haec verba Gregorii In Evang. l. I, hom.* 13. *supra iam bis f.* 317[c]. 322[b], *p.* 258. 269. *a Sal. ad eundem versum Bibliae allata sunt.* 4) *Estensem Opizonem II.* 5) *Quorum*

*F.* 389[d]. De fratre Thoma de Papia, ministro Tuscie.

---

feci hoc totum. Et dixit michi pater puelle: 'Frater Salimbene[a], retribuat vobis Dominus, quia filia mea remansisset in taberna post mortem meam et forte facta fuisset meretrix, nisi vos fuissetis, qui maritastis eam. Iam letus moriar, ex quo constat michi, quod filia mea bene est maritata'.

Iam[b] nunc ad principalem materiam redeamus[1]. Igitur domnus Opiço Parmensis episcopus clericos suos multum tenebat sub baculo et ordinem fratrum Minorum diligebat et pro eis contra mordaces pugnabat[c]. Idem fecit domnus Phylippus archiepiscopus Ravennás[c]. Qui cum multas pugnas fecisset et multas victorias habuisset, factus iam senex et *antiquus*[d] *dierum*, infirmatus est *infirmitate*, de *qua mortuus est*[c]. *Dan.* 7, 9. *4. Reg.* 13, 14. Et volens mori in terra sua[2] faciebat se portari in quodam lecto ligneo a XX hominibus, decem et X succedentibus[f] sibi[3]. 1270. Et cum fuit Imole[4], voluit esse in loco fratrum Minorum, et ego tunc temporis habitabam ibi. *(Sept. 2?)* Et totum refectorium concessimus sibi. Et non fuit nobiscum nisi una die[e]. Cum autem esset Pistorii, misit pro fratre Thoma de Papia, qui erat notus et amicus suus ab antiquis diebus, et confessus est secum et ordinavit bene cum eo de salute anime sue. Et sic quievit in pace[5], sepultus in ecclesia fratrum Minorum de Pistorio[6]. Fuit autem frater Thomas de Papia sanctus homo et bonus et magnus clericus et lector in theologia Parme et Bononie et Ferarie multis annis[e]. *Antiquus[g] erat in ordine fratrum Minorum, sapiens et discretus et vir boni et *f. 389[d].

a) Salibn *c.* b) *minio linea subducta est sub* Iam — redeamus *in c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) antiq⁹ *c.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) succedētibus *c.* g) Antiq⁹ *c.*

*alter fuit Ravennas, alter Ferrariensis. Quod factum esse apparet, antequam illi de Fontana ex civitate Ferrariensi a.* 1273. *expellerentur. Cf. supra p.* 168, *n.* 5. *Cum a.* 1273. *Sal. iterum Ravennae fuerit, qui supra p.* 428, *l.* 11. *dixit se iam antea quinque annis Ravennae fuisse, conicere potes hoc a.* 1273. *factum esse.* 1) *Scilicet ad ea quae dixerat f.* 378[c.d], *supra p.* 403, *ubi 'principalis materia' est de legatis curiae Romanae in Lombardia.* 2) *In districtu scilicet Pistorii, ut supra f.* 373[c], *p.* 393. *dicitur et ut hoc loco apparet, cum infra Philippus Pistorii sepultus esse dicatur, licet supra f.* 241[d], *p.* 83. *is* de Luca vel de Pistorio *fuisse tradatur, etiam supra f.* 286[d], *p.* 184. *Lucensis dicatur.* 3) *Cf. tabulam datam Bononiae a.* 1270. *Sept.* 3. *apud Amadesium, In antist. Ravenn. chronotaxim disquis. III, p.* 195, *nr.* 55, *et (M. Sarti), De claris archigymn. Bonon. profess. I,* 2, *p.* 104 *sq., edd. C. Albicinius et C. Malagola II, p.* 57 *sqq., nr.* 35: Cum ven. pater dom. Phylippus . . . archiepiscopus sit corporea infirmitate gravatus et pro sui salute intendat, eum quod oporteat, ad partes Tuscie, in quibus ortum assumpsit, personaliter se conferre, eo quia earum parcium aerem et situm eius egritudo requirit. *Ut igitur sanitatem recuperaret, non, ut Sal. dicit, ut in patria moreretur, in Tusciam profectus est. Nam patriae aerem aegrotis salubrem esse tunc credebatur; cf. supra f.* 386[c], *p.* 420. 4) *Cum Philippus Bononiae Sept.* 3. *in itinere Tuscico fuerit (cf. n.* 3*), Imolae aut Sept.* 2. *aut paucis diebus ante eum fuisse patet.* 5) *Obiit a.* 1270. *inter Sept.* 9. *et Oct.* 21; *cf. Amadesius l. l. III, p.* 53. *Clemens IV. papa quidem a.* 1268. *Iul.* 30. *rumore acceperat Philippum iam tunc mortuum esse; Amadesius l. l. III, p.* 199, *nr.* 56, 3 *(Potthast nr.* 20430; *Ed. Jordan, 'Registres de Clément IV.' p.* 275, *nr.* 712*), neque tamen dubium est, quin hic rumor falsus fuerit.* 6) *Falsum igitur est quod prius credebant (Ughelli-Coleti, Italia sacra II, p.* 380 *sq.; Amadesius l. l. III, p.* 51; *Cappelletti, 'Le Chiese d'Italia' II, p.* 135 *sq. etc.) eum in ecclesia Cisterciensium Ferrariae sepultum esse. Ille Philippus Fontana a.* 1274. *mortuus, cuius tabula sepulcralis ibi inventa est (sine titulo archiepiscopi), alius homo fuisse videtur de gente Ferrariensi illorum de Fontana.*

sani consilii. Familiaris homo fuit, alacer, humilis atque benignus et Deo devotus et predicator gratiosus atque sollemnis[a]. Multis annis minister provincialis fuit in Tuscia. Cronicam magnam[1] fecit, quia multum abundabat et erat prolixus. Fecit etiam tractatum sermonum[a]. Fecit similiter magnum opus in theologia et multum diffusum, quod pre sui magnitudine Bovem appellavit. Provinciam Tuscie ad bonos mores reduxit. Multum fuit amicus meus, quia multis annis in conventu Ferariensi[2] habitavi cum eo. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace![3] Amen.

Porro domnus Philippus archiepiscopus Ravennás, qui fuit legatus domni pape, cum esset in villa que appellatur Argenta iuxta Padum et deambularet per palatium suum, ibat cantando aliquod responsorium vel antiphonam ad laudem virginis gloriose ab angulo palatii ad alium angulum, et in quolibet tempore estivo bibebat, quia in quolibet palatii angulo enghestariam optimi et precipui vini habebat in frigidissima aqua. Fuit enim magnus potator et aquam in vino nolebat, propter quod et tractatum Primátis, quem fecit de non miscenda aqua vino, optime diligebat, quem forte in hoc libro ponemus causa solatii ad noticiam aliquorum[a]. Verumtamen sciendum est, quod aqua valde utilis est in vino propter multa, quia vinum limphatum non ledit caput nec rodit stomachum nec facit fetidum os nec impedit linguam nec inebriat nec facit verbosum nec provocat opus venereum, quia *venter mero estuans*, ut dicit Ieronimus[4], *cito spumat in libidinem*. Ducit pre-
*f.CCCXC[a.b.] †v. 37. terea aqua vinum *ad[b] tales corporis partes, ad quas per se non iret. Eccli. XXXI†: *Sanitas est anime et corporis*[c] *sobrius potus*. De hac materia in fine secundi libri
*15, 40. Machabeorum* sic habetur: *Vinum semper bibere aut semper aquam contrarium est,*
*v. 23. *alternis autem uti delectabile*. Hinc apostolus in prima ad Timotheum dicit V*: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates.*

Incipit[d] tractatus Primátis de non miscenda aqua vino[5].

Proemium.

*Denudata*[e] *veritate succinctaque brevitate ratione varia*
*Dico, quod non copulari debent, immo separari que sunt adversaria.*
*Cum in scypho reponuntur, vinum aqua coniunguntur, sed talis coniunctio*
*Non est bona, nec laudari debet, immo nuncupari melius confusio.*

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *folio* 390. *pagina recta et paginae versae superior pars non in binas columnas divisae sunt, sed lineae per totas paginas tractae.* c) corpori *Vulg.* d) *linea minio ducta sub* Inc. — vino *in c.* e) *omnium stropharum prima littera minio picta.*

1) *Illam, cuius magna pars SS. XXII, p.* 483 *sqq. edita est. Nam hunc Thomam eius auctorem esse bene monuit E. Winkelmann, 'N. Archiv' VII, p.* 641. 2) *In quo Sal. a.* 1249. *c. Iul. Aug.* — 1256. *post mensem Maium habitavit. Et ipse Thomas dicit se a.* 1253. *in Romania fuisse, SS. XXII, p.* 483, *n.* 7. 3) *Cum haec haud multo post diem Iun.* 23. *a.* 1284. *scripta sint (cf. supra f.* 382[c], *p.* 412*), Thomas obiit inter a.* 1280 *(cf. SS. XXII, p.* 484*) et* 1284. *Iun.* 4) *Epist.* 69, *Opera ed. Vallarsius (Veronae* 1735*) I, col.* 421; *Decr. Gratiani I, Dist.* 35, *c.* 5. 5) *Hoc carmen editum est ex cod. S. Germani nr.* 376. *saec. XIII. ab Edélestand du Méril, 'Poésies inédites du moyen âge' (Paris* 1854*) p.* 303—313. *Priores* 23 *versus exstant inter Carmina Burana ed. Schmeller p.* 232 *sq., nr.* 173 = *Iac. Grimm in 'Philol. u. hist. Abhandl. d. kgl. Akad. zu Berlin'* 1843. *p.* 230 *sq. Disposui versus, sicut*

Vinum loquitur contra aquam dicendo.

*Vinum sentit aquam secum, dolens inquam*[a]*: 'Quis est*[b] *mecum ausus te coniungere?*[c]
*Exi, surge, vade foras! non eodem loco moras debes mecum*[c*] *facere.*
*Super terram debes teri et cum terra commiscéri, ut in lutum transeas.*
*Vilis et inverecunda*[d] *prima*[e] *queris, ut inmunda mundi loca subeas.*
*Mensa per te non ornatur, nullus homo fabulatur in tui presentia,*
*Sed qui prius est iocundus, ridens et verbo facundus, rumpit nunc silentia.*
*Cum quis de te forte potat, si sit sanus, tunc egrótat, conturbat*[f] *precordia.*
*Venter tonat, surgit ventus, qui inclusus, non ademptus multa dat supplicia.*
*Quando venter est inflatus, tunc diversos reddit flatus ex utroque gutture.*
*Et cum ita dispensatur ventus*[g]*, aer perturbatur a corrupto murmure'.*

Aqua contra vinum dicit.

*Aqua*[h] *contra surgit ita: 'Turpis iacet tua vita cum*[i] *magna miseria.*
*Qui sunt tui potatores, vitam perdunt atque mores, tendentes ad vitia.*
*Tu scis linguas impedire, titubando soles*[k] *ire tua sumens basia,*
*Verba recte non discernens, centum putas*[l] *esse cernens duo luminaria.*
*Et qui tuus est amator, homicida, fornicator, Davus, Gesta*[m]*, Biria:*
*Tales tibi famulantur, tales de te gloriantur tabernali curia.*
*Propter tui*[n] *pravitatem nullam habens*[o] *libertatem domos tenes parvulas.*
*Ego magna sum in mundo, dissoluta me diffundo per terre particulas*[p]*.*
*Potum dono sitienti et salutem sum querenti valde necessaria,*
*Que adveho peregrinos tam remotos quam vicinos ad templi palatia'.*

Vinum respondet, contra aquam dicit.

*Vinum hec: 'Te plenam fraude probas esse tali laude: verum est, quod suscipis*
*Naves, post hec intumescis, dum franguntur, non quiescis, et sic eas decipis.*
*Qui non potest tunc potare et te totum desiccare, tendit ad pericula.*
*Tibi credens sic declinat, ita per te peregrinat ad eterna secula.*
*Ego deus, hoc*[q] *testatur, istud*[r] *Naso: per me datur cunctis sapientia.*
*Cum non potant me magistri, sensu carent, et ministri non frequentant studia.*
*Non a falso potest verum separari*[s]*, nisi merum me potare nititur.*
*Claudus currit, cecus videt, egens surgit, deflens ridet*[t]*, per me mutus loquitur,*

a) *sic* (īq̄) *c.; lege* inquit, *ut edd. habent.* b) te mecum ausus est *edd.* c) *non signum interrogationis, sed punctum in c.* c*) mecum debes *edd.* d) inuereꝯda *c.* e) *lege* rimas, *ut edd. habent.* f) *lege* conturbas, *ut edd. habent.* g) venter *edd.* h) *penna mutata.* i) *lege* in, *ut edd. habent.* k) *lege* solet, *ut edd. habent.* l) *lege* putat, *ut edd. habent.* m) *lege* Geta, *ut edd. habent.* n) tuam *edd.* o) habes *edd.* p) porticulas *c.* q) et *ed.* r) illud *ed.* s) *lege* separare, *ut ed. habet.* t) surdus audit, mens subridet *ed.*

*Sal. in codice suo eos scripsit, qui binos versus, quorum extremae sillabae consonant, unco [ coniunxit. Ex multis variis lectionibus editionum eas tantum attuli, quibus Sal. lectiones corruptae corriguntur, aut quae his praeferri possent. Sed hic solus saepe veram lectionem praebet et solus v. 37. habet.*

*Per me senex iuvenescit, per me*[a] *ruit et senescit iuvenum lascivia.*
*Per me mundus reparatur, per te nunquam generatur filius vel filia'.*

Aqua respondet[b].

*Aqua dixit: 'Tu es deus, per quem iustus homo reus, malus peior, pessimus.*
*Verba facis semiplena balbutire cum lagena, si sitiens*[c] *Didimus.*
*f. 390c.d. **Execretur tale* numen, limes fraudis et acumen, fons, origo criminis.*
*Quid*[d] *est boni novercatur, quod est terris se furatur*[e] *per adventum fluminis.*
*Ego loquor veritatem: dono terris ubertatem, per me vernant omnia.*
*Cum non pluit, exarescunt herbe, fruges, et marcescunt flores atque folia.*
*Mater tua tortuosa nunquam surgit fructuosa, sed omnino sterilis,*
*Sua coma denudata serpit humi desiccata, vana fit et fragilis.*
*Fames terras comitatur me cedente, perturbatur deflens omnis populus.*
*Pro me Christo Christianus, tam Iudeus quam paganus preces fundit sedulus'.*

Vinum respondet[b].

*Vinum ait: 'De te, canis! te collaudas verbis vanis: alibi te vidimus.*
*Universis cum sis nota talis*[f] *et inmunda tota, credis, quod non novimus?*
*Cum*[g] *fex rerum es sentina, que descendunt in*[h] *latrina suscipis, que taceo.*
*Sordes, feces et venena, cuncta rapis ut efrena*[i], *que narrare nequeo'*[1].
*'Sermo tuus non me ledet, tamen turpis male sedet ore dei ratio.*
*Ultra passa nolo ferre, nolo virus nec*[k] *sufferre, sed a me proicio'.*
*Vinum ad hec: 'Exorata*[l] *verba sint*[m] *post terga data, non excludunt*[n] *vitium.*
*Multi ferre te viderunt sordes, que non*[o] *perierunt per diei spatium'.*

*Audiens hec obstupescit aqua, deflens obmutescit, geminat suspiria.*
*Vinum clamat: 'Quare taces? Patet res*[p], *non ita*[q] *iaces rationis nescia'.*

*Ego quidem*[r] *disputator, huius cause terminator, omni dico populo:*
*Qui est miscens, execretur et a Christo separetur in eterno seculo! Amen.*

a) *lege* te, *ut ed. habet.* b) ℞ *c., quod Sal. saepe pro* respondit *scripsit. Supra p.* 431, *l.* 28. 29. ℞dȝ = respondet. c) sic fit sciens *ed.* d) Quod est bonum *ed.* e) et quod terris separatur *ed.* f) vilis *ed.* g) *lege* Tu fex rerum et sent. *cum ed.* h) de *ed.* i) *sic c.;* effrena *ed.* k) nae *ed.* l) *sic c., signo compendii super* o *eraso, ubi* exõrata (exorrata) *fuisse videtur; lege* Exornata *cum ed.* m) sunt *ed.* n) excludis *ed.* o) Multi saepe te biberunt, qui per sordes *ed.* p) Iam patet *ed.* q) *lege* quod victa *cum ed.* r) praesens *ed.*

1) *Sal. omisit semistropham, ex qua patet sequentia (v. 49. 50) ab aqua dici:*

Aqua surgit, se defendit
atque vinum reprehendit
de turpi colloquio:
'Quis vel qualis sit, iam patet,
iste deus, et non latet
tali vaticinio'.

*F.* 390[d]. De morte domni Urbani pape quarti.
*F.* CCCXCI[a]. De magistro Martino Mantuano episcopo.

---

*Quodam[a] tempore domnus Phylippus archiepiscopus Ravenne in villa Argente de voluntate sua ita morabatur clausus in palatio suo occasione marchionis Hestensis[1] et marchionis Pelavicini, cum quibus in discordia erat, quod ad se intrare neminem permittebat, exceptis familiaribus et ministrantibus sibi paucis[b]. Erat autem quidam Pisanus magister in gramatica nomine Peregrinus, bonus homo et sanctus, qui cum archiepiscopo morabatur et pueros in Argenta docebat. Hic erat notus meus et omnes fratres Minores intime diligebat. Cumque ministraret michi in prandio in domo archiepiscopi inferius iuxta Padum, quia noviter veneram de Ravenna, dixi sibi: 'Magister Peregrine, libenter loquerer cum archiepiscopo, si permitteret me intrare, quia dicerem sibi nova'. Et dixit michi magister Peregrinus: 'Dicatis michi illos rumores, et ego referam sibi, quia nullum nisi de familia pa*titur ad se ingredi'[b]. Tunc dixi sibi: 'Domnus papa Urbanus quartus ultimum diem clausit'[2]. Cucurrit et retulit archiepiscopo que dixeram sibi. Qui gavisus est, quia sperabat habere papatum[3], tum quia legatus erat et homo famosus et magni nominis, et qui multum pro ecclesia laboraverat, tum etiam quia in Toletana urbe magister nigromantie predixerat sibi, quod in ecclesia magnus esset futurus[c.4]. Auditis ergo rumoribus de papa defuncto misit michi exenium de piscibus marinis mediam turtam. Et dixit iuvenis dapifer, exenii portitor: 'Dominus meus mittit vobis de prandio suo et mittit dicendo, si vere creditis, quod mortuus sit papa'. Erant autem ibi tres vel IIII[or] alii de familia, qui ad audiendum venerant[b]. Tunc dixi: 'Certissime scio, quod mortuus est, et vacat papatus'[c]. Quod cum retulissent domino suo, *misit michi secundo exenium aliud, misit et tertio, semper de morte Romani pontificis inquirendo. Cumque in respondendo gravarer, dixi archiepiscopi nuntiis: 'Vultis, quod de ista materia paucis et breviter expediam vos?' Et dixerunt: 'Ita, pater'[b]. Tunc dixi eis: 'In illa navi, que est in Pado, est quidam frater Minor infirmus, qui in IIII[or] diebus venit Ravennam de curia[5] et interfuit sepulture papali, et referet vobis omnia que desideratis audire'. Festinaverunt igitur et audiverunt ab eo, et ego comedi in pace cum socio meo. Et cum pervenimus Ferariam cum fratre infirmo, tota civitas plena erat de morte Romani pontificis, quia quod archiepiscopus a nobis habuerat Ferariam miserat, volens inde habere honorem, si primus videretur relator.

*f. 390c. 1264. — (c. Oct. 6). — *f. 390d. — *f. CCCXCIa.

Post[d] hunc factus fuit legatus[6] magister Martinus de Parma ad predicandum crucem et ad ordinandum illos qui crucem predicarent et homines crucesignarent in succursum Terre Sancte. Hic fuit nutritus in casali illorum de Puçulesio de Parma. Hunc papa Innocentius quartus fecit episcopum Mantuanum[7]. Et fuit curialis homo, humilis et benignus et liberalis et largus. Libenter dabat come- 1263.

a) *abhinc folii* 390. *paginae versae pars inferior in duas columnas divisa est.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *penna mutata, littera initiali* P *minio picta.*

1) *Opizonis II.* 2) *A.* 1264. *Oct.* 2. 3) *Cf. supra f.* 377[d], *p.* 401. 4) *Supra f.* 373[d], *p.* 394. 5) *Scilicet Perusio. Haec igitur Oct.* 6. *vel* 7. *facta videntur esse.* 6) *Hic non legatus apostolicus fuit, sed tantum litteris Urbani IV. papae datis a.* 1263. *Oct.* 4, *J. Guiraud, 'Registres d'Urbain IV', 'Reg. ord.' I, p.* 226, *nr.* 466, *ei commissum est, ut crucem in Lombardia et in marchia Tervisina et Romaniola praedicaret.* 7) *A.* 1252. *Maii* 31, *Potthast nr.* 14616. *Qui obiit a.* 1268. *Iul.* 24.

*F.* 391[b]. De fratre Regaldo Rotomagensi archiepiscopo.

---

dere aliis curialiter et decenter, et erat magnus potator. Largas expensas fecit [1254. *(Febr. 16).*] Mantue fratri Rigaldo [1] et toti familie sue, cum transisset per eum eundo ad curiam. Et misit ante eum senescalcum suum volens sibi facere expensas usque Bononiam. Sed frater Regaldus[a] hoc non est passus, quia dixit, quod de medietate reddituum suorum poterat splendide vivere et decenter cum tota familia sua, et aliam medietatem habebat superfluam. Et habebat LXXX[ta] equitaturas in illo itinere et [*(Febr. 19).*] decentem familiam. Et cum comedit Ferarie in civitate [2], tenuit secum ad come- [**f. 391b.*] dendum IIII[or] fratres Minores, qui iverant *ad visitandum ipsum[b]. Et habebat ante se super mensam duas magnas concas argenteas, in quibus pro pauperibus ponebantur cibaria. Et portabat dapifer semper duo fercula de quolibet ciborum genere secundum diversitates ciborum et ponebat ante fratrem Rigaldum. Ille vero unum ferculum retinebat sibi, de quo comedebat, aliud vero pro pauperibus refundebat in concas. Et sic faciebat de qualibet appositione et diversitate ciborum. Erat autem frater Regaldus ex ordine fratrum Minorum et Rotomagensis archiepiscopus et unus de maioribus clericis de mundo. Magister cathedratus fuit Parisius et multis annis legit theologiam in domo fratrum. Optimus disputator fuit et gratiosus sermocinator[b]. Opus fecit super Sententias. Amicus fuit regis Francie sancti Lodoici, qui etiam laboravit pro eo, ut archiepiscopatum Rotomagensem[c] haberet [3]. Ordinem fratrum Predicatorum multum dilexit sicut et ordinem fratrum Minorum, de quo erat, et fuit eorum benefactor. Turpis erat in facie, sed gratiosus in moribus et operibus suis. Sanctus homo fuit et Deo devotus et bene finivit vitam suam [4]. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! Fratrem germanum habuit in ordine, pulchrum hominem et magnum clericum, qui dicebatur frater Adam li Rigalde [5]. Ambos pluries vidi et in diversis locis [6].

[1263 ex. *vel* 1264?] Porro magister Martinus, natione Parmensis, Mantuanus episcopus et domni pape legatus, pro negotio sibi imposito venit Ravennam et hospitatus est in monasterio sancti Iohannis evangeliste, quod condam Galla Placidia imperatrix fieri fecit [7]. Et cum habitarem Ravenne [8], ivi ad visitandum ipsum, quia amicus erat fratris Guidonis Ade, fratris mei, qui in ordine fratrum Minorum vitam suam finivit. Cumque cum episcopo et legato starem ad fenestram palatii, post multam [**f. 391c.*] precedentem aliam *sessionem, interrogavit me, ubi esset locus fratrum Minorum. Tunc ostendi sibi locum, ubi erat magna ecclesia [9] et magnum campanile[d] ad modum turris magne, et dixi sibi: 'Illum locum dedit nobis domnus Philippus archiepiscopus Ravenne [10], quia multum diligit ordinem fratrum Minorum et liberalis est nobis'[e]. Tunc dixit episcopus: 'Benedicatur ipse, quia bene facit et sapienter. [**v. 7.*] Dicit enim Ecclesiasticus IIII*: *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Et

a) *sic h. l. et paulo post l.* 15, *ut in inscriptione columnae.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) rotomage, *a Sal. superscr.* se *c.* d) capanile *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Odoni Rigaldo.* 2) *Quod a.* 1254. *Febr.* 19. *factum est, cum Sal. Ferrariae a.* 1249—1256. *morabatur. Cf. 'Journal des visites pastorales d'Eude Rigaud, arch. de Rouen, publié par Th. Bonnin', Rouen* 1852, *p.* 179. 3) *A.* 1248. *mense Martio.* 4) *Obiit a.* 1275. *Iul.* 2. 5) *Qui saepe a.* 1251—1268. *occurrit in 'Journal' n.* 2. *dicto p.* 144—607. *et App. p.* 655—671. 6) *Odonem Rigaldum vidit a.* 1248. *Ian. Senonibus (supra f.* 302[a]. 303[a], *p.* 222. 224*), secundo Ferrariae, ut videtur.* 7) *Cf. Agnelli Liber pont. eccl. Rav. c.* 27. 42, *SS. Lang. p.* 291. 307. 8) *Inter a.* 1263. *Oct. et* 1264. *Oct. hoc factum esse videtur, Urbano IV. vivente.* 9) *S. Petri Maioris.* 10) *A.* 1261. *Ian.* 4; *cf. supra f.* 376[d], *p.* 399.

iterum Eccli. XII*. *Si bene feceris, scito, cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.* *v. 1. 2. *Bene fac iusto, et invenies retributionem magnam, et si non ab ipso, certe a Deo*[a]'. Et addidit episcopus: 'Et creditis vos, frater Salinbene[b], quod nos episcopi possimus salvari, qui sumus in tot laboribus et sollicitudinibus et anxietatibus occasione subditorum et gregis nobis commissi, nisi vos religiosi, qui familiariter estis Deo coniuncti, adiuvetis nos cum cappis et caputiis vestris?'[c] Tunc volens confortare episcopum dixi sibi: 'Sapiens in Prover. dicit XV*: *Cor gaudens exhilarat faciem,* *v. 13. *in merore animi deicitur spiritus.* Item Prover. XII*: *Meror in corde viri humiliabit* *v. 25. *eum*[d], *et sermone bono letificabitur.* Beatus[e] Bernardus in expositione Canticorum multa bona pro episcopis dicit, reprimendo religiosorum temerarium iuditium contra eos. Dicit enim[1]: *Fratres, revereamur episcopos, sed vereamur labores* Bernardus[f]. *eorum. Si labores pensamus, non affectamus honores. Agnoscamus impares vires nostras, nec delectet molles et femineos humeros virorum supponere sarcinis, nec observemus eos, sed honoremus. Inhumane nempe eorum redarguis opera, quorum onera refugis. Temerarie obiurgat virum de prelio revertentem mulier nens in domo. Dico enim: Si is qui de claustro est eum qui versatur *in populo interdum minus districte* *f. 391d. *minusve circumspecte*[g] *sese agere deprehenderit, verbi gratia: in verbo*[h], *in cibo, in somno, in risu, in ira, in iuditio, non ad iudicandum confestim prosiliat, sed meminerit scriptum: "Melior est iniquitas viri quam* Eccli. 42, 14. *bene faciens mulier". Nam tu quidem in tui custodia vigilans bene facis. Sed qui iuvat multos, et melius facit et virilius. Quod si implere non sufficit absque aliqua iniquitate, id est absque quadam inequalitate vite et conversationis sue, memento, quia "caritas operit multitudinem peccatorum"*[c]. Hec dicta sunt 1. Petr. 4, 8. contra geminam temptationem, qua sepe viri religiosi episcoporum vel ambire gloriam vel excessus temere iudicare diabolicis instigationibus incitantur'[i]. Igitur cum hec omnia recitassem, dixit episcopus: 'Retribuat vobis Dominus, frater Salimbene[b], quia optime confortastis me. Revera, sicut dicit Ecclesiasticus XXXII*: *v. 22. vos estis *vir consilii*, qui *non disperdet intelligentiam*'.

Post[k] istum missus fuit in Lombardiam alius legatus, quidam cardinalis[2], qui fuerat archiepiscopus Embronicensis, de quo quia superius dixi[3], hic tacendum videtur, hoc excepto, quia, cum esset bonus cantor et bonus clericus, et placuisset sibi alleluia beati Francisci, scilicet *O patriarcha pauperum*[4], voluit transformare sub eodem cantu ad honorem virginis gloriose, faciens versum talem[5]:

*O consolatrix pauperum*
*Maria, tuis precibus*
*auge tuorum numerum*
*in caritate Christi!*
*Quos tu de mortis manibus,*
*per filium humilimum*[l],
*mater, eripuisti.*

[Item[m] hic composuit Summam que dicitur Copiosa[6]].

Post[k] istum missus fuit quidam capellanus[7] legatus a domno papa, qui voluit 1265. habere milites a qualibet civitate in adiutorium regis Karoli contra Manfredum

a) *sic et supra p.* 257, *l.* 4; Domino *Vulg. et sic supra p.* 407, *l.* 6. — *Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sic h. l. c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sic et supra p.* 147, *l.* 2. *et p.* 421, *l.* 28; illum *Vulg. et sic supra p.* 346, *l.* 9. e) *penna mutata.* f) B'. *c.* g) c̄ospecte *c.* h) cibo (?) *corr.* ubo *c.* i) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* k) *littera initialis* P *minio picta.* l) *sic c.* m) *uncis inclusa in infer. marg. alio atramento a Sal. suppl.*

1) *In Cantica sermo* 12, § 9, *Opera ed. Mabillon I, col.* 1306. 2) *Henricus episcopus Ostiensis. Qui a.* 1259, *antequam cardinalis esset, fuit legatus in marchia Trivisina; Rolandin. Patav. XI,* 11, *SS. XIX, p.* 132; *Epist. pont. sel. III, p.* 464, *nr.* 503. 3) *F.* 344[b], *p.* 323. 4) *Quod ineditum affert Chevalier, Repert. hymnolog., Suppl. nr.* 30808 *(III, p.* 436*).* 5) *Editum a Mone, 'Lat. Hymnen des Mittelalters' II, p.* 213, *ad nr.* 493. 6) *In decretales scilicet, ab editoribus dicta Ostiensis, saepe typis excusa.* 7) *Gaufredus de*

filium Friderici. Et bene dederunt sibi Lombardi et Romagnoli certam militum
1266. quantitatem, qui habuerunt victoriam de Manfredo, pugnante Karulo et exercitu
*f. cccxcii[a]. 1265. Gal*lico dimicante. Cum autem legatus ille pro militibus Faventiam advenisset,
congregavit fratres Minores et Predicatores in camera Faventini episcopi[1], qui erat
ibi cum canonicis suis; et ego similiter interfui et audivi que dixit. Et paucis
expedivit nos more Gallicorum, qui breviter dicunt, et non more Cremonensium,
qui in multiloquio delectantur[a. 2]. Vituperavit enim Manfredum et coram nobis
multipliciter diffamavit. Postea dixit, quod exercitus Gallicus celeriter veniebat;
Dec. 25. et verum dixit, ut vidi oculis meis in proxima tunc Christi domini nativitate.
Tertio dixit, quod negotium, pro quo ibant, cito cum victoria bonum finem haberet.
Et ita fuit, quamvis ex auditoribus truffatorie aliqui deriderent dicentes: 'Ver, ver,
cum bon báton', id est cum bonis baculis Gallici habebunt victoriam.

1266. Post[b] istum missus fuit quidam alius capellanus legatus[3] in Lombardiam,
qui valde bene scivit introducere Cremonenses in Cremonam qui ex parte ecclesie
erant extra, et diu exulaverant expulsi et vagabundi. Sagaciter etiam expulit
1267. Bosium de Dovaria et Pellavisinum et abstulit eis Cremone dominium[4], quod diu
tenuerant, et multa mala fecerant. Intrantes vero Cremonenses qui erant ex parte
ecclesie reddiderunt eis vicem pro vice destruendo turres et domos eorum et palatia
et occupando terras et possessiones eorum more Lombardico.

1278. Post[b] istum missus fuit legatus cardinalis[5] Latinus quidam iuvenis et maci-
lentinus[c], qui erat ex ordine fratrum Predicatorum, quem papa Nicholaus tertius
fecerat cardinalem[6] et legatum ob gratiam parentele[a]. Iste legatus turbavit
*f. 392[b]. mulieres cum constitutionibus suis. In quibus or*dinavit, quod mulieres longas
caudas vestium non haberent, in quibus prius multum fuerant vitiose. Ordinavit
etiam, quod quelibet mulier velato capite deberet incedere[7]. Specialiter autem
1279. dominas de Bononia gravissime perturbavit, auferens eis quoddam signum pompe
et inanis glorie, quod portabant super scapulas ad mantellum, quod regolium vul-
gariter appellabant.

1283. Fuit[d] post supradictos domnus Bernardus, natione Provincialis, Romane curie
cardinalis[8] et in Lombardia et Romagnola legatus. Hic missus fuit a papa Mar-
tino IIII°. Iste legatus misit fratrem Fattebonum, guardianum fratrum Minorum
civitatis Furlivii, Mantuam ad domnum Pinamontem cum multis litteris suis, in
quibus rogabat eum, quod vicinos et concives suos ad pacem reduceret, ut quietam
vitam et pacificam agere possent[e]. Et domnus Pinamons curialiter recepit nuntios

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *littera initialis* P *minio picta.* c) *sic c.* d) *penna mutata, littera initiali* F *minio picta.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

*Bellomonte cancellarius Baiocensis, capellanus papae (postea a.* 1266. *archiepiscopus Montisregalis); cf. Andreas Ung. c.* 28. 29, *SS. XXVI, p.* 568; *Jordan, 'Les Registres de Clément IV.' p.* 40, *nr.* 60. 61, *dat. a.* 1265. *Oct.* 14. 18; *Potthast nr.* 19404. 1) *Iacobi III. de Petrella.* 2) *Cf. supra f.* 357[a], *p.* 353 *sq.* 3) *Duo fuere nuntii, non legati, uterque capellanus papae, Bernardus de Castineto canonicus Aurelianensis et Bartholomeus abbas S. Theodori de Tebris, qui a.* 1266/7. *hoc effecerunt quod sequitur. Sed nota etiam in Libro de temp. c.* 276, *p.* 533, *ubi vide n.* 2 (= *infra f.* 408[a]), *hoc uni legato adscriptum esse.* 4) *Cf. infra f.* 408[a]; *Ann. Placent. Gib. p.* 517 *sqq.; Ann. Cremon., SS. XXX, p.* 20. 5) *Episcopus Ostiensis et Velletrinus; cui a.* 1278. *Sept.* 25. *legatio commissa est; Potthast nr.* 21459. 6) *Cf. quae ad f.* 281[a]. *adnotavi supra p.* 170, *n.* 3. 7) *De his constitutionibus vide supra f.* 280[d]. 281[a]. *p.* 169 *sq.; Iac. Aquensis, Hist. patriae Mon., SS. III, col.* 1609. 8) *Episcopus Portuensis, cui legatio commissa est a.* 1283. *Iun.* 17; *Potthast nr.* 22038. *Cf. supra f.* 362[b], *p.* 369, *infra f.* 425[a].

*F.* 392[c]. Hic cautela habenda docetur occasione domni Pinamontis, qui gloriabatur, quod omnia sibi prospere succedebant.

*F.* 392[d]. De decima omnium ecclesiarum, quam fecerat colligi papa Gregorius[a] decimus pro Terre Sancte succursu, quam alibi papa Martinus postea commutavit.

---

cardinalis, tum quia fratres Minores erant, tum etiam quia a tanto domino mitte- 1283.
bantur. Et tamen erat statutum ab eo, quod, quicumque aliquam litteram portaret
in Mantuam, decollari deberet. Et misit fratribus Minoribus occasione nuntiorum
istorum unum plaustrum boni vini et medietatem unius meçene porcine. Et unus
de filiis suis misit fratribus magnam et pulcherrimam turtam et alia exenia multa.
Reversi sunt itaque fratres ad cardinalem portantes litteras domni Pinamontis.
Quid continent, Deus novit. Facta sunt autem hec circa festum omnium sanctorum *Nov. 1.*
anno Domini M⁰CC⁰LXXX⁰III⁰. Erat autem domnus Pinamons quidam civis
Mantue, et usurpaverat sibi dominium civitatis sue et expulerat concives suos et
occupaverat bona eorum et domos et turres destruxerat illorum quos inimicos
credebat. Et timebatur sicut diabolus. Et erat homo senex *et totus canus, et **f. 392c.*
habebat filiorum maximam turbam. Inter quos erat unus[b] frater Minor, qui dicebatur frater Philippus, bonus homo et honestus et lector in theologia. Hic aliquando fuit hereticorum inquisitor, et multos cepit et fugavit et destruxit de
terra que dicebatur Sermilion. Item domnus Pinamons solitus erat gloriari,
quod in isto suo dominio nunquam habuerat aliquod infortunium, sed omnia ad
vota sucesserant[c]. Que erat stultitia magna, cum sapiens in Prover. dicat XXVII*: **v. 1.*
*Ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superventura pariat dies.* Item in Poetria
novella[1] sic habetur:

*Si bene successit, non prima, sed ultima spectes.* Versus.
*A casu describe diem, non solis ab ortu.* Versus.
*Sub meliore statu semper peiora caveto.* Versus.

Ideo Eccli. XI.* sic habetur: *In die bonorum ne inmemor sis malorum et in die* **v. 27.*
*malorum ne inmemor sis bonorum.* Et poeta[2]:

*Cum fueris felix, que sunt adversa caveto.* Versus.

Et apostolus ad Ro. XI*: *Noli altum sapere, sed time.* Item Iob XV†: *Quid te* **v. 20. †v. 12.*
*elevat cor tuum, et quasi magna cogitans attonitos habes oculos?* Item III. Reg. XX*: **v. 11.*
*Non*[d] *glorietur accinctus eque ut discinctus.* Item Eccli. XVIII*: *Memento pauper-* **v. 25—27.*
*tatis in tempore abundantie et necessitatem*[e] *paupertatis in die divitiarum. A mane
usque ad vesperam mutabitur*[f] *tempus, et hec omnia citata in oculis Dei. Homo sapiens
in omnibus metuit.* Ideo dicit Ieronimus[3]: *Prudenter timetur quicquid* Ieronimus.
*potest accidere.* Item apostolus prima ad Cor. X*: *Qui se existimat stare, videat, ne* **v. 12.*
*cadat*[g]. Nam cecidit Lucifer, cecidit Adam, cecidit Iudaicus populus, cecidit apostolus Petrus. Prover. XXIIII*: *Septies enim cadet iustus et resurget, impii autem* **v. 16.*
*corruent in malum.* Item Prover. XXVIII*: *Beatus homo qui semper est pavidus;* **v. 14.*
*qui vero mentis est dure, corruet in malum.* Porro de *legato supradicto adhuc **f. 392d.*

a) G'. *c.* b) unus *a Sal. superscr.* c) *sic c.* d) Ne *Vulg. et sic supra p.* 212, *l.* 10. e) *sic c.*; necessitatum *Vulg.* f) immutabitur *Vulg.* g) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *Galfridi de Vino-salvo v.* 280 *sq.* 285, *ed. Leyser (Helmstadii* 1724*) p.* 14 *sq. et in eius Hist. poet. et poem. medii aevi p.* 878. 2) *Cato, Dist. I,* 18. 3) *Cf. supra f.* 222[c], *p.* 36, *n.* 13.

dicemus, cum pervenerimus ad domnum papam Martinum quartum[1], qui misit istum legatum in Romagnolam; in qua habenda expendit XIIII vicibus centum milia florinos aureos. Et in solo castro Meldule[2], quod V mensibus fuit obsessum, expendit papa Martinus IIII. CCC[ta] milia libras imperialium tempore istius legati. Hec fuit[a] decima omnium ecclesiarum, quam faciebat colligi papa Gregorius decimus pro Terre Sancte succursu, que taliter commutata fuit.

Isti supra positi fuerunt XII nobilissimi ecclesiastici principes et legati, quos in Lonbardiam[b] et Romagnolam misit ecclesia, non solum pro animarum salute, verum etiam et contra draconis astutiam[3], Fridericum scilicet, qui cum suis principibus et sequacibus conabatur subvertere ecclesiasticam libertatem et corrumpere
*v. 15. fidelium unitatem. Et[c] sic verum apparet verbum Eccli. XXXIII*: *Contra malum bonum est et contra vitam mors*[d]. *Sic et contra virum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi, duo contra*[e] *duo et unum contra unum*[f]. Et quia, sicut dicit
*v. 7. Ys. XXXII*: *Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mites in sermone mendatii, cum loqueretur pauper iuditium:* ideo aliquos principes Friderici describendos putavi ad noticiam preteritorum habendam[f]. Nam,
*v. 18—21. sicut dicit Daniel V*: *Deus altissimus regnum et magnificentiam, gloriam et honorem dederat* Friderico. *Et propter magnificentiam, quam dederat ei, universi populi, tribus et lingue tremebant et metuebant eum. Quos volebat interficiebat et quos volebat percutiebat. Quos volebat exaltabat et quos volebat humiliabat. Quando autem elevatum est
*f. CCC93[a]. cor eius, et spiritus illius ob*firmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, et gloria eius ablata est, et a filiis hominum eiectus est.* Ad litteram Fridericus imperator condam nobiles de regno Sicilie, Apulie et Calabrie Terreque Laboris interfecit atque delevit et alios surrogavit[g] iuxta verbum quod scriptum est Iob
*v. 24. XXXIIII*: *Conteret multos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis.*

Isti[h] sunt ergo principes, quos habuit Fridericus, scilicet:

Comes[i] Gualterius de Manupel.

Comes Thomasius de Cerra.

Comes Riçardus de Caserto.

Marchio Umborgo[4] domnus Bertoldus.

Marchio Lancea[5], Lombardus de Pedemontis; cuius soror vel neptis[6] mater fuit principis Manfredi, qui regnum occupavit post mortem patris et Conradi fratris, et quem Karolus[c] debellando occidit et regnum possedit.

Domnus Riçardus de Monte-nigro.

Domnus Marinus de Ebulo.

Domnus Riçardus Filingeri.

a) fuit *a Sal. in marg. suppl.* b) *sic h. l. c.* c) *penna mutata.* d) *sic etiam infra f.* 404[c]; mortem vita *Vulg.* e) et *Vulg.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic c.* h) *hoc loco non versus novus coeptus in c., sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.* i) *singula nomina in singulis lineis scripta in c., cuique* ℭ *minio praescripto.*

1) *Tamen perpauca infra f.* 425[a]. 438[b]. *de eo relata sunt.* 2) *Quod castrum a.* 1282. *obsessum est; vide infra f.* 423[b]. 3) *Cf. supra f.* 371[d], *p.* 389, *n.* 2. 4) *De Hohenburg.* 5) *Manfredus II.* 6) *Neptem Manfredi II. Lanceae marchionis, filiam videlicet sororis eius Blancae, fuisse Blancam matrem Manfredi regis recte, ut videtur, Sal. dixit supra f.* 295[c]. 355[b], *p.* 205. 349, *sed infra f.* 406[c]. *eandem dubitationem atque hoc loco ponit. Ubi vide quae adnotavi.*

*F.* 393[b]. De dracone Apoc. XII, qualiter eum describit abbas Ioachym in libro Figurarum.
*F.* 393[c]. De septem persecutionibus novi Testamenti.
De temporibus septem sigillorum Apoc.

---

Domnus Thebaldus Franciscus[1].

Domnus Petrus de Calabria, mariscalcus.

Domnus Pandulfus de Faxanello.

Domnus Petrus de Vinea. Hic fuit litterarum imperatoris dictator, quem imperator logotetham appellavit, et fuit valde magnus in curia imperatoris[2].

Iudex Tadeus de Suessa.

Domnus Odovrandinus Caçaconte.

Habuit et multos alios per civitates Ytalie, quos ponebat ad defendendum imperium et ad confundendum ecclesiasticos viros. Quorum historiam ponere multum dedignor, quia non videtur michi digna relatu[a], cum dicat scriptura de
malis Ps.*: *Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur.* Et iterum *68, 29.
Iob XVIII*: *Memoria* eorum *pereat de terra, et non* †*celebretur nomen* eorum *in* *v. 17. †f. 393b.
*plateis.* Digne hoc fieri imprecatur, quia sapiens in Prover. dicit XXVIII*: *v. 28.
*Cum surrexerint impii, abscondentur homines; cum illi perierint, multiplicabuntur*
*iusti.* Et infra XXIX*: *In multiplicatione iustorum letabitur vulgus; cum impii* *v. 2.
*sumpserint principatum, gemet populus.* Et nota, quod imperator Fridericus solitus erat dicere, quando aliquem sublimabat, si videbat, quod honore et divitiis abundaret: 'Nunquam nutrivi porcum, de quo axungiam non habuerim'[3]. Volebat dicere, quod postea expoliabat eum honore impenso et divitiis, quas habebat[b]. Ad
litteram ita erat. Tanta erat avaritia eius, quod *radicem verbi inveni*ebat *contra* *Iob 19, 28.*
aliquem principem, quasi quod proditor esset imperii; et sic *calumniabatur virum* *Mich. 2, 2.*
*et hereditatem eius,* quam postea occupabat, principe interempto[c]. Sed nec ipse transivit impunis. Bene enim quod merebatur accepit. Ideo congruit ei quod[d]
dicit Ys. XVI*: *Finitus est enim pulvis, consumatus*[e] *est miser, defecit qui conculcabat* *v. 4.
*terram*[b]. Ad litteram de eo scriptum est[4]: *In ipso quoque finietur imperium, quia, etsi successores sibi fuerint, imperiali tamen vocabulo ex Romano fastigio privabuntur.* Ista scriptura vera videtur.

Nunc[f] secundum abbatem Ioachym de diabolo dracone dicamus, de quo habetur
Apoc. XII*: *Ecce draco magnus ruffus*[g], *habens capita VII et cornua decem, et in capitibus* *v. 3. 4.
*eius septem diademata, et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum celi et misit eas in*
*terram*[c]. De hac materia satis habetur Apoc. XVII, ubi* dicitur de muliere sedente *v. 3.
*super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphémie, habente*[h] *capita VII et cornua X.* Et
exponit angelus ibidem* dicens: *Septem capita VII montes sunt, super quos mulier sedet; et* *v. 9—14.
*reges VII sunt. Quinque ceciderunt. Unus est, et* **alius nondum venit. Et cum venerit, oportet* *f. 393c.
*illum breve tempus manere. Et bestia, que erat et non est, ipsa octava est et de septem est et*

a) relatu *radendo corr.* relatu *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) qd' (quod) *a Sal. in marg. suppl.* e) *sic c.* f) Nunc *in loco raso, littera initiali* N *magna atramento nigro et minio picta, ubi antea* Nunc *simplici modo scriptum fuisse patet.* g) rufus *corr.* ruffus *c.* h) *sic c.;* habentem *Vulg.*

1) *De quo vide supra f.* 284[b. c], *p.* 178. *et f.* 353[a], *p.* 343. 2) *Vide de eo supra f.* 293[b. c]. 353[a], *p.* 200. 343. 3) *Eadem iam supra f.* 293[b], *p.* 199. *dicta sunt.* 4) *Idem a Sibylla quadam dictum Sal. supra f.* 355[a], *p.* 349. *attulit, sed hoc legitur in Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam c.* 51, *Coloniae* 1577. *p.* 386. *Cf. infra f.* 416[d]. 482[d].

*F.* 393[d]. De apertionibus sigillorum.
De regnorum exterminiis [secundum[a] expositionem Aimonis].

*in interitum vadit. Et decem cornua, que vidisti, X reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestates*[b] *tamquam reges una hora accipiunt*[c] *post bestiam. Hi unum consilium habent et virtutem et potestatem suam bestie tradent. Hi cum agno pugnabunt, et agnus vincet illos, quoniam dominus dominorum est et rex regum, et qui cum illo sunt vocati et*[d] *electi et fideles*[e].
*Ps.* 103, 26. **v.* 24. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Iob XL*: *Numquid illudes ei quasi avi aut*
*Ps.* 73, 14. *ligabis illum*[f] *ancillis tuis?*[e] *Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Ethyopum.*

Abbas[g] Ioachym in libro Figurarum ponit ista verba subsequentia super capita draconis[1], de quo supra diximus:

*Prima persecutio Iudeorum. Tempus apostolorum. Herodes. Primum sigillum.*

*Secunda paganorum*[h]. *Tempus martyrum. Nero. Secundum sigillum.*

*Tertia hereticorum. Tempus doctorum. Constantinus. Tertium sigillum.*

*Quarta Saracenorum. Tempus virginum. Machometh. Quartum sigillum.*

*Quinta filiorum Babylonis in spiritu, non littera*[i]. *Muthselmutus*[k]. *V*[m] *sigillum.*

*Apoc.* 17, 12. *Sexta presens est. Saladinus. Sextum sigillum. 'Decem*[l] *reges sunt', et alius surget post illos, et ipse potentior*[m] *erit prioribus.*

*Septima sequitur. Tempus calamitatis et miserie. Hic septimus rex est, qui proprie dicitur Antichristus, quamvis alius sit futurus post eum, non minor eo in malicia, designatus in cauda.*

*Tempus primi sigilli a Iacob patriarcha usque ad Moysen et Iosue.*

*Secundi a Iosue usque ad Samuelem et David.*

**f.* 393[d]. **Tertii a David usque ad Helyam et Heliseum.*

*Quarti usque ad Ezechiam*[n].

*Quinti ab Eçechia usque ad transmigrationem Babylonis.*

*Sexti a transmigratione Babylonis usque ad obitum Esdre et Malachie prophete.*

*Septimi ab obitu Malachie usque ad patrem Iohannis*[o] *Baptiste.*

*In novo Testamento apertio primi sigilli a Çacharia usque ad obitum beati Iohannis*[o] *evangeliste.*

*Apertio secundi ab obitu beati Iohannis usque ad Constantinum augustum.*

*Apertio tertii ex eo usque ad Iustinianum.*

*Apertio quarti ex eo usque ad Karolum.*

*Apertio quinti ex eo usque ad presentes dies, in quibus sub apertione sexti*[p] *percutienda*
*Ps.* 56, 11. *est Babylon. Post erit sabbatismus populo Dei, qui 'delectabitur*[q] *in multitudine pacis', usque*

a) sec. exp. Aim. *alio subfusco atram. posterius quam* De regn. exterm. *a Sal. add.* b) potestatem *Vulg.* c) accipient *Vulg.* d) et *deest Vulg.* e) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* f) eum *Vulg.* g) *sub* Abbas — diximus *minio linea subducta in c.* h) pag. *om. Alb. Mil.* i) non litt. *om. Alb. Mil.* k) Machseimurus *Alb. Mil.* l) Decem — prioribus *Alb. Mil. habet interposita inter* proprie *et* dicitur *l.* 18. 19, *aliis praemissis.* m) erit pot., *ut Alb. Mil. habet, corr.* pot. erit *c.* n) ezect[ia] *c.* o) Io. *c.* p) sexta *Alb. Mil. falso, qui om.* est. q) delectabilis mult. *Alb. Mil. falso.*

1) *Sequentia descripsit Albertus Milioli, Cron. imp. c.* 135, *SS. XXXI, p.* 663, *non ex hoc loco, sed eadem a Sal. ex libro Figurarum inedito descripta eum accepisse patet, cum ipse ad haec picta exhibeat quaedam, quae in schedis fratris Sal. fuisse apparet, cum ipse etiam quaedam praebeat verba, quae Sal. non habet. Similia leguntur etiam in foliis* 3. 4 *(non numeratis) Expositioni Ioachim abbatis in Apocalypsim praepositis ante tabulam (Venetiis* 1577. 4°) *cum figura draconis, quae melius loco Alberti Milioli laudato depicta est. Etiam in libello Pseudo-Ioachitico de oneribus Isaiae inedito similia de septem sigillis et septem persecutionibus leguntur, quae cum hoc loco non vel parum conveniunt.*

*F.* 394[b]. Quod fratres Minores et Predicatores dati sunt mundo in adiutorium salvandorum.

---

*ad ultimum Antichristum, qui exprimitur*[a] *in cauda draconis. Et*[b] *in hoc sabbatismo erit apertio septimi sigilli. Post solvetur Sathanas, qui tunc erit*[c] *occultus in paucis,*[d] *de carcere suo et excitabit extraneas*[e] *gentes per ultimum Antichristum, qui figuratur in cauda draconis, ad delendum nomen Christianum, et multos sanctos occidet, et pauló post ipse occidetur a Domino. Et post sequetur dies iuditii.*

De[f] expositione Aymonis super Ysaiam in fine vicesimi capituli[1].

*Consideranda est providentia Dei, quomodo omnia regna contra se in superbiam elevata destruxerit eorumque potestatem ad nichilum deduxerit. Contra*[g] *Dei voluntatem Israel sperarit in Damasco et Syris. Ideoque tam illi qui adversariis Dei promittebant auxilium quam illi qui in ipsos sperabant vastati et captivati sunt ab Assyriis.* [*f. CCC94a.] **Iudas*[g]*, id est due tribus, confidebant in Egipto*[h]*, et Egyptus*[h] *in Ethyopibus. Ipsi quoque ab Assyriis Chaldeisque victi sunt. Assyrii*[g] *superbi erant, putantes se victores existere sua virtute. A Chaldeis regnum eorum periit. Chaldei*[g] *et Babylonii erexerunt caput contra Deum. A Medis et Persis suppositi sunt. Perses*[i] *et Medi ab Alexandro Magno. Alexander*[g] *Magnus, cum se putaret esse deum, veneno periit, regnumque eius per partes divisum, a Romanis est*[k] *et in eorum potestatem redactum. Romanum*[g] *imperium, quod quasi ferratis dentibus unguibusque carnes sanctorum laceravit, ex parte iam apparet esse destructum, et destruetur in die iuditii, cum regnum Christi advenerit.*

Hec[l] omnia fecit Deus, *ut cognoscant gentes potentiam eius, quia contra Dominum*[m] *pugnare non est facile,* Eccli. XLVI*. Ideo dicitur Iob IX†: *Sapiens corde est et fortis robore.* [*v. 8. †v. 4.] *Quis restitit ei et pacem habuit?* Item Ys. XXXI*: *Ipse autem sapiens adduxit malum et* [*v. 2.] *verba sua non abstulit. Et consurget contra domum pessimorum et contra auxilium operantium iniquitatem.*

Manifestum est, quod res publica debet subesse Romano pontifici, quod probatur Deutero. XVII*. Ubi dicitur: *Si difficile et ambiguum apud te iuditium esse* [*v. 8.] *perspexeris* et cet. usque ibi*: *Cum ingressus fueris terram,* ubi tractatur de rege, [*v. 14.] qualis esse debeat et qualem vitam habere. Et nota, quod, sicut in veteri Testamento dati et missi fuerunt a Deo prophete in adiutorium regum et pontificum totiusque Iudaici populi, qui tunc temporis populus Dei erat, sic in novo dati sunt viri religiosi, qui rogant pro pace ecclesie et rei publice, id est imperii, iuxta verbum apostoli I. ad Timo. II*: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecra-* [*v. 1—4.] *tiones, *orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus* [*f. 394b.] *et omnibus qui in sublimitate sunt constituti*[n]*, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.* Hinc Ieremias dicit XXIX*: *Querite pacem civitatis*[o]*, ad quam transmigrare vos feci, et orate* [*v. 7.] *pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax vobis.* Specialiter autem ad hoc deputati et missi sunt fratres Minores[p] et Predicatores. De quibus Dominus pro-

a) expectatur *Alb. Mil. falso.* b) *praemissum* ℭ *atramento nigro scriptum.* — Ex *Alb. Mil. falso.* c) exit *Alb. Mil. falso.* d) *sic puncto distinctum in c.* e) excitans *Alb. Mil. falso.* f) *sub* De — capituli *linea rubra ducta.* g) *abhinc versus novus coeptus,* ℭ *minio praescripto.* h) *sic h. l. c.* i) *sic c.;* Persae *Haymo. Abhinc quoque versus novus coeptus cum* ℭ *minio praescripto.* k) *adde* superatum *ex Haymone.* l) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit in c.* m) Deum *Vulg.* n) const. *om. Vulg.* o) ciuitas, ti *superscripto corr.* ciuitatis *c.* p) *posteriore manu, ut videtur, corr.* Pred. et Min., *quod a fratre Sal. factum esse non credo, qui semper fere Minores Praedicatoribus praeposuerit, et signa transpositionis non modo fratris Sal. scripta sunt.*

1) *Haymonis episcopi Halberstattensis in Esaiam Commentariorum libri tres (Coloniae* 1531. 8⁰*) II, 20, f.* 67.

*F.* 394[c]. De conspiratione menbrorum contra ventrem. [Sic[a] fit quandoque contra prelatum conspiratio subditorum].

---

*v. 15. misit Iere. III*: *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina*[b].
*v. 25. 26. De prophetis autem veteris Testamenti sic dicit Iere. VII*: *Misi ad* eos[c] *omnes servos meos*
*prophetas per diem, consurgens diluculo et mittens; et non audierunt me nec inclinaverunt aurem*
*suam, sed induraverunt cervicem et peius operati sunt quam patres eorum*[b]. Ideo evenit eis
*v. 3. quod dixerat Azarias filius Obed, facto in se spiritu Dei, II. Paralipo. XV*: *Transibunt*
*autem multi dies in Israel absque Deo vero et absque sacerdote et absque*[d] *doctore et absque lege*[e].
*v. 4. 5. Idem habetur Osee III*: *Dies multos sedebunt filii Israel sine rege et sine principe et sine*
*sacrificio et sine altari et sine ephod et sine therafim. Et post hec revertentur filii Israel et*
*querent dominum Deum suum et David regem suum, et parebunt ad Dominum et ad bonum eius*
*v. 2. *in novissimo dierum*[b]. Et quoniam, sicut dicit Ecclesiasticus X*: *secundum iudicem*
*populi sic et ministri eius; et qualis rector est civitatis, tales et habitantes*[f] *in ea*, ideo
oportet, quod summus pontifex in ecclesia Dei sit bonus homo, cuius exemplo sub-
*f. 394c. †v. 4. diti bene vivant, ut de eis dicere possit *illud verbum tertie Iohannis I†: *Maiorem*
*horum non habeo gratiam, quam ut*[g] *audiam filios meos in veritate ambulare*[b]. Hoc
*v. 1. 2. autem poterit dicere, si fecerit quod Ecclesiasticus docet XXXII*: *Rectorem te*
*posuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe*[b]. Item
*v. 20. de rege Israel dicitur Deutero. XVII*: *Nec elevetur cor eius in superbiam super*
*fratres suos neque declinet in dexteram partem vel sinistram, ut longo tempore regnet*
*ipse et filii eius super Israel.* Item vitam prelati et subditorum bene describit
magister Phylippus cancellarius Parisiensis sub methaphora menbrorum corporis
dicens[1]:

*Inter*[h] *menbra singula*
*de ventris ingluvie*
*murmur est et questio,*
*Quod pro ventris crapula*
*menbra carent requie,*
*iugis fit exactio.*

*Lugens dicit oculus:*
*'Cur vigil et sedulus*
*cuncta lustrans exploro?*
*Venter cuncta dévorat,*
*avidus incorporat*
*quicquid extra laboro'.*

*Auris dicit: 'Cur audio*[i]*,*
*cur doctrinis inservio*
*nec satior auditis?*[k]
*Auditi soni pereunt,*
*ad ventrem cibi transeunt,*
*crescit fames et sitis'.*

*Naris dicit: 'Cur explores*
*cibi fumos et vapores?*[k]
*a te frustra discernuntur*
*que per ventrem confunduntur.*
*Ventris inmunditia*
*corrumpuntur omnia,*
*odor transit*[l] *in fetores'.*

*Lingua fatur: 'Quid*[m] *doctrina*
*michi prodest?*[n] *dapes, vina,*
*ista michi non parantur,*

a) Sic — subditorum *posterius quam praecedentia a Sal. addita.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) vos *Vulg. et sic supra p.* 291, *l.* 18. d) et absque *deest Vulg.* e) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* f) *cf. supra f.* 387[b], *p.* 423, *n.* c. g) ut *a Sal. superscr.* h) I *littera initialis minio a Sal. post suppleta est, ubi* n *in loco raso. Antea* In *simplici modo scriptum fuisse patet. Huius carminis versus non distincti sunt in c., sed omnia continuo per totas lineas scripta. Ante singulas strophas* ℂ *minio aut atramento nigro scriptum.* i) haurio *Eg.* k) *non signum interrogationis, sed punctum hoc loco in c.* l) t *in loco raso, in quo plures litterae antea scriptae erant.* m) Quod *Eg. falso.* n) confert *Eg.; hoc loco non signum interrogationis, sed punctum in c.*

1) *Hoc carmen editum est a P. Meyer, 'Documents mss. de l'ancienne littér. de la France conservés dans les bibl. de la Grande-Bretagne' (Paris* 1871*) I, p.* 34—37. *ex codice Egerton* 274, *cuius variam lectionem adnotavi (Eg.).*

*F.* 394[d]. Quod mediante ratione et cordis consilio facta est pax inter ventrem et menbra.

---

*cuncta ventri commendantur*[a].
*Licet per me transeant,*
*parum tamen recreant,*
*hic ciborum*[b] *officina'.*

*Manus dicunt: 'Quid labores*
*nobis prosunt, quid dolores*[c],
*cum tu, venter, cuncta vores?*
*Cum tu solus implearis,*
*nullum pascas, si*[d] *pascaris,*
*neque pastu compescaris,*
*nichil paras, immo paris*
*tortiones*[e] *et dolores'.*

*Queritur pes: 'Cur fatigor,*
*discurrendo cur affligor?*[f]
*sive curro, sive labor,*
*meum *onus, meus labor.*
*Et*[g] *dum venter cibis turget,*
*me portantem pondus urget'.*

*'Ergo restat unum consilium,*
*suspendamus omnes offitium,*
*quiescamus a labore.*
*Labor noster nobis est sterilis,*
*condemnetur ficus*[h] *inutilis,*
*moriatur cum dolore'!*

*Dum sic a propriis*
*cessant offitiis*
*interdicto communi,*
*Cibos non capiunt,*
*omnes deficiunt*
*sensus, quia ieiuni.*
*Stupent*[i] *aures tinule*[k],
*oculus caligat,*
*nutant*[l] *manus tremule,*
*pedes error*[m] *ligat.*
*Lingua, que loqui debuit,*
*explicare non potuit*
*pro ceteris querelam.*

*Omnibus dicat*[n] *ratio*
*cordis uti consilio*
*et querere medelam.*

*Tunc aperit oraculum*
*cordis secreta veritas,*
*increpat aurem, oculum,*
*docet, quanta temeritas,*
*quam damnosa presumptio,*
*quam ceca conspiratio.*

*'Quid est*[o]*', inquid*[k], *'quod facitis,*
*cur vos*[p] *stulte subducitis*
*ventri, cuius receptio*
*communis est refectio,*
*communis est utilitas*[f].
*Venter recepta continet,*
*sed nichil sibi retinet,* *f. 394[d].
*cuius est dispensatio*
*lapsorum restauratio,*
*menbrorum incolumitas.*
*Officia repetite,*
*fideli servo credite,*
*que singulis restituet.*
*Si operas subtrahitis*
*nec alimenta queritis,*
*nichil vobis distribuet.*
*In vos ipsos irruitis,*
*gladium in vos vertitis,*
*qui vos et ipsum destruet'.*

*Sic repetunt officia,*
*venantur necessaria,*
*relegatur infirmitas.*
*Reparatur lux oculis,*
*redit in menbris singulis*
*virtus, opus et sanitas.*

*Hec sub typo misterii*
*sub uno Christo capite*
*geruntur in ecclesia.*

a) comparantur *Eg.* b) ciborum *bis scriptum, alterum expunctum et linea perducta deletum in c.* c) sudores *Eg.* d) sed *Eg.* e) torsiones *Eg.* f) *non signum interrogationis, sed punctum in c.* g) Ut *Eg. falso.* h) servus *Eg.; sed nostri lectio vera rectaque videtur, ut nempe* ficus *dicatur caro superflua et supercrescens.* i) Stipent *Eg. falso.* k) *sic c.* l) mutant *Eg. falso.* m) terror *Eg. falso.* n) *lege* dictat *cum Eg.* o) *penna mutata.* p) non *Eg. falso.*

*F.* CCC95[a]. De rege Conrado, filio Friderici imperatoris condam.
De[a] rege Dacie, qui a fratre suo fuit suffocatus in mari.
*F.* 395[b]. De congregatione pastorum, que congregata est in Francia volens transfretare ad regem Francie vindicandum.

---

*Cuius sunt actus varii,*
*necessitatis debite*
*diversa sunt officia.*
*f. CCC95[a]. *Hic est auris, hic oculus,*
*lingua, manus, pes, ceteri,*
*princeps communis baiulus,*
*communi vacans operi,*
*ventris habet officium.*
*Cuius tanta sit caritas,*
*ut nichil ei proprium,*
*sed sit ut servus omnium,*
*ut sic servetur unitas,*
*dum rependit obsequium.*

*Sicut perit res publica,*
*si careat erario,*
*sic unitas catholica,*
*si[b] caret hoc officio.*

Nunc ad Conradum filium Friderici imperatoris condam accedamus.

1251. L. temp. c. 255. Anno[c] Domini M°CC°L°[1] Conradus rex, filius Friderici, cuius mater[2] fuit filia regis[3] Iohannis, ut mortuo patre Sicilie regnum susciperet, per mare in Apuliam pervenit. Et capta 1253. Neapoli muros illius[4] civitatis funditus destruxit. Sed cum sequenti anno regni sui in Apulia in- 1254. firmari cepisset, cristere[d], quod a medicis iudicabatur fieri ad salutem, veneno inmisso intulit sibi mortem[e, 5]. Cumque portaretur Panormum ad sepeliendum, quia ibi est sepultura regum, et pervenisset ad Messanam civitatem, Messeni cives ossa eius sparserunt in mare[6] in odium et in vindictam patris, qui aliquando destruxerat et occiderat maiores et meliores civitatis illius in maxima quantitate. Ipse etiam Conradus ib. 1250. offenderat eos, et ideo finaliter ulti sunt. Eodem anno in Datia Henricus[f] rex Danorum inclitus ab Abel fratre suo iuniore, ut regnaret pro eo, in mari suffocatur. Qui parum honoris et comodi[g] ex hoc est assecutus. Nam sequenti anno regni sui, cum Frixones[h] subiugare voluisset, a 1252. Frixonibus[h] est occisus.

1251. Anno Domini M°CC°LI° congregata est innumerabilis multitudo pastorum in Francia, et dicebant, quod debebant transfretare ad interficiendum Saracenos et regem Francie vindicandum. Et multi de diversis civitatibus Francie sequebantur eos, et nullus audebat eis resistere, sed dabant eis victualia et quicquid volebant. *f. 395[b]. Unde et pastores deserebant greges, ut venirent ad istos[e]. *Dicebat enim ductor[7] eorum sibi a Deo revelatum fore, quod mare aperiri debebat, et ipse debebat ducere illam multitudinem ad regem Francie ulciscendum. Et dicebam ego, cum Ier. 23, 1. talia audiebam: '*Ve pastoribus qui* derelinquunt *gregem* suum! Ubi rex Francie cum Francorum armata milicia parum potuit, isti poterunt?'[e] Credidit eis vulgus Francie, et contra religiosos et maxime Predicatores et Minores terribiliter insur-

a) De — mari *posterius quam praecedentia a Sal. addita sunt.* b) *sic Eg.;* sic *c.* c) *penna mutata.* d) *sic c.;* clistere *Alb. Mil. et Martin.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) Ericus *Alb. Mil. et Martin.:* Henricus *aliquot codices Martini.* g) *sic c.* h) Frison. *Alb. Mil.*

1) *Ad hunc annum falso haec habet Liber de temp. p.* 521, *sed Martinus Oppav. p.* 472, *ex cuius Cronica Albertus Milioli haec exscripsit:* A. D. MCCLI. 2) *Isabella.* 3) *Ierosolymitani.* 4) illius *habet Martin. Oppav., non Alb. Milioli.* 5) *Cf. supra f.* 295[c], *p.* 205, *n.* 3. 6) *Eadem, falsa procul dubio, narravit Sal. infra f.* 413[b]; *cf. Reg. Imp.* V, 2, *p.* 848 *sq., nr.* 4632a. 7) *Fuit natione Ungarus (Matth. Paris., SS. XXVIII, p.* 326; *Primat, SS. R. Gall. XXIII, p.* 9 = *Chron. Guill. de Nangis ed. H. Géraud I, p.* 208 = *Gesta Ludov., SS. R. Gall. XX, p.* 382*), dictus Iacobus (Cron. Minor, Mon. Erphesfurt. p.* 660*) vel Iacobinus (Chron. S. Martini Turon. abbr., SS. XXVI, p.* 476*). Rogerus dicitur alter eorum dux Hist. regum Franc. Cont. Paris., SS. XXVI, p.* 605.

*F.* 395[c]. De reditu domni pape Innocentii quarti a Lugduno in Lombardiam.

---

gebant, eo quod ipsi predicaverant crucem et crucesignaverant homines ad trans- 1251. fretandum cum rege, qui a Saracenis fuerat debellatus[a]. Irascebantur ergo Gallici, qui in Francia remanserant, tunc temporis contra Christum, usque ádeo ut nomen Christi super omnia nomina benedictum blasphemare presumerent. Nam petentibus illis diebus fratribus Minoribus et Predicatoribus a Gallicis helemosinam pro nomine Christi, stridebant dentibus super illos[1] et illis videntibus, vocato aliquo alio paupere, dabant ei denarios et dicebant: 'Accipe pro nomine Machometti, qui potentior Christo est'. Unde implebatur in eis quod a Domino dictum fuerat Luc. VIII[*][b]: *Ad tempus credunt, et in tempore temptationis recedunt.* *v. 13. Miserabilis prorsus miseria! Ubi rex Francie non irascebatur, sed patiens erat, ipsi terribiliter turbabantur[c]. Verum illa multitudo pastorum totum unum locum fratrum Predicatorum in quadam civitate[2] ita destruxit, ut lapis super lapidem non remaneret[3]. Et hoc ideo, quia ausi fuerunt dicere aliquid contra illos. Sed in illis impletum est quod Gamaliel sapiens Pauli magister in apostolorum Actibus[*] dixit, quia, *si ex hominibus est consilium* eorum *aut opus,* *5, 38. stare non poterit, sed dissipabitur. Verum dixit, quia eodem anno ad nichilum sunt redacti, et penitus *omnis illa congregatio est *f. 395[c]. destructa. Eodem anno captum fuit castrum Castellarani a forensibus in mense Maii. *L. temp. c. 256. Maio.* Est autem Castelaranum[d] iuxta fluvium Situle in episcopatu Regino. Item eodem anno domnus Ubertus Vicecomes de Pellavicinis ivit Placentiam et fecit fieri concordiam cum populo Placentinorum et Cremonensium. Et milites exiverunt de Placencia cum discordia populi et steterunt per castra Placentinorum in mense Maii; et domnus Ubertus de Iniquitate[4], civis Placentinus, *Maio.* fuit potestas populi Placentinorum.

Eodem anno venit domnus papa Innocentius quartus a Lugduno[5] civitate Galliarum, que est in Burgundia, ubi steterat multis annis, et[e] venit ad civitatem Ianuensem, de qua fuerat oriundus. In mense Maii pervenit illuc, *Maii (18).* et dedit uxorem cuidam nepoti suo, cuius interfuit nuptiis cum LXXX episcopis et cum cardinalibus suis. Et fuerunt ibi multa fercula et appositiones et ciborum diversitates. Et vina diversa, precipua et iocunda. Et constabat[f] una ciborum appositio multas marchas[a]. Non fuerunt tam grandes et sollemnes nuptie celebrate diebus nostris alicubi, tam ex parte discumbentium quam ciborum appositorum, ita quod, si regina Sabba vidisset, mirata fuisset. Postmodum venit[6] Mediolanum et stetit ibi per mensem et ultra. *ib.* Et dum esset ibi, Mediolanenses iverunt ad civitatem Laudi et intraverunt ipsam civitatem. Et cum domnus Ubertus marchio Pellavicinus hoc intellexisset, qui tunc temporis in Cremona dominabatur, venit cum magno exercitu Cremonensium et cum parte Placentinorum, et intraverunt similiter dictam civitatem Laudi et precipue in castrum imperatoris, quod *erat ibi edificatum[a]. *f. 395[d]. Nam in qualibet civitate, in qua dominium habuit, voluit habere imperator palatium aut castrum. Steterunt igitur ibi bene per mensem. Et in mense Iulii et Augusti *Iul. Aug.* ambe partes, scilicet Cremonenses cum suo exercitu et Mediolanenses cum suo, stando ibi, Cremonenses conbusserunt quam plures contratas illius civitatis et explanaverunt partem de muro et foveas civitatis. Et Cremonenses ad propria sunt reversi et dimiserunt civitatem sine aliquo conflictu. Et Mediolanenses steterunt ibi. Et domnus papa postmodum venit Brixiam. Deinde Mantuam, postea ad monasterium sancti Benedicti, quod est inter Padum et Larionem, ubi comitissa Matildis in archa

a) *sequitur* ₵ *atramento nigro scriptum.* b) VIII. *in spatio vacuo relicto post a Sal. suppletum.* c) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* d) *sic h. l. c.* e) ⁊ (et) *a Sal. superscr.* f) ꝯstat, ba *superscripto corr.* ꝯstabat *c.*

1) *Cf. Ps.* 36, 12: stridebit super eum dentibus suis. 2) *Turonensi. Cf. addit. Cron. mai. Mett., SS. XXIV, p.* 522. 3) *Cf. Matth.* 24, 2: non relinquetur hic lapis super lapidem. 4) *Liber de temp.:* de Nequita. 5) *Liber de temp.:* a terra Leonis. 6) *Scil. papa.*

1251. saxea tumulata quiescit[1]. Et ibi papa cum cardinalibus suis circa sepulcrum eius
dixit psalmum[a] *De profundis,* recordatus beneficiorum, que Romane ecclesie et
L. temp. c. 256. (Oct. 4). Romanis pontificibus condam contulerat comitissa[b]. Postea venit Ferariam[2], et ego
eram ibi. Cum autem Ferariam deberet intrare, misit dicendo fratribus Minoribus,
quod occurrerent sibi, et quod semper starent iuxta eum; quod totum fecimus per
viam Sancti Pauli. Nuntius autem istorum fuit quidam frater Minor de Parma,
frater Buiolus, qui attinebat pape et morabatur cum eo[3]. Confessor autem pape
erat quidam alius frater Minor, scilicet frater Nichola[4], amicus meus, quem papa
fecit Assisinatem episcopum[5]; et frater Laurentius, amicus et socius meus, simi-
liter morabatur cum papa, quem postea fecit archiepiscopum Antivarensem[6]; et
duo alii fratres de Minoribus preter iam dictos adhuc erant de familia pape. Et
Oct. 1–8. pluribus diebus papa stetit Ferarie infra octavam beati Francisci. Et predicavit
*f. CCC96a. stando super fenestram palatii episcopi[7]. Et cardinales aliqui stabant[c] iuxta eum
hinc inde, quorum unus, scilicet domnus Guillielmus[d, 8], nepos suus, post predica-
tionem alta voce fecit confessionem. Erat autem populus grandis quasi ad iudi-
Ps. 32,12. tium congregatus. Et papa protulit istud thema: *Beata gens, cuius est dominus
Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi*[b]. Post predicationem vero dixit
papa: 'Custodivit me Dominus ab Ytalicis partibus euntem et Lugduni commo-
rantem et inde huc revertentem. Et ipse sit benedictus in secula!'[b] Et adiecit:
'Ista civitas mea est; rogo, ut vivatis in pace, quia domnus ille imperator condam,
qui persequebatur ecclesiam, mortuus est'. Ego vero eram iuxta papam, ita ut
possem eum tangere, quando vellem, quia gaudebat, quod fratres Minores circum-
darent eum. Tunc tetigit me frater Geradinus[e] de Parma, qui fuit magister
fratris Bonagratie, et dixit michi: 'Audi, quod mortuus est imperator, qui usque
Prov. 27,11. modo fuisti incredulus. Dimitte ergo tuum Ioachym et *stude sapientie, fili mi,
et letifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem*'. Porro cardi-
(Oct. 7?). nales diebus illis, quibus papa fuit Ferarie, miserunt nobis plures porcos mortuos
et depilatos, qui donabantur eis. Et nos etiam dabamus sororibus nostris ordinis
sancte Clare. Dispensator etiam pape misit dicendo nobis: 'In crastinum papa est
recessurus, ut vadat Bononiam[9]; mittatis ad me vestros portitores, et dabo vobis
panem et vinum, ut habeatis, quibus ulterius non indigemus'. Et fecimus ita[b].

a) ps. *c.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) *penna cum folio novo mutata.* d) Guill's *c.* e) *sic c., non* Gerardinus.

1) *Cf. supra f.* 230[d], *p.* 56, *n.* 1. *et f.* 298[d], *p.* 213, *n.* 5. 2) *Die festo s. Francisci; cf. Nic. de Carbio c.* 30, *'Archivio della R. Società Romana' XXI, p.* 106; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium c.* 99, *Muratori, SS. IX, col.* 132. 3) *Cf. supra f.* 344[b], *p.* 324. 4) *De Carbio, qui Vitam Innocentii IV. scripsit.* 5) *A.* 1250. *Aug.* 20. *iam erat episcopus; Potthast nr.* 14046. *Cf. Thomas de Eccleston, Coll. XV* (14), *Analecta Francisc. I, p.* 250; *Chron. XXIV ministr. gener. (ex Cron. Peregrini de Bononia), Analecta Francisc. III, p.* 269. 6) *Ignoratur quo anno.* 7) *Cf. Riccobald. l. l.:* Ferrariam appulit, ubi, ut vidi puer, populo predicavit. *Cf. quae Sal. supra f.* 279[c]. 282[c]. 360[a], *p.* 169. 174. 363. *de hac praedicatione narravit.* 8) *De Flisco, card. diaconus S. Eustachii.* 9) *Die Oct.* 8. *Bononiam eum venisse dicit 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 265 *(falso ad a.* 1250*); cf. Matth. de Griffonibus l. l. p.* 12. *Et recta via eum Ferraria Bononiam ivisse omnes consentiunt, dico Nic. de Carbio, Sal., Lib. de temp., Riccobald. Attamen Alex. Tassonus, 'Cronache Modenesi' p.* 54, *solus inter scriptores Mutinenses dicit eum die Oct.* 10. *Mutinam intrasse, quod nullo modo credi potest, cum Mutina nimis longe distet ab itinere papae. Sed hic locus annalium ad verbum cum loco Matthei de Griffon. citato convenit et ex iisdem annalibus Bononiensibus exscriptus est, conficto a Mutinensi nomine Mutinae et die. Quod etiam repugnat iis quae ipse*

*F.* 396[b]. Quo anno domnus Ghibertus de Gente assumpsit sibi dominium Parme cum adiutorio beccariorum.

*F.* 396[c]. De octo stultitiis domni Ghiberti de Gente, quas fecit, cum esset potestas Parmensium. Et IIII[or] superaddidit, que XII faciunt. [Require[a] infra carta CCCCLXII].

---

Cum autem papa Bononiam pervenisset, a Bononiensibus sollemniter est receptus. 1251. *(Oct. 8).*
Sed parum fuit cum eis[1] et quasi insalutato hospite et turbatus recessit ab eis, *(Oct. 25?).*
pro eo quod petebant Medicinam sibi donari, que est terra ecclesie in episcopatu Bononie, quam diu violenter possederant[b]. Non igitur audivit eos *papa, ut donaret **f.* 396[b].*
eam eis, sed dixit: 'Terram ecclesie violenter possidetis, et modo petitis, ut dem eam vobis? Ite cum Deo, quia non exaudiam vos'[b]. Cum autem papa recederet, congregatas invenit multas nobiles dominas et pulchras de Bononia, que de villis venerant ad stratam, per quam transiturus erat, ut[c] viderent illum; quibus benedixit in nomine Domini; et abiit viam suam habitavitque Perusii[d. 2]. Eodem *L. temp. c. 256.*
anno venit rex Conradus in Lombardiam, primo Veronam et postmodum Cremonam, et a Cremona rediit Veronam et ivit in Apuliam. Et hoc fuit in mense Novembris. Et eodem mense captum *Nov.*
fuit castrum de Laude, quod erat in dicta civitate; et decapitati fuerunt illi de dicta civitate qui erant in dicto castro, et illos qui erant de Papia libere dimiserunt ire sine aliqua pena[b]. Et eodem anno capti fuerunt Terdonenses[e] ab Alexandrinis et Mediolanensibus, maior pars hominum dicte civitatis. Et eodem anno captum fuit castrum Berselli a domno Uberto marchione de Pellavicinis et a Cremonensibus in mense Octobris[f]. Est autem Bersellum castrum in *Oct.*
episcopatu Parmensium, quod condam civitas fuit, quam Longobardi funditus destruxerunt[3].

Anno Domini M°CCLII°[4] domnus Ghibertus de Gente, civis Parmensis, 1253.
assumpsit sibi dominium Parme cum adiutorio beccariorum Parme, quod tenuit multis annis[5]. Et fecit in suo dominio duo bona: Unum, quod reduxit cives Par- *(Maii 20).*
menses ad pacem[6]. Aliud, quod fecit murari aliquas portas dicte civitatis[f. 7]. Fecit autem multa mala ibi, ut visum fuit Parmensibus, et ideo finaliter insur- 1259.
rexerunt contra eum et deposuerunt eum de dominio[8] et destruxerunt domos eius *tam in villa Campiginis quam in Parma[9], et exulem miserunt eum Anchonam, ubi **f.* 396[c].* 1270.
stetit usque ad ultimum diem vite sue[f]. Verumtamen, ante quam omnino expellerent eum de Parma[10], cum esset depositus de dominio et persona privata exi-

a) Req. — CCCCLXII. *alio subfusco atramento a Sal. post reliqua add.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) ut *a Sal. superscr.* d) perurisii *c.* e) trotonenses *Alb. Mil.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

*Alex. Tassonus et ibidem Bonif. Moranus scribunt papam* Mantuam, Ferrariam, Bononiam *venisse. Corrigendus ergo est Potthast p.* 1189, *ut iam coniectum est Reg. Imp. V, nr.* 8422d. 1) *Ad minus ad diem Oct.* 18. *Cum Nic. de Carbio c.* 30. *dicat papam XVII diebus Bononiae moratum esse, inde die Oct.* 24. *vel* 25. *recessisse videtur.* 2) *Quo die Nov.* 5. *venit.* 3) *Cf. Pauli Hist. Lang. III,* 18; *Alberti Milioli Cron. imp. Reg. c.* 64, *SS. XXXI, p.* 615 *(ex Cronica fratris Sal.).* 4) *Immo a.* 1253; *cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 676. 5) *A.* 1253—1259. 6) *A.* 1253. *Maii* 20. *Vide tabulam compromissi partium in eum facti et sententiam eius in Statutis comm. Parmae I,* 1, *p.* 209—216; *Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 396 *sqq. Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 507; *Ann. Parm. mai. p.* 676. 7) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1259, *p.* 677: porta de Sancto Michaele de Archu et porta Sancte Crucis facte fuerunt. 8) *Quod a.* 1259. *factum est: Ann. Parm. mai. p.* 677. 9) *Hoc demum a.* 1270. *factum est; Ann. Parm. mai. p.* 682. 10) *Expulsum esse Gibertum coniecerim a.* 1266. *cum aliis*

1261/2. steret, habuit[a] potestariam civitatis Pisane[1] et postea Paduane[2]. In qua erat,
1263. quando translatum fuit corpus beati Antonii ad novam ecclesiam. Ubi etiam fuit
frater Bonaventura, generalis minister.

Mala[b] autem domni Ghiberti de Gente fuerunt ista:

Primum, quia non bene tenebat partem ecclesie, sed potius erat cum Pellavicino. Verumtamen, quia potius volebat sibi dominium Parme, quam quod Pellavicinus haberet, ideo non patiebatur, quod Parmam intraret[3]. Secundum, quia ultra modum fuit cupidus et avarus homo, in tantum ut nullus in Parma tempore sui dominii aliquid posset vendere ad victualia spectans nisi pro communi; et faciebat se omnibus vendentibus socium, ut partem lucri ab omnibus posset acci-
*v. 4. pere. Ideo dicit sapiens Prover. XXIX *: *Rex iustus erigit terram, vir avarus de-*
*v. 16. *struet eam.* Item Prover. XXVIII *: *Dux indigens prudentia multos opprimet per*
*v. 4. *calumniam; qui autem odit avaritiam, longi fient dies eius.* Item Prover. XXIII *:
*Noli laborare, ut diteris, sed prudentie tue pone modum.* Quia, sicut dicit apostolus
*v. 9. 10. prima ad Timo. VI *: *qui volunt divites fieri, incidunt in temptationem et in laqueum diaboli et desideria multa inutilia et nociva, que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quam quidam appetentes erra-*
*v. 9. *verunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* Item Eccle. V *: *Avarus non imple-*
*v. 1. *bitur pecunia, et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Item Eccli. V *: *Noli attendere ad possessiones iniquas et ne dixeris: 'Est michi suffitiens vita'. Nichil enim*
*v. 10. †f. 396d. *proderunt*[c] *in tempore vindicte et obductionis.* Item parum infra *: †*Noli anxius esse in divitiis iniustis, non enim proderunt in die obductionis et vindicte.* Item homo iste usque ádeo erat avarus, ut, cum quidam miles de curia aliquid ab eo petisset[d] sibi dari, dixit, quod daret sibi unum bononinum pro ficubus emendis. Ego etiam ipse expertus sum et probavi et vidi et cognovi rusticitatem et avaritiam et merditatem suam in villa Campiginis, et tamen iveram illuc cum fratre Bernardino
*v. 9. 10. de Buçea pro magno servitio suo[4]. Ideo de ista materia dicit Ecclesiasticus X *: *Avaro nichil est scelestius. Quid superbit terra et cinis? Nichil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et animam suam venalem habet, quoniam in vita sua pro-*
*v. 3. 4. *iecit intima sua.* Item Eccli. XIIII *: *Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia, et homini livido ad quid aurum? Qui acervat ex animo suo iniuste, aliis congregat, et*
*v. 9. *in bonis illius alius luxuriabitur.* Et cetera usque ibi *: *Insaciabilis oculus cupidi*[e].
Tertium malum eius fuit, quia ex divitiis concivium suorum tam in villa Campiginis quam in Parma edificavit magna et alta palatia, cum prius pauper miles fuerit; et ex hoc provocavit eos ad invidiam, ut illa diruerent. Hinc[f] sapiens in
*v. 16. †v. 9. Prover. dicit XVII *: *Qui altam facit domum suam, querit ruinam.* Item Eccli. XXI †: *Qui edificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme*[e].
Quarta hominis istius stultitia fuit, quia aliquos condemnavit iniuste quantum ad

a) hui *corr.* huit *c.* b) *sub* Mala — ista *linea minio subducta.* c) proderit *Vulg.* d) *sic c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) H *corr.* Hic *c.*

*Parmensibus partis imperialis; cf. Ann. Parm. mai. p.* 679 *sq.; Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 411. 1) *A.* 1261; *cf. Muratori, SS. XXIV, col.* 645. *(ad a.* 1262. *secundum calculum Pisanum); Roncioni, 'Istorie Pisane' in 'Archivio stor. Ital.' VI, p.* 553 *(ubi falso* Sigisberto*).* 2) *A.* 1262—1263. *Mart.; cf. Muratori, SS. VIII, col.* 377 *sq.* 447. 460; *sed translatio S. Antonii facta est a.* 1263. *Apr.* 8. *Etiam potestas Parmensis fuit Gibertus a.* 1265. *cum altero viro, electus a.* 1264. *Dec. ex.; Ann. Parm. mai. p.* 678 *sq.* 3) *Cf. infra f.* 462[a. b]. 4) *Vide infra f.* 397[d]. 398[a], *ubi Sal. narrat se cum Ghiberto dominio Parmae privato in villa Campiginis collocutum esse. Hoc etiam tunc factum esse videtur.*

*F.* CCC97[a]. De iuditio faciendo et de facienda iustitia.

---

personam, ut de Cavaça dictum fuit, quem fecit decapitari; aliquos quantum ad
pecuniam, de quo Iacobum de Sancto Vitale interroga[a]. Item aliquibus par-
cebat accepta pecunia[1]; contra aliquos insurgebat, si dare nolebant. De omnibus
istis auctoritates habentur. Ideo Dominus dicit Levitici XIX*: *Non facies quod* *v. 15.
*iniquum est nec iniuste*[b] *iudicabis.* **Non consideres personam pauperis nec honores* *f. CCC97a.
*vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo.* Et infra circa finem capituli*: *Nolite* *v. 35. 36.
*facere iniquum aliquid in iuditio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta et*
*equa sint pondera, iustus modius equusque*[c] *sextarius*[d]. Omnia ista homo iste falsi-
ficavit[2]. Item Deutero XVI*: *Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas* *v. 18—20.
*dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iuditio nec*
*in alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera, quia munera excecant oculos*
*sapientium et mutant verba iustorum. Iuste quod iustum est prosequeris*[e], *ut vivas et possideas*
*terram, quam dominus Deus tuus dederit tibi*[d]. Et infra XVII*: *In ore duorum aut trium* *v. 6.
*testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium.* Item Deu-
tero. XXIIII*: *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro suo* *v. 16. 17.
*peccato morietur. Non pervertes iuditium advene et pupilli*[d]. Quod postea male servaverunt,
sicut dicit Ys. I*: *Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones; pupillo non iudicant, et* *v. 23.
*causa vidue non ingreditur ad eos*[f]. Item Iere. V*: *Preterierunt sermones meos pessime. Causam* *v. 28.
*vidue non iudicaverunt, causam pupilli non direxerunt et iuditium pauperum non iudicaverunt.*
*Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur*
*anima mea?* Item Deutero. XXVII*: *Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam* *v. 25.
*sanguinis innocentis. Et dicet omnis populus 'Amen'.* Inde laudatur iustus Ps.*: *Qui pecu-* *14, 5.
*niam suam non dedit ad usuram et munera super innocentem non accepit.* Item Prover. XV*: *v. 27.
*Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam; qui autem odit munera, vivet.* Item Eccli. XX*: *v. 31.
*Exenia et dona excecant oculos iudi*cum, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum.* *f. 397b.
Item Ys. V*: *Ve qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti aufertis ab eo.* Ideo *v. 23.
dicitur Prover. XVII*: *Qui iustificat impium et qui condemnat iustum, abominabilis est uterque* *v. 15.
*apud Deum.* Item Prover. XXI*: *Rapine impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudi-* *v. 7.
*tium.* Item Prover. XXIIII*: *Hec quoque sapientibus: Cognoscere personam in iuditio non est* *v. 23. 24.
*bonum. Qui dicunt impio: 'Iustus es', maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus.* Item
Prover. XXVIII*: *Leo rugiens et ursus esuriens princeps impius super populum pauperem.* *v. 15.
Talis fuit[g] Ghibertus de Gente super Parmenses tempore sui dominii. Et infra*: *v. 21.
*Qui cognoscit in iuditio faciem, non bene facit. Iste et pro bucella panis deserit veri-*
*tatem.* Quinta hominis istius stulticia fuit, quia nimis magnum salarium acci-
piebat annuatim pro labore regiminis sui, plus satis quam Parmenses suis potesta-
tibus dare consueverant[3]; quod facere non debebat, cum semper esset in terra sua

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) iuste, ī *superscripto corr.* iniuste *c.* c) eq⁹q; *c.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) persequeris *Vulg.* f) *sic et supra p.* 105, *l.* 14. *et p.* 132, *l.* 8; illos *Vulg.* g) fuit *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Iniustitiae arguunt Ghibertum etiam Ann. Parm. mai. a.* 1258, *p.* 677. 2) *A.* 1255. *statutum est, ut omnes venditores ponderibus datis et signatis (bollatis) a communi uterentur; Stat. Parm. I,* 1, *p.* 346. *Quod sane utile et salubre fuit.* 3) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1253, *p.* 676: Salarium vero primum dicti domni potestatis fuit librarum D imperialium; *ib. a.* 1254, *p.* 677: deputatum sibi fuit salarium pro anno duo milia librarum imperialium; *Statuta comm. Parmae I,* 1, *p.* 1. *a.* 1254: constitutio feudi duorum millium libr. imper. solvendarum sibi . . . annuatim pro preterito tempore, presenti et futuro. *A.* 1253. *Iun.* 18.

et in possessionibus suis. Et ideo fuit expulsus ab eis tam de civitate quam de
*v. 17. regimine. Ideo Dominus dicit Eze. XVIII*: *A pauperis iniuria averterit manum*[a]
*suam, usuram et superabundantiam non acceperit, iuditia mea fecerit, in preceptis*
*v. 10. *meis ambulaverit, hic vita vivet.* Item Amasie dictum fuit IIII. Reg. XIIII*: *Con-*
*tentus esto gloria et sede in domo tua.* Quod quia non fecit, male cessit ei. Ideo
*v. 18. dicitur Prover. XVI*: *Contritionem precedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.*
*v. 12. †v. 30. Item Prover. XVIII*: *Ante quam conteratur, exaltatur cor hominis.* Item Eccli. XXIX†:
*Minimum pro magno placeat tibi, et improperium peregrinationis non audies.* Sexta
istius hominis stultitia fuit, quia congregato populo Parmensi in platea civitatis
communis concionatus est eis et fecit semetipsum dominum Parme in se et in
*f. 397c. †v. 7. heredibus *suis usque in sempiternum[1]. Sed dicitur Ys. VII†: *Non stabit et non*
*v. 7. 8. *erit istud.* Quare? Audi quare Eccle. V*: *Quia excelso alius excelsior est, et super*
*hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper universe terre rex imperat servienti.* Item
*v. 4. Eccli. X*: *In manu Dei potestas terre, et utilem rectorem in tempore*[b] *suscitabit super*
*illam.* Non talis domnus Ghibertus de Gente, qui sibi dominium Parme voluit
*v. 8. usurpare fretus auxilio beccariorum. Ideo Ecclesiasticus dicit XX*: *Qui potestatem*
*sibi assumit iniuste, odietur.* Quod totum completum est in homine isto sicut in
Abimelech, de quo[c] habetur Iudicum IX, et in Absalon, de quo habetur II. Reg. XV,
et in Adonia, de quo habetur III. Reg. I. Septima[d] istius hominis stultitia
fuit, quia mutavit monetam Parmensem et parvificavit eam, ne tanti esset valoris,
quanti prius erat[2]. In qua mutatione, ut dicunt campsores, plus damnificati sunt
Parmenses, quam valeat quarta pars civitatis Parme. Et nota, quod de duobus
consuevit populus maxime contristari[e], scilicet de caristia frumenti, de qua dicitur
*v. 26. Prover. XI*: *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super*
*capud*[f] *vendentium*[e]. Secundum est, quando falsificatur moneta. Quod non est abs-
que causa misterii, quod dignus conbustione talis qui eam falsificat a populo iudi-
*v. 20. 21. catur. Nam de moneta Dominus a Phariseis quesivit Mat. XXII*: '*Cuius est ymago*
*hec et superscriptio?' Dicunt ei: 'Cesaris'.* Qui ergo hanc monetam falsificaverit,
*72, 20. punietur. Unde Ps.*: *Domine, in civitate tua ymaginem ipsorum ad nichilum rediges.*
*v. 17. Ideo dicit apostolus prima ad Cor. III*: *Si quis autem templum Dei violaverit, dis-*
*perdet illum Deus.* Igitur domnus Ghibertus de Gente male fecit mutando mone-
*f. 397d. tam Parmensem, quia plus habuit intentionem *ad utilitatem propriam quam com-
*v. 21. munem. Ideo dicit apostolus ad Phili. II*: *Omnes enim que sua sunt querunt, non*
*v. 28. *que Iesu Christi.* Item Prover. XXII*: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos*
*v. 2. *posuerunt patres tui.* Item Iob XXIIII*: *Alii terminos transtulerunt.* Octava[d]
istius hominis stultitia fuit, quia volens amplificare magnificentiam et dominium
suum cogitavit facere IIIIor. Primum, quia fecit quandam societatem in Parma
quingentorum hominum, qui semper cum armis associarent eum, quandocumque
1258? Aug. 14. vellet[3]. Hos vidi armatos in vigilia assumptionis beate virginis associantes eum[4]
causa ambitionis et pompe, honoris et iactantie nec non et custodie, cum ad matri-

a) man *c.* b) *sic et supra p.* 111, *l.* 33; tempus *Vulg.* c) q° (quo) *a Sal. in marg. suppl.* d) *hinc versus novus coeptus in c., praecedente* ℭ *minio scripto.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) *sic h. l. c.*

*statutum erat, ut pro hoc anno mille libr. parmensium et pro sequentibus quinis annis mille quingentae libr. parmensium* (= 500 *libr. imper.) ei solverentur, ib. p.* 225. 1) *Cf. Statuta Parm. l. l.* 2) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1259, *p.* 677: suo tempore mutavit bis monetam. 3) *Vide quod a.* 1253. *de armatis Ghiberti decretum est Stat. Parm. I,* 1, *p.* 11. 4) *Quod Sal. a.* 1257. *aut* 1258. *vidisse videtur, cum in conventu Mutinensi morabatur, nam antea longius aberat a civitate Parmensi in conventu Ferrariensi.*

*F.* CCC98[a]. De predicatione quam feci domno Ghiberto de Gente rogando, ut ordinem fratrum Minorum intraret.

---

cem ecclesiam secundum Parmensium consuetudinem cum cereis veniebant[1]. Se-
cundum[a], quia quendam fratrem suum germanum[2], qui erat abbas in monasterio 1257.
sancti Benedicti de Leno in episcopatu Brixiensi, Parmensem episcopum facere
disponebat. Tertium[a] et quartum, quia duas civitates Parme vicinas, scilicet
Mutinam et Regium, suo dominio addere cupiebat[b]. Et voluit, quod de Mutina
habenda procurator suus essem[3]; sed nolui me intromittere, quia in secunda ad 1258?
Timo. II.* apostolus dicit, quod *nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut* *v. 4.
*ei placeat, cui se probavit*[b]. Verumtamen Reginam civitatem aliquo tempore in suo
dominio habuit[4]. Sed Regini cito expulerunt eum et abstulerunt ei dominium 1255.
videntes exactiones et perversitates ipsius, sicut inferius explicabimus[5]. Re-
cordor, quod, cum de dominio Parme a Parmensibus esset depositus[6], in villa
Campiginis in domo sua dixi sibi: 'Quid facitis, domne Ghiberte, quare non in-
tratis ordinem nostrum, ordinem beati Francisci, ordinem fratrum *Minorum?[c] quia *f. ccc98a.
sapiens in Prover. dicit XVI*, quod *melius est humiliari cum mitibus quam dividere* *v. 19.
*spolia cum superbis*. Et Iacob patriarcha dixit Gen. XXX*: *Iustum est, ut aliquando* *v. 30.
*provideam etiam domui mee*'[d]. Tunc respondit et dixit michi: 'Et quid faceretis
amodo de me, cum sexagenarius existam?' Tunc dixi sibi: 'Daretis aliis bonum
exemplum benefaciendi et salvaretis animam vestram. Nam *est qui multa redimat
modico pretio*, ut dicit Ecclesiasticus XX*[b]. Patet exemplum in sancto Bonifatio, *v. 12.
qui erat magnus peccator, et subito factus est magnus sanctus[7]. *Facile est enim
in oculis Dei subito honestare pauperem. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, et
in hora veloci processus illius fructificat*, ut habetur Eccli. XI*[b]. Item patet exem- *v. 23. 24.
plum similiter in latrone, cui Dominus dixit in cruce Luc. XXIII*: *Amen dico* *v. 43.
*tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Quare hoc? Quia, sicut dicit Ecclesiasticus XI*: *v. 13.
*oculus Dei respexit illum in bono et erexit eum ab humilitate ipsius et exaltavit caput
eius, et mirati sunt in illo multi et honoraverunt Deum*'[b]. Tunc respondit et dixit
michi: 'Cognosco, quod utile consilium michi datis, sed non possum vos audire,
quia habeo cor circa alia occupatum'. Tunc dixi sibi: 'In Proverbiis scriptum est
XXVIII*: *Sapiens sibi videtur vir dives, pauper autem prudens scrutabitur eum*. Sed *v. 11.
dicitur Prover. XXI*: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra* *v. 30.
*Dominum*[d]. Non est sapientia, quia *sapiens corde est et fortis robore*, Iob IX*[d]. *v. 4.
Non est prudentia, quia *prudentia eius percussit superbum*, Iob XXVI*[d]. Non est *v. 12.
consilium contra Dominum, quia ipse dicit Ys. XLVI*: *Consilium meum stabit, et* *v. 10.

a) *hinc versus novus coeptus in c., praecedente* ℭ *minio scripto.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *non signum interrogationis in c., sed punctum.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Quod ut fieret, statutum est a.* 1229; *Stat. Parm. I,* 1, *p.* 200 *sq., ubi multa (p.* 201 *sqq.) statuta leguntur de candelis cereis faciendis ad hanc sollemnitatem.* 2) *Guiliel-mum. Hoc factum est a.* 1257; *cf. Allodi, 'Serie chronol. dei vescovi di Parma' I, p.* 476. 3) *Hoc a.* 1257. *vel potius a.* 1258. *factum videtur esse. Nam a.* 1258. *Sept. Sal. Mutinae morabatur. Cf. infra f.* 400[b.c], *p.* 457. 4) *A.* 1253—1255, *Alb. Milioli Liber de temp. c.* 258—260, *p.* 523 *sq.* 5) *F.* 403[a], *a.* 1255. *ex Libro de temp.* 6) *Cf. supra f.* 396[d], *p.* 448. *Quod inter annos* 1259. *et* 1261. *factum esse videtur, cum Sal. Burgi S. Domnini, Parmae, Mutinae morabatur, vel potius a.* 1266, *cum Sal. iterum Parmae esset, ut dicit supra f.* 364[b], *p.* 372. 7) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c. LXXI, ed. Grässe p.* 317.

*F.* 398[b]. De pace Reginorum, quam mutuo fecerunt inter se anno Domini M°CC°LII°.

[1. Mach. 12, 1.] *F.* 398[c]. Quod domnus Ghibertus de Gente videns, quod *tempus eum iuvat,* intromisit se de pace Reginorum [1].

*F.* 398[d]. De obitu domni pape Innocentii quarti. Et de substitutione pape Alexandri quarti.

---

[*v. 20.] *omnis voluntas mea fiet.* Ideo dicit Iere. XXIII*: *In novissimis diebus intelligetis* [*f. 398[b]. †v. 15.] *consilium eius.* In Proverbiis scriptum est *XII†: *Via stulti recta in oculis eius; qui* [*v. 16.] *autem*[a] *sapiens est, audit consilia.* Et iterum Prover. XIX*: *Qui custodit mandatum, custodit*[b] *animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur*'[c]. Quid plura? [Ps. 35, 4. 5.] Laboravi rogans, sed *noluit intelligere, ut bene ageret.* Nam *iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Sperabat enim ulcisci de Parmensibus et Reginis, qui eum de dominio deposuerant. Quod ut melius facere posset, filiam suam dominam Mabiliam domno [*v. 18.] Guidoni de Corigia dedit uxorem[d. 2]. Sed dicitur Levitici XIX*: *Non queras ultio-* [*v. 6.] *nem, nec memor eris iniurie civium tuorum.* Item Eccli. X*: *Omnis iniurie proximi ne memineris et nichil agas in operibus iniurie.* Et nota, quod, sicut domnus Ghibertus de Gente forbannivit et expulit de Parma domnum Bertholinum, filium domni Bertoli Tavernerii[3], ita a Parmensibus forbannitus et expulsus habitavit in Marchia[4], ubi in Anchona est mortuus et sepultus. Et assignavit in episcopatu Parmensi de pratis suis aliquos redditus annuatim, quos fratres Minores et Predicatores de Parma usque ad certos annos pro male ablatis incertis haberent. Et bene habuerunt. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! Amen.

[L. temp. c. 257. 1252.] Eodem anno, scilicet M°CC°LII°, facta fuit pax inter Robertos et illorum[e] de Foliano et [Aug. 17.] de omnibus aliis forbannitis, qui expulsi fuerant de civitate Regina, in XV° die exeunte Augusto et in ecclesia[5] sancti Laurentii per fratrem Egidium de religione sancte Trinitatis de Campagnola, qui fuit de Verona, et per domnum Guilielmum episcopum Reginum de Foliano[c]. Et fuerunt facti [*f. 398[c].] anciani pro bono[f] civitatis Regii et electi ad sortem in consilio generali; et in primis *fuerunt XII. [Aug. 17.] Et eodem anno predicti anciani die sabbati XV° exeunte Augusto voluntate et parabola consilii communis more solito congregato[g] in palatio communis Regii congregati iuraverunt pacem et concordiam cum domno Guilielmo predicto Regino episcopo et cum Reginis deforis pro eis et Reginis intus civitatem Regii ad honorem Dei et beati Prosperi et sancti Grixanti et ad bonum statum civi- [Maii 19.] tatis Regii. Et eodem anno venit pruina magna die dominico XIII° exeunte Maio, que destruxit vineas in pluribus locis.

[ib. c. 258. 1253.] Anno Domini M°CC°LIII°, indictione XI[a], fuit factus domnus Guido de Gente[h], civis Parme, potestas Reginus per domnum Ghibertum[i] de Gente[h], eius fratrem, tunc potestatem Parme, in concordia partis deforis et in concordia partis intus civitatis Regii. Et eodem anno die Martis [Oct. 28.] quarto exeunte mense Octobris, in festo beatorum apostolorum Symonis et Iude domnus Ghibertus de Gente, potestas civitatis Parme et communis, cum ancianis consortii sancte Marie virginis Parmensis civitatis et cum aliis bonis hominibus eiusdem civitatis iverunt ad portam Sancte Crucis cum omnibus hominibus civitatis Regii et duxerunt domnum venerabilem et electum Guilielmum de Foliano episcopum Reginorum cum aliis omnibus hominibus de parte deforis in civitatem Regium cum magna leticia et [Oct. 29.] cum crucibus et vexillis et sacerdotibus et religiosis personis[c]. Et die Mercurii tertio exeunte dicto mense prenominatus domnus Ghibertus, potestas Parme, in plena concione per tubas[k] et campanas [*f. 398[d].] in platea communis Regii coadunato[l] fecit sententiam inter partes intus et *deforis; que sententia

a) at *h. l. c.* b) *penna mutata.* c) *sequitur* ⊂ *atramento nigro scriptum.* d) *sequitur* ⊂ *minio scriptum.* e) *sic c.;* illos *Alb. Mil.* f) statu *Alberti Mil. omisit Sal.* g) congr. *delendum est, male incuria fratris Sal. additum ex eo quod sequitur* congregati. h) Çente *Alb. Mil. semper.* i) Gibert. *Alb. Mil. semper.* k) turbas *Alb. Mil.* l) *sic etiam Alb. Mil. pro* coadunata.

1) *In textu haec non dicta sunt.* 2) *Cf. supra f.* 247[d], *p.* 99, *infra f.* 463[b]. 3) *Quod infra f.* 461[c. d]. *copiosius narratum est.* 4) *Cf. infra f.* 462[c. d]. 5) *Ita male scripsit Sal. pro* in octava, *ut Liber de temp. p.* 523. *habet.*

*F.* CCC99[a]. Quod papa Alexander quartus multa bona in se habuit et multa bona fecit, et facta sunt sub eo.

---

scripta et posita fuit in statuto communis Regii. In[a] qua[b] die tertio[b] exeunte mense Octobris factus fuit domnus Guido de Gente potestas Reginus per dictum domnum Ghibertum, potestatem Parme, fratrem suum. *1253. Oct. 29.* Eodem anno M°CC°LIII°[1] septimo Ydus Decembris, in festo sancti Ambrosii[2] in sero, paulo post crepusculum[3] obiit apud Neapolim inclite recordationis domnus papa Innocentius quartus, pontificatus sui anno XII°; *1254. Dec. 7.* et in sequenti die domnus Stephanus Sancte Marie trans Tyberim presbiter cardinalis *Dec. 8.* diem clausit extremum. Quorum corpora in Neapolitana ecclesia sepulta in pace quiescunt. Amen. Et quia domnus Bertholinus Tavernerius de Parma erat tunc temporis Neapolitanus potestas[4], clausit civitatem et retinuit cardinales, ne possent ire quoquam, sed sine mora eligerent papam[5]; et quia per voces concordare non poterant, elegerunt per compromissum[c]. Et domnus Octovianus[d] dia- *(Dec. 12).* conus cardinalis[6] imposuit mantum meliori homini de curia, ut dixit, scilicet domno Rainaldo episcopo Hostiensi; et dictus est papa Alexander quartus, circa nativitatem Domini[7] factus, ita quod in festo sancti Thome Cantuariensis Ferarie *Dec. 29.* rumores audivimus.

Alexander[e] quartus, natione Campánus, cepit anno Domini M°CC°LIII°[8], sedit annis VII. *L. temp. c. 261. 1254.* Hic de civitate Anagnie oriundus fuit et dicebatur domnus Rainaldus episcopus Hostiensis. Cardinalis fuit ordinis fratrum Minorum temporibus multis, quem domnus papa Gregorius nonus fecerat cardinalem precibus et rogatu fratrum Minorum[9]. Hic beatam Claram cathalogo sanctorum ascripsit[10], quam *beatus Fran- **f. CCC99a.* ciscus convertit ad Christum. Et fecit collectas eius et hymnos[11]. Sororem habuit in ordine sancte Clare et nepotem in ordine fratrum Minorum[12]; nec illam fecit abbatissam nec nepotem cardinalem[13]. Nam cardinalem nullum fecit, cum tamen tempore eius non essent nisi octo[f. 14]. Litteratus homo fuit et studium theologie diligens, et frequenter et libenter predicabat et celebrabat et ecclesias consecrabat[c]. Ex Heremitanis composuit unum ordinem, cum prius in quinque ordinibus essent divisi[c. 15]. Ordini fratrum Minorum privilegium, quod Mare magnum appellatur,

a) In — exeunte *in loco raso.* b) *sic c. et Alb. Mil.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sic c. h. l.* e) *littera initialis* A *minio picta.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic c.*

1) *Potius a.* 1254. 2) *Scilicet ordinationis eius. Quem diem in kalendariis Italicis adnotatum invenis, ut in kalendariis Cremonensibus, apud Zachariam, Cremonensium episcoporum series p.* 249. 279. *Quem diem festum igitur Nic. de Carbio c.* 42. *recte scripsit, non perperam, ut Reg. Imp. V, nr.* 8891a. *dictum est.* 3) *Nic. de Carbio c.* 42, *'Archivio della R. Società Romana' XXI, p.* 119: circa horam vespertinam. 4) *Maritus neptis Innocentii IV. papae.* 5) *Eadem et alia de Bertholino vide infra f.* 461[c.d]. *narrata.* 6) *S. Mariae in Via lata, de quo supra p.* 365 *sq.* 384—387. *multa dicta sunt.* 7) *Iam die Dec.* 12. *electus est. Cf. infra f.* 403[a], *ubi Sal. tribus vel quatuor diebus ante nativitatem Christi hoc factum esse coniecit, ubi dixit hoc etiam ad a.* 1254. *scribi potuisse; quod facere debuisset, cum haec mense Decembri a.* 1254, *non a.* 1253. *gesta sint.* 8) MCCLV. *habet Liber de temp., fortasse quia Alexandri electio demum post nativitatem a.* 1254. *Regii nuntiata est. Martinus Oppav. p.* 440. *Alexandrum recte ad a.* 1254. *adscripsit.* 9) *Eadem iam supra f.* 369[a], *p.* 383. 10) *A.* 1256. *Sept.* 26; *cf. supra f.* 341[d]. 369[a.b], *p.* 316. 383. 11) *Cf. supra f.* 369[b], *p.* 383. 12) *Andream de Anagnia; cf. Catal. sanct. fr. Min. ed. L. Lemmens (Romae* 1903*) p.* 12 = *Chron. XXIV ministr., Analecta Francisc. III, p.* 265. 418. 13) *Sed vide locos n.* 12. *allatos.* 14) *Quod omnino recte dictum esse videtur.* 15) *Cf. supra f.* 316[b], *p.* 254.

---

dedit[a, 1]. Amiciciam optime conservabat, ut patuit in fratre Rainaldo de Tocca, qui erat ex ordine fratrum Minorum, quem tantum dilexit, quod nec amicitia Ionathe cum David nec amicicia Amelii et Amici[2] possit eius amicitie comparari. Nam si totus mundus contra fratrem Rainaldum aliquid sinistrum dixisset, non credidisset papa nec aures accomodasset[b]. Et nudis pedibus ibat ad aperiendum ei, quando ad hostium camere ille pulsabat. Hoc vidit alius frater Minor, qui erat intus et solus cum papa, scilicet frater Mansuetus de Castellione Aretino, amicus meus[3], a cuius ore audivi hec omnia, que retuli modo[c]. Non intromisit se iste papa de guerris, sed pacifice duxit dies suos[4]. Grossus, id est corpu-
*Luc.* 2, 25. lentus, et crassus fuit sicut alter Eglon[5]. Benignus, clemens, pius, *iustus et*
*L. temp. c.* 261. (*Martin. Opp.*) *timoratus* fuit et Deo devotus. Huius tempore Manfredus filius condam Friderici
**f.* 399[b]. imperatoris, gerens se pro pedagogo Conradini nepotis Friderici, ipso[d] Conradi*no mendaciter publicato mortuo, sibi ipsi coronam assumpsit. Quod factum quia in preiuditium domni pape fuit, primo excommunicatus, post contra ipsum magnus exercitus congregatus est, sed in nullo proficiens mentitur[e]. Hic, ut dictum est, canonizavit Anagnie sanctam Claram ordinis sancti
*ib. c.* 255. Francisci. Huius temporibus Romanum imperium sive post mortem sive post depositionem ipsius pape Innocentii quarti[6], qui eum deposuerat, scilicet Fridericum imperatorem, filium condam Henrici imperatoris, imperium[f] cepit vacare. Et electiones plures facte fuerunt per principes Alamannie[a]. Et primo elegerunt langravium Thuringie et postmodum Guilielmum comitem Hollandie[g] successive. Qui, ante quam ad imperialem benedictionem pervenissent, vite terminum exegerunt. Post mortem vero predicti Friderici electores in se[h] duo dividentes, quidam regem Castelle, quidam vero comitem Cornubie, fratrem[i] regis Anglie, Ricardum[7] nomine ad
*ib. c.* 261. imperium elegerunt. Quod scisma duravit multis annis. Hic domnus papa duos pestiferos libellos reprobavit; quorum unus dicebat, quod omnes religiosi et verbum Dei predicantes de helemo-
1255. sinis[k] vivendo salvari non possent. Hunc libellum fecit magister Guilielmus de Sancto Amore et Parisius publicavit, et multos tam magistros quam scolares avertit ab ingressu istorum duorum ordinum, scilicet Predicatorum et Minorum[a, 8]. Sed nec ipse remansit impunis, quia tam a papa Alexandro quarto quam a rege Francie
**f.* 399[c]. *Mich.* 4, 5. sancto Lodoyco de Parisius[9] fuit expulsus sine spe revertendi illuc usque **in eter-*

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) ipsi *Alb. Mil.*; ipso *Martin.* e) *sic* (mitit˜) *c. et Alb. Mil. pro* mittitur *Martini.* f) *sic iterum c.* g) *sic Martin.*; Hellandie *Alb. Mil.* h) *sic c.*; se in *Alb. Mil. et Martin.* i) frat *Alb. Mil.* k) helemosibus *Alb. Mil.*

1) *A.* 1258. *Aug.* 2, *quod incipit:* Virtute conspicuos; *Potthast nr.* 17356; *Sbaralea, Bull. Francisc. II. p.* 298 *sq., nr.* 436. *Cf. Wadding, Ann. Min. ed.* 2. *IV, p.* 99. 2) *Quorum duae exstant Vitae editae a Mone, 'Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit'* V (1836), *p.* 146 *sqq. et a Mombritio, Vitae sanctorum I, f.* 31 *sqq.* 3) *In conventu Fanensi a.* 1238 *9. cum eo vixerat: cf. supra f.* 225[a], *p.* 42. *Is procul dubio fuit capellanus et poenitentiarius Alexandri IV. papae, ad quem hic a.* 1257. *Mart.* 23. *et* 1260. *Febr.* 16. *scripsit; Potthast nr.* 16794. 17790. *De eodem fratre Mansueto Thomas de Eccleston, Coll. XV* (14), *Analecta Francisc. I, p.* 253 *sq., quaedam narrasse videtur.* 4) *Repetivit Sal. verba Pseudo-Ioachimi:* alii (*pontifices*) ducent pacifice dies suos, *quae supra f.* 222[b], *p.* 36. *attulit, ubi et eadem de Alexandro IV. papa dixit.* 5) *Iudic.* 3, 17: Erat autem Eglon crassus nimis. 6) *Male haec a Sal. mutata sunt.* 7) *Richardus hic dicitur in Libri de temp. c.* 261, *p.* 524. 8) *Cf. supra f.* 229[c]. 335[a—d], *p.* 53, *n.* 2. *et p.* 299 *sq.* 9) *Non tantum de civitate Parisina, ut Sal. etiam supra f.* 335[d], *p.* 300. *dixit, sed etiam de regno

*num et ultra.* Hinc dicitur Prover. XXIIII*: *Qui cogitat male facere, stultus voca-* *v. 8.
*bitur.* Qualis fuit[a] Guilielmus de Sancto Amore. Et sequitur ibi*: *Cogitatio stulti* *v. 9.
*peccatum est, et abominatio hominum detractor.* Item Eccli. XXVIII*[b]: *Facienti ne-* *27, 30. 31.
*quissimum consilium super ipsum devolvetur, et non agnoscet, unde adveniet*[c] *illi illusio*
*et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi.* Item apostolus prima
ad Cor. XI*: *Oportet et hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Ideo *v. 19.
dicit Gregorius[1]: *Abel renuit esse, quem Caym malitia non exercet.* Gregorius[d].
Unde versus[2]:

*Necdum bella bonis, necdum certamina desunt,* Versus.
*Et cum quo pugnet, mens pia semper habet.*

Alter[e] vero libellus continebat multas falsitates contra doctrinam abbatis Ioachym,
quas abbas non scripserat, videlicet quod evangelium Christi et doctrina novi Testamenti neminem *Martin. Opp.*
ad perfectum duxerit, et evacuanda erat M°CCLX° anno[f. 3]. Sed contra Prover. XII*: *Labium* *v. 19.
*veritatis firmum erit in perpetuum.* Labium veritatis fuit labium domini nostri Iesu Christi,
qui dicit: *Que procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Hinc ait Mat. XXIIII*: *Celum* Ps. 88, 35. *v. 35.
*et terra transibunt, verba autem mea non transient* — sive *non preteribunt*[g]. Item Mat. V*: *v. 18. 19.
*Amen quippe dico vobis, donec transeat celum et terra, iota unum aut unus apex non preteribit*
*a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic*
*homines, minimus vocabitur in regno celorum.* Hinc apostolus dixit ad Gala. I*: *Miror, quod* *v. 6—9.
*sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud evangelium, quod*
*non est aliud, nisi* *quia[h] *sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt convertere evangelium Christi.* *f. 399d.
*Sed licet nos aut angelus de celo evangeliçet vobis preter quam quod evangelizavimus vobis, ana-*
*thema sit. Sicut predixi*[i], *et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit preter id quod*
*accepistis, anathema sit.* Item apostolus in prima ad Cor. III*: *Fundamentum enim aliud* *v. 11.
*nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus*[k] *Iesus.* Hinc apostoli dixe-
runt Act. IIII*: *Nec enim nomen aliud datum est sub celo hominibus, in quo oporteat nos*[l] *v. 12.
*salvos fieri.* Ideo Canticorum I*: *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentule dilexerunt te.* *v. 2.
Item Ps.*: *Expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.* Ideo *51, 11.
dicit Ys. XXVI*: *Nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime.* Et nota, quod *v. 8.
iste, qui fecit istum libellum, dictus est frater Ghirardinus de Burgo Sancti
Donini, qui in Sicilia nutritus fuit in seculo et ibi docuit in gramatica. Et cum
intrasset ordinem fratrum Minorum, processu temporis missus fuit Parisius pro 1248.
provintia Sicilie et factus est lector in theologia; et Parisius fecit istum libellum
et ignorantibus fratribus divulgavit. Sed valde bene fuit punitus, ut posui supra[4], 1254.
iuxta verbum quod scriptum est Iosue VII*: *Quia turbasti nos, exturbet te Dominus* *v. 25.

a) fuit *a Sal. in marg. suppl.* b) *sic c. pro* XXVII, *ut supra p.* 374, *l.* 17. *et infra f.* 482[b]. c) *sic et supra p.* 374, *l.* 19; *cf. ib. n.* g; adveniat *Vulg.* d) G'. *c.* e) *penna mutata.* f) M°CCLX° anno *a Sal. in marg. suppl. — Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *sic Vulg.* h) quia *deest Vulg.* i) prediximus *Vulg.* k) *χ hoc loco Sal. scripsit, quod ipsi est* Christi, *pro χ, ut alibi scripsit* Christus. l) nos *a Sal. in marg. suppl.*

*Franciae. Cf. Alexandri IV. papae epistolas datas a.* 1257. *Aug.* 9. 11, *Sbaralea, Bull. Francisc. II, p.* 235, *nr.* 353. 354; *Denifle, Chartul. univ. Paris. I, p.* 362, *nr.* 314; *Potthast nr.* 16977. 16978. 1) *Homil. in Evang. II,* 38, *Opera ed. Maur. (Parisiis* 1705*) I, col.* 1638, *et Moralium in Iob XX,* § 75, *ib. I, col.* 673. 2) *Prosperi Aquitani epigr.* 99 (93), *v.* 1. 2, *Opera (Parisiis* 1711*) p.* 671; *cf. supra f.* 251[c], *p.* 107, *n.* 2. 3) *Haec Sal. procul dubio non ex ipso Chronico Martini Oppav., sed ex Libro de temp. c.* 261, *p.* 524, *descripsit, in quo nunc erasa, et scripta sunt quae Sal. hoc loco habet.* 4) *F.* 308[d]. 309[a], *p.* 237 *sqq. De Girardino et libro eius dicto Introductorio in Evangelium*

*F.* CCCC[a]. Quod apud Mutinam contuli cum fratre Ghirardino, qui fecit libellum, et interrogavi ipsum de Antichristo[a], et dixit michi, quod natus erat et grandis, et quod bene cognoscebat eum, sed falsum dixit.

---

*in die hac*[b]. Verumtamen missus fuit ad provinciam suam[1]. Et quia noluit resilire a stulticia sua, frater Bonaventura, generalis minister, qui erat in Francia,
1258. misit pro eo. Cumque per Mutinam transiret, habitabam ibi, et dixi sibi, quia
*f. cccc[a]. cum eo steteram Pruvini et Senonis[2] eo anno, *quo rex Francie sanctus Lodoycus
(Aug. 31?). bone memorie in primo passagio transfretavit[c] —. Dixi igitur sibi, cum esset[d] michi familiaris: 'Volumus disputare de Ioachym?' Tunc dixit michi: 'Non disputemus, sed conferamus et eamus ad locum secretum'. Duxi igitur eum post dormitorium, et sedimus sub vite; et dixi sibi[b]: 'De Antichristo quero, quando nascetur et ubi'.
2. Thess. 2, 7. Tunc dixit: 'Iam est natus et grandis est, et cito *misterium operabitur*[e] *iniquitatis*'. Et dixi sibi: 'Cognoscis eum?' Et dixit: 'Non vidi ipsum facie, sed bene per scripturam cognosco'. Et dixi: 'Ubi est ista scriptura?' Et dixit: 'In Biblia est'. 'Dicas ergo michi', dixi ego, 'quia notitiam Biblie bene habeo'. Et dixit: 'Nullo modo ego dicam, nisi habeamus Bibliam'. Portavi igitur Bibliam, et totum illud XVIII. capitulum Ysaie exponebat de quodam rege Hispanie, scilicet de rege Castelle[c, 3]. Capitulum
*v. 1. 2. Ysaie sic inchoat*: *Ve terre cymbalo alarum, que est trans flumen*[f] *Ethyopie, qui mittit in mare legatos et in vasis papiri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem convulsam et dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius* et cet. usque ad finem[b]. Et dixi sibi: 'Dicis tu ergo, quod iste rex Castelle, qui modo regnat, est Antichristus?' Et ait[g]: 'Absque dubio Antichristus ille maledictus est, de quo omnes doctores et sancti, qui de hac materia locuti sunt, dixerunt'. Et deridendo dixi sibi: 'Spero in Deo meo, quod tu invenies te deceptum'. Et dixi sibi: 'In Ecclesiastico scriptum
*v. 23. †f. 400[b]. est XVI*: *Qui †minoratur corde, cogitat inania; et vir imprudens et errans cogitat stulta.* Vide igitur, ne tu talis sis'[b]. Et cum hec dixissem, subito apparuerunt multi fratres et seculares in prato post dormitorium et cum tristitia mutuo loquebantur. Et dixit michi: 'Vade et ausculta, quid dicunt, quia cum tristitia videntur referre rumores'. Ivi et redii et dixi sibi: 'Dicunt, quod domnus Phylippus archiepiscopus Ravennás ab Icilino captus est[4]'. Et dixit: 'Vides, quia iam incipiunt misteria'[c]. Tunc interrogavit me, si cognoscebam quendam Veronensem, qui morabatur Parme et habebat spiritum prophetie et scribebat futura. Et dixi: 'Novi et bene novi et scripta sua vidi'. Et dixit: 'Libenter haberem scripta sua; rogo te, ut acquiras michi, si potes'. Et dixi: 'Libenter publicat illa et multum gaudet, quando aliqui petunt et volunt habere. Fecit enim multas omelias[h], quas vidi; et dimisit opus testrinum[i], de quo vivebat in Parma, et transtulit se ad monasterium Cysterciensium de Fontana-viva, et in habitu seculari tota die scribit in quadam camera sibi a fratribus illis assignata; et predicit futura et de mona-

a) an? *h. l. c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) ēē (esse) *corr.* cet *c.* e) operatur *Vulg.* f) *sic* (flum̄) *c.*; flumina *Vulg.* g) ait *a Sal. superscr.* h) homelias, h *erasum c.* i) *sic c.*

*aeternum optime disseruit H. Denifle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte' I, p.* 49 — 98, *ubi p.* 99 — 142. *quae ex Introductorio Anagniae a.* 1255. *a Florentio episcopo Acconensi excerpta et coram tribus cardinalibus ad hoc deputatis lecta sunt edidit.* 1) *Siciliae.* 2) *Pruvini a.* 1247. *c. Dec.* 13 — 1248. *Febr.* 2 *(cf. supra f.* 298[b]. 308[b—d], *p.* 212. 236 *sq.)*, *Senonis a.* 1248. *Febr. Mart. (supra f.* 298[b. c], *p.* 212 *sq.).* 3) *Alfonso X.* 4) *Quod a.* 1258. *Aug.* 30. *factum est. Cf. supra f.* 377[a], *p.* 399.

*F.* $400^{c}$. Quod quidam Veronensis fuit Parme, qui voluit succedere abbati Ioachym in predicendo futura. Cuius libri ex quadam simplicitate fuerunt abrasi.

*F.* $400^{d}$. Quod ego frater Salimbene[a] feci conburi libellum fratris Ghirardini, quando devenit ad manus meas.

---

sterio vivit. Et poteris ire ad eum, quia non distat a strata nisi per duo miliaria 1258.
inferius'. Et dixit: 'Socii mei nollent a strata divertere; quapropter rogo te, ut
vadas illuc et acquiras michi, et gratum habebo'[b]. Ivit igitur viam suam, nec
vidi eum postea. Ego vero accessi ad monasterium illud, quando habui tempus,
et inveni quendam amicum meum, fratrem Albertum Cremonellam, qui mecum
intravit ordinem fratrum Mi*norum, eodem die[c, 1] receptus a fratre Helya, generali *f. $400^{c}$.
ministro, in civitate Parmensi anno Domini M°CC°XXX°VIII°, sed in noviciatu
exivit et stetit in seculo et didicit phisicam, et postea intravit ordinem et monasterium de Fontana-viva, et ibi magnus habebatur ab omnibus[b]. Et cum vidit
me, visum fuit sibi, ut dixit, quod angelum Dei vidisset. Intime enim me diligebat. Tunc dixi sibi, quod faceret michi magnam gratiam, si accomodaret[d] michi
omnia scripta Veronensis illius. Et dixit michi: 'Noveritis, frater Salimbene, quod
ego sum magnus et potens in domo ista, et fratres propter bonitatem suam et
phisicam meam diligunt me; et omnes libros beati Bernardi, si vultis, possum
vobis accomodare[d]. Homo ille, de quo dicitis, mortuus est, et de scripturis suis
nec una littera remansit in mundo, quia ego manu mea abrasi omnes libros suos.
Et dicam vobis qualiter et quare[b]. Quidam frater erat in isto monasterio, qui
optime sciebat radere cartas, et dixit abbati: "Pater, beatus Iob dicit loquens cum
Deo XXX*: *Scio, quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.* Et *v. 23.
Ecclesiastes dicit IX*: *Nemo est, qui semper vivat et qui huius rei habeat fidutiam.* *v. 4.
Et apostolus ad Hebre. IX*: *Statutum est hominibus semel mori.* Cum igitur michi *v. 27.
luce clarius constet, quod mori debeam, quia non *sum* ego *melior quam patres mei,* 3. *Reg.* 19, 4.
rogo[e] vos, pater, si vobis videtur, ut michi aliquos disciplos assignetis, qui velint
adiscere[d] radere cartas, quia post mortem meam isti monasterio utiles esse poterunt"[b]. Cumque nullus inveniretur, qui vellet adiscere[d], nisi ego, ita post mor*tem *f. $400^{d}$.
magistri mei et Veronensis illius abrasi omnes libros suos, quod nec una littera
remansit in eis, tum ut haberem materiam, super quam radere adiscere[d] possem, tum
etiam quia occasione illarum prophetiarum habueramus scandalum valde grande'[b].
Cum autem intellexissem hec omnia, dixi in corde meo: 'Et liber Ieremie prophete aliquando fuit conbustus, et qui illum fecit conburi non remansit impunis, ut habetur
Iere. XXXVI. Et lex Moysi a Chaldeis fuit conbusta, quam Esdras per spiritum
sanctum iterum reparavit'[2]. Sic surrexit in Parma quidam simplex homo[3], qui
habet intellectum illuminatum ad predicendum futura, quia *cum simplicibus sermocinatio* Domini, Prover. III*. *v. 32.

Porro[f] post annos multos, cum habitarem in conventu Imole[4], venit ad cellam meam frater Arnulfus, guardianus meus, cum quodam libello, qui scriptus erat in

a) Salibn. *c. h. l.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) die *a Sal. superscr.* d) *sic c.* e) *penna mutata.* f) *littera initialis* P *minio picta.*

1) *Scil. Febr.* 4; *cf. supra f.* $246^{c}$. $247^{d}$, *p.* 96. 99. 2) *Quod dicit Petrus Comestor, Hist. scolast. Daniel. c.* 5. 3) *Benvenutus Asdenti scilicet, de quo vide infra sub a.* 1283. 1284, *f.* $423^{a}$. $430^{b}$. $431^{a}$. 4) *Imolae Sal. quinque annis habitavit (supra f.* $289^{d}$, *p.* 191*), sed tantum scimus a.* 1270. *Sept. eum ibi fuisse; supra f.* $389^{c}$, *p.* 429.

*F.* CCCCI[a]. De bonitatibus fratris Ghirardini, et quomodo protervitas sue opinionis omnia bona, que habuit, in eo destruxit.

---

cartis de papiro, et dixit michi: 'Quidam notarius est in terra ista, qui est amicus
fratrum, et istum libellum, quem scripsit Rome, quando fuit ibi cum senatore
Urbis domno Branchaleone de Bononia[1], accomodavit[a] michi ad legendum, et
habet eum valde carum, quia frater Ghirardinus de Burgo Sancti Donini scripsit
et composuit eum[b]. Quapropter legatis in eo vos, qui studuistis in libris Ioachym,
ut dicatis michi, si continet aliquid boni'. Cumque legissem et vidissem, dixi fratri
Arnulfo: 'Iste liber non habet stilum antiquorum doctorum[c] et habet verba frivola
et risu digna, propterea[d] diffamatus est liber et reprobatus[2]; et ideo do vobis
consilium, quod[e] prohiciatis in ignem et conburatis, et illi amico vestro dicatis,
quod amore Dei et ordinis patientiam habeat'. Factumque est ita, et con-
*f. CCCCI[b]. bustus est liber. *Et nota, quod iste frater Ghirardinus, qui fecit hunc
libellum, de quo diximus, multa bona in se videbatur habere. Erat enim
familiaris, curialis, liberalis, religiosus, honestus, modestus, morigeratus, temperatus
*Eph. 4, 2.* in verbis, in cibo, in potu atque vestitu, obsequiosus *cum omni humilitate et mansuetudine*[3]. Vere *vir amicabilis*[f] *ad societatem, qui magis amicus erit quam frater*, sicut
*v. 24. dicit sapiens in Prover. XVIII*. Sed protervitas sue opinionis omnia ista bona
*v. 18. destruxit in eo. Ideo dicit Ecclesiastes IX*: *Qui in uno peccaverit, multa bona perdet.*
*v. 10. Hinc Iacobus dixit II*: *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus
*v. 6. est omnium reus.* Item apostolus I. ad Cor. V*: *Modicum fermentum totam massam corrumpit*[h].
*Eccli. 11, 33.* Ad hoc enim laborat diabolus, qui semper insidiatur profectibus filiorum Dei et *in electis imponit maculam,* ut aliquos decipiat et in desperationem et damnationem inducat. Unde
Gregorius[g]. Gregorius[g] dicit[4]: *Intuetur hostis humani generis mores uniuscuiusque et ea ante oculos ponit, ad que videt animum hominis facilius inclinari.* Unde idem Gregorius in
Gregorius[g]. XIIII[0] libro Moralium[h] dicit[5]: *Secundum diversas diversorum contemplationes varias diversis temptationum illaqueat deceptiones. Nam letos temptat de luxuria, tristes de
Gregorius[g]. discordia, timidos de desperatione, superbos de presumptione.* Item[6]: *Demonum
Leo. intentio tota est ad malum et ad fatigationem bonorum.* Unde Leo papa dicit[7]: *Non enim desinit hostis antiquus*[i] *transfiguranş se in angelum lucis deceptionum laqueos ubique pre-*

a) *sic c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) doct. *in marg. a Sal. suppl.* d) .p̈. *c.* e) quod *in loco raso.* f) *sic et infra f.* 439[a]; amabilis *Vulg. et sic supra p.* 185, *l.* 7. g) G⁹. *c.* h) Mor *c.* i) antiq9 *c.*

1) *De Andalois. Qui fuit senator a.* 1252 *ex.* — 1255. 1257 — 1258, *quo anno mortuus est.* 2) *Damnatus est Introductorius ab Alexandro IV. a.* 1255. *Oct.* 23; *Potthast nr.* 16072; *cf. epistolam datam a.* 1256. *Maii* 8, *Potthast nr.* 16376. 3) *Cf. Angelus de Clarino trib. IV, ed. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte' II, p.* 284: Erat frater Gerardus memorie tenacis et diserte lingwe et acuti ingenii. . . . Preterea cum multa manswetudine et humilitate dicebat eis. 4) *Moralia in Iob XIV, c.* 13, § 15, *Opera ed. Maur. (Parisiis* 1705*) I, col.* 441. *Sed verba Gregorii mutata sunt:* Intuetur ergo inimicus generis humani uniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, et illa opponit ante faciem, ad quae cognoscit facilius inclinari mentem, ut blandis ac laetis moribus saepe luxuriam, nonnunquam vanam gloriam, asperis vero mentibus iram, superbiam vel crudelitatem proponat. *Videtur igitur Sal. haec aliunde assumpsisse, ubi Gregorii hic locus laudatus, sed eius verba non retenta erant.* 5) *Haec neque in Moralibus neque usquam in operibus Gregorii leguntur, sed similia Moral. XIV,* 13, 15, *n.* 5. *laudata.* 6) *In libris Gregorii M. hunc locum non reperi.* 7) *Sermo* 27 *(in nat. Dom. VII), c.* 3, *Opera ed. Ballerini I, col.* 93 *sq.*

*F.* 401[b]. Ostenditur hic, quod procurante diabolo multi decipiuntur.
*F.* 401[c]. Ostenditur hic, quod ydolatria sit detestanda.
De hereticis agitur hic similiter, quomodo potuerunt errare, cum filius Dei ita aperte in evangelio sit locutus.

---

*tendere et, ut quoquo modo fidem credentium corrumpat, instare. Novit, cui adhibeat estus cupiditatis, cui illecebras gule ingerat, cui apponat incitamenta luxurie, cui infundat virus invidie. Novit, quem merore conturbet, quem* **fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Omnium discutit consuetudinem, véntilat curas, scrutatur affectus, et ibi causas querit nocendi, ubi quemque viderit studiosius occupari. Habet etenim multos ex eis quos tenacius obligavit aptos artibus suis, quorum ad alienos decipiendos et ingeniis utatur et linguis.* Nota, quod diabolus tota sollicitudine curat, ut aliquem de ecclesia rapiat. Unde Iob XL*: *Absorbebit fluvium et non mirabitur,* id est pro magno non habet, si devorat infideles. *Habet* enim[a] *fiduciam, quod influat Iordanis in os eius,* id est quod devoret baptiçatos; et specialiter instat perfectis et religiosis viris. Unde Abacuch I*: *Cibus eius electus.* Ubi dicit Ieronimus[1]: *Iob subvertere cupit, et devorato Iuda ad cribrandum apostolos expetit potestatem*[b]. Sed cum *non ignoremus*[c] *cogitationes eius,* sicut dicit apostolus II. ad Cor. II.* — callide enim insidiatur nobis[2] —, debet quilibet facere quod Ecclesiasticus docet XXXIII*: *In omnibus operibus tuis precellens esto, et*[d] *ne dederis maculam in gloriam tuam*[e]. Nam *beatus qui non servivit indignis se,* Eccli. XXV*[b]. Verumtamen nec ipse diabolus transibit impunis, quia, sicut dicit[f] sapiens in Proverbiis XI*: *si iustus in terra recipit, quantó magis impius et peccator?* Ideo dicit beatus Gregorius in Moralibus, libro XXXIII*[3]: *Apparente iuditio, cuncto assistente*[g] *celestis curie ministerio, ille hostis diabolus, belua crudelis et fortis, in medio captivus adducetur et cum suo toto corpore eternis gehenne incendiis mancipabitur; ibique inauditum erit spectaculum, quando hec inmanissima belua electorum oculis ostendetur.* Non[i] miror, si gentes, que ignorant Deum, secuntur ydolatriam, quia instructores non habent. Sed valde mirandum fuit, quomodo Iudai*cus populus potuit post ydola declinare, cum Dominus dixerit ei Exo. XX*: *Vos audistis*[k] *quod de celo locutus sim vobis: Non facietis mecum*[l] *deos argenteos nec deos aureos facietis vobis*[b]. Certe sola epistola Ieremie debebat Iudeis sufficere ad ydolatriam evitandam. Insuper habebant legem Mosaicam et omnium prophetarum scripturas, et nichilominus ydolatriam sunt secuti. Et ideo sunt inexcusabiles, *quia, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in inmunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendatium et coluerunt et ser-*

Marginalia: **f.* 401[b]. — **v.* 18. — **v.* 16. — Ieronimus. — **v.* 11. — **v.* 23. 24. — **v.* 11. — **v.* 31. — Gregorius[h]. — **f.* 401[c]. — **v.* 22. 23. — *Rom.* 1, 21—25.

a) et habet *Vulg.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) ignoramus *Vulg.* d) et *deest Vulg.* e) gloria tua *Vulg.* f) dicit *in marg. a Sal. suppl.* g) ass *in loco raso.* h) G*. *c.* i) *penna mutata.* k) vidistis *Vulg.* l) mecum *deest Vulg.*

1) *Epist.* 22, *Opera ed. Vallarsius I, col.* 89. 2) 1. *Reg.* 23, 22: quod callide insidier ei. 3) *Cap.* 20, § 37, *l. l. col.* 1099. *Hoc quoque loco verba Gregorii paulo mutata sunt, quae sunt haec:* Cunctis enim videntibus praecipitabitur, quia aeterno tunc iudice apparente, adstantibus legionibus angelorum, assistente cuncto ministerio caelestium potestatum . . . . ista bellua crudelis et fortis in medium deducitur et cum suo corpore . . . aeternis gehennae incendiis mancipatur. . . . . O quale erit spectaculum, quando haec immanissima bestia electorum oculis ostendetur.

*F.* 401[d]. Quod oportebat hereticos esse, ut predixit apostolus.
Ostenditur hic, quod multum stultiçat qui non vult resilire ab opinionibus falsis, quando reprehenditur a doctissimis viris.
*F.* CCCCII[a]. Hic de beato Iob narratur delectabile quoddam, et quod homo debet sapientiam postulare a Deo.

---

*vierunt creature potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen*[a]. Quo circa non
*22, 15. sunt digni qui huiusmodi sunt, ut cum eo in celo habitent, iuxta illud Apoc. ultimo*: *Foris canes et venefici et impudici et homicide et ydolis servientes, et omnis qui amat et facit mendatium.* Supra modum autem est mirandum, quomodo in novo Testamento heretici
*v. 31. esse potuerunt, cum Dominus dicat Exo. XXII*: *Viri sancti eritis michi.* Item cum *multi*
*v. 23. †v. 42. *cibi in novalibus patrum,* Prover. XIII*. Item cum filius Dei dicat Io. VIII†: *Ego enim ex*
*v. 10. *Deo processi et veni. Neque enim a meipso veni, sed ille me misit.* Et infra X*: *Ego veni,*
*v. 46. *ut vitam habeant et abundantius habeant.* Et infra XII*: *Ego lux in mundum veni, ut omnis*
*f. 401d. *qui *credit in me in tenebris non maneat*[b]. Sed apostolus predixit, quod heretici erant
*v. 29. 30. futuri, Act. XX*: *Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi graves*[c], *lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut ab-*
*v. 19. *ducant discipulos post se.* Item prima ad Cor. XI*: *Oportet et hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Verumtamen hec est summa stultitia, cum homo reprehenditur a doctissimis viris, nolle resilire ab opinionibus falsis, que sunt contra catho-
*v. 30. licam fidem. Unde Ecclesiasticus dicit IIII*[d]: *Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et*
*v. 13. *de mendatio ineruditionis tue confundere.* Item Eccli. V*: *Esto mansuetus ad audiendum verbum* Dei[e], *ut intelligas, et cum sapientia proferes*[f] *responsum verum.* Ad idem facit quod Augustinus[g]. dicit Augustinus II. libro de doctrina Christiana[1]: *Opus est pietate mitescere nec contradicere divine scripture sive intelligere*[h], *quasi nos aliquid sapere meliusque percipere possimus, sed cogitare potius et credere id esse melius et verius quod scriptum est*[a]. Non autem
*v. 7. hoc facit protervus. De[i] quo dicit Ecclesiasticus XXII*: *Qui docet fatuum, quasi qui con-*
*v. 9. *glutinat testam* et cet. Item*: *Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam* et cet.
*v. 5. †v. 7. Item Eccli. XIX*: *Qui odit correctionem*[k], *minuetur vita.* Item Eccli. XXI†: *Qui odit cor-*
*v. 21. *rectionem*[k], *vestigium est peccatoris.* Item Eccli. XXXII*: *Peccator homo vitabit correptionem*
*v. 22. *et secundum voluntatem suam inveniet comparationem.* Item*: *Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus et superbus non pertimescet timorem.* Igitur nullus debet esse pro-
*v. 5. 7. tervus et pertinax in opinionibus suis, quia sapiens in Prover. III.* dicit: *Ne ini-*
*f. CCCCIIa. *taris*[l] *prudentie tue.* et **ne sis sapiens apud temetipsum, sed prudentie tue pone modum.*
*v. 4. Prover. XXIII*[a]. Quod quia frater Ghirardinus non fecit, ideo inventus est stultus.
*v. 4. Ideo Ecclesiasticus dicit XX*: *Quam bonum est correptum manifestare penitentiam, sic enim*
*v. 11. 12. *effugies voluntarium peccatum.* Sed dicit sapiens in Prover. XXVI*: *Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam. Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit stultus*[m]. Sed melius fecit beatus Iob, qui cum scripsisset librum suum, misit illum Moysi, qui erat princeps Iudaici populi in deserto. Quem cum legisset et cognovisset esse divinum, associavit eum libris suis, ut esset in

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) lupi graves *deest Vulg.* d) *manus haec demonstrans in marg. adpicta.* e) *sic et supra p.* 144, *l.* 9. *et p.* 252, *l.* 1; Dei *deest Vulg.* f) *sic et p.* 144, *l.* 9; proferas *Vulg.* g) .A?. *c.* h) *cf. supra p.* 252, *n.* d. i) *penna mutata.* k) *sic c.*: correptionem *Vulg. et ita supra p.* 251, *l.* 12. 13. l) *sic c.* m) *cf. supra p.* 126, *n.* a *et p.* 247, *l.* 15. *et p.* 303. *l.* 12.

1) *Cap.* 7, § 9, *Opera ed. Maur. (Venetiis* 1729*) III,* 1, *col.* 22. *Eadem supra f.* 315[a], *p.* 252. *allata sunt.*

*F.* 402[b]. Hic de Symeone, qui Christum puerum accepit in ulnas, refertur mirabile dictu.

---

Biblia Hebraici canonis, cuius ipse extitit primus auctor Pentateucum describendo. Habetur
hoc Iob XXXI*, ubi beatus Iob sic loquitur dicens: *Quis michi tribuat auditorem, ut desi-* *v. 35–37.
*derium meum omnipotens audiat, et librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem
illum et circumdem*[a] *illum quasi coronam michi? Per singulos gradus meos pronuntiabo illum
et quasi principi offeram eum.* Et nota, quod, quando aliquis non habet illuminatum
intellectum in divina scriptura, non debet sequi spiritum suum nec excogitare opiniones
et expositiones fantasticas de corde suo, quia sic erraverunt multi, sed debet implorare
divinum auxilium, ut *manifest*et sibi *incerta et occulta sapientie* sue, sicut fecit Daniel cum *Ps.* 50, 8.
sociis suis. Ideo dicit Ps.*: *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. Revela* *36, 4. 5.
*Domino viam tuam et spera in eo, et ipse faciet.* *Quod[b] patuit in Daniele, de quo dicitur *f. 402[b].
Dan. II*: *Tunc* — scilicet post orationem ad Deum fusam — *Danieli per visionem nocte* *v. 19–23.
*misterium revelatum est. Et Daniel benedixit Deo*[c] *celi et locutus ait: 'Sit nomen Domini
benedictum a seculo usque in seculum, quia sapientia et fortitudo ipsius*[d] *sunt, et ipse mutat
tempora et etates, transfert regna atque constituit. Dat sapientiam sapientibus et scientiam in-
telligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda et abscondita et novit in tenebris constituta, et
lux cum eo est. Tibi, Deus patrum nostrorum, confiteor teque laudo, quia sapientiam et forti-
tudinem dedisti michi, et nunc ostendisti michi que rogavimus te, quia sermonem regis aperuisti
nobis'.* Hinc Iacobus dixit I*: *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat* *v. 5.
*omnibus affluenter et non improperat, et dabitur ei*[e]. Patuit hoc in Salomone, cui a Domino
dictum fuit III. Reg. III*: *Postula quod vis, ut dem tibi.* Et postulavit sapientiam, et *v. 5.
data est ei[f]. Simili modo Symeon *iustus et timoratus,* de quo habetur Luc. II*, postu- *v. 25. 26.
lavit aliquid a Deo, quod meruit obtinere. De quo dicitur, quod fuit unus ex LXXII
interpretibus, qui tempore Ptholomei Philadelfi regis Egipti de Hebreo in Grecum cum
aliis interpretibus vetus transtulit Testamentum. Cumque ab aliis sociis assignatus esset
ei Ysaias ad transferendum, et occurrisset ei locus ille Ys. VII*: *Ecce virgo concipiet et* *v. 14.
*pariet filium, et vocabitur nomen eius Emanuhel,* dubitare cepit, an hoc posset esse verum,
quia nunquam viderat tale nec expectabat futurum, iuxta verbum quod scriptum est Ys.
ultimo*: *Quis audivit unquam tale et quis vidit huic simile?* Et abrasit de libro illam scrip- *66, 8.
turam et recessit attonitus, et in crastinum invenit eam reparatam et iterum eam *ab- *f. 402[c].
rasit et iterum restitutam invenit. Et sic tribus vicibus factum est tam ex parte ab-
radentis et delentis quam ex parte scribentis et restituentis[e]. Quod videns Symeon
miratus est valde et totum se contulit ad rogandum Deum et dixit: *Da michi intellectum,* *Ps.* 118, 34.
*et scrutabor legem tuam et custodiam illam in toto corde meo*[1]. Et iterum: *Da michi intellectum,* *ib. v.* 73. 60.
*ut custodiam mandata tua*[2]. Et iterum: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege* *ib. v.* 18.
*tua*[e]. Tunc *responsum accepit*[g] *a spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret
christum Domini.* Et ideo *expectabat consolationem Israel, et spiritus sanctus erat in eo,* ut
habetur Luc. II*. Et quia scriptum est Prover. X†: *Desiderium suum iustis dabitur,* et: *v. 25. 26. †v. 24.
*Desiderium si compleatur, delectat animam,* Prover. XIII*, *impletum est desiderium senis in* *v. 19.
*mundi istius senectute,* dicit Augustinus[3]. Ideo dicit Ps.*: *Desiderium anime*[h] *eius tribuisti* *20, 3.

a) ꝯdem *c.* b) *penna mutata.* c) Deum *Vulg.* d) eius *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) acceperat *Vulg.* h) cordis *Vulg.; cf. Ps.* 9[a] (10), 3: in desideriis animae suae.

1) *Frustra quaesiri, unde haec de Symeone et quae de Iob praecedunt Sal. acceperit.* 2) *Coniuncti sunt duo versus Psalmi* 118. *V.* 73: da mihi intellectum, et discam mandata tua. *V.* 60: non sum turbatus, et custodiam mandata tua. *Cf. et v.* 125. 3) *Sermo CLXIV,* § 4, *Opera ed. Maur. (Venetiis* 1731) *V, col.* 787.

*F.* 402[d]. De peccatis Iude proditoris; et quod non est improperandum sanctis viris, si aliqui peccant ex eis, immo ex hoc magis laudandi sunt, quia aliis cadentibus ipsi firmiter cum Domino perseverant.

*F.* CCCCIII[a]. Quod Regini expulerunt domnum Ghibertum de Gente de dominio civitatis sue. Et quod eodem anno obsederunt Canossam.

---

*ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.* Et ideo viso Domino et in ulnis suscepto
*v. 28. 29. et osculato orat se in pace dimitti, ut habetur Luc. II*. Si quis autem miratur
*cf. Luc.* 1, 37. de tam longa vita, dicimus[a] primo, quod nichil est impossibile Deo, *quia omne quod*
*voluerit faciet, et sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei quisquam potest: 'Quare*
*v. 3. 4. *ita facis'*[b], Eccle. VIII*[a]. Secundo de Enoch et Helya damus instantiam et exem-
plum, qui diu vixerunt et adhuc Deo volente conservantur in vita. De quibus
*v. 3. XI°* Apoc. habetur: *Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis*
*sexaginta amicti saccis*[1]. Sane considera verum esse verbum beati Ysidori, qui
Ysidorus. dicit[2], quod *aliquando utiliter peccatur in minimis vitiis, ut maiora*
*horum careantur*[a]. Occasione enim[c] istius Ghirardini ordinatum est[3], ut decetero
*f. 402d. nullum no*vum scriptum extra ordinem publicetur, nisi prius fuerit per ministrum
et diffinitores in provinciali capitulo approbatum. Quod si quis contra fecerit,
tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet et careat illo scripto. Iudas de
apostolorum collegio fuit et multa mala fecit tempore mortis Christi sive instante passione
*v. 25. dominica. Nam turbavit apostolos in dominica cena. Cui dicere poterant Iosue VII*:
*Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac.* Item correctus a Christo noluit resilire
a malicia et stultitia sua. *Servus* enim *verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit*
*v. 19. *et respondere contemnit,* Prover. 29*[d]. Item quia[e] tradidit et vendidit filium Dei. De
*Ps.* 87, 9. *v. 23. primo: *Traditus sum, et non egrediebar.* De secundo Prover. XXIII*: *Veritatem*[f] *eme et*
*noli vendere sapientiam et doctrinam et intelligentiam*[d]. Item quia desperavit et[g] seipsum
*v. 25. †v. 10. occidit. De primo Iere. II*: *Desperavi, nequaquam faciam.* Prover. XXIIII†: *Si despera-*
*v. 22. *veris lapsus*[h] *in die angustie, inminuetur fortitudo tua.* De secundo Io. VIII*: *Numquid inter-*
*ficiet semetipsum, quia dicit*[i]*: 'Quo ego vado, vos non potestis venire'?* Item quia fur erat et
*v. 10. latro, dignus fuit suspendio. De primo Io. X*: *Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et*
*v. 29. *perdat.* De secundo Eccli. XXVII*: *Qui laqueum alio*[k] *ponit, peribit in illo.* De Iudeis
*56, 7. †v. 32. Dominus conqueritur Ps.*: *Laqueum paraverunt pedibus meis.* Ideo dicitur Eccli. XXVII†:
*Laqueo peribunt qui obletantur*[l] *casu iustorum. Dolor consumet illos, ante quam moriantur*[d].
Sicut igitur non est insultandum apostolis nec obloquendum de eis, quod Iudas,
qui tot mala fecit, de eorum numero fuit, sic non est improperandum sanctis reli-
*2, 19. giosis viris, cum aliqui ex eis apostatant. Ideo Io. dicit prima V*[m]: *Ex nobis pro-*
*f. CCCCIII[a]. *dierunt, sed non erant ex nobis. Nam, si *fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.*

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *non signum interrogationis, sed punctum in c.* c) ē (enim) *in loco raso.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) q2 (quia) *a Sal. superscr.* f) Veritatatem *c.* g) *penna mutata.* h) *cf. supra f.* 386[d], *p.* 421, *n.* f. i) dixit *Vulg.* k) *sic c.; alii Vulg. et supra p.* 374, *l.* 18. l) *sic c. pro* oblectantur, *ut supra p.* 372, *l.* 15. m) *numerus* V *in loco raso falso pro* II.

1) *Cf. supra f.* 321[b], *p.* 266. 2) *Sentent. II,* 33, 5, *Opera ed. Arevalus VI, p.* 236. 3) *Repetitum est hoc loco ad verbum fere quod statutum est inter Constitutiones capituli generalis Narbonensis a.* 1260, *ed. Fr. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 110: Item inhibemus, ne de cetero aliquod scriptum novum extra ordinem publicetur, nisi prius examinatum fuerit diligenter per generalem ministrum vel provincialem et diffinitores in capitulo provinciali; et quicunque contra fecerit, tribus diebus tantum in pane et aqua ieiunet et careat illo scripto.

*F.* 403[b]. Quod fratres Minores emerunt palatium imperatoris in civitate Regii ab episcopo Guillielmo[a] ad faciendum locum suum ibi.

---

*L. temp. c.* 259. 1254. Anno Domini M°CC°LIIII° domnus Guido, frater domni Ghiberti de Gente, potestas Reginus fuit. Et eodem anno in civitate Regii obiit et sepultus fuit in loco veteri[1] fratrum Minorum, et modo habitant ibi sorores Minores ordinis sancte Clare. Et nota, quod papa Alexander quartus sic posset scribi in isto millesimo sicut in precedenti[2], quia tribus diebus vel IIII[or] ante nativitatem Christi creditur esse factus, quia de Neapoli Ferarie rumores habiti sunt in festo sancti Thome Cantuariensis. *Dec.* 29.

*ib. c.* 260. 1255. Anno Domini M°CC°LV°, indictione XIII[a], fuit data potestaria civitatis Regii domno Ghiberto de Gente, qui semper erat potestas Parme, et posuit pro se vicarium in predicto regimine quendam nepotem suum domnum Guidonem de Ançelis[b], civem Parme[c]. Qui vicarius et predictus domnus Ghibertus de Gente fuerunt expulsi de regimine civitatis Regii per collegium iudicum; qui iudices sine consilio elegerunt in potestatem domnum Iacobum Penacium, filium condam domni Gilioli de Sesso, die Lune ante carnisprivium, tertio die intrante Martio[c]. *Febr.* 8. *Mart.* 3. Et propter hoc fuit magna discordia inter domnum Ghibertum de Gente potestatem[d] Parme et commune Reg. Et eodem anno Bonifacius filius condam domni Iohannis[e] de Canossa stando et tenendo dictam roccham de Canossa contra voluntatem potestatis Regii, ideo quia Tyrisendus filius eius depredatus fuerat stratam communis Regii, potestas et commune Reginum fecerunt exercitum de montanis[f] ad ipsam roccham et obsederunt eam; et ibi fecerunt trabucchum et manganos ad voluntatem partis deforis. Et de hoc fuit capitaneus domnus Albertus *de Canossa; et fuit destructa dicta roccha[g]. **f.* 403[b]. Hec fuit arx condam comitisse Matildis, cuius primus edificator fuit Atto avus ipsius tempore primi Ottonis imperatoris, et dicebatur Canusia[3].

*ib. c.* 262. 1256. Anno Domini M°CC°LVI°, indictione XIIII[a], predictus domnus Iacobus Pennacius[h] de Sesso fuit electus et confirmatus in potestatem Reginum ad vocem populi et ancianorum. Et eodem anno in mense Maio domnus Guilielmus de Foliano Reginus episcopus palatium imperatoris, quod donatum ab imperatore habuerat predecessor suus domnus Nicholaus[4] salvo iure hospitandi, vendidit fratribus Minoribus de civitate Regina, ut facerent locum suum ibi; et ipsi emerunt et solverunt de denariis, quos habuerunt a sororibus[i] ordinis sancte Clare, quibus locum suum veterem vendiderunt[g]. Nota. *Maio.* Hec facta sunt tempore domni pape Alexandri quarti[g, 5]. Et quia fratres Minores emerunt predictum palatium salvo iure hospitandi, ideo processu temporis dixerunt domno Rodulfo, qui de voluntate domni pape Gregorii decimi electus fuerat in imperatorem, quod palatium suum habebant et inhabitabant in civitate Regina, et de sua voluntate volebant ibi habitare. Et ipse respondit, quod multum gaudebat tales ibi habere hospites, et quicquid iuris ibi habebat, fratribus Minoribus donavit liberaliter totum. Et de hoc dedit eis duo 1274.

a) Guitto *c.* b) Angelis *Alb. Mil.* c) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* d) potest. *in loco raso.* e) Io. *c.* f) montanariis *Alb. Mil.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) *sic h. l. c.* i) a so *in loco raso.*

1) *Vide infra a.* 1256, *f.* 403[b], *quare Sal.* veteri *addiderit.* 2) *Supra f.* 398[d]; *cf. p.* 453, *n.* 7. 3) *Quod Sal. didicit ex Donizonis Vita Mathildis c.* 1, *SS. XII, p.* 854 *sq., vel potius ex Alberti Milioli Libro de temp. c.* 133. 157, *p.* 422. 431. 4) *Iam Heinricus VI. hoc palatium donaverat Petro episcopo Regino diplomate dato a.* 1195. *Maii* 24 *(St.* 4937*), quod Fridericus II. Nicolao episcopo a.* 1224. *mense Martio confirmavit; Reg. Imp. V, nr.* 1519. 5) *Qui hoc confirmavit a.* 1256. *Iul.* 11; *Sbaralea, Bull. Francisc. II, p.* 143, *nr.* 214; *Potthast nr.* 16465. *In quibus litteris venditionis non mentio fit, sed papa dicit se episcopo mandasse, ut palatium fratribus Minoribus concederet, deinde Matheum de Pio iussu papae hoc executum esse. Cf. Tiraboschi, 'Memorie Modenesi' IV, p.* 20 *sqq.*

*F.* 403c. Quo anno captus fuit domnus Icilinus de Romano.
Et[a] eodem anno per Palialógum Constantinopolis capitur.
*F.* 403d. Quod Senenses superaverunt in prelio Florentinos et Lucenses. Et eodem anno M°CC°LX° magna fuit mortalitas, et composui librum de tediis.

---

1274. paria litterarum[1] sui sigilli robore sive munimine confirmata, promittens, quod, si
negotium suum prosperaretur de imperio possidendo, validius quod concesserat
confirmaret[b]. Et quia predictus locus artus erat, ideo circumcirca[c] fratres Minores
1272. emerunt adhuc de terra et aliquas domos[2].
*f. 403c.
*L. temp. c. 263.* 1257. *Anno Domini M°CC°LVII°, indictione XV[a], obsessum et per vim captum fuit castrum
Adrianum, id est Castellaranum, per commune Reg.; et multi capti et mortui fuerunt
homines, qui erant in dicto castro, de Fregnano et de episcopatu Regii, mala morte
fuerunt interfecti.

*ib. c. 264.* 1258. Anno Domini M°CC°LVIII°, indictione prima, domnus Lotherengus[d] de Andalois, civis
Bononie, potestas Reginus. Et eodem tempore et anno vendebatur sextarius frumenti V solid. imperial. et dimidium[e] et VI et VII et VIII et IX et X sol. imperi. absconse et privatim[3] et XII solid.
imperialium.

*ib. c. 265.* 1259. Anno Domini M°CC°LIX°, indictione II, Cremonenses et Mantuani et Ferarienses et
marchio Hestensis nomine Aço et comes Sancti Bonifacii iuraverunt omnes unanimiter[f] et
insimul facere guerram contra domnum Icilinum[g] de Romano. Et eodem anno dictus domnus Icilinus[g] venit cum magno exercitu contra Cremonenses in ripa fluminis Adde[h], et ibi fuit disconfictus
dictus Icilinus a Cremonensibus* et captus et vulneratus et mortuus et sepultus in castro Sulcini,
quod est castrum Cremonensium. Verum ante quam moreretur, pluribus diebus in
illo castro ex vulneribus et dolore cordis atque angustia decubavit infirmus. Sub
palatio illius castri fuit sepultus. Puto, quod non habuit diabolus tale menbrum
in mundo ita sibi conforme in omni malitia occidendi, ex quo factus est mundus.
Frater fuit Albrici. Ambo duo demones extiterunt. Sed de eis satis diximus supra[4].

*Martin. Opp.* Supradicto[i] millesimo[5] Constantinopolis[k], que olim per Gallicos et Vénetos capta fuerat,
*f. 403d. *per Palialógum Grecorum imperatorem vi prelii capta est sive recuperata. Et eodem anno in
1260. Tuscia Ytalie Florentini et Lucani miserabilem eventum habuerunt. Nam confisi de suorum multitudine et fortitudine cum comitatum Senensium intrassent, et Senenses freti auxilio domni Manfredi, tunc
regis Sicilie, ipsis ad bellum obviam exivissent, Florentini et Lucani fraude suorum sunt decepti.
Nam in inchoatione conflictus qui primi et precipui inter Florentinos erant ab hoste occidentes[l] in
suos cum Senensibus quam plurimum sunt debacati[m]. Dicuntur autem de Florentinis et Lucanis tunc
inter mortuos et captivos plures quam sex milia hominum corruisse. In supradicto mille-
1259. simo habitabam in Burgo Sancti Donini[6] et composui et scripsi alium librum
Tediorum ad similitudinem Pateccli. Item[n] eodem anno in Ytalia maxima fuit

*) *Alia, sed non multo posteriore manu in marg. add.:* et suprascriptis, *quod in Libro de temp. non legitur.*

a) Et — capitur *a Sal. posterius quam praecedentia addita sunt.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) ċȝċca *c.* d) Loderengus *Alb. Mil.* e) *sic c.;* dim̃ *Alb. Mil.* f) unainit *c.* g) Yçolin. *Alb. Mil.* h) Ade *Alb. Mil.* i) *non versus novus h. l. coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.* k) s *in loco raso.* l) *sic c.;* ad hostes accedentes *Martin.* m) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* n) *penna mutata.*

1) *Datarum a.* 1274. *Aug.* 10; *Tacoli, 'Compendio delle derivazioni de' . . . Tacoli' I, p.* 616. *III, p.* 356; *Tiraboschi l. l. V, Cod. dipl. p.* 80, *nr.* 921; *Reg. Imp. VI,* 1, *nr.* 195. 2) *Cf. infra f.* 413b, *p.* 487; *Alberti Liber de temp. c.* 282, *p.* 540. 3) *Hoc verbum transponens mutavit Sal. quae Alb. Mil. dixerat.* 4) *F.* 360b—362a, *p.* 363—368, *et de Icilino multis aliis locis.* 5) A. D. 1259. *Martin. falso pro* 1261. 6) *Cf. supra f.* 364d, *p.* 373.

*F.* CCCC4ª. De devotione verberatorum, que facta est M°CC°LX° anno, et fuit quasi universalis, maxime in Ytalia.

*F.* 404ᵇ. Quod Pelavicinus recusavit verberatorum devotionem suscipere, timens propter hoc dominium Cremone amittere.

---

mortalitas mulierum et hominum[1], ita quod in vespertino offitio duos mortuos 1259.
simul in ecclesia habebamus[a]. Et inchoavit ista maledictio in ebdomada de pas-
sione[2], ita quod in tota provincia Bononie fratres Minores offitium in dominica *Apr.* 6.
olivarum dicere non potuerunt, ita erant a quodam frigore lesi; et pluribus men-
sibus duravit infirmitas ista[a]. Tunc obiit domnus Rubinus de Soragna, barbánus
Uberti Pelavicini et frater Marchisopoli, quem in confessione audivi[a, 3]. Item in
Burgo Sancti Donini ex illa pestilentia mortui sunt trecenti et eo amplius, et in
Mediolano multa milia, et in Florentia similiter multa milia; nec pulsabant cam-
panas, ne infirmos terrerent. *f.* CCCC4ª.

*Anno Domini M°CC°LX°, indictione III[a], venerunt verberatores per universum orbem, 1260. *L. temp. c.* 266.
et omnes homines, tam parvi quam magni, tam nobiles milites quam populares, nudati
per civitates processionaliter se verberabant, precedentibus episcopis et religiosis[a]. Et
paces fiebant, et restituebant homines male ablata et de peccatis suis confitebantur,
in tantum ut sacerdotes vix spatium edendi haberent; et in ore eorum sonabant
*Dei voces et non hominis, et vox* eorum tamquam *vox multitudinis;* et ambulabant *Act.* 12, 22. *Dan.* 10, 6.
homines in salvatione. Et componebant laudes divinas ad honorem Dei et beate
virginis, quas cantabant, dum se verberando incederent[a]. Et die Lune in festo omnium *L. temp. c.* 266. *Nov.* 1.
sanctorum omnes illi homines de Mutina venerunt Regium, tam parvi quam magni, et omnes de
comitatu Mutinensi et potestas[4] et episcopus[5] cum vexillis omnium societatum, et verberaverunt
se per totam civitatem et iverunt Parmam pro maiori parte; et hoc fuit die Martis post festum *Nov.* 2.
omnium sanctorum[b]. Et die altera omnes Regini fecerunt vexilla cuiuslibet vicinie[c] et fecerunt *Nov.* 3.
processiones[d] circa civitatem; et potestas Reginus domnus Ubertinus Robaconti de Mandello, civis
Mediolani, similiter venit se verberando. Et homines de Saxolo in principio istius
venerationis[e] abstulerunt me cum licentia guardiani de loco fratrum Minorum de
Mutina, ubi habitabam tunc temporis, et duxerunt Saxolum, quia me *intime dili- **f.* 404ᵇ.
gebant, tam viri quam mulieres; postea duxerunt me Regium, postea Parmam[a].
Cum autem fuimus Parme, iam erat ibi ista devotio. *Volabat* enim sicut *aquila* *Habac.* 1, 8.
*festinans ad* escam[6] et durabat per multos dies in qualibet civitate; nec erat ali-
quis tam severus vel vetulus, qui non libenter se verberaret[a]. Si quis autem non
se verberasset, peior diabolo reputabatur, et omnes ostendebant eum digito tamquam
notabilem et hominem diabolicum. Sed et, quod pluris est, usque ad breve tempus
post aliquod infortunium incurrebat [aut[f] moriendo aut graviter infirmando][b]. Solus
Pellavicinus, qui dominabatur tunc temporis in Cremona, hanc benedictionem et
devotionem evitavit cum Cremonensibus suis[7], quia, sicut dicit Ecclesiasticus X*: **v.* 2.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) visinancie *Alb. Mil.* d) pcessiones *Alb. Mil.* e) *sic nunc legitur in c., sed cum antiquum atramentum evanuisset, haec alio atramento post renovata sunt, ut alia multa columnae* 404ª; *conicio* devotionis *a Sal. scriptum fuisse, cum prima littera non* v, *sed fortasse* d *fuisse videatur.* f) *uncis inclusa a Sal. in marg. suppl.*

1) *Cf. Alex. Tassonus et Bonif. Moranus, 'Cronache Modenesi'* p. 58; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 469; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium ad a.* 1258, *Muratori, SS. IX, col.* 133; *supra f.* 364ᵈ. 367ᵇ, *p.* 373. 379. 2) *Mart.* 30 — *Apr.* 5. 3) *Cf. supra f.* 367ᵇ, *p.* 379. 4) *Paganus de Petra-sancta.* 5) *Albertus de Boschettis.* 6) *Habac.* 1, 8: volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. 7) *Idem dicunt Ann. Parm. mai. p.* 677.

*F.* 404[c]. De doctrina abbatis Ioachym, que hoc anno inchoari debebat, et qualiter Ioachite eam inchoatam fore testantur in verberatorum devotione.
*F.* 404[d]. De prelio quod inter regem Hungárie et regem Boémie hoc millesimo factum fuit, scilicet M⁰CC⁰LX⁰.

---

1260. *qualis est rector civitatis, tales et habitantes*[a] *in ea.* Et fecit poni furcas iuxta ripam Padi, ut, si aliqui transirent cum ista verberatione ad eos, patibulis interirent[1]. Dilexit enim magis comodum[b] temporale quam animarum salutem et gloriam mundi quam gloriam Dei. Et nichilominus multi cordati iuvenes de Parma disponebant penitus ire illuc, volentes libenter in remissionem peccatorum suorum pro fide catholica mori et pro honore divino[c]. Et ego eram Parme et coram potestate Parmensi[2], qui de Pistorio erat. Et[d] dixit potestas: 'Ille homo habet cor excecatum[3] et malitiosus est et ignorat ea que Dei sunt. Non ergo demus ei
*Ps.* 108, 18. occasionem male faciendi, quia, si non vult *benedictionem, elongabitur ab eo*'[4]. Et
**f.* 404[c]. dixit: 'Videtur vobis, fratres mei, quod bene dicam?'[c] Tunc *respondi et dixi:
*Eccli.* 33, 15. 'Sapienter et bene dixistis, domine, quia *contra malum bonum est, et contra vitam*
*Eccl.* 1, 15. *mors*[e], *et contra virum iustum peccator.* Nam sicut *stultorum infinitus est numerus,*
*Sap.* 6, 26. sic *multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum*'[c]. Tunc misit potestas precones sive banditores per totam civitatem Parme precipiendo[f] et prohibendo sub maxima pena, quod nullus Parmensis Padum auderet transire. Sicque cessatum est. Tunc temporis domnus Opiço de Sancto Vitale Parmensis episcopus in maxima reverentia habebatur. Facta sunt autem hec millesimo supra posito, sub papa Alexandro
*L. temp. c.* 266. quarto, sexto anno pontificatus ipsius; quo anno incepta fuit turris de Raçolo ultra taleatam. Et eodem anno intravit domnus Gregorius de Bonicis in monasterium sancti Prosperi de Regio abbas[5]; et
*Martin. Opp.* Nota. civitas fuit absoluta, que steterat interdicta per sex annos et excommunicata. Et eodem anno debebat inchoari doctrina Ioachim abbatis, qui dividit mundum in triplicem statum. Nam in primo statu seculi proprietate misterii operatus est pater in patriarchis et filiis prophetarum, quamquam indivisibilia sint opera trinitatis[g]. In secundo statu operatus est filius in apostolis et apostolicis viris. De quo ait filius in evangelio
**v.* 17. Io. V*: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*[g]. In tertio statu operabitur spiritus sanctus in religiosis. Ita scribit abbas Ioachym[6], qui fuit de ordine Floris[c]. Quem statum inchoatum dicunt in illa verberatione, que facta est
*Act.* 12, 22. M⁰CC⁰LX⁰, indictione III[a], quando qui verberabant se clamabant *Dei voces et non hominis.*

*Martin. Opp.* Eodem anno rex Hungárie pro terris regem Boémie bello agreditur[b], habens in exercitu suo
**f.* 404[d]. diversarum *orientalium nationum et paganorum CC[ta h] XL[a] milia equitum. Cui rex Boemie cum

a) *cf. supra p.* 442, *n.* f. b) *sic c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Et dixit pot. *in marg. a Sal. suppl.* e) *cf. supra f.* 392[d], *p.* 438, *n.* d. f) pcipiēdō. *linea super* o *erasa c.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) circa XL *Martin.*

1) *Infra f.* 408[a]. *Sal. exponit, qua de causa Ubertus hoc fecerit. Quod et in inscriptione huius columnae dixit.* 2) *Henghirame Franzelasta; Ann. Parm. mai. p.* 677. 3) *Marc.* 8, 17: adhuc caecatum habetis cor vestrum? 4) *Ipsa eadem verba Psalmi* 108, 18. *hac occasione de Uberto Pellaricino et Cremonensibus in Ann. Parm. mai. p.* 677. *dicuntur.* 5) *Hunc enim iam Innocentius IV. papa litteris datis a.* 1248. *Oct.* 6. *abbatem S. Prosperi fecerat, E. Berger, 'Les Registres d'Innocent IV.' II, p.* 13, *nr.* 4180, *sed hucusque a Reginis non receptus erat.* 6) *Cf. quae exponit H. Denifle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' I, p.* 52 *sqq. et ibidem p.* 102 *sqq. excerpta librorum Ioachim abbatis. Cf. supra f.* 332[c], *p.* 293.

*F.* CCCC5[a]. De regula militum beate Marie virginis, quorum similis ordo precessit tempore Alleluie. Et quod parvi valoris talis regula in Romana curia propter IIII[or] reputatur. Fuit autem facta mediante fratre Ruffino anno Domini M°CC°LXI°.

---

CM equitum, inter quos dicitur habuisse VII milia equorum ferro coopertorum, ad resistendum occurrit[a]. *Martin. Opp.* 1260. Cumque in confiniis regnorum bellum inchoatum fuisset, ex collisione equorum et armorum tantus pulvis de terra surrexit, ut media et clara die vix homo hominem cognoscere potuisset[a]. Tandem Húngari, rege eorum graviter vulnerato, terga vertentes et eum[b] cedentes festinaverunt effugere; et in quodam fluvio profundissimo, quem transire debuerant, preter alios occisos circa XIIII milia hominum submersa dicuntur[a]. Sed rege Boemie victoria habita Hungariam intrante, rex Hungarie pacem querit et terras, que discordie causa fuerant, restituit et in futurum amiciciam mediante matrimonio confirmavit.

*L. temp. c.* 267. 1261. Anno Domini M°CC°LXI°, indictione quarta, obiit domnus Symon de Manfredis, filius domni Iohannis Bonifacii, in mense Martii. *Mart.* Hic fuit amicus meus et bonus pugnator et strenuus pro parte ecclesie tempore magne guerre[1]. Item millesimo supraposito composita et ordinata fuit regula militum beate Marie virginis mediante fratre Ruffino Gurgone de Placentia, qui multis annis fuerat minister Bononie[2], et tunc erat penitentiarius[c] in curia domni pape[3], et erat Bononie pro negotiis curie[d]. Ordinata etiam fuit per honorabiles viros domnum Lotherengum[e] *de Andalois de Bononia, *f. CCCC5[a]. qui prior extitit et prelatus eiusdem ordinis et inter eos, et per domnum Gruamontem et per domnum Ugolinum Capritium[f] de Lambertinis de Bononia et per domnum Bernardum de Sesso et per domnum Egidium, eius fratrem, et per domnum Phyçaimonem de Barattis[g] de Parma et per domnum Sclancham[h] de Liaçáris de Regio et per domnum Rainerium de Adhelardis[i] de Mutina[a]. Isti a rusticis truffatorie et derisive appellantur Gaudentes. Quasi dicant[k]: Ideo facti sunt fratres, quia nolunt communicare aliis bona sua, sed volunt tantummodo sibi habere iuxta verbum illius avari, de quo Ecclesiasticus dicit XI*: *Est qui locupletatur parce agendo, et hec pars mercedis illius in eo quod dicit: Inveni requiem michi, et nunc manducabo de bonis meis solus.* *v. 18. 19. Item[l] recordor, quod ordo iste factus fuit in Parma tempore Alleluie, id est tempore alterius devotionis magne, 1233. quando cantabatur 'Alleluia', et intromittebant se fratres Minores et Predicatores de miraculis faciendis, anno Domini M°CC°XXX°III°, tempore pape Gregorii noni[a]. Et fuit factus mediante fratre Bartholomeo de Vincentia de ordine fratrum Predicatorum, qui tunc temporis magnum locum habebat in Parma, et fuit bonus homo, et postea fuit episcopus terre sue[4], unde fuerat oriundus. Et habebant predicti fratres eumdem habitum cum istis et sellam albam et crucem rubeam[a]. In hoc tantum est differentia, quia illi appellabantur milites Iesu Christi, isti[m] vero milites sancte Marie[a. 5]. Perseveraverunt autem illi et duraverunt usque ad multos annos et postea defecerunt, quia principium eorum et finem vidi; *et pauci *f. 405[b]. eorum[n] ordinem sunt ingressi[d]. Similiter isti qui dicuntur Gaudentes ita multi-

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) vert. cum ced. festinarent fugere *Martin.* c) petentiarius, ni *superscripto corr.* penitentiarius *c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) Loterengum *Alb. Mil.* f) Capretum *Alb. Mil.* g) baratis *(ut Alb. Mil. habet) Sal. corr.* barattis *c.* h) Sclacam *Alb. Mil.; cf. SS. XXXI, p.* 527, *n.* 4. i) Aelardis *Alb. Mil.* k) cant *post in marg. a Sal. suppl.* l) *penna mutata.* m) Isti *cum maiuscula littera* I *c.* n) ord. eorum *corr.* eorum ord. *c.*

1) *Eadem fere vide supra f.* 348[a], *p.* 332. 2) *Cf. supra f.* 343[d]. 344[b]. 348[b. c], *p.* 322 *sq.* 333. 3) *Iam a.* 1255. *erat capellanus et poenitentiarius Alexandri IV. papae, Sbaralea, Bullar. Franscisc. II, p.* 12, *nr.* 13. 14. *et p.* 57, *nr.* 78; *Potthast nr.* 15650. 15658. 15937. 4) *Vicentiae a.* 1255—1270. *Eadem fere de eodem vide supra f.* 238[b], *p.* 73 *sq.* 5) *Cf. infra f.* 465[b].

*F. 405[c].* De obitu pape Alexandri quarti et de substitutione pape Urbani quarti, que facta est sequenti millesimo[a, 1].

---

plicantur sicut panis in manu famelici[b, 2]. Et reputant se fecisse magnum quiddam,
preclarum quiddam, ex eo quod talem habitum assumpserunt; sed parum in
Romana curia reputantur[b]. Et hoc propter IIII[or]. Primo, quia de suis
divitiis nec monasteria nec hospitalia nec pontes nec ecclesias unquam construxe-
runt seu alia opera pietatis fecisse repperiuntur. Secundo, quia multa aliena
abstulerunt per rapinam more potentum nec restituerunt male ablata. De[c]
*v. 21. primo Prover. XI*: *Alii dividunt propria et ditiores fiunt, alii rapiunt non sua et*
*v. 8. *semper in egestate sunt*[d]. De secundo Luc. XIX*: *Stans autem Zacheus dixit ad*
*Iesum*[e]*: 'Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, et si quid aliquem de-*
*v. 1. *fraudavi, reddo quadruplum'*[b]. Hoc preceptum erat in lege, Exo. XXII*. Ideo dixit
*v. 6. David II. Reg. XII*: *Ovem reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbum istud et*
*non pepercerit.* Tertio, quia, postquam consumpserunt divitias suas faciendo
magnas expensas et largas in multis vanitatibus et comessationibus et comedendo
cum histrionibus et non cum Christi pauperibus, ipsi petunt ab ecclesia Romana
et volunt obtinere a papa et invadere loca meliorum religiosorum, quam ipsi sint,
*v. 30. et illos de domibus suis expellere. [Unde[f] illud Luc. XV*: *Postquam autem*[g] *hic*
*filius tuus, qui dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose*[3] *cum meretricibus, venit,*
*occidisti illi vitulum saginatum*]. Quarto, quia avarissimi homines sunt. *Radix*
*v. 10. *enim omnium malorum est cupiditas,* ut dicit apostolus prima ad Timo. VI*. Ideo
*v. 5. dicit Ecclesiasticus XIIII*: *Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia, et homini*
*v. 9. *livido ad quid aurum?* Ideo Ecclesiasticus dicit X*: *Avaro nichil est scelestius.* Item
*v. 10. ibidem*: *Nichil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et animam suam venalem*
*f. 405[c]. †v. 9. *habet, quoniam in vita sua proiecit intima* *sua.* Ideo dicit Ecclesiastes V†: *Avarus*
*non implebitur pecunia; et qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Hinc Ieroni-
Ieronimus. mus ait[4]: *Avaro tam deest quod habet quam quod non habet. Credenti*
*totus mundus divitiarum est. Infidelis autem etiam obolo indiget.* Unde illud Prover.
*v. 7. XIII*: *Est quasi dives, cum nichil habeat: et est quasi pauper, cum in multis divitiis*
*v. 18. *sit.* Hinc apostolus dixit ad Phili. IIII*: *Habeo autem omnia et abundo*[b]. Nec
reputetur avaritia leve peccatum, cum a regno Dei excludat, sicut dicit apostolus ad
*v. 5. Ephe. V*: *Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut inmundus aut avarus,*
*quod est ydolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.* Quinto
et ultimo[5], quia non video, ad quid deserviant in ecclesia Dei, id est ad quid
Ieronimus. utiles sint, nisi forte quia salvos faciunt semetipsos; que a Ieronimo[6]
*sancta rusticitas* appellatur, que *solummodo sibi prodest, et quantum edificat ex vite*
*merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat.* Sed longe melius

a) M̊ *c.* b) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* c) *penna mutata.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) Dominum *Vulg.* f) *uncis inclusa in marg. laterali et infer. a Sal. suppl.* g) sed postquam *Vulg.*

1) *Minime sequenti, sed a.* 1261, *de quo agitur. Alexander obiit Maii* 25, *Urbanus Aug.* 29. *electus est. Sed hoc loco Sal. secutus est locum ad a.* 1262. *ex Libro de temp. exscriptum (infra p.* 469, *l.* 16*), non priorem (ibid. l.* 15*), quem ipse recte scripsit.* 2) *Infra f.* 465[b]. *in multis civitatibus abundare dicuntur.* 3) vivendo luxuriose *non in hoc versu* 15, 30. *legitur, ubi et* devoravit *(pro* diss.*), sed supra v.* 13: dissipavit subst. suam vivendo luxuriose. 4) *Epist.* 53. *ad Paulinum (Bibliae ex more praemissa), Opera ed. Vallarsius I, col.* 279. 5) *Scilicet fratres Gaudentes non reputantur ab ecclesia Romana. Supra vero l.* 5. *dixit propter quatuor causas eos non reputari.* 6) *Epist.* 53. *modo laudata, l. l. col.* 270. *Idem locus iam supra f.* 239[a], *p.* 75 *sq. allatus est.*

*F.* 405[d]. Quod papa Urbanus quartus regnum Sicilie regi Karulo dedit; et de cometa stella, que per tres menses ante mortem pape apparuit.
*F.* CCCC6[a]. De obitu pape Urbani quarti, et de marchione Hestensi, qui Mutinam cum Ferariensibus venit.
De electione pape Clementis quarti.

---

valet ille, cui dici potest Luc. XXIII*: *Salvum fac temetipsum et nos.* Ita dumtaxat, quod ipse obtemperanter respondeat: 'Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. *Fiat voluntas tua! paratus sum et non sum turbatus, ut*[a] *custodiam mandata tua*'. *v. 39 Matth. 6, 10. Ps. 118, 60.

Igitur de hac materia satis sit dictum. Amodo gaudendum est cum Gaudentibus[1] et flendum cum flentibus, sicut dicit apostolus ad Ro. XII*: *Gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus.* Isti sunt duo caritatis affectus, scilicet congratulationis et compassionis. Unde Tullius[2]: *Proprium est animi bene instituti* Tullius. *et letari bonis rebus et dolere contrariis.* Obiit papa Alexander quartus M°CCLXI°[b], et substitutus est Urbanus IIII, qui istorum Gaudentium regulam dedit[3]. *v. 15. 1261. (Maii 25).

*Anno Domini M°CC°LXII°, indictione V[a], electus fuit[4] papa Urbanus IIII; et suo tempore fecit duas ordinationes; et exercitus[c] Saracenorum, quem Manfredus filius Friderici imperatoris condam in patrimonium ecclesie inmiserat, per crucesignatos fugavit. Comiti Provincie Karolo, fratri[d] regis Francie, regnum Sicilie, ut a Manfredo detentore[e] eius recuperaret, contulit[f]. *f. 405d. L. temp. c. 268. 1264.

Anno Domini M°CC°LXIII°, indictione VI[a], predictus papa Urbanus quartus regnum Sicilie eidem dicto domno Karulo dedit et confirmavit et eidem supradicto Manfredo, qui illud detinebat violenter, abstulit et dictum domnum Karulum investivit. ib. c. 270.

Anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII[a], die VII[a] Augusti cometa tam mirabilis apparuit, qualem nullus tunc vivens ante viderat. In oriente enim[g] cum magno fulgore surgens[h] usque ad medium emisperii versus occidentem comam prelucidam protrahebat. Et licet in diversis partibus mundi forte multa significaverit, hoc tamen unum pro certo compertum est, ut, cum plures quam tres menses duraverit, ipso quoque apparente papa Urbanus cepit infirmari, et eadem[i] nocte, qua papa expiravit, et cometa disparuit[5]. Et eodem anno marchio Hestensis cum militibus et peditibus de Feraria in magna quantitate venerunt Mutinam, et ducenti milites Guelfi de Florentia[6] similiter venerunt Mutinam ad petitionem et voluntatem dominorum Iacobini Rangoni et Manfredi de Rosa de Saxolo et totius partis sue, scilicet ecclesie, et potestatis[k] *Mutine, qui erat de civitate Urbis-veteris, scilicet domnus Monaldus[l], die dominico XI° exeunte mense Decembri, et expulerunt de civitate partem illorum de Gorçano, qui imperiales erant, et omnes amicos dictorum dominorum. Et tunc fuit mortuus domnus Thomasius de Gorçano et duo de Bastardis[7]. Et destruxerunt castrum Gorçani et plura alia mala fecerunt; de quo facto Regineses multum timuerunt. Et eodem anno obiit papa Urbanus quartus. L. temp. c. 271. et Martin. 1264. Aug. 7. L. temp c. 271. *f. CCCC6a. Dec. 21. (Oct. 2).

Anno Domini M°CC°LXV°, indictione VIII[a], electus fuit domnus papa Clemens IIII. apud Perusium; et ipse erat in ultramontanis partibus[8] tunc et erat de collegio cardi- ib. c. 272. 1265.

a) et *Vulg.* b) *numerus in marg. a Sal. suppl.* c) *sic etiam Alb. Mil. falso;* exercitum *Martin., ex quo haec Albertus Mil. exscripsit.* d) *sic Martin.;* fratris *Alb. Mil.* e) *sic Martin.;* detentoq *Alb. Mil.* f) *sic Martin.;* contulerit *Alb. Mil.* g) *sic Martin.;* cuius *Alb. Mil.* h) *sic Martin.;* fulgens *Alb. Mil.* i) *sic Martin.;* cadere *Alb. Mil.* k) pot *c. ut Alb. Mil.* l) Manaldus *Alb. Mil.; cf. SS. XXXI, p. 528, n. 4.*

1) *Iocans in nomen vulgare ordinis supradicti hoc scripsit.* 2) *Cic., Laelius de amic. c.* 13. 3) *A.* 1261. *Dec.* 23; *Potthast nr.* 18195. 4) *Iam a.* 1261. *Aug.* 29, *quo anno eum substitutum esse Sal. recte modo dixit, tamen haec Alberti Mil. repetivit.* 5) *Hoc loco praeter Libri de temp. c.* 271. *etiam Martini exemplar (SS. XXII, p.* 473*) adhibuit Sal., nam tres lectiones corruptas illius* (surgens *pro* fulgens *et* enim *pro* cuius *et* eadem *pro* cadere) *ex hoc emendavit. Sex vero lectiones varias Alberti Sal. repetivit. Aliter de cometa anni* 1264. *retulit Sal. infra f.* 452[d]. 6) *Cf. SS. XXXI, p.* 528, *n.* 3. 5. 7) *Petrus Silicia et Guidonus.* 8) *In Francia fuerat, sed tunc iam in Italiam redibat. Cf. J. Heide-*

*F.* 406[b]. De expulsione illorum de Sesso extra civitatem Reginam.
Et de treugua inter eos postmodum ordinata.
*F.* 406[c]. De adventu Gallicorum in succursum regis Karoli contra Manfredum imperatoris filium; et de filiis imperatoris condam Friderici secundi.

---

1265. nalium; et noluit ire ad accipiendum papatum, nisi prius visitaret ecclesiam beati
*L.temp.c.*272. Francisci de Assisio[1], ubi est gloriosissimum corpus eius. Et eodem anno venit
domnus Karolus, frater regis Francie, ad urbem Romanam et factus fuit et confirmatus in regem
Apulie et Sicilie. Unde predictus domnus Karolus, qui pro recuperatione Sicilie per Urbanum papam
vocatus fuerat Romam, ubi etiam in senatorem electus fuerat, navigio venit; deinde Apuliam intrans,
1266. bello campestri habito predictum Manfredum et vita privavit et[a] regno[2]. In quo anno venit
1265. legatus[3] in Lombardiam pro accipiendis militibus in succursum domni Karoli contra predictum
*Mart.* 6. Manfredum. In quo anno, die Veneris sexto intrante Martio venerunt Mutinenses et Guelfi qui
**f.* 406[b]. erant in civitate Mutine ad civitatem Regii; et illi de Foliano et Roberti frege*runt violenter
portam Castelli, que erat murata. Et tunc intraverunt civitatem dicti Mutinenses et Guelfi et inceperunt
prelium in civitate cum illis de Sesso et expulerunt eos extra civitatem Regium cum exterminato
furore. Et illi de Sesso tunc iverunt cum illis de parte sua Raçolum, et quasi omnes[b] de populo
partis de[c] Sesso fuerunt positi in confinibus prope civitatem, ad tria miliaria desupra ad civitatem, et
omnes affidbati fuerunt preter illos de Sesso. Item Roberti in continenti fecerunt potestatem
domnum Iacobinum Rangonum de Mutina et deposuerunt domnum Marcum Grandonicum de Venetiis. In quo anno ceperunt domini de Sesso castrum de Canulis; et postea pars Robertorum
recuperavit illud. Et eo anno facta et ordinata fuit treugua inter intrinsecos et extrinsecos civi-
*Iun.* 29. *Sept.* 29. tatis Regii a festo sancti Petri usque ad festum sancti Michaelis, et fuit ordinata per fratres Predicatores, scilicet fratrem Fredericum, priorem dictorum fratrum, et per fratrem Peregrinum lectorem
et per fratrem Petrum de Fulconibus, et per quosdam fratres Minores. Ex qua treugua magnam
utilitatem habuerunt homines de Regio, tam intrinseci quam forenses. In quo anno circa
*c. Dec.* 25. festum nativitatis[d] Domini venerunt Gallici in magna multitudine in adiutorium
Karoli fratris regis Francie, qui erat Rome; et ego vidi eos venientes, cum irem
*Dec.* 27. ad Sanctum Proculum de Faventia ad predicandum in festo sancti Iohannis evan-
**f.* 406[c]. geliste. Et iverunt in Apuliam contra Manfre*dum filium Friderici condam impe-
ratoris ad debellandum eum[e]. Et interfecerunt eum anno dominice incarnationis
1266. *(Febr. 26).* M°CC°LXVI° circa pascha[4] et abstulerunt omnia que habebat[e]. Et accidit grande
1265. miraculum, quia illo anno, quo venerunt, non fuit frigus nec gelu nec glacies nec
nix nec lutum nec pluvia, sed via pulcherrima, secura et suavis, ac si esset mensis
Maii. Et hoc a Domino fiebat, quia in succursum veniebant ecclesie et in exterminium illius maledicti Manfredi, qui tali interitu dignus erat propter iniquitates
suas; erant enim multe valde[5]. Siquidem fratrem suum Conradum interfecerat[6],
ut dicebatur; et Conradus interfecerat Karolum[7] fratrem suum, qui natus est

a) in regno priv. *Alb. Mil.* b) oīs *Alb. Mil.* c) *sequitur* fe *expunct. c.* d) naī *c.* e) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

*mann, 'Papst Clemens IV.' I, p.* 162. 177 *sq.: cf. infra f.* 410[a]. *Ipse Clemens papa scribit, 'N. Archiv' XXII, p.* 408: nos absentes, qui . . . . revertebamur ad matris ecclesie gremium de partibus Gallicanis, in summum pontificem . . . . elegerunt. 1) *Nihil traditum est alibi de hac re.* 2) predictus domnus — regno *ex Chron. Martini Oppav. exscripta Albertus Mil. in margine supplevit.* 3) *Gaufredus de Bello-monte.* 4) *Pascha fuit anno* 1266. *Mart.* 28. *Nota hoc loco fratrem Sal. non adnotasse diem proelii recte ab Alberto Milioli c.* 274. *adnotatum, quem ipse repetiit infra p.* 471, *l.* 28. 29. 5) *Cf. Ezech.* 37, 2: erant autem multa valde; 1. *Mach.* 9, 22: multa enim erant valde. 6) *Supra f.* 395[a], *p.* 444. *dixit Sal. Librum de temp. secutus Conradum veneno clistere immisso necatum esse. Cf. etiam supra f.* 295[c], *p.* 205, *infra f.* 407[a], *p.* 472. 7) *Henricum natum Ravennae a.* 1238. *Febr.* 17. *Sed Karolum eum vocat*

*F.* 406[d]. Quod Pelavicinus voluit impedire, ne transiret exercitus Gallicorum, sed non potuit.

De morte Manfredi principis et captione uxoris in Manfredonia civitate.

*F.* CCCC7[a]. De pulcritudine civitatis Manfredonie, quam princeps Manfredus suo nomine appellavit, cuius fuit ipse fundator.

---

Ravenne, quem imperator Fridericus habuerat ex Anglicana uxore[1]; Conradum vero ex filia[2] regis Iohannis[3], Henricum quoque primogenitum ex Hispanica[4], sed Manfredum habuit ex sorore vel ex filia[5] sororis[6] marchionis Lancéé[7], qui fuit Lombardus de Pede-montis. Inter omnes vero filios, quos habuit imperator Fridericus, secundum meum iuditium plus valuit Hencius rex Sardinie, quem Bononienses ceperunt et in carcere multis annis usque ad diem mortis sue detinuerunt. Hic non fuit legittimus filius. Habuit et alium non legittimum nomine Fridericum, quem regem in Tuscia fecerat. Item millesimo supraposito domnus Ubertus *L. temp. c.* 272. Pellavicinus potestas Cremone cum Cremonensibus et cum toto suo posse voluit prohibere passum 1265. comiti Flandrie[8], capitaneo militie exercitus domni regis Karoli. Et predictus comes per vim transivit Lolium flumen iuxta Palaçolum *et destruxit castrum Cavrioli[a]. Et interfecti fuerunt omnes **f.* 406[d]. de castro, tam viri quam mulieres et pueri omnes, eo quod suspenderant unum de militibus dicti comitis. Et dictus comes transivit iuxta civitatem Brixie cum predicto exercitu suo et cepit et destruxit Montem-clarum, unum castrum Brixie, et postea venit ad civitatem Mantue.

*ib. c.* 274. Anno Domini M°CC°LXVI° domnus Karolus rex transivit pontem de Ciperano cum exercitu 1266. suo contra regem Manfredum, filium condam domni Friderici imperatoris, principem Apulie et Sicilie; et postea transivit predictus domnus Karolus pontem de Sancto Germano[b] cum predicto exercitu suo et intravit per vim in Sanctum Germanum et habuit civitatem Capue die IX[a] intrante Februario[a]. *Febr.* 9. In quo anno disconfixit predictum domnum Manfredum cum exercitu suo apud Beneventum; et mortuus fuit ibi cum tribus milibus militum et cum comite Galvano et domno Anibalo, nepote cardinalis Ricardi, et marchione Henrico de Sipione[9], nepote domni Uberti de Pellavicinis, et cum multis aliis baronibus; et sepultus fuit apud pontem Beneventi[c] predictus Manfredus die Veneris tertio exeunte *Febr.* 26. Februario[a]. Et capta fuit uxor[10] predicti domni Manfredi cum duobus filiis suis et cum toto thesauro suo in civitate que Manfredonia nominatur; quam civitatem ipse fieri fecit, nomen suum imponens ei. Hec facta[d] fuit loco alterius civitatis, que [dicebatur[e] Sipontus, et] distat ab ea per miliaria duo; et si vixisset princeps per paucos annos amplius, *fuisset[f] Manfredonia una de pulcrioribus civitatibus de mundo. Est enim ex toto **f.* CCCC7[a].

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) Çermano *(et ita l. 24) Alb. Mil.* c) bene uenti *c.* d) facta fuit *in marg. a Sal. suppl.* e) dic. Sip. et *in infer. marg. a Sal. suppl.* f) *penna cum novo folio mutata.*

*etiam Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 516, *qui fabulam narrat, cur et quomodo Conradus eum interfecerit. Innocentius IV. papa hoc crimen falsum Conrado dedit, ut Math. Paris., SS. XXVIII, p.* 342. 346, *tradit; cf. Potthast nr.* 15369. 1) *Isabella.* 2) *Isabella.* 3) *Ierosolymitani.* 4) *Constantia.* 5) *Blanca.* 6) *Blancae.* 7) *Manfredi II. Supra f.* 295[d], *p.* 205. *Sal. dixit matrem Manfredi regis filiam sororis marchionis Lanceae fuisse, quod et repetiit, cum eam f.* 355[b], *p.* 349. *neptem marchionis Lanceae diceret, et hoc confirmatur Ann. Ianuensibus, SS. XVIII, p.* 228. *Hoc loco vero dubitavit, num Blanca mater Manfredi regis potius soror marchionis Lanceae fuerit, quod et Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 517, *et alii dicunt. Cf. de hac quaestione difficillima C. Merkel, 'Manfredi I. et Manfredi II. Lancia' (Torino* 1886*) p.* 165—174, *qui probabilem censet relationem Ann. Ianuensium et priorum duorum locorum fratris Salimbene, ideo Manfredum regem filium sororis Manfredi II. Lanceae marchionis fuisse opinatur.* 8) *Roberto III, filio Guidonis comitis.* 9) *Cf. supra f.* 366[b], *p.* 376. 10) *Helena.*

*F.* 407[b]. De maioribus curie principis Manfredi.

Quod Brixienses Pelavicino rebellaverunt et[a] fecerunt pacem cum concivibus suis et cum Me[diolanensibus][b] et Berga[mensibus][b].

De obsidione Montis-Vallarii.

---

murata in circuitu et per IIII[or] miliaria durat, ut dicunt, et habet optimum portum, et est ad radicem montis Gargani; et principalis strata tota inhabitatur, et omnia fundamenta aliarum domorum iam facta sunt, et vias amplissimas habet, que ad pulcritudinem faciunt civitatis. Sed rex Karolus habet eam exosam, in tantum quod eam audire nominari non potest, immo vult[1], quod appelletur Sipontus *L. temp. c. 274.* 1266. nova. Item captus fuit in predicto conflictu comes Iordanus[c] et Petrus Asinus de Florentia, et multi alii fuerunt mortui et interfecti in campo. Porro princeps Manfredus aliquas habuit bonitates, quas in tractatu pape Gregorii decimi descripsi sufficienter. Debet enim historiarum scriptor communis esse persona, ita quod nec tantum omnia mala describat unius et omnia bona subticeat. Maiores autem de curia Manfredi isti fuerunt: Comes[d] Galvagnus Lancea, qui maior erat in curia et potentior aliis, et fuit de Pede-montis et attinebat marchioni Lancéé[2]. Comes Iordanus[3]. Comes Bartholomeus[4], qui etiam ambo de Pede-montis fuerunt. Comes Casertarum[5] de Apulia, qui tradidit Manfredum, habens in uxorem sororem[6] eius, ut michi videtur. Comes Acerrarum[7] de Apulia de Terra Laboris. Domnus Iohannes de Procida, potens et magnus in curia Manfredi. Et fertur, quod fuit **f. 407b.* ille, qui dedit venenum regi Conrado ad ˹instantiam ipsius Manfredi, fratris sui˺. Comes camerarius, qui magnus erat et potens in curia ipsius Manfredi et dives multum et dilectus ab ipso Manfredo. Et nomen eius domnus Manfredus Maletta[9], quia adhuc vivit; et post stragem, que facta est in exercitu principis Manfredi, cum evasisset, dedit *locum ire*[10] et venit Venetias et habitavit ibi, quousque Petrus 1282. rex Aragonie invasit regnum ex parte Messane civitatis contra Karolum regem, fratrem regis Francie sancti Lodoici bone memorie[e]. Et modo predictus camerarius in curia Petri regis Aragonie magnus est et dilectus ab eo; et habet cognitionem multorum thesaurorum absconditorum, id est novit, in quibus locis multi thesauri absconditi sunt. Et est óptimus et perfectus in cantionibus inveniendis et cantilenis excogitandis, et in sonandis instrumentis non creditur habere parem in mundo. Regnicola est, id est de regno est oriundus. Et nota, quod rex Karolus successive plures fecit occidi, qui se Manfredum esse dicebant[11]. Fingunt enim, qui eiusmodi[f] sunt, talia ad lucrum et se mortis periculo exponunt.

*L. temp. c. 274.* 1266. Porro supradicto M°CC°LXVI° civitas Brixie, que detinebatur a domno Uberto marchione Pellavicino, rebellis facta est contra predictum marchionem; et fecerunt pacem inter se dicti Brixienses intrinseci cum extrinsecis Brixiensibus et fecerunt pacem cum Mediolanensibus *Febr.* et Bergamensibus in mense Febr. Et eodem anno Mutinenses extrinseci occupaverunt castrum Montis-Vallarii, quod quidam nobilis de comitatu Mutinensium, scilicet domnus Ugolinus de Guillia[g].

a) e *c.* b) *breviatum in c., ut significavi.* c) Çordanus *Alb. Mil.* d) *ab unoquoque sequentium maiorum versus novus coeptus in c., praecedente* ℭ *minio scripto.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) eiusmodi *certo legi nequit in c.* g) Guilia *Alb. Mil.*

1) *Cum Sal. haec scripsit a.* 1284. *inter Iun.* 23. *et Aug.* 14, *vivebat Karolus I.* 2) *Manfredo.* 3) *De Anglano.* 4) *Senescalcus Manfredi.* 5) *Ricardus.* 6) *Incerti nominis.* 7) *Thomas.* 8) *Cf. supra f.* 295[c]. 395[a]. 406[c], *p.* 205. 444, *p.* 470, *n.* 6. 9) *De Mineo. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 4700. 10) *Cf. Rom.* 12, 19: date locum irae. 11) *Cf. supra f.* 282[c], *p.* 174.

*F.* 407[c]. De destructione Montis-Vallarii.
De pace Reginorum, quam inter se fecerunt, scilicet Robertorum et illorum de Sesso.
*F.* 407[d]. De commendatione iuditii et iustitie.
Quod pars Guelforum rediit in Florentiam et expulit Ghibilinos. Et domnus Karulus obsedit Podium-boniçi.

---

factus de amico et fideli Mutinensium intrinsecorum, scilicet Aigo*num, qui parti ecclesie Romane favebant, repente inimicus et proditor — et illis factus est rebellis, qui ipsum multipliciter honorabant —, tradidit eisdem, scilicet illis de Gorçano et aliis de parte sua. Qui dictum castrum tenentes episcopatum civitatis Mutine multipliciter flagellabant[a]. Quamobrem prefati Mutinenses intrinseci unà cum Reginorum militia et magna populi quantitate et aliquibus Parmensibus accesserunt ad obsidionem dicti castri viriliter et potenter. Ibique per totum mensem Iunii permanentes, tanta fuit in dicto castro sitis et fames propter hominum et animalium multitudinem, que[b] ibi vivere non poterant[b], et tantus erat ibi fetor, quod dictum castrum, dum ipsius palancatum die tertio Iulii per violentiam perdiderunt, iam ad extrema deducti, habito personarum affidhamento, reliquerunt Iulii die quarto[a]. Tunc prefatus proditor Ugolinus de Guillia[c], dum infirmus ad mortem de dicto castro portaretur, populari ire et voci suppositus, in campo fuit crudeli morte peremptus; et dictum castrum destructum fuit in totum. Et eo anno die tertio Septembris facta fuit pax inter partem extrinsecam illorum de Sesso et partem intrinsecam Robertorum. Et fuit utilis potestas domnus Bonacursus Bellençonum de Florentia[1] pro pauperibus in civitate Regina et malus pro nobilibus. Et ideo expulerunt eum nobiles, quia bene recuperabat iura communis et bene tenebat iustitiam. Ideo dicit Iohannes Crisostomus[d, 2]: *Mali bonos videre non possunt.* Crisostomus.

*L.temp.c.274.* *f. 407[c]. 1266. *Iun.* *Iul.* 3. *Iul.* 4. *ib. c.* 275. *Sept.* 3.

*Nota, quod de Deo dicitur II. Paralipo. XIX†: *Non est enim apud dominum Deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.* Ideo[e] Iob XXXIIII*: *Qui non accipit personas principum nec cognovit tyrannum, cum disceptarent*[f] *contra pauperem.* Item Prover. XVIII*: *Accipere personam impii in iuditio*[3] *non est bonum, ut declines a veritate iuditii.* Item Prover. XXVIII*: *Qui cognoscit in iuditio faciem, non bene facit, iste et pro bucella panis deserit veritatem.* Item Prover. XXI*: *Gaudium est iusto facere iuditium et pavor operantibus iniquitatem.* Item Prover. XVII*: *Non est bonum damnum inferre iusto nec percutere principem, qui recta iudicat.*

*f. 407[d]. †v. 7. *v. 19. *v. 5. *v. 21. *v. 15. *v. 26.

Porro millesimo[g] suprapposito pars[4] Guelforum de Florentia rediit in Florentiam, et postmodum expulerunt Ghibilinos extra dictam civitatem. Et eodem anno domnus rex Karolus obsedit Podium-boniçi[h] et stetit ibi in obsidione per magnum tempus, et per concordiam habuit[5] dictum castrum. Et ibi obiit uxor eius[6]. Et hoc fuit sequenti millesimo[7].

*L.temp.c.*275. 1267.

a) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* b) *sic c. cum Alb. Mil.* c) Guilia *Alb. Mil.* d) Io. c̃so⁹ *c.* e) *supple* dicit. f) disceptaret *Vulg.* g) M̈. *c.* h) Poça bonaçum *Alb. Mil.; cf. SS. XXXI, p.* 532, *n.* e.

1) fuit predicta pax utilis pro paup. et mala *etc. Liber de temp. Nomen potestatis etiam Sal. ex Libro de temp. assumpsit. Cf. SS. XXXI, p.* 532, *n.* 2. 2) *Nescio ubi.* 3) in iuditio, *quod non legitur in versu Prov.* 18, 5, *Sal. addidit ex Prov.* 24, 23, *ubi:* Cognoscere personam in iudicio non est bonum. 4) pax *scripsit Albertus Milioli c.* 275. *Cf. Dove, 'Die Doppelchronik von Reggio' p.* 46. *Sal. quidem bene correxit locum Alberti, sed in Annalibus Reginis ab hoc exscriptis sane alia legebantur, fortasse* pax Ghibilinorum et Guelforum de Flor., qui redierunt *etc.* 5) *Recte mutavit Sal. quae Liber de temp. c.* 275. *habet:* per vim cepit. 6) *Beatrix.* 7) *Bene Sal. hoc addidit, nam demum a.* 1267. *castrum Poggibonsi obsessum et Nov.* 30. *traditum est, et uxor Karoli Beatrix (Sept.* 23*) obiit. Attamen Sal., quamquam verum scivit, haec ex Libro de temp. ad a.* 1266. *scripsit, etiam verba* Et eodem anno *ex eo transscripsit et sub anno sequenti de eadem re retulit.*

*F.* CCCC8[a]. De bello Saracenorum cum Christianis in Hispania facto.
Quod Cremonenses extrinseci reversi sunt in Cremonam; et Pelavicinus et domnus Bosius Cremone dominium perdiderunt procurante domni pape legato.
*F.* 408[b]. De adventu Conradini in Lombardiam et in Apuliam.
Quod domnus Iacobinus de Palude invasit Besmantuam.
De obsidione Corvarie per Reginos et Parmenses.
De recuperatione castri Raçoli.

---

*L.temp.c.273.* 1266. Item M°CC°LX°VI° quam plurima multitudo Saracenorum ex Affrica per angustum[a] mare transiens in Hispanias adiuncti sunt Saracenis, et in Hyspania magnam plagam in Christianos exercuerunt, intendentes, quam olim perdiderant, recuperare[b] Hyspaniam. Sed illarum partium adunati Christiani et crucesignatorum ex diversis partibus adiuncti[c], licet cum multo Christianorum damno, de Saracenis triumphaverunt.

1267. **f.* CCCC8[a]. Anno Domini M°CC°LX°VII°, indictione *X[a], rex Karolus in Tuscia longo tempore obsedit castrum Podii-boniçi[1], in quo inclusa erat magna multitudo nobi-
*(Nov. 30).* lium, qui erant contra ecclesiam. Tandem concordavit cum illis, et abierunt[d, 2].
*ib. c. 276.* 1266. Et eodem anno facta fuit pax et concordia inter Cremonenses extrinsecos et intrinsecos per
*(Dec.)* legatum domni pape. Et eodem anno[3] domnus Ubertus Pellavicinus perdidit dominium Cremone et aliarum civitatum, in quibus dominatus fuerat, et ivit[e] ad castra sua ad habitandum in eis[4], que habebat in episcopatu Placentino, quorum vocabula Landasium et Ghisalecclum[f, 5]. Et mirabatur ipse Pellavicinus, quomodo unus sacerdos[6] cum blandis verbis expulerat eum de dominio suo. Ideo consuevit dici:

*Cum verbis blandis et factis sepe nephandis*
*Amentem prudens fallere sepe solet*[7].

**v.* 5. Idem sensus habetur Prover. XXIX*: *Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.* Dignum[g] fuit, quod[h] Pellavicinus[i] dominium perderet de Cremona, quia posuit furcas iuxta Padum, timens dominium perdere, si devoti, qui se verberabant, Cremonam ivissent[8]. Ideo dicit sapiens
**v.* 24. Prover. X*: *Quod timet impius, veniet super eum; desiderium suum iustis dabitur.* Item
**v.* 3. Prover. XII*: *Non roborabitur homo ex impietate, et radix iustorum non commovebitur.*
1267. Item eodem anno exivit domnus Bosius de Dovaria cum parte sua de Cremona et fuit obsessus
*L.temp.c.276.* **f.* 408[b]. in Rochetta[k]. Isti duo[9] dominati sunt in Cremona temporibus multis. *De quorum

a) *sic, ut Martin. Oppav. habet, ex cuius libro Alb. Mil. haec exscripsit, recte Sal. scripsit pro* augustum, *ut Alb. Mil. c.* 273. *habet.* b) *sic, ut Martin. habet, recte Sal. correxit;* recuperarent *Alb. Mil.* c) *sic et Alb. Mil.;* auxilio adiuti *Martin.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) iui *corr.* iuit *c.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) Dign[9] *corr.* Dignu *c.* h) qd' (quod) *a Sal. superscr.* i) *sequitur* ꝗ (quod) *expunct. et delet., Sal. igitur antea scripserat:* Dignus fuit Pellavicinus quod. k) Rocheta *Alb. Mil. semper.*

1) *Cf. supra p.* 473, *n.* 7. 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 524; *Ann. Ian. p.* 261 *sq.: Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 136. 3) *Immo iam a.* 1266, *quo et pax Cremonensium facta est.* 4) *Potius Burgum S. Domnini, quod oppidum ceperat, tum ivit, cum dominio Cremonae et Placentiae privatus erat: Ann. Placent. Gib. p.* 518; *Ann. Parm. mai. p.* 680. *Demum a.* 1268. *Burgo exivit, ib. p.* 529. 681. 5) *Cf. supra f.* 366[c], *p.* 377. *Cf. etiam quae C. Cantarelli, 'Cronaca di fra Salimbene volgarizzata' I, p.* 273, *n.* 2. 3. *de his castris dicit.* 6) *Duo potius, nuntii papae; cf. supra f.* 392[a], *p.* 436, *n.* 3; *SS. XXXI, p.* 533, *n.* 2. *Sed et Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 412, *hoc solum Bernardum (de Castagneto) effecisse tradunt.* 7) *Similes versus habet Bernardus Morval., De vanitate mundi:*

Cum verbis blandis, mendacibus atque nephandis
Illaqueant stultosque ferunt ad tartara multos.

8) *A.* 1260; *cf. supra f.* 404[b], *p.* 465 *sq.* 9) *Scil. Ubertus et Bosius.*

*F.* 408^c^. Quod Parmenses obsederunt Burgum Sancti Donini et fecerunt pacem cum concivibus suis, qui erant in Burgo.
Et papa Clemens quartus ultimum diem clausit.

---

dominio potest dici illud Ys. XII^*^: *Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, et* *v. 5.
*iugiter tota die nomen meum blasfematur.*
Eodem millesimo circa festum beati Francisci venit Conradinus de Alamannia, 1267. c. Oct. 4.
filius Conradi filii Friderici condam imperatoris, ut iret in Apuliam contra Karolum
ad recuperandum terram patrum suorum; et adheserunt sibi multi Lombardi et
multi de Tuscia. Et nullum habuit per viam impedimentum usque ad locum con-
flictus. Et exercitus Cremonensium intrinsecorum se absentavit a Rochetta propter timorem *L. temp. c.* 276.
Conradini[a] et Veronensium. Iste[b] Conradinus litteratus iuvenis fuit et Latinis verbis
óptime loquebatur. Et eodem anno venit Veronam[1] cum magna militia Theutonicorum *ib.*
in mense Octobris. Item eodem anno in mense Iulii domnus Iacobinus de Palude ascendit et *Oct.* (21). *Iul.*
intravit super saxum Besmantue furtive de nocte, et mortuus fuit ibi domnus Turclus de Besmantua[c].
Et eodem anno obsessa fuit Corvaria per Reginos et Parmenses. Et Regini habebant in dicto exer-
citu tres trabucchos, et Parmenses habebant unum trabucchum. Et hoc fuit[2] in mense Augusti. Et *Aug.*
fuit habita per pactum Corvaria, et Besmantua restituit[d] communi et dedit obsides communi Regii,
quod non offenderent commune. Et eodem anno in mense Decembris nono die recuperatum fuit *Dec.* 9.
castrum Raçoli, quod tenebant Cremonenses, et ipsum habuerant a dominis de Sesso, qui eum[e] tene-
bant per guerram, et *redemptum fuit a Cremonensibus pro pretio tria milia[f] librarum rexanorum *f. 408^c^.
absque aliis expensis in ambaxatoribus, militibus et peditibus, qui iverunt in servitium Cremonensium.

Anno Domini M^o^CC^o^LX^o^VIII^o^, indictione XI^a^, Parmenses obsederunt Burgum 1268. *(Iun. Iul.).*
Sancti Donini et habuerunt in adiutorium suum Mutinenses, Cremonenses, Placen-
tinos et Reginos. Et recesserunt post longam obsidionem, destructis arboribus et
blado et domibus, que extra erant, cum vineis[3]. Item eodem millesimo Par-
menses fecerunt pacem cum concivibus suis, qui erant in Burgo Sancti Donini[c]. *(Oct. 21).*
Item eodem millesimo infirmatus est papa Clemens quartus in festo sancte Cecilie *Nov.* 22.
et octo diebus post, scilicet in vigilia sancti Andree, ultimum diem clausit[4]. Et *Nov.* 29.
eodem anno Conradinus transivit ad Rochettam et iuxta Brixiam et ivit ad Rochettam[5] domni *ib. c.* 277.
Bosii et transivit flumen Adde[g] et transivit per Tisinum[h] ad Papiam, et ibi stetit per multos dies[i].
Et ivit Pisas per terras[k] marchionis de Careto[l] et per mare; et milicia sua ivit Pisas, per terras post-
modum[6] illorum de Flesco. Et eodem anno ivit apud Romam per terras et contratas illorum

a) Coradin. *Alb. Mil. semper.* b) Iste — loquebatur *in loco raso, antea Sal. fortasse scripserat quae hoc loco in Libro de temp. c.* 276. *leguntur:* Qui Corad. — imperatoris. c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) *sic c. pro* restitúta fuit, *ut Alb. Mil. habet.* e) *sic et Alb. Mil.* f) *sic c. pro* trium milium; de tribus milibus *Alb. Mil., qui* de *post addidit.* g) Adam *Alb. Mil.* h) Tixinum *Alb. Mil.* i) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* k) *sic Alb. Mil.; non constat, num* tra *an* tras *scriptum sit in c.* l) *sic Alb. Mil.;* to *legi nequit in c., pagina enim versa folii* 408, *ultima quinternionis, valde attrita est.*

1) *Liber de temp.:* venerunt illi de Verona, *quod Sal. recte correxit.* 2) *Male mutavit Sal. verba Alberti Mil.:* et de mense Aug. fuit habitum . . . . castrum Corvarie. 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 529; *Ann. Parm. mai. p.* 681. *Etiam a.* 1267. *Parmenses auxiliantibus Mutinensibus et Reginis Burgum S. Domnini obsederunt; Ann. Parm. mai. p.* 680; *Alex. Tassonus, 'Cronache Modenesi' p.* 68. *Nescio de utra obsidione Sal. retulerit, qui etiam supra f.* 365^b^, *p.* 373 *sq. de una obsidione Burgi S. Domnini dixit. Nam in altera obsidione a.* 1268. *Mutinenses et Reginos adfuisse relatum non reperi.* 4) *Cf. notam editam 'N. Archiv' XXIII, p.* 613; *infra p.* 476, *l.* 25. 5) *Non male repetivit Sal. haec verba. Nam Brixiam praetergressus Conradinus demum ad Rochettam ad Olium flumen sitam pervenit; quod et annalista Reginus dicere voluit; cf. SS. XXXI, p.* 534, *n.* 1. 2. 6) ivit per terras Pisas, postmodum illorum *Alb. Mil. Cf. quae ad Libri de temp. c.* 277. *adnotavi p.* 534, *n.* 4.

*F.* 408[d]. Quod exercitus Conradini habuit conflictum cum exercitu Karoli. et captus est Conradinus et post tres menses fuit decapitatus cum pluribus aliis.

*F.* CCCC9[a]. De bonitatibus pape Clementis quarti. Et quomodo de morte Conradini predixit, et quandam sanctam canoniçavit, cuius occasione[1] baptiçatus est quidam Iudeus.

---

*L. temp. c. 277.* 1268. de Tuscia contra voluntatem Guelforum de Tuscia, et fecit exercitum super terram Luche. Item *Aug. 25.* eodem anno, scilicet in vigilia beati Bartholomei[a], exercitus Conradini cum exercitu Karoli habuit conflictum, et prevaluit Karolus[2], et multi corruentes ex parte Conradini mortui sunt; et fuit ibi[a*] maxima mortalitas, et multi fugerunt, et multi barones et milites **f. 408d.* *capti fuerunt. Et captus est ipse Conradinus cum[b] duce Asturiche[3] et quam pluribus aliis et ductus ad Palestrinum[c] in carceribus. Et domnus Henricus, frater regis Castelle, qui tunc erat senator urbis Rome, similiter captus fuit ad dictam sconfictam[d] cum Galvagno[e] Lança. Qui Galvagnus mortuus fuit apud Romam cum duobus filiis; et quam plures alii proditores de Apulia tunc Rome fuerunt mortui cum eodem Galvagno. Et eodem anno Brandula capta fuit per Mutinenses et *Oct. 18.* Reginos. Et eodem anno in festo beati Luche evangeliste uxor[4] domni regis Karoli venit Regium cum maxima multitudine militum et peditum et cum balestariis[f]. Et eo anno infra unum *Nov.* mensem venit comes Flandie[g. 5] cum uxore sua[6], filia dicti domni regis Karoli, Regium et cum maxima gentium multitudine; qui omnes iverunt in Apuliam post dictam sconfictam[h] Conradini et aliorum[h*]. In qua sconficta[i] captus fuit Conradus[k] Antiochie, nepos imperatoris, qui evaserat de carcere regis pro domno Iacobo Napolionis et sociis, qui erant in castro Saracenorum[l]. Et dicta disconficta[m] fuit in campo Palatino[n] apud flumen Marchie prope[o] Albam. Et eodem anno post tres menses *(Oct. 29).* domnus rex Karolus fecit eidem Conradino et duci de Asturicha[p] in regno Apulie et comiti Gerardo *Nov. 28.* de Pisis apud civitatem Neapolim fecit eos decapitari[q]. Et eodem anno in mense Novembris **f. CCCC9a. L. temp. c. 273. et Martin.* tertio[7] die exe*unte[r] obiit papa Clemens quartus, natione Provincialis. Iste Clemens papa uxorem et liberos habens primum fuit famosus advocatus et regis Francie consiliarius. Deinde mortua uxore propter vitam bonam et scientiam laudabilem primo Podensis[s] episcopus et post Narbone archiepiscopus, tandem Sabinensis[t] episcopus cardinalis efficitur; et post in Angliam propter pacis reformationem a papa Urbano quarto legatus missus, absens a cardinalibus Perusii in papam electus, sic vigiliis, ieiuniis et orationibus ac aliis bonis operibus intentus fuit, quod multas, quas ecclesia tunc sustinebat, deordinationes[u] Deus suis meritis creditur extraxisse[v]. Hic, cum Conradinus nepos imperatoris Friderici regem Karolum, cui papa regnum Sicilie contulerat, debellaturus intraret, et plerique[w] fratrum[x] regis Karoli pro desperato haberent[y], tum propter Conradini exercitus multitudinem, tum propter regni Sicilie pene totius rebellionem, predixit in publico sermone factum tamquam fumum transiturum et ipsum tamquam ad victimam Apuliam intraturum. Quod et rei postmodum probavit eventus. Nam Conradinus, post fugam captus, decollatus fuit, et nomen eius paucis diebus post tamquam fumus evanuit. Hic etiam papa canoniçavit Viterbii in ecclesia fratrum Predicatorum Edroigam[z] quandam

a) Bertholamei *Alb. Mil.* a*) *sic nunc legitur in c. recenti manu superlitum, ut Alb. Mil. habet; verbum longius in c. fuisse videtur.* b) cum — ductus ad *in loco raso.* c) pellestriñ *Alb. Mil.* d) disconfictam *Alb. Mil.* e) gauagno *corr.* galuagno *c.* f) balesteriis *Alb. Mil.* g) *sic c. cum Alb. Mil.* h) disconfictam *Alb. Mil.* h*) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) disconficta *Alb. Mil.* k) Coradus *Alb. Mil.* l) *sic falso c., ubi sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum;* Saraxinesci *Alb. Mil.* m) *sic h. l. c. cum Alb. Mil.* n) Palentino *Alb. Mil.* o) *Sal. recte omisit* flumen *hoc loco male in Libro de temp. repetitum.* p) Asturica *Alb. Mil.* q) *cf. SS. XXXI, p. 534, n.* i. r) unte *a Sal. post superscr., quod quidem custodem, ut dicimus, in marg. infer. f.* 408[d]. *scripserat, novum sexternionem scribere incipiens in primo versu folii* 409[a]. *repetere oblitus erat.* s) *sic et Alb. Mil.;* poden *c.;* Podiensis *Martin.* t) *sic Martin.:* Sabiensis *Alb. Mil.* u) *sic et Alb. Mil.:* tribulaciones *Martin.* v) *sic et Alb. Mil.;* extinxisse *Martin.* w) *sic c.* (pliq3) *et Martin., ex quo haec in Libro de temp. descripta sunt, ubi* plurimique. x) *sic* (frm) *c. cum Alb. Mil.;* factum *Martin.* y) *sic et Martin.;* haberentur *Alb. Mil.* z) Endidigam *Alb. Mil.;* Edwigam quondam duc. *Martin.*

1) *Minime huius occasione: v. infra p. 477, n.* a *et* 1. 2) *Haec scripsit Sal. pro* fuit disconficta supradicti Coradini *Alberti Mil.* 3) *Friderico de Baden.* 4) *Margareta.* 5) *Robertus III.* 6) *Blanca.* 7) *Supra p. 475, l. 28. alterum auctorem secutus recte dixit Sal. Clementem die Nov. 29. obiisse.*

*F.* 409[b]. Quod soldanus Babylonie Antiochiam cepit et destruxit.

Quod magni venti hoc anno fuerunt, et in medio Aprili venit nix magna, post quam venit pruina, que vineas destruxit.

*F.* 409[c]. De destructione Burgi Sancti Donini a Parmensibus facta et de morte Uberti Pelavicini.

De bonis que Parmenses Burgensibus contulerunt et de eorum ingratitudine require supra carta CCC65.

---

ducissam Polonie, mire sanctitatis viduam, que inter alia commendabilia, cum canoniçatio eius per plures annos differretur[a]. *L. temp. c. 273 et Martin.* **f. 409[b].*

Quod legens Iudeus statim[b] cum tota domo sua baptiçatus est[1]. *Et[c] eodem anno obiit domnus Manfredus de Robertis, electus episcopus Veronensis, die quinto intrante Decembri. *1268. ib. c. 277. Dec. 5.* Et obiit domnus Petrus de Vico[d], prefectus urbis Rome, in predicto mense. Et eodem anno[2] Domini M°CC°LX°VII° soldanus Babilonie, Armenia vastata, Antiochiam, unam de famosioribus civitatibus orbis, cepit et tam viris quam mulieribus occisis et captis ipsam in solitudinem redegit et pro maiori parte eos interfecit; et hoc fuit XVI[a] die intrante Maio, in vigilia ascensionis. *Martin. Opp. L. temp. c. 277. Maii 16.* Item millesimo supraposito, scilicet

Anno Domini M°CC°LX°VIII° Conradinus, olim nepos Friderici imperatoris, parvipendens domni pape excommunicationem, contra Karolum, quem ecclesia regem Sycilie fecerat, insurgens, ad Theutonicos, quos habuit, quam pluribus Lombardis et Tuscis adiunctis pervenit usque Romam; ubi cum imperiali more sollemniter receptus fuisset, associato sibi senatore Urbis domno Henrico, fratre regis Castelle, et quam plurimis Romanis, contra Karolum Apuliam intravit. Sed post durum campestre bellum Conradinus cum suis terga vertentibus capitur et a Karolo cum duobus[e] nobilibus decollatur. *Martin. Opp.*

Anno Domini M°CC°LXIX°, indictione XII[a], in medio Aprilis venit nix maxima, que duravit in plano per duos dies et duas noctes. *L. temp. c. 278. 1269.* Et incepit nix venire in media nocte veniente die dominico, nec cessavit venire per totum illum diem, fortiter circa vesperas. *Apr. 14.* Et sequenti nocte venit pruina magna, et in alia nocte venit pruina maxima, que destruxit vineas. *Apr. 15. Apr. 16.* Et eo anno castrum Piçegulum destructum fuit per Reginos, et Thoanum similiter fuit destructum et ad terram prostratum. Et eodem anno fuerunt magni venti. *Et eodem anno in mense Iulii iverunt Cremonenses in obsidionem Rochette domni Bosii de Dovaria, et dicta Roketta[f] venit ad precepta communis Cremone; et concordaverunt se cum communi Cremone, et fuit destructa dicta Rochetta[g]. **f. 409[c]. Iul.* Et eodem anno Nuceria[h] civitas Saracenorum de Apulia venit ad mandatum regis Karoli. Et eodem anno in mense Septembri CC[ti] pedites de montanea cum militibus et peditibus de episcopatu Mutine iverunt in Fregnanum pro communi contra domnum Guidinum de Monte-Cuculi, fratrem condam domni Bonacursi, occasione rectificandi castrum unum in servitio[i] de Serafinellis de eadem contrata Fregnani. *Sept.* Et mortui fuerunt milites et pedites et capti[k, 3]. Et tunc venit comes Maginardus cum maxima quantitate militum de Bononia et de episcopatu in subsidium dicti domni Guidini; et ibi fuit magnum prelium. Et ibi fuerunt mortui, capti et suspensi quasi omnes de episcopatu Regino. Et tunc domnus Guido de Mandra, qui erat capitaneus illorum de episcopatu Regino pro communi, fuit ibi mortuus et unus suus notarius. Et eodem anno in mense Novembris roccha de Bardi venit ad mandata communis Placentie. *Nov.*

a) *spatium reliquum versus et sequens versus vacui relicti in c. Sal. enim in Libro de temp. c. 273. confusionem factam animadvertit, neque tamen ex Martini exemplari (ipso etiam fortasse iam confuso) locum restaurarit, omisit tantum* pacietur *sensu carens, ante quod Alb. Mil. multa omiserat; cf. SS. XXXI, p. 530, n. 4.* b) *sic Martin.;* statim *om. Alb. Mil.* c) *penna mutata.* d) Vicco *Alb. Mil.* e) multis *Martin.; cf. supra p. 476, l. 23.* f) *sic h. l. c.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) Niceria *Alb. Mil.* i) illorum, *quod Alb. Mil. omisisse videtur, omisit et Sal.* k) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *Male haec verba ad alia pertinentia, quae Alb. Mil. habet, descripsit et male interpretatus est in inscriptione columnae.* 2) *Abhinc relicto textu Libri de temp., cuius etiam verba* Et eo anno *secutus est, ad Martini exemplar Sal. se convertit, ex quo* Domini MCCLXVII. *et sequentia transscripsit, licet annus suprapositus sit* 1268, *cum in Libro de temp. p. 535, ubi Annalium Reginorum locus cum verbis Martini p. 473. coniunctus est, ad verum annum* 1268. *haec posita essent.* 3) Et mortui — capti, *quae in Libro de temp. male post* Mutine *(l. 32) inserta sunt, Sal. perperam hoc loco posuisse videtur.*

*F.* 409[d]. Quod Pellavicinus noluit nec in morte ad Deum converti, quia, sicut Augustinus dicit[1], *percutitur interdum hac animadversione peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui, dum viveret, oblitus est Dei.*

---

1268. *(Nov.)* Item eodem anno M⁰CC⁰LX⁰IX⁰ Parmenses muros Burgi Sancti Donini fun-
ditus destruxerunt et foveas castri repleverunt[2]; et preceperunt eis, ut de castro
recederent et de domibus burgum longum versus Parmam facerent super stratam.
Et ita fecerunt, et permanent usque in hodiernum diem. Eodem millesimo
1269. *Dan.* 13, 52. supraposito marchio Ubertus Pellavicinus[3], monoculus et senex et *inveteratus dierum*
**f.* 409[d]. *Iob* 21, 25. *malorum*, mortuus *est[4] in montibus[5] *in amaritudine anime* et dolore, sine confes-
*(Maii 8).* sione et satisfactione ecclesie[a, 6]. Et fratres Minores fuerunt ibi volentes eum
*v. 28. 29. saltem in morte ad Deum reducere iuxta verbum quod scriptum est Eccli. XI*:
*Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas, et in fine*
*hominis denudatio operum illius:* sed non potuerunt eum removere a malitia sua,
*Ps.* 108, 18. quia scriptura dicit: *Noluit benedictionem, et elongabitur ab eo*[b]. Et iterum alia
*v. 14. scriptura dicit Eccle. VII*: *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem*
*v. 11. *ille despexerit.* Et Prover. XXVIII*: *Sapiens sibi videtur vir dives, pauper autem*
*prudens scrutabitur eum*[b]. Cui dixit frater Gerardinus de Sancto Iohanne in Per-
siceto, lector in theologia in conventu fratrum Minorum de Parma: 'Sapiens in
*v. 3. Prover. dicit VI*: *Discurre, festina, suscita amicum tuum*[b]. Istam scripturam im-
plevi, domine, veniendo ad vos pro salute anime vestre, quam[c] volo lucrari Deo, *qui*
*v. 4. *vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire,* prima ad Timo. II*.
*v. 15—17. Et ideo do vobis consilium, quod faciatis sicut Ecclesiasticus docet XIIII*: *In*
*divisione sortis da et accipe*[7] *et iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare*
*iustitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum*'[b]. Respondit Pellavicinus:
'Non habeo remorsum conscientie, quod habeam de alieno aliquid'. Cui frater
*v. 13. Gerardinus dixit: 'Sapiens in Prover. dicit XXVIII*: *Qui abscondit scelera sua, non*
*dirigetur; qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Ideo
*v. 3. alibi dicit Prover. XVI*: *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tue*'[b].

a) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* b) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.* c) *penna mutata.*

1) *In sermonibus* 220, § 2. *et* 257, § 3. *male Augustino attributis, Opera ed. Maur.* V, *App. col.* 363. 422. *Qui locus iam supra f.* 285[d], *p.* 181. *laudatus est.* 2) *Haec iam a.* 1268. *Nov. coepta, sed a.* 1269. *perfecta sunt; cf. Ann. Parm. mai. p.* 682; *Ann. Placent. Gib. p.* 529; *et ad a.* 1268. *haec aliis verbis narrata habet Liber de temp. c.* 277, *p.* 535, *ubi Sal. illa omisit, qui f.* 408[c], *p.* 475. *retulit de pace facta ante hanc destructionem.* 3) *Liber de temp. c.* 278, *p.* 535. *etiam ad a.* 1269. *habet:* obiit Ubertus marchio de Pelavicinis. *Ad* monoculus *cf. supra f.* 353[b], *p.* 344, *ad quem locum cf. Guill. Ventura c.* 16, *Hist. patr. Mon. III, col.* 722: qui monoculus erat. 4) *Die Maii* 8; *Ann. Placent. Gib. p.* 531. 5) *In castro Gisalechio procul dubio, ubi a.* 1269. *Apr.* 29. *testamentum suum fecit editum ab Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 405 *sqq., nr.* 91, *in quo et sepultus est, ut Ann. Placent. Gib. l. l. tradunt.* 6) *Hoc falsum sane nec credendum est. Ann. Placent. Gib. p.* 532. *enim, qui conscripti sunt iussu Ubertini de Lando comitis de Andito, amicissimi Uberti, cui hic in testamento liberos recommendavit, referunt:* cum ministris ecclesie, fratribus Predicatoribus et Minoribus et prelatis ecclesie multis, confessus fuit peccata sua, absolucionem peccatorum eius recipiens, et omnia sacramenta ecclesie sane mentis compos recepit. *Etiam fratribus Minoribus et Praedicatoribus in testamento quaedam legavit.* 7) *Eodem modo hic versus allatus est supra p.* 148, *l.* 17 *(cf. n. e) et p.* 257, *l.* 5, *cum in Vulgata edita alio modo verba coniuncta sint.*

*F.* CCCCX[a]. Quod Parmenses de Pellavicino assumpserunt vindictam iuxta verbum quod scriptum est Ys. III*: *Ve impio in malum! Retributio* *v. 11.
*enim manuum eius fiet ei.*
*F.* 410[b]. De Primario, ubi Bononienses contra Vénetos castrum fecerunt anno Domini M°CC°LXX°.

---

Cum autem videret frater Ghirardinus[a], *quod laborabat in cassum, dixit: 'Quod 1269. *f. CCCCX[a].
meum est feci, quia sapiens in Prover. dicit XXI*: *Excogitat iustus de domo impii,* *v. 12.
*ut detrahat impios a malo.* Sed, ut video, vera est scriptura que dicit Prover. XI*: *v. 7.
*Mortuo homine impio nulla erit ultra spes.* Et iterum Prover. XVI*: *Universa propter* *v. 4.
*semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Ergo quia, sicut
dicitur Osee V*: *Effraim cepit abire post sordes: qui in sordibus est, sordescat adhuc,* *v. 11.
Apoc. ultimo**[b]. Et sic dimisit eum *in manu consilii sui* iuxta verbum quod *22, 11. *Eccli.* 15, 14.
scriptum est Iere. LI*: *Curavimus Babilonem, et non est sanata. Derelinquamus eam* *v. 9.
*et eamus unusquisque in terram suam, quoniam pervenit usque ad celos iuditium eius et
elevatum est usque ad nubes.* Puto, quod frater Ghirardinus missus fuit ad Pellavicinum vel a Parmensibus vel ab aliquo legato, ut ad precepta ecclesie deberet
redire[b]. Nam et cum papa Clemens iret ad accipiendum papatum et transiret 1265. (Febr.)
per Placentiam[1] sub habitu persone private[2], dixit quibusdam: 'Dicatis isti domino,
qui dominatur in Cremona, ex parte mea, postquam recessero hinc, quod, si vult
esse amicus Dei et ecclesie et dimittere, quod homines in pace vivant, ego iuvabo
eum ad papam[3], ut ipsum gratanter recipiat et misericordiam sibi faciat'[b]. Sed
impletum est in eo quod Ecclesiasticus dicit XXII*: *Qui docet fatuum, quasi qui* *v. 7.
*conglutinat testam.* Verumtamen de Pellavicino Parmenses ulti sunt adhuc eo
vivente, destruendo castra et terras, quas occupaverat[4], iuxta verbum quod scriptum
est Iob XX*: *Divitias, quas devoravit, évomet, et de ventre eius[c] extrahet eas Deus.* *v. 15.
Item Pellavici*no congruit quod de Senacherib Ys. dicit XVI†: *Finitus est enim* *f. 410[b]. †v. 4.
*pulvis, consumatus[d] est miser, defecit qui conculcabat terram.* Viginti annis[5] tenuit
Cremone dominium; qui si tot annis servisset[d] Christo, dedisset ei regnum eternum.
Parcat ei Deus, quia multa mala fecit Parmensibus et Cremonensibus et Placentinis et multis aliis civitatibus Lombardie. Sed nec ipse[e] transivit impunis, sicut
dicitur in libro Sapientie XVI*: *Homo autem occidit per malitiam quidem* animam *v. 11. 15.
suam[6]; *et cum exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam, que recepta est;
sed manum tuam effugere est impossibile.* Item millesimo supraposito factum est 1269.
generale capitulum Assisii[7], adhuc generali ministro fratre Bona-ventura; et nullus erat papa, quia cardinales concordare non poterant.

a) *sic h. l. c.* b) *sequitur ⊂ atramento nigro scriptum.* c) illius *Vulg.* d) *sic c.* e) ipse *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Quod a.* 1265. *mense Februario (inter diem* 5. *et* 22) *factum esse videtur.* 2) *Vide quae traduntur de eo mutato habitu per Italiam superiorem transeunte, J. Heidemann, 'Papst Clemens IV.' I, p.* 178. 3) *Procul dubio Sal. significare voluit Guidonem iam tunc scivisse se papam electum esse, quod a.* 1265. *Febr.* 5. *factum est. Quod verba suprascripta* ad accipiendum papatum *iam satis indicare videntur. Cf. supra f.* 406[a], *p.* 469 *sq.* 4) *Cf. supra f.* 353[b. c]. 408[a], *p.* 345. 474. 5) *A.* 1249—1266, *minime viginti annis. Supra f.* 353[c], *p.* 345. *viginti duobus annis dominium Cremonae habuisse dicitur.* 6) animam suam *non legitur in versu Sap.* 16, 14, *sed Sap.* 1, 11: os autem quod mentitur occidit animam. 7) *De quo cf. Fr. Ehrle, 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 40 *sq.: 'English historical Review'*

*F.* 410[c]. De multitudine turilorum[a] eo anno, quo fuit conflictus exercitus regis Karuli cum exercitu Conradini.

De causa, quare Bononienses fecerunt castrum in Primario contra Vénetos.

---

1270. (*Nov.*) Isto[b] tempore[1] iverunt Bononienses ad Primarium et fecerunt ibi castrum
contra Vénetos. Est autem Primarium quidam locus in districtu Ravenne, ubi
Padus, qui vadit iuxta Argentam, ingreditur mare[c]. Et venerunt Véneti contra
Bononienses in exercitu magno cum navibus et balistis et mánganis et trabúchis
et omni apparatu bellandi, et steterunt ex altera parte Eridani et fecerunt magnum
1271. insultum contra castrum Bononiensium; et commissum est grave prelium inter
utrosque; et Véneti percutiebant turrim Bononiensium cum mánganis et trabúchis,
et Bononienses viriliter defenderunt castrum suum; et receserunt[d] Veneti[c]. Et
fuerunt ibi Bononienses, puto, duobus vel tribus annis[2]. Et mortui sunt ex eis
trecenti vel quingenti ex intemperie marini aeris et propter multitudinem cúlicum
1273. et púlicum et muscarum et asilorum[c]. Et ivit frater Peregrinus de Polesmo[e] de
*f. 410[c]. Bononia *ex ordine fratrum Minorum[3] et fecit concordiam inter Bononienses et
Vénetos[4]. Et Bononienses destruxerunt castrum, quod fecerant, et recesserunt inde,
et donaverunt multa lignamina de dicto castro fratribus Minoribus de Ravenna[f].
Et quia ego habitabam Ravenne tunc temporis, videtur michi[5], quod ista destructio
castri Bononiensium et recessus eorum de Primario fuerit illo anno et illo tempore, quo Conradinus fuit a Karolo disconfictus, scilicet M°CC°LX°VIII°. Et
1268. tanta multitudo illarum avium, que in vineis destruunt uvas et vulgariter
túruli[a, 6] dicuntur, illo anno transivit et tempore, ut vix celum quolibet sero post
cenam usque ad crepusculum noctis multis diebus libere posset videri. Et erant
tria solaria aliquando vel duo, unum super aliud simul, et durabant per tria vel

a) *sic h. l. c.* b) *penna mutata.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sic c.* e) *sic (non* polesino*) in c.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

*XV, p. 705 sq.; Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p. 351. Coniciendum est hoc capitulum ex more circa pentecosten celebratum esse, quod nescimus.* 1) *In inscriptione columnae Sal. recte dixit hoc a. 1270. factum esse.* 2) *Autumno (a Nov. 1) a. 1270. coeptum est castrum a Bononiensibus, a. 1270. ex. et 1271. inter Venetos et Bononienses ad Padum pugnatum est, unde Veneti a. 1271. Dec. 1. victi recesserunt, Bononienses in castro suo remanserunt usque ad a. 1273. Aug. Cf. Martin. da Canale c. 287—298. 309, 'Arch. stor. Italiano' I. ser., VIII, p. 630—648. 660—662; Andr. Dandulus l. IX, c. 8, p. 8. 12, Muratori, SS. XII, col. 380—382. 387; Ann. Placent. Gib. p. 549. 555; Riccobaldi Pomerium c. 99, Muratori, SS. IX, col. 138 sq.; Petrus Cantinelli, Rerum Ital. SS. Ed. Nova XXVIII, 2, p. 10 sq.; Matheus de Griffonibus, ibid. XVIII, 2, p. 19; 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col. 282. 284.* 3) *Idem procul dubio, qui supra f. 351[a], p. 339. dictus est. Cf. de eo infra f. 450[a].* 4) *Pax facta est a. 1273. Aug. 15. In tabula pacis hoc die data, Savioli, 'Annali Bolognesi' III, 2, p. 457—464, nr. 477, mediatores pacis dicuntur fratres Minores Bonaventura de Yseo et Peregrinus de Bononia, quem Sal. dicit.* 5) *Erravit Sal. Demum in dicta pacis tabula (l. l. p. 459) Bononienses promiserunt se castrum illud destructuros esse; quod igitur a. 1273. post Aug. 15. factum est. Errorem hunc postea Sal. perspexisse apparet, cum in inscriptione columnae dixerit castrum a Bononiensibus a. 1270. constructum esse, et in textu scripserit eos hoc castrum duobus vel tribus annis retinuisse. Sal. a. 1273. mense Maio in obsidione Furlivii fuit (f. 289[d]. 290[a], p. 191), a. 1273. Dec. 27. Faventiae moratus est (f. 389[a], p. 427). Interea eum iterum aliquando Ravennae fuisse apparet.* 6) *Haec vox Italice hodie est* tordo, 𝔇𝔯𝔬𝔰𝔰𝔢𝔩.

---

IIII[or] miliaria; et post breve spatium alie aves eiusdem generis succedebant volando 1268.
et cracitando et murmurando et quasi conquerendo. Et sic faciebant quolibet sero
multis diebus a montibus descendendo ad valles et totum aerem occupabant; et
ego cum aliis fratribus quolibet sero ad videndum[b] et considerandum et admirandum
egrediebar, ut starem sub divo; nec sub divo eram, quia totum aerem cooperiebant[c].
Vere dico, quia, nisi vidissem, referenti credere minime possem. Causa
autem, quare Bononienses iverunt ad Primarium ad faciendum castrum, ista fuit[d]. 1270.
Véneti avari homines sunt et tenáces et superstitiosi[e] et totum mundum vellent
subiugare sibi, si possent, et rusticiter tractant mercatores, qui vadunt ad eos, et
care vendendo et multa passagia in diversis locis in suo districtu ab eisdem personis
eodem tempore accipiendo[d]. Et si aliquis mercator portat ibi merces suas
ad vendendum, non potest eas secum *reducere, immo oportet, quod vendat eas *f. 410d
ibi, velit nolit. Et si aliqua navis non sua cum mercibus ex aliquo infortunio
maris declinat ad eos, non potest inde recedere, nisi prius omnes merces suas
vendat ibidem. Et dicunt, quod ex voluntate divina processit, quod navis illa
declinavit ad eos; cui contrariandum non est[1]. Quodam tempore[f], cum comes
Roglerius de Bagnacavallo dominium haberet Ravenne, venerunt Véneti et fecerunt 1258.
unum castrum in dictrictu Ravenne[2], in egressu vallium et in ripa Padi,
per navigium quod vadit a Ravenna ad Padum, e regione Sancti Adalberti[d].
Et promiserunt Ravennatibus, quod volebant ibi habere castrum usque ad
L annos, et annuatim ex ista concessione solverent Ravennatibus civibus sive communi
Ravenne quingentas libras ravennatium[g]; et bene solvebant, ut vidi[c]. Sed
Véneti quinque calliditates sive malitias in isto negotio habuerunt. Prima fuit,
quia, cum ista concessio ad tempus iam dictum deberet existere, id est usque ad
L annos deberet durare et non plus, disponunt eam facere sempiternam[h]; et in
argumentum huius rei non solum sufficit, quia hoc dicunt, verum etiam et factis
ostendunt, quia, cum prius de lignamine castrum fecissent, modo fecerunt de
muro. Secunda, quia ita claudunt navigii viam Lombardis, quod nec a Romagnola
nec a marchia Anchonitana aliquid possunt habere, a quibus haberent frumentum,
vinum et oleum, pisces et carnes et salem[i] et ficus et ova et caseum et
fructus et omnia bona que ad vitam spectant humanam, nisi Véneti impedirent[c].
Tertia, quia omnia ista per istas duas provincias colligendo discurrunt[k], preveniendo
Bononienses, ne prius emant, quibus propter studium et inhabitan*tium multitudinem *f. CCCCXIa.
civium et forensium necessitas imminet et incumbit[l], ut istis abundent[d].
Et ideo non fuit mirum, si Bononienses contra Venetos moti sunt et castrum fecerunt,
contra quos etiam omnes Lombardi turbari et indignari deberent et exercitum

a) *sic c.* b) uidēdēd' *c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) superstiosi *corr.* superstitiosi *c.* f) *penna mutata.* g) ravennanorum, *super* orum *scripto* tiū *corr.* ravennantium (!) *c., sed* orum *non expunctum est.* h) sepitnā *c.* i) et salem *in marg. a Sal. suppl.* k) unt *in loco raso.* l) ī9bit *c.*

1) *Cf. S. Romanin, 'Storia docum. di Venezia' II, p.* 296 *sq.* 2) *Cf. Ann. Ravennat., Muratori, SS. I, 2, p.* 578; *Riccobaldi Pomerium, ib. IX, col.* 133; *tabulam datam a.* 1259. *Maii* 19, *qua archidiaconus Ravennas protestatur, ne hoc castrum fieret, Amadesius, In antist. Ravenn. Chronot. III, p.* 192 *sq., nr.* 52; *Fantuzzi, 'Monumenti Ravennati' V, p.* 337, *nr.* 64.

*F.* 411^b^. De abundantia et fertilitate civitatis Ravenne.
De turre de Gubernula, ubi Mantuani a transeuntibus per Padum passagium petunt, cogentes eos prius Mantuam navigare et postea ad Gubernulam remeare.

---

ad pugnam producere, eo quod in supradictis damnificantur ab eis. Quarta, quia in portu Sancte Marie de Ravenna semper habent unam navem armatam, ne aliquis inde cum victualibus[a] possit transire, claudendo[b] Ravennatibus et Bononiensibus et Lombardis undique viam; quod nullatenus erat de pacto. Quinta, quia semper in civitate Ravenne ad expensas communis sui tenent unum hominem, quem vicedominum appellant[1], cuius offitium est, quia debet considerare sollicite cum diligentia maxima et cautela, ne Ravennates contra Venetos aliquid tractent nocivum seu ordinent, quod sit contra materiam istam; quod similiter nunquam fuit de pacto. Appellaverunt autem Véneti castrum illud Marcamó, id est 'mare clamavit', quia inde sonitus maris auditur, quando turbatur, et fluctus eius insurgunt. Interrogavi comitem Roglerium de Bagnacavallo, si fecisset fieri castrum illud. Et dixit michi: 'Frater, ego non feci fieri, nisi permittendo, quod fieret, quia bene habebam tantum dominium in Ravenna, quando factum fuit, quod poteram prohibere, ne fieret[c]. Permisi autem, quod fieret, propter tria[c]. Primo, quia de Venetiis uxorem habebam[c]. Secundo occasione inimicorum meorum, qui erant extra Ravennam[c]. Tertio, quia consequebar inde utilitatem, cum Véneti annuatim quingentas libras Ravennatibus darent[c]. Nos vero non damnificamur in aliquo, quia tanta copia victualium in Ravenna habetur, quod stultus esset qui
*f. 411^b^. maiorem inquireret. Nam *una magna scutella salis plena et culma[2] pro uno parvo denario in Ravenna habetur, et XII ova cocta et munda pro consimili pretio in taberna habentur. Anátem silvestrem pinguissimam pro IIII^or^ parvis denariis, quando volo, possum habere, cum tempus affuerit; et aliquando vidi[3], quod, si quis vellet deplumare decem anátes, habebat medietatem'. Consimilem maledictionem faciunt Mantuani in turre de Gubernula, que olim fuit comitisse Matildis sicut et civitas Mantuana[4]. Non enim accipiunt ibi passagium a navibus per Padum transeuntibus, sed compellunt eas ad Mantuam per decem miliaria navigare; et postquam ibi merces ostenderint exonerando navem et iterum onerando et passagium exolvendo, cogunt eos[d] per idem navigium iterum ad Padum redire, quia nec aliunde possunt[e] transire, nisi redeant ad Gubernulam[c]. Quocirca indignati Cremonenses fecerunt taleatam, de qua superius diximus loco suo, scilicet eo anno, quo facta fuit[5], que multum profuit Mantuanis[6] et damnificavit Reginos destruendo agros et vineas et villas eorum[c]. Ista taleata usque ad Primarium facit valles et multas villas destruxit et submersit, et in quibus habebatur prius

a) *sequitur iterum* inde *expunctum.* b) o *in loco raso.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *ic c.* e) p sunt c.

1) *Cf. Andr. Dandulus l. IX, c.* 7, *p.* 26 *(n.* b*), Muratori, SS. XII, col.* 369. 2) *Italice 'colmo' est nobis 'gehäuft voll'.* 3) *Frater Sal. procul dubio hoc vidit, quod hoc loco Roglerium comitem ipsi dicentem inducit.* 4) *Quod Sal. didicit ex carmine Donizonis II, c.* 4. 5. 7. 19, *SS. XII, p.* 389—394. 403 *sqq., et ex Libro de temp. Alberti c.* 165, *p.* 441 *sqq.* 5) *A.* 1220, *supra f.* 221^b^, *p.* 33, *ex Libro de temp.* 6) Cremonensibus *Sal. scribere voluisse videtur, neque enim apparet, quomodo taleata Mantuanis prodesse potuerit. Cf. Winkelmann, 'K. Friedrich II.' I, p.* 88 *sq.*

*F.* 411[c]. Quod imperator Constantinopolitanus, qui ibat ultra mare, venit Regium, et eodem die fecit domnum Iacobinum de Rodilia militem in domo fratrum Minorum M⁰CC⁰LXX⁰.

*F.* 411[d]. Quod rex Francie sanctus Lodoycus transfretavit secundo et ivit Tunicium, ibique ultimum diem clausit.

---

abundantia frumenti et vini, ibi modo habetur copia piscium generum diversorum. 1270.

Anno Domini M⁰CC⁰LXX⁰, indictione XIII[a], in mense Aprilis, die dominica olivarum *L.temp.c.*279. *Apr.* 6.
venit domnus imperator Constantinopolitanus [1] Regium, qui ibat ultra mare. Et eodem die fecit domnum
Iacobinum de Rodilia militem[a] in domo fratrum Minorum. Qui domnus Iacobinus tenuit magnam *Maii* 1.
curiam in Kalendis Maii; et omnes milites quasi et *omnes donçelli civitatis Regii induerunt se de **f.* 411[c].
novo et donaverunt ipsas robas. Et eodem anno die Iovis quinto exeunte Iunio obiit domnus *Iun.* 26.
Bonifacius de Foliano, archidiaconus Regine ecclesie, qui fuit litteratus homo et frater
germanus domni Guillielmi[b] Regini episcopi, et fuit similiter archipresbiter plebis de
Campigiolo[c]. Obiit autem ad Sanctum Salvatorem, ubi morabatur, et fuit sepultus ad maiorem
ecclesiam. Eodem anno in mense Augusti fuerunt derupate fortilitie et castra et domus illorum *Aug.*
partis de Sesso de episcopatu Regii. Et in mense Septembris fuerunt licenciati illi de Sesso et *Sept.*
XXIIII[or] eorum amici de episcopatu Regino ultra civitatem Bononie et Terdonam et Veronam. Et
eodem anno in mense Septembris fuit mortuus domnus Arverius, frater domni Bonacursi de
Palude, cum duobus filiis suis et cum multis aliis a domno Iacobino de Palude; qui domnus
Iacobinus de Palude diversis vicibus multos de casali suo occidit, scilicet patrem
generi, domnum Albertum Karum, et generum Çanonum nomine et filium proprie
filie parvulum et adhuc lactentem, quem allidit ad terram, et domnum Arverium,
qui erat germanus consanguineus suus, cum duobus filiis suis et alium quendam
similiter de suo casali.

Item millesimo supraposito, scilicet M⁰CC⁰LXX⁰, nullus erat papa nec aliquis imperator. Quo anno rex Francie Lodoycus christianissimus, non territus[d] laboribus et *L.temp.c.*280. *et Martin.*
expensis, quas olim fecerat ultra mare, iterato cum filiis duobus, adiuncto sibi rege Navarre[e], [2], et quam
plurimis ecclesiarum prelatis et baronibus pro re*cuperatione Terre Sancte iter assumpsit[f]. Verum ad **f.* 411[d].
hoc, ut facilius Terra Sancta recuperaretur, incidit eis consilium, ut regnum Tunicii, quod in medio
existens non modicum dabat transfretantibus[g] impedimentum, primum Christianorum subicerent
potestati. Et cum portum et Chartaginem[h], que est prope Tunicium, potenti manu cepissent, infirmitas,
que illo[i] anno maxime circa[k] confinia maris viguit[l], in eorum Christianorum exercitu nimis invaluit[m].
Et[n] primo quidem de[o] filiis regis unum [3], post legatum domni pape, domnum Albanensem cardinalem [4],
deinde ipsum regem Lodoycum christianissimum cum pluribus comitibus et baronibus necnon et aliis
simplicibus de medio substulit; quam ante[q] predictus rex terminaverit[r] —. Nam in infirmitate sua
laudare nomen Domini non cessans illam orationem quandoque interserebat: *Fac nos, Domine, prospera
mundi despicere et nulla eius adversa formidare.* Orabat et[s] pro populo, quem secum adduxerat, dicens:
*Esto, Domine, plebi tue sanctificator et custos.* Et cum apropinquaret[t] ad finem, suspexit in celum,
dicens: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo, Domine.*
Et hoc dicto obdormivit in Domino[f]. Et cum de morte[u] regis Christianorum exercitus turbaretur, et
exercitus Saracenorum exaltaretur[v], Karolus rex Sicilie[w], pro quo adhuc vivens rex Francie, frater

a) m||litem *c.* b) Guill͡i *c.* c) Campigiola *Alb. Mil.* d) *sic Martin.;* territis *Alb. Mil.* e) Navare *Alb. Mil.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic Martin.;* transfectantibus *Alb. Mil.* h) *sic h. l. c.;* Cartaginem *Alb. Mil.* i) *sic Martin.;* in illo *Alb. Mil.* k) *sic Martin.;* maximo contra *Alb. Mil.* l) *sic Martin.;* inguit *Alb. Mil.* m) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* n) *penna mutata.* o) *sic Martin.;* de *om. Alb. Mil.* p) *sic et Alb. Mil.* q) *sic* (an̄) *c.;* autem *Alb. Mil.;* feliciter autem *Martin.* r) *eadem verba Martini omissa sunt, quae et Alb. Mil. omisit.* s) *sic Martin.;* et *om. Alb. Mil.* t) *sic c.;* adpropinq. *Alb. Mil.* u) pii, *quod Martin. et Alb. Mil. habent, om.* v) exultaretur *Alb. Mil.;* letaretur *Martin.* w) et Apulie, *quod Alb. Mil. addidit, omisit Sal.*

1) *Balduinus II.* 2) *Theobaldo.* 3) *Tristanum.* 4) *Radulfum.*

*F.* CCCCXII[a]. De sagacitate Saracenorum de Tunitio contra Christianos.
*F.* 412[b]. De translatione corporis sancti Lodoyci, quam faciebat Philippus rex Francie, filius suus, cum exercitu suo.
De obsidione et destructione castri Malgrati.

---

*L. temp. c. 280. et Martin.* suus, miserat, cum magna militia advenit. De cuius adventu Christianis gaudium, Saracenisque molestia 1270. occurrit[a]. Et cum plures viderentur[b] quam Christiani, nullatenus audebant bello generali cum Chri- **f. CCCCXII a.* stianis congredi, sed per quasdam alias astutias multa eis incomoda[c] infere*bant[d]; de quibus hoc unum fuit. Est enim regio illa multum sabulosa[e] et tempore siccitatis pulverosa. Unde Saraceni statuerunt multa milia hominum super unum montem Christianis vicinum, ut, cum ventus flaret,[f] ad partem Christianorum sabulum moventes pulverem suscitarent; qui pulvis Christianis multam molestiam intulit. Sed tandem pulvere per pluviam sedato, Christiani paratis machinis et variis instrumentis Tunicium per mare et per terram oppugnare intendebant[a]. Quod videntes Saraceni, timore compulsi, pacta cum Christianis inierunt. Inter que dicuntur fuisse precipua, ut omnes Christiani captivi in illo[g] regno liberi dimitterentur, et quod in monasteriis ad honorem Christi nominis in omnibus civitatibus regni illius constructis fides Christi per fratres Minores[h] et Predicatores et per alios quoscumque libere predicetur, et volentes baptiçari libere baptiçentur; et solutis expensis[i] regibus, quas ibi fecerant, rex Tunicii regis Sicilie[k] tributarius est effectus. Plura alia pacta fuerunt, que hic longum fuisset ponere. Et cum ex adventu domni Oduardi regis Anglie et multitudine Frixonum[l] et aliorum peregrinorum in tantum creverat exercitus Christianorum, quod circa[m] ducenta milia pugnatorum crederentur, et sperarent, quod non solum Terram Sanctam, sed etiam totum Saracenismum subiugare debuissent, peccatis exigentibus absque utiliori[n] utilitate est dispersus. Nam legatus, qui ipsos dirigere debuerat, per mortem subtractus erat. Terra etiam Sancta, ad quam[o] ire debuerant, gubernatore peregrinorum carebat[p]. **f. 412 b.* Patriar*cha[1], qui legatus in Terra Sancta fuit, defunctus erat. Sedes etiam apostolica, que utrobique providere debebat, tunc vacabat. Rex etiam Navarre, qui infirmus de Affrica processerat, in Siciliam veniens est defunctus.

1271. *Mart. 31.* Anno Domini M°CC°LXX°I°, indictione XIIII[a], die ultimo mensis Marcii transivit et *L. temp. c. 281.* venit Phylippus rex Francie cum fratre suo[2] et cum exercitu suo et hospitatus fuit in palatio domni episcopi Regini Guilielmi de Foliano, qui tunc temporis erat. Qui rex ibat in Franciam cum corpore patris sui condam domni Lodoyci regis Francie, quod deportaverat de Affrica; *ib. c. 279.* qui rex obierat in terra Carthaginis prope civitatem Tunicii. Et deportabat eum in una capsa[q] conditum cum aromatibus, et in una alia capsa portabat Tristan fratrem suum et filium condam predicti regis, qui ibidem in dicta terra Cartaginis[r] obierat cum multis aliis baronibus[s, 3], qui ibant ad recuperandam Terram Sanctam de *ib. c. 281.* ultramare. Et eodem anno post dies octo transivit per dictam civitatem Reginam comes Flandrie[t, 4] cum militia et gente sua. Et eodem anno fuit magna caristia bladi, ita quod *Maio. Iun.* vendebatur in mense Maii et Iunii sextarius fabe VI sol. imperi., et milice sextarius III sol. imperial. et IIII°r imperial. Et sextarius[u] spelte vendebatur II sol. imperial. et dimidi.[v] pro communi et privatim X sol. rex., et sextarius[u] frumenti vendebatur XX sol. rexa. pro communi, et privatim vende- *Maio.* batur VIII sol. imperial. Et eodem anno in mense Maii Cremonenses iverunt in exercitum

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) Sarraceni *Martini etiam ab Alb. Mil. omissum est.* c) *sic c.* d) *sic Martin.;* inferebatur *Alb. Mil.* e) *sic Martin.;* saborlosa *Alb. Mil.* f) *sic male distinctum in c.* g) regno illo *Martin.;* regno *om. Alb. Mil.* h) Predic. et Min. *Alb. Mil. et Martin.* i) *sic Martin.;* ex *Alb. Mil.* k) scilicet regi Karulo, *quod Alb. Mil. addidit, omisit Sal.* l) Frisonum *Alb. Mil. et Martin.* m) *sic Martin.:* contra *Alb. Mil.* n) *sic et Alb. Mil.;* ulteriori *Martin.* o) iter, *quod Alb. Mil. addidit, omisit Sal.* p) quia *Martini omisit et Alb. Mil.* q) casa *Alb. Mil.* r) *sic h. l. c.* s) *penna mutata.* t) Flandie *Alb. Mil.* u) sext. *c.;* sest *Alb. Mil. semper hoc loco.* v) *sic c.*

1) *Ierosolymitanus Wilhelmus II.* 2) *Petro comite de Alencione.* 3) *Cf. Libri de temp. c.* 280, *p.* 537 (= *supra p.* 483, *l.* 35): cum pluribus comittibus et baronibus. 4) *Robertus III.*

*F.* 412[c]. Quod Mediolanenses Cremam destruxerunt.
De societate iustitie que facta est in Bononia.
*F.* 412[d]. Quod Bononienses duxerunt exercitum super episcopatum Mutine et obsederunt Savignanum et Montem-umbrarum et destruxerunt eos[a].
*F.* CCCC13[a]. Quod, cum portaretur corpus regis Francie, in Regio fecit unum miraculum et in Parma alterum fecit.
De electione pape Gregorii decimi.

---

castri de Malgrato et ibi steterunt tantum, donec ipsum pro concordia habuerunt, *et ipsum castrum *L. temp. c.* 281. **f.* 412[c]. 1271.
destruxerunt et diruerunt. Et eodem anno in mense Iunii devastata fuit Crema usque ad foveas *Iun.*
a Mediolanensibus. Et tunc erat potestas Mediolani domnus Robertus de Tripolis, civis Reginus, de Robertis. Et eo anno facta fuit in civitate Bononie quedam societas, que vocabatur societas iustitie, et erat valde magna societas de bonis et melioribus de populo dicte civitatis. Et posuerunt octoginta[b] de militibus in confinio propter bonum statum Bononie.

Et eodem anno domnus Detus de Cançeleriis de Pistorio fuit potestas Reginus per sex menses a sancto Petro usque ad Kalendas Ian. Et eo anno dictus potestas ivit in obsidionem castri de Corvaria *Iun.* 29.
cum militibus et peditibus quarterii de Castello et de Sancto Nazario die XXII[a] Iulii. Et unus quar- *Iul.* 22.
terius civitatis Parme venit ad dictam obsidionem. Et commune Regii duxit tres trabuchos[c], et illi de Parma tres trabucchos[c]. Et commune de Mantua misit in dictam obsidionem in servitium communis Regii XXV balestarios[d]. Et commune de Castigiono de Tuscia misit eodem modo balestarios[d] in servitium communis Regii ad dictam obsidionem[e]. Et steterunt ibi dicti quarterii de Castello et de Sancto Nazario per XVII dies. Et postea iverunt milites et pedites de quarteriis Sancti Petri et Sancti Laurentii ad dictam obsidionem et steterunt ibi per XXIII dies[e]. Et postea redierunt illi quarterii de Castello et de Sancto Nazario et steterunt ibi per XXIIII[or] [f] dies Et iterum redierunt[g] illi de Sancto Petro et de Sancto Nazario[h] et steterunt per XI dies, et habuerunt dictum castrum et terram de Cor*varia pro concordia, destruendo et diruendo dictum castrum et terram ad voluntatem **f.* 412[d].
communis Regii. Et illi qui erant intus castrum fuerunt affidhati in personis et rebus et remanserunt in bannis et condemnationibus communis Regii[i]. Et dictum castrum et terram habuit commune Regii die sabbati XIX[o] Septembris. Et domnus Iacobinus de Palude habuit pro dicta terra reddenda qua- *Sept.* 19.
dringentas libras imperialium. Eodem anno in mense Augusti venerunt Bononienses in exer- *Aug.*
citum super episcopatum Mutine et obsederunt Savignanum et Montem-umbrarum et habuerunt eos[k] et diruerunt propter pactum, quod erat inter commune Bononie et Mutine, scilicet quod non debebant Mutinenses tenere aliquod castrum ultra aquam Scotenne[l]; et ideo ista duo castra destruxerunt et diruerunt, quia *pestilente flagellato sapientior erit parvulus*[m], ut habetur Prover.* . .[n] *19, 25.

Item pro istis sex mensibus vendebatur sextarius[o] frumenti VIII sol. imperial. et plus, et sextarius[o] spelte XII grossos, et sextarius milice XIII grossos. Et libra grossa de carnibus porcinis XIIII et XV et XVI et XVII et XVIII imperial. Et libra grossa olei olive duos sol. imperial. Et XIIII ficus sicce unus[p] rex. Et IIII[or] capitella alliorum vel V I rex. Et XX castanee cum cortice I rex. Et XII vel[1] XIIII amigdale I rex. Et sextarius[o] farri XII vel XIIII grossos. Et omnia alia victualia isto anno fuerunt in maxima caristia. Et cum isto anno corpus regis Francie sancti Lodoyci bone memorie portaretur in Franciam, fecit Deus per eum, id est amore ipsius, plura miracula, ut verum appareat illud Ps.*: *4, 4.
*Mirificavit Dominus sanctum suum, Dominus exaudiet me, *cum clamavero ad eum*[1]. **f.* CCCC13[a].

a) *sic c. ut l.* 31. b) octuaginta *Alb. Mil.* c) *sic h. l. c.*; trabucos *Alb. Mil.* d) balasterios *Alb. Mil.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) XIIII *Alb. Mil.* g) et, *quod Alb. Mil. habet, male omissum.* h) *vide SS. XXXI, p.* 539, *n.* d. i) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* k) *sic c. ut supra l.* 5. *et Alb. Mil.* l) Scontene *Alb. Mil.* m) stultus sap. erit *Vulg., et haec verba aliis locis Sal. hunc versum laudans scripsit, ut p.* 232, *l.* 12 *(cf. Prov.* 21, 11, *ib. l.* 12. 13*) et p.* 264, *l.* 10. *etc.* n) *spatium numero capitis inserendo vacuum relictum. Patet fratrem Sal. hoc loco Bibliam non inspexisse, ideo memoria lapsum duos versus confudisse.* o) sext̄. *c.*; sest *Alb. Mil.* p) *sic c.*; I *Alb. Mil.*

1) *Cf. SS. XXXI, p.* 540, *n.* c.

*F.* 413[b]. De obitu regis Hencii et de honore, quem ei Bononienses in morte fecerunt.

Quod rex Conradus, qui fuit imperatoris legitimus filius, caruit ecclesiastica sepultura, cuius ossa fuerunt in mare proiecta.

---

1271. (*Mart.* 31). Siquidem in civitate Regina, cum ibi esset corpus sancti Lodoyci, clamavit ad Dominum domnus Iacobus de Aluciis, ut amore sancti sui eum exaudire[a] deberet. Et sic *mirificavit Dominus sanctum suum*, id est mirabilem ostendit, faciendo amore eius miraculum, quia sanavit domnum Iacobum de Alutiis[b] de tibia sua[c]. Et in civitate Parmensi, que est civitas mea, id est ex qua et in qua natus sum ego, sanavit quandam puellam de cancro, quem multis annis habebat in brachio. Et in
1284. M°CC°LXXX°IIII° anno magister Rolandus Taberna, natione Parmensis, Spoletanus episcopus, quem papa Martinus quartus misit in Franciam, ut scriberet miracula sancti Lodoyci regis Francie, quia volebat ipsum canoniçare et cathalogo sanctorum ascribere, dixit michi in civitate Regina, ubi habitabam, quando pro hoc opere redibat de Francia, quod LXXIIII[or] miracula habebat cum ydoneis et sufficientibus testibus approbata et diligenter conscripta[1].

1272. *L.temp.c.*281. Anno[d] Domini M°CC°LXX°II, indictione XV[a], factus fuit papa Gregorius decimus[2], qui ante vocabatur Tedhaldus[e.3] de Vicecomitibus de Placentia. Et steterant Christiani propter divisionem que erat inter cardinales sine papa per tres annos et menses novem et dies XXI[f.4].
*ib. c.*282. *Mart.* 14. Et eodem anno die Lune XIIII. Marcii obiit rex Hencius[g], filius condam Friderici imperatoris, qui erat in carceribus Bononie, et sepultus fuit ad domum fratrum Predicatorum; et commune Bononie fecit eum inbalsamari[h]. Et fecerunt ei homines de Bononia magnum honorem in offitio funeris ad sepulturam. Considera opera Dei! Iste Henricus[i] fuit filius imperatoris Fri-
*f. 413[b]. derici non legittimus[b], et habuit tantum hono*rem in morte et sepultura, quia in civitate Bononia mortuus et sepultus, quia a Bononiensibus inbalsamatus et honoratus, quia a fratribus Predicatoribus susceptus et in eodem loco cum sancto Domi-
Nota. nico sociatus. Conradus vero fuit filius supradicti imperatoris legitimus[b], et tamen istis honoribus caruit, quia a Messenis civibus ossa eius sparsa et proiecta fuerunt in mare civitatis Messane et piscibus sociata, quando portabantur Panormum ad sepeliendum, ubi regum Sicilie monumenta habentur[5]. Et ideo
*r 1. Ecclesiasticus dicit VII*: *Noli facere mala, et non te apprehendent.* Offenderat enim
*r. 28. Messenos cives sicut et pater suus. Ideo dicit Ecclesiasticus XI*: *Facile est coram*
*r. 3. 4. *Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas.* Item Ecclesiastes VI*:

a) exandiret, t *post expunct. c.* b) *sic h. l. c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Anno dni M°CC°LXX° *in loco raso.* e) dh *in loco raso.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) Hençus *Alb. Mil.* h) inbalfemari *Alb. Mil.* i) hencici9 *corr.* henrici9 *c.*

1) *Eadem infra f.* 458[a.b]. *iterum narrata sunt. Cf. quae Bonifatius VIII. papa scripsit in sermone I. de s. Ludovico, Duchesne, Hist. Franc. SS. V, p.* 484: Ex abundanti tamen fuit adhuc *(post mortem Nicolai III. papae)* commissum negocium . . . archiepiscopo . . . Rothomagensi et episcopo Autisiodorensi et magistro Rolando de Palma *(Parma)*, episcopo Spoletano. Et isti de sexaginta tribus miraculis testes receperunt, examinaverunt, rubricaverunt, et iam sexdecim annis transactis (*a.* 1286) ad curiam remiserunt. *Cf. litteras Martini IV. papae datas a.* 1281. *Dec.* 23; *Potthast nr.* 21822. 21823; '*Registres de Martin IV.' I, p.* 32 *sqq., nr.* 84. 85. 2) *Iam a.* 1271. *Sept.* 1. *electus est, sub quo anno Liber de temp. c.* 281. *haec habet. Sed Sal. secutus est Martinum Oppav. p.* 442, *qui Gregorium ab a.* 1272. *sedisse scribit. Cf. infra f.* 414[c], *p.* 489. 3) *Recte correxit Sal. quod Alb. Milioli scripserat* Hesenbardus. 4) *Falsi sunt numeri a Sal. additi. Usque ad electionem Gregorii vacavit sedes Romana annis II, mensibus IX, die I, usque ad consecrationem eius annis III, mensibus III, diebus XXVII.* 5) *Eadem falsa Sal. narravit Sal. supra f.* 395[a], *p.* 444.

*F.* 413[c]. Quod Bononienses voluerunt occupare totum episcopatum Mutinensium et habere sub dominio suo, sed Parmenses non permiserunt.

---

*Sepulturaque careat; de hoc ego pronuntio, quod melior illo sit abortivus. Frustra enim venit et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen eius.* 1272.

Et eodem anno in dicto mense Marcii obiit domnus Octavianus cardinalis. Et eodem *L.temp.c.*282. *Mart.* anno fratres Minores de Regio emerunt plures domos iuxta locum suum, et commune dedit eis extimatores[a], qui estimarent valorem pretii domorum emendarum bona fide, et totum consilium[b] concordavit[1]; et sic amplificaverunt[c] locum suum et fecerunt viam novam per directum domus domni Arduini de Taculis eundo recta linea ante ecclesiam sancti Iacobi, ubi habitant fratres ordinis Petri Peccatoris[2] de Sancta Maria in Portu de Ravenna; cuius ordinis est Sancta Felicula de Parma[3].

Et eodem anno in mense Aprilis Bononienses cum suis amicis concordaverunt se et fecerunt *ib. Apr.* consilium generale et consilium populi et arengum et multa statuta *de volendo venire super episco- **f.* 413[e]. patum Mutinensium in exercitum cum carrocio suo occasione accipiendi communi et civitati Mutine totum episcopatum qui erat ultra aquam Scottenne[d] versus Bononiam. Et de hoc fecerunt Bononienses sculpiri[e] unum lapidem sculptum[f] de litteris, sicut commune Bononie erat firmatum facere predictum exercitum. Et predictus lapis erat muratus et positus in palatio communis Bononie, ita quod potestas et capitaneus populi Bononie videbant dictum lapidem cotidie, quando stabant in palatio. Et Bononienses denuntiabant dicto potestati et capitaneo cotidie, ut facerent predictum exercitum, cum commune Bononie de hoc firmatum esset, et dictus potestas et capitaneus iurassent predicta facere[g]. Insuper miserunt Bononienses Parmensibus ambaxatores suos, qui in palatio communis Parme contionati sunt dicendo et rogando ex parte concivium suorum, quod placeret eis non intromittere se de territorio Mutinensium a fluvio qui appellatur Situla usque Bononiam, et ipsi non intromitterent se a predicto flumine usque Parmam. Quod erat dicere: Habeatis civitatem Reginam cum episcopatu suo usque ad talem locum sub dominio vestro, et nos habebimus Mutinam cum suo episcopatu usque ad eumdem locum sub nostro dominio[g]. Et responsum fuit eis a Parmensibus, quod non erat consuetudinis eorum absque culpa destruere vicinos suos. Et remiserunt eos sine effectu, quia non consenserunt eis super hoc negotio, sed servaverunt pacem et amiciciam cum amicis et vicinis suis, Mutinensibus *et[h] Reginis, usque in hodiernum diem[g]. Et civitas et commune Mutine noluit dare **f.* 413[d]. *L.temp.c.*282. dictum episcopatum nec terram suam ultra aquam Scottenne[d] dictis Bononiensibus. Et ideo Mutinenses requisiverunt amicos suos contra Bononienses ad defendendum se ab eis. Et in servitium Mutinensium iverunt centum milites, cum tribus equis quilibet, de Cremonensibus, et de Parmensibus duo milia peditum et mille[i] milites, et domnus marchio Hestensis de Feraria, et multi milites de civitate Regii, maiores et potentiores et nobiliores de civitate Regii, pro honore suo et non pro communi Regino iverunt in servitium Mutinensium. Et Bononienses extraxerunt et duxerunt karrocium suum in plateam civitatis Bononie. Et quando dicti Bononienses debebant venire ad dictum exercitum, pars de Geremiis[k] de Bononia nolebat venire contra Mutinenses. Et stabant bene armati et parati ad domos eorum. Et si venissent contra Mutinenses, pars de Geremiis[k] faciebat[l] venire Bononiam marchionem Hestensem cum sua gente et Parmenses et Cremonenses et Reginos et Mutinenses qui erant Mutine

a) *sic h. l. c.* b) con, *quod evanuerat, recenti manu rescriptum.* c) u *ante* erunt, *quod evanuerat, recenti manu restitutum.* d) Scontene *Alb. Mil.* e) *sic c.* f) l *e corr. (ex* p*?) c.;* sculpitum *Alb. Mil.* g) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* h) *penna cum nova columna mutata.* i) multi *Alb. Mil.* k) Çiriminis *Alb. Mil.* l) *sic et Alb. Mil., vide ib. p.* 541, *n.* d.

1) *Frater Sal. omisit nimirum quod Albertus Milioli scripserat, fratres Minores vi expulisse vicinos e domibus suis. Sed et ex iis, quae ipse dixit, apparet illos domos vendere noluisse, sed coactos cessisse.* 2) *Petri Damiani potius; cf. ad hunc locum Analecta Bollandiana XVIII, p.* 288, *ubi libelli de Petro Damiani et Petro Peccatore scripti recensentur.* 3) *Eadem vide iam supra f.* 255[d], *p.* 116.

---

*L.temp.c.*282. 1272. et multos Toscanos et Romagnolos, et expulissent de civitate Bononie partem de Lambertaciis[1].
*Maii* 31. Et ita steterunt Bononienses, quod non venerunt contra[b] Mutinam. Eodem anno die ultimo
*Iun.* 1. exeunte Maio obiit domnus Gerardus de Tripolis et sepultus fuit de Mercurii primo Iunii, in vigilia ascensionis ad monasterium sancti Prosperi de Regio. Et toto tempore predicti[2] potestatis, sci-
**f.* CCCC14[a]. licet domni *Tiverii[c] de Rusticis, civis civitatis de Eugubio[d], fuit maxima caristia de omnibus rebus victualibus, ita quod sextarius[e] frumenti vendebatur VIII et IX et X sol. imperial. Et sextarius[e] spelte vendebatur IIII sol. imperial. et XIII et XIIII grossos. Et sextarius[e] melice XII gross. et XIII et XIIII. Et sextarius[e] milii XII grossos et XIII et XV et XVI. Et sextarius[e] fabe XV grossos et XVIII et XX. Et sextarius[e] cicerum VIII sol. imperial. et IX. Et libra grossa de carne porcina XVIII imperial. et XX et XXII. Et libra olei olive XX imperial. et II[f] sol. imperial. Et pondus casei VIII sol. imperial. et IX. Et sextarius[e] de faxiolis XX grossos et VII sol. imperial. Et omnia alia victualia fuerunt in maxima caristia per totum dictum tempus, et duravit per duos annos.

*Iul.* Sub eodem millesimo in mense Iulii domnus Guilielmus de Luvisinis factus fuit abbas monasterii sancti Prosperi de Regio et confirmatus per domnum legatum[3], qui erat Placentie. Et positus fuit
*Iul.* 13. in cathedra dictus abbas die Mercurii XIII[a] Iulii. Et in illa die dictus domnus abbas fieri fecit magnum convivium, in quo fuerunt clerici et religiosi et omnes boni homines de civitate Regii. Et die sabbati
*Iul.* 30. secundo exeunte Iulio obiit domnus Bonifacius de Canusio et sepultus fuit in civitate Regii ad
*Maii* 20. Sanctum Leonardum. Et eodem anno die XX. mensis Maii venit domnus Odoardus rex Anglie in civitatem Regium, qui revertebatur de ultramarinis partibus cum uxore[4], et hospitatus fuit in
**f.* 414[b]. *Maii* 21. pa*latio domni episcopi. Et alia die aggressus est iter, ut iret ad partes suas. Et eodem anno inceptum fuit palatium novum communis Regii super trebium illorum de Sesso et aliorum casamentorum, scilicet Ugonis Specialis[g] et aliorum casamentorum coherentium eidem trebio. Et eodem anno obiit domnus Guido Gaius de Robertis et sepultus fuit ad ecclesiam fratrum Minorum.

*L.temp.c.*284. 1273. Anno Domini M°CC°LXX°III°, indictione I, in XXVII[a] die mensis Septembris, scilicet
*Sept.* 27. in festivitate sanctorum Cosme et Damiani, venit domnus papa Gregorius decimus in civitatem Regium
*Sept.* 28. cum cardinalibus suis et hospitatus fuit ad monasterium sancti Prosperi, et sequenti die ivit Parmam. Festinabat enim ire Lugdunum ad concilium faciendum. Iste Gregorius fuit vir magne religionis, amator pauperum, largus, benignus super omnes, multum
*ib. c.* 283. (*et Martin.*). misericors et mansuetus. Hic cum archidiaconus esset Leodiensis[h] ecclesie et devotionis causa ivisset ultramare[i], ibidem existens, in palacio Viterbiensi in papam eligitur a cardinalibus. Hic fecit unam ordinationem, videlicet ipsorum[k] cardinalium, quam plurimum laudabilem, quia[l] honestas
1274. et valentes personas assumpsit. Hic tertio sui pontificatus anno pro utilitate Terre Sancte, quam
*Maii* 1. *ib. c.* 285. 283. (*et Martin.*). personaliter visitare intendebat, Lugdunum[m] sollemne celebravit concilium, et inceptum fuit prima die Maii. In quo Grecorum et Tartarorum sollemnes nuntii interfuerunt, Greci ad unitatem ecclesie reditum
**f.* 414[c]. promittentes; in signum cuius spiritum[n] sanctum confessi sunt a patre filioque[o] procedere. *symbolum

a) Guill'o *c.* b) *hanc vocem omisit Alb. Mil.* c) Tiberius *dicitur ab Alb. Mil.* d) Eugobio *Alb. Mil.* e) sext. *c.;* sest *Alb. Mil.* f) II *in loco raso.* g) spāl' *c.* h) *sic Martin.;* leod'iōn *Alb. Mil.* i) *sic c. una voce.* k) *sic et Alb. Mil. pro* episcoporum *Martini.* l) *sic Martin.;* qui *Alb. Mil.* m) *sic Alb. Mil.;* Lugduni *Martin.* n) *sic Martin.;* ipm̄ *Alb. Mil.* o) *sic Martin.;* filio quod *Alb. Mil.*

1) *Sic bene correxit Sal. pro* Çiriminis, *quod Alb. Milioli temerarie scripsit.* 2) *Sal. potestatem Reginum supra non dixit, tamen neglegenter repetiit vocem* predicti, *quod Alb. Milioli iure scripsit, qui potestatem supra dixerit.* 3) *Wilhelmum Vicedominum archiepiscopum Aquensem.* 4) *Alienore.*

*F.* 414[d]. De decretali pape Innocentii tertii, que prohibet, ne novelle religiones consurgant.
Quod Bononienses[a] hoc anno de Bononia expulsi fuerunt.
Quod Faventia hoc anno fuit obsessa.

---

sollemniter in concilio decantando[b]. Nuntii vero Tartarorum[c] infra concilium baptiçati ad propria *L.temp.c.*283. *(et Martin.).*
redierunt[b]. Numerus autem prelatorum, qui fuerunt in concilio, sunt quingenti episcopi, LX abbates 1274.
et alii prelati circiter[d] mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro subsidio Terre
Sancte, pro electione summi pontificis et pro statu ecclesie universalis. Et eodem tempore ad *L.temp.c.*285.
dictum concilium electus fuit comes Rodulfus de Alamania in imperatorem Romanorum per electores
imperatorum[1]. Huius tempore Rodulfus rex Romanorum et rex Francorum cum multis baro- *ib. c.* 283. *(et Martin.).*
nibus pro subsidio Terre Sancte crucesignati fuerunt. Hic papa fuit mire experientie in secularibus
nec intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum elemosinis. Mortuus est Aretii[e] et sepultus ibidem[b].
Cepit anno Domini M°CCLXXII° et sedit ab electione sua annis IIII et diebus X; et cessavit papatus[f]
diebus X.

Anno Domini M°CCLXXIIII°, indictione II, factum fuit concilium generale a papa Gre- 1274. *L.temp.c.*285.
gorio decimo in civitate Lugduni. In quo concilio cassavit papa ordinem Saccatorum
et congregationem sive potius dispersionem illorum rusticorum et ribaldorum, *qui* *Apoc.* 2, 9.
*se dicunt* apostolos *esse et non sunt*[2], *sed sunt sinagoga Sathane* et prenuntii Anti-
christi, quorum principium in Ghirardino Segalello fuit in civitate Parmensi, qui
multipliciter stultizavit, ut superius memini me dixisse[3] et etiam vidisse, et multos
alios secum fecit pariter stultizare. Sed implebitur in eis quod David iam diu
predixit Ps.*: *Ad nichilum devenient tamquam aqua decurrens; intendit arcum suum,* *57, 8.
*donec infirmentur.* *Iste arcus intensus fuit papa Gregorius decimus, qui in *f. 414[d].
generali concilio Lugdunensi cassavit religiones mendicantes, que noviter appa-
ruerant, ut Saccatorum[g] et istorum ribaldorum, qui se appellabant apostolos, volens
implere decretalem Innocentii tertii, quam fecit in concilio generali[4], que sic
dicit[h]: *Ne nimia religionum diversitas gravem in ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter pro-
hibemus, ne quis decetero novam religionem inveniat. Sed, quicumque ad religionem converti voluerit,
unam de approbatis assumat*[b]. *Similiter qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam
et institutionem accipiat de approbatis*[b]. *Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum
monachi habere presumat, nec unus abbas pluribus monasteriis presidere.* [Require[h] de-
cretalem pape Gregorii decimi, quam fecit in concilio Lugdunensi, in qua reli-
giones noviter factas cassavit[5], pro eo quod mendicando gravant populum Christia-
num. Insuper et quia contra prohibitionem Romane ecclesie consurgere volunt][h].
Eodem[i] millesimo suprapposito civitas Bononie fuit in magna discordia per Bononienses, et fuit *L.temp.c.*288.
conbusta pro parte. Et pars imperialis fuit expulsa et expoliata[k] de dicta civitate in festivitate
beati Iohannis Baptiste, scilicet pars Lambertatiorum. In quo anno et die sabbati secundo intrante *Iun.* 24. *Iun.* 2.
Iunio[6] in mane pars imperialis Bononie timore succursus, qui veniebat parti ecclesie dicte terre contra
eosdem imperiales, absque ullo bello et violentia aufugit de Bononia et Faventiam ivit. Et eodem
anno obsessa fuit Faventia a Bononiensibus intrinsecis, qui erant de parte ecclesie, cum certa quanti-
tate militum et peditum et balestariorum[l] civitatum Mutine, Regii, Parme et Cremone. Et fuit guastata

a) *supple* partis imperialis. b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) *Sal. omisit* qui fuerunt in concilio, *quae Alb. Mil. Martini verbis addidit.* d) CC *Alb. Mil.*; circa *Martin.* e) Arritii *Alb. Mil.* f) *sic Martin.*; episcopatus *Alb. Mil.* g) saccat torum *c.* h) *uncis inclusa in marg. infer. post a Sal. suppl.* i) *penna mutata.* k) expuliata *Alb. Mil., quod scripsit pro* expulsa. l) balesteriorum *Alb. Mil.*

1) *Minime, bone frater.* 2) *Cf. supra f.* 322[a], *p.* 268. 3) *F.* 316[d] *sqq., p.* 256 *sqq.* 4) *Lateranensi a.* 1215, *Mansi, Conc. XXII, col.* 1002, *decr.* 13; *quam Sal. legit in Decretal. Gregorii IX. l. III, tit.* 36. De relig. domibus, *c.* 9. 5) *Cf. supra f.* 319[b], *p.* 262, *n.* 3. 6) *Supra f.* 376[a], *p.* 397. *Sal. non recte dixit hoc die Iun.* 1. *factum esse. Cf. etiam SS. XXXI, p.* 544, *n.* 1.

*F.* CCCCXV[a]. Quod in hoc anno apud Faventiam bis congressi sunt illi de parte ecclesie cum altera parte, et pars imperialis semper obtinuit.

*F.* 415[b]. Quod Faventini et Livienses habuerunt spolia Bononiensis exercitus, postquam ex eis victoriam habuerunt. Et de numero illorum qui in predicto bello interfecti fuerunt.

*F.* 415[c]. De magna inundatione aquarum et de diluvio et de nivibus et de mortalitate bestiarum propter victualium caristiam, que isto anno fuit.

---

*f. CCCCXV[a].* circumquaque[a] atque destructa. Et ego tunc temporis in Faventia habitabam *in ordine fratrum Minorum et vidi et cognovi hec omnia[1].

1275.
*L. temp. c. 286.* Anno Domini M°CC°LXX°V°, indictione tertia, in mense Aprili, die septima dicti mensis
*Apr. 24.* exeuntis milites Bononie uná cum Niculutio Balugani potestate Bononie, cive[b] Esii, et domno Malatesta de Viruclo[c], cive Arimini, capitaneo populi Bononie, equitaverunt contra Faventinos et extrinsecos de Bononia, qui erant Faventie. Et cum essent ante portam Faventine[d] civitatis, Faventini et extrinseci Bononie equitaverunt ad quedam castra, que detinebantur per Bononienses. Et redeuntes Faventiam invenerunt militiam Bononie, et cum eis tamquam in periculo constituti viriliter sunt congressi; et sicut Deo placuit, Bononie militia fuit totaliter fugata et superata et disconficta, et quidam ex his mortui, quidam capti, quidam mortifere vulnerati. Et hoc fuit iuxta pontem Sancti Proculi, qui est prope Faventiam per duo miliaria seu parva tria. In quo anno et mense Iunii,
*Iun. 13.* die Iovis XIII[a] dicti mensis Bononienses convocato auxilio Lombardie exercitum fecerunt contra Faventinos et Furlivienses ad devastandum eos. Ad quorum auxilium iverunt certa talia militum Ferarie et balestariorum et Mutinensium et Reginorum et Parmensium; et castrametati fuerunt circa pontem Sancti Proculi prope civitatem, ut supra dictum est, per duo miliaria seu tria parva. In quorum exercitu infinita erat militum et peditum multitudo[e]. Qui cum quadam[2] die devastantes Faventinos pontem transissent, Guido comes Montis-feltri, capitaneus guerre Faventinorum et Livi-
*f. 415[b].* *ensium et partis extrinsece de Bononia, misit ad domnum Malatestam, capitaneum Bononie, quod volebat bellum omnino. Qui non abnuit. Et ilico Faventia exivit[3] cum tota gente sua et acies suas designavit ad bellandum, et idem[f] Malatesta suas acies designavit. Qui[f] suis omnibus designatis, Guido comes in Bononienses viriliter irruit et competenter, eosdem totaliter expugnando, persequendo milites et interficiendo et capiendo confecit[g]. Quibus omnibus militibus infugatis[h], cesis et diro submissis gladio, reduxit se domnus Guido comes contra populum, qui erat ultra numerum quattuor milium, qui erat adhuc in campo in una massa ad vexillum carrocii. Qui populus absque ullo prelio reddidit se comiti ut captivus, et tunc ductus fuit in Faventiam et carceri traditus cum victoria et triumpho. Item Faventini iverunt ad locum ubi exercitus continue requieverat et habuerunt sine ulla diminutione omnia victualia exercitus, papiliones, tentoria sive tenças et currus et alia necessaria ad exercitum. Item multi milites potentes et nobiles mortui fuerunt in dicto bello, scilicet domnus Nicholaus[i] de Baçaleriis, Henrigucius de Gallutiis[k] de Bononia, et alii inter milites et pedites bene tria milia CCCXXV de Bononia[l]. Item de Regio mortui fuerunt domnus Iohannes Roxellus de Robertis, capitaneus tunc militum Reginorum, et domnus Princivallus[m] de Menoço et Guido Briga, filius condam domni Bernardi Conradi[n]. Et portati fuerunt Regium, quilibet in una capsa[o].
*f. 415[c].* Et primi duo, scilicet *domnus Iohannes Roxellus et domnus Princivallus, sepulti fuerunt simul ad locum fratrum Predicatorum, quilibet in sua sepultura. Et positi fuerunt in bara, quilibet in sua, ad ecclesiam sancti Barnabe[p] extra portam Sancti Petri; et tota civitas exivit extra civitatem obviam; et hoc
*Iun. 15.* fuit die sabbati XV[a] Iunii. Guido vero Briga postea ductus fuit per plures dies in una alia capsa[o],

a) ċꝯquaque *c.* b) ciuitatis, itatis *expuncto corr.* ciue *c.* c) Virulo *Alb. Mil.* d) fauentie, *ut Alb. Mil. habet, corr.* fauentine *c.* e) *sequitur* ₵ *atramento nigro scriptum.* f) *sic et Alb. Mil.* g) confecit *a Sal. in marg. suppl.* h) *sic* (ıfugatis) *c.*; et fugatis *Alb. Mil. male.* i) Nicolaus *Alb. Mil. semper fere.* k) Galluciis *Alb. Mil.* l) *sequitur* ₵ *minio scriptum.* m) ꝑnuallus *corr.* ꝑnciuallus *c.* n) Coradi *Alb. Mil.* o) cassa *Alb. Mil.* p) Bernabei *Alb. Mil.*

1) *Tamen haec non narravit, sed solum descripsit quae Alb. Milioli ei praebuit, sed infra f.* 415[c], *p.* 491. *de obsidione soluta dixit.* 2) *Alb. Milioli:* dicta die, *scil. Iun.* 13, *quod et Sal. infra f.* 415[c], *p.* 491, *l.* 9. *et supra f.* 376[a], *p.* 397. *dixit.* 3) *Scil. Guido comes.*

*F.* 415[d]. De reditu pape Gregorii decimi a Lugduno. Et de obitu eius in civitate Aretii.

*F.* CCCCXVI[a]. Quod quibusdam magnas penitentias dedit ostendendo se zelatorem, et quod quosdam versus sibi apropriavit[a], qui prophetice facti erant.

---

qui mortuus erat per plures dies, et sepultus fuit ad ecclesiam fratrum Minorum[b]. Item 1275. *L. temp. c.* 286. mortuus fuit Nicholaus condam domni Philippi Episcopi, qui erat iudex cum potestate Bononie in dicto exercitu, nec potuit inveniri in dicto campo. Facta fuit hec victoria ex parte Faventinorum et strages ex parte Bononiensium in festo beati Antonii ex *Ian.* 13. ordine Minorum. Et ideo Bononienses nolunt ipsum audire in Bononia nominari[b. 1]. In vigilia etiam beati Francisci in precedenti millesimo tedio affecti Bononienses 1274. *Oct.* 3. ab obsidione Faventie recesserunt. Et ita per beatum Franciscum vitaverunt[2] mala et per beatum Antonium adepti sunt bona. 1275.

Item eodem anno, scilicet M°CC°LXX°V°, incepit pluvia venire in temporalibus nun- *ib. Sept.* 18—21. dinarum sancti Mauricii, et ante nativitatem Domini venit diluvium maximum aquarum et duravit *Dec. ex.* per plures dies. Et inundationes aquarum magne fuerunt, et flumina sparserunt et exiverunt de locis suis et sparserunt per episcopatum Reginum; et hyems tota fuit pluviosa; et eo anno et sequenti fuerunt pluvie et diluvia magna in planitie. Et eodem anno in montanis partibus fuerunt nives magne *ultra modum, et fuerunt ultra modum in quibusdam locis per montaneas partes alte nives **f.* 415[d]. per V brachia et in quibusdam maiores per VI brachia. Et duravit predicta nix per plures menses per predictum annum et sequentem. Et fuit maxima mortalitas porcorum et aliarum bestiarum in predictis partibus montanee propter famem, quia non habebant aliquid, quod darent predictis bestiis ad manducandum, et coquebant eis fenum et pistabant pro porcis pascendis. Et eodem anno venit Gregorius decimus cum curia sua et cardinalibus suis a civitate Lugdunensi in civitatem Reginam, id est Regium, die V. Decembris, in festo sancti Nicholai[3], et hospitatus fuit[c] in *Dec.* 6. palatio episcopi Regini, et sequenti die recessit, quia ibat Romam. Et infirmatus fuit in civitate *Dec.* 7. Aretii[d] et stetit ibi infirmus multis diebus[4].

Anno Domini M°CC°LXX°VI°, indictione quarta, obiit supradictus papa Gregorius 1276. *L. temp. c.* 287. decimus in civitate Aretii[d], que est civitas Tuscie, decimo die Ianuarii ultimum diem clausit *Ian.* 10. in festo sancti Pauli primi heremite. Iste papa circa divina fuit magnus zelator et multa disponebat facere, que morte preventus non potuit consummare nec effectui mancipare. Hic deposuit quendam episcopum[5], qui miserat pro impetranda licentia, ut ad concilium non accederet; suspicatus enim fuit papa, quod[e] propter avariciam domi remanere vellet, ut parceret suis expensis. Hinc Rubennitis et Gaditis legitur Moyses dixisse Numeri 32*: †*Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam,* **v.* 6. †*f.* CCCCXVI[a]. *et vos hic sedebitis?* Item iste papa vituperavit fratrem[6] Petrum de Fulconibus de Regio et a se amovit et separavit, cum prius moraretur secum, pro eo quod congregabat thesauros. Capellum rubeum abstulit domno Ricardo cardinali[7], pro

a) *sic c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) fuit in pal. *Alb. Mil. neglegenter omisit.* d) Aricii *Alb. Mil.* e) ꝙ (quod) *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Quod Sal. iam supra f.* 376[a], *p.* 397. *dixit.* 2) *Scil. Faventini.* 3) *Sal. repetiit, quod Alb. Milioli falso scripserat. Vide SS. XXXI, p.* 546, *n.* 4. 4) *Demum post Ian.* 1. *anni* 1276. *Aretium venit et ibi die Ian.* 10. *mortuus est.* 5) *Nescio quem. In concilio Lugdunensi Gregorius deposuit Bertholdum de Henneberg episcopum Wirziburgensem et Heinricum III. Leodiensem, nec tamen ob causam a Sal. allegatam.* 6) *Ordinis Praedicatorum; cf. supra f.* 406[b], *p.* 470. 7) *De Anibaldis, diacono S. Angeli. Non cardinalatu eum privasse, sed cappellum rubeum, quo signo honoris cardinales demum a.* 1245. *ornati sunt, ei abstulisse, fortasse ad tempus, dicit frater Salimbene. Posteriore quidem tempore si quis scribit cappellum rubeum auferre, dicit de quodam cardinalatu deposito, neque vero fratrem Salim-*

*F.* 416[b]. Istorum versuum supponitur expositio.

---

eo quod visum fuit sibi, quod simoniace quandam prebendam dedisset. Nam quidam versus inventi sunt etiam ante quam fieret papa, quos ascribebat sibi, et putabat eos prophetice de se dictos. In quibus continetur:

*Sanctus parebit et Christi scita tenebit.*
*Angelice vite, vobis pavor, o Giezite*[a].

Sed ponamus omnes versus[1] per ordinem, pro eo quod iste papa sibi eos ascripsit.

Hic[b] sunt quidam versus, qui fuerunt destinati ad quosdam domnos cardinales et etiam ad quoddam capitulum provinciale fratrum Predicatorum per plures menses, ante quam Gregorius decimus eligeretur in papam[2], sicut quidam sacerdos
1271. *c. Iun.* dicti ordinis, frater fide dignus, retulit michi, et versus dedit. Et ego quasi per tres menses ante electionem dicti domni pape Gregorii decimi vidi versus istos in originali ipsorum[3].

1271. *Quarto Clementi dum tertius annus agetur*[c, 4],
*Papa sacer genti iustorum substituetur.*
*Ac dono Christi succedet sanctior isti.*
*Patris de celis servus bonus atque fidelis.*
*Huic salvandarum zelus vehemens animarum.*
*Et quod honoretur Deus a cunctis et ametur.*
4. *Reg.* 2, 12. *Currus*[d] *et auriga*[5] *Christi populis erit iste.*
1. *Cor.* 13, 5. *Nam sua non queret*[6], *sed que tua sunt, bone Christe.*
*Gaças terrenas spernet, discrimine plenas.*
*Conformis Christo, mundo dum vivet in isto.*
*Hunc Deus ornabit et mire clarificabit.*
*Sanctificabit, magnificabit, glorificabit.*
*Mundum*[e] *pacabit et Ierusalem*[f] *renovabit.*
*Fructus terra dabit. Deus orbem letificabit.*
*f. 416[b]. **Sed*[g] *prius horribile quiddam*[h] *parebit in yle*:* *) *Gl. superscr. c.:* id est: in mundo.
*Clementi*[i] *nullus**, sacer hinc*[k, **] *succedet et almus**.* **) *Gl. superscr. c.:* id est papa.

a) g *in loco raso.* b) *sic c.* c) *bini versus, quorum sillabae extremae consonant, atque ceteri hoc signo* [ *iis praeposito coniuncti sunt in c.* d) *v.* 7. 8. *om. Tol.* e) *v.* 13. 14. *post v.* 22. *positi Tol., ubi sunt v.* 15. 16. f) iherusalm *Tol.* g) *v.* 15. *post v.* 25. *positus Tol., ubi est v.* 20. h) quodd' *Tol.* i) *v.* 16—18. *post v.* 26. *positi Tol., ubi sunt v.* 22—24. k) h (hic) *Tol.*

*bene hoc dicere voluisse praesumendum est, ut R. Sternfeld, 'Der Kardinal Gaëtan Orsini' (Berlin 1905) p. 198, n. 28. et p. 240 sq., n. 9, post alios praesumpsit et inde hoc a Sal. relatum non verum esse coniecit.* 1) *Horum versuum 26 scripti sunt in codice ecclesiae cathedralis Toletanae (cf. 'N. Archiv' VI, p. 361 sq.) alio ordine dispositi, quos ex hoc codice edidi 'N. Archiv' XXX, p. 384—386. Hi raro varia lectione differunt, quam adnotari adscribens Tol., sed omisi orthographica nullius momenti.* 2) *In codice Toletano versibus praescriptum est:* Hii sunt versus, qui fuerunt destinati ad quosdam cardinales (card' *c.*), antequam domnus (dūs) Gregorius X[us] eligeretur in papam, et quidam alii versus erant . . . . . ad (id?). 3) *Hoc non credo. Isti versus procul dubio post sessionem quartam concilii Lugdunensis (1274. Iul. 6), in qua legati Graeci fidem ecclesiae Romanae professi sunt (vide v. 25), compositi sunt, sed ante obitum Gregorii X. (v. 23. 24), ut exposui 'N. Archiv' XXX, p. 384. In codice Toletano versibus subscriptum est:* Versus predictos ab originali ipsorum accepi *etc.* 4) *Cf. 'N. Archiv' XXX, p. 385, n. 6.* 5) 4. *Reg.* 2, 12: pater mi, currus Israel et auriga eius. 6) 1. *Cor.* 13, 5: non quaerit quae sua sunt.

*F.* 416[c]. Quare boni subtrahuntur de hac vita, beatus Gregorius rationem assignat. Quod contra voluntatem divinam sit, quod sepulchrum Domini recuperetur modo.

---

*Cui procuratrix  theotocon, eius amatrix*
*Et defensatrix*[a]  *semperque benigna ducatrix.*
*En*[b] *circa mille bis centum septuaginta* 1274.
*Tetraque*[*]*: tunc ille, velut annorum quadraginta*[1]. *) *Gl. superscr. c.:* id est IIII[or].
*Sanctus parebit  et Christi scita*[2] *tenebit.*
*Angelice rite,  vobis pavor, o Giezite!*[c, 3]
*Christe, tuum pulcrum  tunc nobis, sancte, sepulcrum*
*Reddes subiectis  Agarenis, inde reiectis.*
*Nunc male captivi  tunc convertentur Achivi*[d, 4].
*Cardinibus*[5] *multam*[e]  *pones, altissime, mulctam*[f].
*Tres Deus orantes  quam sepius et vigilantes.*
*Quod sic prestetur,  clare docuisse videtur.*

Quam[g] vera fuerit ista scriptura, videamus. Ad litteram pape Clementi quarto successit papa Gregorius decimus, et fuit bonus homo, iustus et rectus et timens 1271.
Deum[6]; et ante quam pape Clementi succederet alius papa, *quiddam horribile* apparuit in mundo, quia steterunt Christiani propter divisionem que erat inter cardinales sine papa per tres annos et menses novem et dies XXI[7]. Et ideo mirabantur simplices de tanta sedis vacatione. Quocirca factus papa Gregorius decimus ordinavit de electione summi pontificis[8] post precedentis mortem. Quod autem 1274.
dicitur:

*En circa mille bis centum septuaginta*
*Tetraque: tunc ille, velut annorum quadraginta,*

planum est et intelligibile valde, quia ad litteram ita fuit. In millesimo enim CC[o]LXX[o]IIII[o] celebravit generale concilium in Lugduno. In quo vere sanctus apparuit, dum multa bona ibi statuit[9] observanda; et *Christi scita* firmiter tenere credebat, si vixisset, sed propter malitiam remanentium de medio subtractus fuit per mortem, sicut Iosias rex Iuda, eo tempore, quo plus necessarius erat; cui 4. *Reg.* 23.
etiam a Domino dictum fuit [4.[h] Reg. 22.[*] et[i] II. Paralipo. XXXIIII[†]]: [*†]*Colligam* *v. 20. †v. 28.
*te ad patres tuos in pace*[k]. Hinc Petrus diaconus in tertio Dialogorum libro[10] occasione Sanctuli a Gregorio querit dicens: *'Quidnam, queso te, esse existimas, quod boni quique subtrahuntur, et qui vivere ad edificationem multorum poterant, aut penitus inveniri nequeunt aut certe*[l] *omnimodo rarescunt?' Gregorius: 'Malitia remanentium meretur, ut hi qui*[m] *prodesse* Gregorius[n]. *†f. 416[c].

a) dispensatrix *Tol.* b) *ante* En ℂ *minio scriptum in c. et Tol.* c) *sequuntur v.* 13. 14. *Tol.* d) *sequitur v.* 15. *Tol.* e) mulctam *Tol.* f) multam *Tol., ubi sequuntur v.* 16—18. g) *penna et atramentum mutata.* h) 4. — XXXIIII. *a Sal. post add. in spatio vacuo imae columnae* 416[b]. i) Et *cum maiuscula littera* E *c.* k) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* l) iam *add. Gregor.* m) q́q́, *alterum* q́ *erasum, c.* n) G[r]. *c.*

1) *Hoc scriptum videtur respectu versus Act.* 7, 23: Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, ut visitaret fratres suos, filios Israel. 2) *Concilium Lugdunense.* 3) *Sectatores Giezi avari, de quo* 4. *Reg.* 5, 20—27. *relatum est.* 4) *Graeci.* 5) *I. e. cardinalibus; vide supra p.* 228 (*n.* 6). 6) *Deuter.* 32, 4: iustus et rectus; *Iob* 1, 8. 2, 3: simplex et rectus ac timens Deum. 7) *Cf. supra p.* 486, *l.* 18. 19 (*n.* 4), *ubi eadem verba.* 8) *In constitutione* 2. *concilii Lugdunensis* = *Sexti Decret. l. I, tit.* 6, *c.* 3: Ubi periculum maius. 9) *Cf. supra p.* 189, *l.* 7. 10) *Cap.* 37.

*F.* 416[d]. Qualiter abbas Ioachym exposuit XLII[as] generationes, quas ponit Matheus.

---

*poterant festine subtrahantur, et cum mundi finis apropinquat*[a], *electi tolluntur, ne deteriora videant.*
*v. 1. *Hinc enim propheta ait* [Ys.[b] LVII *]: *"Iustus perit, et nemo est qui recogitet in corde suo; et viri misericordie colliguntur, quia non est qui intelligat"*. Quod autem sequitur in versibus illis:

*Angelice vite, vobis*[c] *pavor, o Giezite!*

iam dictum est, quia multum persecutus est Symoniacos. Quod autem sequitur:

*Christe, tuum pulcrum tunc nobis, sancte, sepulcrum*
*Reddes subiectis Agarenis, inde reiectis,*

hoc potest intelligi sic impletum[1], quia iste papa Terram Sanctam semel personaliter visitavit et iterum visitare personaliter intendebat, ut recuperaret sepulcrum;
*v. 10. sed contra voluntatem divinam facere[d] nullus potest, sicut Ys. dicit XLVI *[e]: *Con-*
*v. 26. 27. *silium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet.* Hinc ait Ys. XIIII *: *Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram, et hec est manus extenta super universas gentes. Dominus enim exercituum decrevit, et quis poterit infirmare? Et manus eius extenta,*
*v. 24. *et quis avertet eam?* Hinc Dominus dixit Luc. XXI *: *Et Ierusalem calcabitur a*
*v. 2. *gentibus, donec impleantur tempora nationum.* Hinc dicitur Apoc. XI *: *Atrium autem, quod est foris templum, eice foras, et ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. Et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Abbas Ioachym hunc
*f. 416d. numerum sic expo*suit[f, 2]: XLII[o] menses XLII[e] generationes sunt, quas ponit
*v. 23. Matheus, que in novo Testamento taliter demonstrantur, quia secundum Lucam III.* *ipse Iesus erat incipiens quasi annorum XXX[ta]*, quando baptizatus est a Iohanne[g]. Pone ergo XL duas generationes a Christo usque ad dies nostros, XXX[ta] annos
1260. generationi cuilibet assignando, terminabuntur in M[o]CC[o]LX[o] anno, in quo verberatorum inchoavit devotio; qui numerus designatur in pluribus locis, ut ibi,
*v. 3. Apoc. XI *: *Dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta*
*v. 6. *amicti saccis.* Et infra, Apoc. XII *: *Et mulier fugit in solitudinem, ubi habet*[h] *locum preparatum*[i] *a Deo, ut ibi pascat illam*[k] *diebus mille ducentis LX[ta f]*. Et sumitur hic et
*v. 6. superius annus pro die, sed in Eze. IIII.* sumitur dies pro anno: *Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi.* Igitur non videtur voluntatis divine, quod sepulcrum Christi condam gloriosum modo recuperetur; sed quantum fuit de voluntate pape Gregorii decimi, recuperatum fuisset, nisi mors prestitisset impedimentum. Nam ideo ipsemet fecit passagium, renovavit imperium, celebravit concilium.
*v. 30. Sed dicitur Prover. XXI *: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Credo revera — nescio, si decipior —, quod propter ista duo, que iste papa attemptavit[l], Deus eum tulit de medio, quia non est voluntatis divine, quod decetero imperator aliquis surgat post Fridericum secundum, de quo etiam dicitur[3]: *In ipso quoque finietur imperium, quia, etsi successores sibi fuerint,*

a) *sic c.* b) Ys. LVII. *in marg. suppl., non signo apposito, quo significetur, quo loco hoc inserendum sit; quod videlicet Sal. ipse post addidit, in Gregorii textu non legitur.* c) pauor uobis *corr.* uobis pauor *c.* d) nullus fac. *corr.* fac. nullus *c.* e) *penna mutata.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *sequitur* ℭ *minio pictum.* h) habebat *Vulg.* i) paratum *Vulg.* k) pascant eam *Vulg.* l) *multo post corr.* attentavit.

1) *Quod non impletum est, sed propheta ille, auctor versuum, erravit hoc dicens.* 2) *Sequentia in Expositione Ioachim abbatis in Apocalipsim ad c.* 11, 2 *(Venetiis* 1527. 4[o]*) f.* 141[v]—145[v]. *minime leguntur, sed cf. Pseudo-Ioachimi Interpret. in Ieremiam c.* 20, *ed. Colon.* 1577. *p.* 285. 3) *Pseudo-Ioachim Interpr. in Ier. cap.* 51 *(extrema verba), l. l. p.* 386. *Qui locus iam supra f.* 355[a]. 393[b], *p.* 349. 439. *et iterum infra f.* 482[d]. *laudatus est.*

*F.* CCCC16[bis a] [1]. De conversione Grecorum et Iudeorum et omnium gentium.
*F.* 416[bis b]. De electione pape Innocentii quinti et obitu eius.
De aquarum diluvio in vigilia sancti Iohannis Babtiste[a].

---

*imperiali tamen vocabulo ex Romano fastigio privabuntur.* Non videtur etiam volun-
tatis esse divine, quod sepulcrum recuperetur, quia multi hoc attemptare[b] volentes
in vanum reperti sunt laborasse. Et ideo, quantum ad hoc negotium, dicere potest
ecclesia illud Ys. XLIX*: *In vacuum la†borari, sine causa et vane fortitudinem meam* *v. 4. †f. CCCC16 bis a.
*consumpsi.* Quod autem sequitur in versibus illis:

*Nunc male captivi tunc convertentur Achivi,*

id est Greci, sic potest intelligi, quia ad litteram Greci interfuerunt concilio Lugdu- 1274.
nensi, quod a papa Gregorio decimo extitit celebratum, promittentes reverti ad
Romane[c] ecclesie unitatem. Ideo Dominus dicit eis Iere. III*: *Convertimini, filii,* *v. 14. 15.
*revertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester, et assumam vos, unum de civitate et duos
de cognatione, et introducam vos in Syon, et dabo vobis pastores iuxta cor meum, et
pascent vos scientia et doctrina*[d]. Et infra eodem* de conversione Iudeorum vel *v. 22–24.
etiam Grecorum: *Convertimini, filii, revertentes, et sanabo aversiones vestras. Ecce
nos venimus ad té. Tu enim es dominus Deus noster. Vere mendaces erant colles,
multitudo montium. Vere in domino Deo nostro salus Israel. Confusio comedit labores*[e]
*patrum nostrorum ab adolescentia nostra.* Porro[f] de conversione Grecorum dicit
abbas Ioachym in expositione evangelistarum[2] super illo loco Io. IIII*: *Oportebat* *v. 4.
*autem eum transire per Samariam.* De conversione autem Iudeorum exponit idem
abbas evangelium Luc. II*: *Et factum est post triduum, invenerunt illum in templo se-* *v. 46.
*dentem in medio doctorum* et cet. usque ad finem capituli. Vide in libro abbatis, quia
pulcherrima et delectabilis expositio est ac veritate plena. Item de conversione
Iudeorum dicit Ys. X*: *Reliquie convertentur, reliquie, inquam, Iacob ad Dominum*[g] *fortem.* *v. 21–23.
*Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquie convertentur ex eo. Consum-
matio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim et abreviationem*[h] *dominus Deus
exercituum faciet in medio omnis terre.* Idem habetur Ys. XXVIII*[i]. Item de conver- *v. 22.
sione Iudeorum habetur Osee III*: *Dies multos se†debunt filii Israel sine rege et sine prin-* *v. 4. 5. †f. 416 bis b.
*cipe et sine sacrifitio et sine altari et sine ephod et sine therafim. Et post hec rever-
tentur filii Israel et querent dominum Deum suum et David regem suum et pavebunt
ad Dominum et ad bonum eius in novissimo dierum.* De conversione autem gene-
rali omnium gentium sic habetur Ps.*: *Reminiscentur et convertentur ad Dominum* *21, 28.
*universi fines terre.* Item Ys. II*: *Fluent ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi* *v. 2. 3.
*et dicent: 'Venite, ascendamus ad montem Domini'.*

Anno Domini M°CC°LXX°VI°, indictione quarta, in mense Ian., XXI[a] die eiusdem *L. temp. c. 287.* 1276.
mensis, in festo sancte Agnetis electus fuit in papam frater Petrus de ordine fratrum Pre- *Ian.* 21.
dicatorum de Burgundia, de civitate Tharentasia[3]; qui cum esset archiepiscopus Lugdu-
nensis, fecit eum cardinalem[4] papa Gregorius decimus sicut et fratrem Bonaven- 1273.

a) Io. bbe *c.* b) *multo post corr.* attentare. c) romane *in marg. statim a Sal. suppl.* d) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* e) laborem *Vulg.* f) *penna mutata.* g) Deum *Vulg.* h) *sic h. l. c.* i) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.*

1) *Hoc folium Sal. iterum falso numero* CCCC16 *signavit.* 2) *Super quatuor evangelia vel Concordia evangeliorum, liber ineditus, qui exstat in cod. Dresdensi bibl. regiae* A 121. *et in aliis codd.* 3) *Nomen civitatis corruptum in Libro de temp. c.* 287. *Salimbene ex Martini Oppav. Chron. p.* 442. *corrigere potuit.* 4) *Episcopum Ostiensem a.* 1273.

*F.* 416bis c. De damnificationibus quas aquarum diluvium fecit.
*F.* 416bis d. Hic ostenditur, quod eodem anno MºCCºLXXºVIº isti tres summi pontifices legitime extiterunt, scilicet Innocentius quintus, Adrianus quintus et Iohannes XXIus.

---

1273. *L.temp.c.*287. turam, generalem ministrum ordinis fratrum Minorum[1], et magistrum Petrum Hispanum[2] et alios duos[a, 3]. De collegio ergo cardinalium prius fuerat et vocatus fuit
1276. *Iun.* 22. Innocentius quintus, et obiit eodem anno, quo fuit factus papa, scilicet nona die exeunte
*Iun.* 23. Iunio. Et eodem anno die Martis exeunte Iunio, in vigilia sancti Iohannis Babtiste[b] venit diluvium magnum et maximum aquarum, ita quod Crustuneum crevit sic, quod a Rivalta citra usque ad Bagnolum terra tota erat in aqua; et plures persone necate fuerunt sive suffocate fuerunt et mortue. Et blada portata fuerunt de campis de loco ad locum illa occasione, et pontes destructi, qui erant super predictis fluminibus[4]. Et domus devastate et destructe fuerunt propter inundationes aquarum, et segetes mirabiliter submerse sunt; et strata que vadit Raçolum iuxta Bagnolum dirupta fuit atque destructa. Et glaream super stratam positam asportave-
*f.* 416bis c. runt dicte inundationes *diluvii et aquarum in campos et fossatos[c], ita quod tale diluvium auditum non fuerat, nec aliquis recordabatur ullis temporibus per antiquos[a]. Et Crustuneum crevit et sparsit alio modo iuxta burgum Sancti Stephani et Omnium Sanctorum extra portam, ita quod inundationes aquarum ascenderunt super stratam in burgo Omnium Sanctorum in civitate Regina. Et implete fuerunt domus de predicto burgo ab utraque parte strate de aqua, que veniebat de Crustuneo, et tota strata plena erat de dicta aqua et diluvio, ita quod navis poterat ire per dictam stratam totam super aquam[a]. Et totum hospitale sancte Katerine erat plenum, et hospitale sancti Geminiani similiter plenum fuit aqua, ita quod tota strata videbatur esse navigium magnum. Et maximum damnum recepit dictum hospitale sancti Geminiani de blado et[d] aliis rebus, que ducte fuerunt per dictum diluvium; et tota strata de Mutilena videbatur esse navigium[a]. Et iuncta fuit aqua fluminis Mutilene cum aqua Crustunei, et ibant dicta flumina per campos et domos, ita quod videbatur, quod esset ibi mare; et plures bestie necate fuerunt, scilicet pecudes hospitalis sancti Petri in Vincula Mutilene et alie multe bestie[a]. Et nec audita neque visa fuerunt talia diluvia, et tales inundationes aquarum ab antiquis non recordabantur. Et ista diluvia fuerunt per totum mundum[a]. Et duraverunt dicte pluvie et predictum diluvium per totam estatem et per totum autumnum, ita quod bene homines non poterant seminare. Et per villam Crustunei prope Masen-
**f.* 416bis d. çaticum domus dicte ville implete fuerunt aqua *de dicto fluvio[a, 5]; et per predictum tempus duravit
*Iun.* 22. pluvia per XIIII menses. Et eodem anno obiit papa Innocentius quintus XXIIa die Iunii[6].
*L. temp. c.* 290. 287. In quo anno electus fuit domnus Octobonus de Fisco, nepos condam domni pape Innocentii
*Iul.* 11. quarti, die XIa Iulii, et vocatus fuit papa Adrianus quintus, et obiit eodem anno XVIIa die
*Aug.* 17. Augusti. Et sepultus fuit in ecclesia fratrum Minorum de Viterbio. Et eodem anno in papam electus fuit magister Petrus Hyspanus[e] et vocatus fuit papa Iohannes XXIus: et electio
*Sept.* 17. sua fuit facta a cardinalibus die XVIIa Septembris et supradicto anno; et sedit men. VIII, di. I. Et eodem anno fuerunt magne pluvie et diluvia, ita quod homines non poterant seminare propter inundationes aquarum, et quod ab antiquis non recordabatur.

*L.temp.c.*291. 1277. Anno Domini MºCCºLXXºVIIº, indictione Va, in mense Ianuarii, die Iovis XIº exeunte,
*Iun.* 21. in festo sancte Agnetis domnus Napulionus, civis Mediolanensis, perpetuus ancianus populi civitatis Mediolani, turpiter est remotus a predicta ancianaria, quia captus est cum VI vel VII de domo sua

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) Io. bbe *c.* c) *sic c.* d) *penna mutata.* e) Yspanus *Alb. Mil.*

1) *Episcopum Albanensem factum.* 2) *Episcopum Tusculanum factum, qui postea fuit Iohannes XXI. papa.* 3) *Bertrandum II. archiepiscopum Arelatensem, qui episcopus Sabinensis factus est; et Wilhelmum Vicedominum archiepiscopum Aquensem, episcopum Praenestinum factum. Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 558; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 416. 4) *Unum flumen Crustuneum supra dictum est. Sal. cogitavit et de Mutilena torrente infra l.* 25. *dicto.* 5) *Alb. Mil.:* de fluvio Rodani *hoc loco non dicto.* 6) *Idem dies supra l.* 7. 8. *more Bononiensi ex Libro de temp. indicatus est.*

*F.* CCCC17[a]. De prelio quod domnus Caxonus de Turre fecit in Mediolano, et de archiepiscopo, cui Mediolanenses dominium Mediolani dederunt.

*F.* 417[b]. Quod hoc anno fertilitas et abundantia magna fuit.

De Guastalla, que capta fuit et recuperata.

De magna hominum mortalitate, et de domno Mastino, qui interfectus fuit. Cui successit frater suus domnus Albertus de Scala.

---

per partem extrinsecam de Mediolano et per illos de civitate Cumi[a]; et in dicta civitate de Cumo[a] (1277. *L. temp. c.* 291.) seu in castellis suis detinentur in carceribus, videlicet in castro quod vocatur Badharellum; et tres gabie[b] facte sunt, in quibus etiam predicti detinentur, scilicet duo in qualibet gabia[c], ut dicebatur[d]. Et dicta captio facta fuit in quodam burgo posito in episcopatu Mediolani qui vocatur Dexe. Et rustici dicti burgi tunc interfecerunt domnum Franciscum de Turre et quosdam alios de Turre *et de aliis (*f.* CCCC17[a].) amicis eorum[d]. Et Caxonus filius domni Napulionis hoc audito in quodam castro[1], in quo erat, cum quadringentis militibus ivit ad civitatem Mediolani et intravit dictam civitatem cum dictis militibus, et invenit, quod domus sua et aliorum de domo sua derobabantur, id est spoliabantur. Et porte dicte civitatis erant clause. Et populus in maxima quantitate erat armatus in broletto[e] dicte civitatis. Et fecit ibi domnus Caxónus ad domos suas maximum prelium et multos ibi interfecit. Et ut vidit, quod non bene adiuvabatur, dereliquit civitatem Mediolani et exivit foras cum militibus suis et venit ad civitatem Laude[f]. Qui eum intrare non permiserunt, sed iacuit in burgis dicte civitatis, et sequenti die ivit Cremam cum sequacibus suis[g]. Et domnus archi- (*Ian.* 22.) episcopus Mediolani[2] uná cum omnibus de parte intrinseca[3] venerunt ad civitatem Mediolani et intraverunt in eam cum magno gaudio et letitia[d]. Et populus Mediolani ipsum domnum[h] archiepiscopum in dominum[h] elegerunt; et de voluntate ipsius domini[i] elegerunt domnum[h] Symonem capitaneum dicte civitatis per unum annum et domnum[h] Guilielmum de Pusterla potestatem mercatorum et domnum[h] Ricardum comitem de Langunscho[k] potestatem dicte civitatis. Et obiit papa Iohannes XXI[us] in mense Maii[4], et sedit in papatu men. VIII. di. I[5]. Et eodem anno (*Maii* (20).) die Lune VII[o] intrante Iulio[6] obiit domnus Ugolinus de Foliano et die sequenti fuit sepultus ad (*Iul.* 7? *Iul.* 8?) ecclesiam sancti Spiritus de Regio. Et eodem anno unus sextarius fabe *semi- (*f.* 417[b].) natus reddebat in usufructu, qui exibat de dicto sextario, XVIII sextarios[l] fabe et XX et XXV[7]. Ideo plus factum est quam in proverbio consuevit dici, scilicet:

*Fava de Çenaro. lo moço per lo staro.*

Quod est dicere: quando faba in Ianuario seminatur, tantum multiplicatur, quod pro sextario seminato modius excutitur inde[g]. Cognitio et traditio agricultorum ista est. Eodem anno et millesimo exercitus Reginus ivit ad Besmantuam[m]. Et venerunt illi (*L. temp. c.* 291.) de Besmantua ad preceptan[n] potestatis[8] et communis Regii in mense Augusti. Et in illo (*Aug.*) mense Guastalla sive terra Guastalle fuit capta ab inimicis, sed incontinenti fuit recuperata per aliam partem, scilicet ecclesie, et mortui et capti fuerunt omnes qui ceperant eam. Et eodem anno fuit mortalitas maxima et magne infirmitates hominum, puerorum et mulierum quasi per universum orbem et maxime in regno Ytalie et Lombardie. Et magne pluvie, ita quod homines non potuerunt colligere melicas neque eas siccare, nec potuerunt seminare. Et eodem anno

a) de Como *Alb. Mil.* b) cabie *Alb. Mil.* c) cabia *Alb. Mil.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) broleto *Alb. Mil.* f) Laudi *Alb. Mil.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* h) dñm *c.* i) dñi *c.* k) languscho *c.*; Languscho *Alb. Mil.* l) sext. *c.* m) Besumantuam *Alb. Mil. compluries.* n) *a sillaba* ta *penna mutata.*

1) Canturo *Ann. Placent. Gib. p.* 566. 2) *Otto de Vicecomitibus.* 3) extrinseca *Alb. Mil. ut et supra l.* 8. *Nam pars Vicecomitum hucusque expulsa erat. Salimbene* intrinseca *scripsit, quia haec pars iam urbe potita erat.* 4) *De obitu huius papae vide supra f.* 337[a], *p.* 304. 5) et sedit — di. I *ex loco ab Alberto Milioli in c.* 291, *p.* 551, *l.* 34. 35, *post addito aut, si hic locus potius ex hoc fratris Salimbene suppletus est, ex Alberti c.* 290. *descriptus est.* 6) *Cf. SS. XXXI, p.* 550, *n.* 5. 7) *Sed infra p.* 498, *l.* 12. *fabae cari pretii fuisse hoc anno dicuntur.* 8) *Friderici de Vallungo Brixiensis.*

*F.* $417^{c}$. Quod hoc anno flumen taleate inceptum fuit claudi.
Quod hoc anno papa Nicholaus tertius fuit electus, et exposuit regulam fratrum Minorum, quorum prius fuerat cardinalis. Et flumen taleate prohibitum fuit claudi a Cremonensibus, de quo multum damnificati sunt Regini.

---

1277. *L. temp. c.* 291. domnus Mastinus de Scala, qui tenuit dominium Verone post Icilinum de Romano, fuit
mortuus per IIIIor assaxinos[1], qui similiter Veronenses fuerunt[a]. Sed domnus Albertus
de Scala, frater suus germanus, et qui ei in dominio Verone successit, fratrem
suum optime vindicavit interficiendo maleficos[2] iuxta verbum quod scriptum est
*v. 18. Exo. XXII*: *Maleficos non patieris vivere.* De caristia[b]. Et eodem anno fuit
magna caristia, quia aliquando fuit venditus sextarius frumenti IX sol. imperial. et XX sol. rex.[a]
**f.* $417^{c}$. Et sextarius[c] fabe XVII grossos, *XVIII et XIX. Et sextarius melice XIII grossos, XIIII
et XV. Et sextarius[c] spelte XII grossos et XIII. Et libra grossa olei olive XXI imperial.,
XXII et II[3] sol. imperial. Et eodem anno flumen taleate inceptum fuit claudi de volun-
*Nov. Dec.* tate consilii generalis Cremone in mense Novembris et Decembris. Et eodem anno circa
*Nov.* 30. festum sancti Andree[4] electus fuit domnus Iohannes Gaietanus cardinalis in papam et
vocatus fuit papa Nicholaus tertius. Hic dum adhuc esset cardinalis, erat ordinis
fratrum Minorum gubernator et protector et corrector. Et postmodum factus
1279. papa regulam eorum exposuit et declaravit quedam, que intellectu difficilia vide-
bantur[5]. Et nota, quod omnes cardinales, qui fuerunt ordinis fratrum Minorum
gubernatores, protectores et correctores, postmodum facti sunt summi pontifices,
sicut domnus papa Gregorius nonus et domnus papa Alexander quartus[6] et domnus
papa Nicholaus tertius[a]. Et hoc factum credimus divina gratia faciente[d] et beato
Francisco adiuvante et eorum bona vita non impediente. Decetero quid futu-
1284. rum sit, Deus novit. Nunc est[7] cardinalis ordinis fratrum Minorum domnus
Matheus Rubeus, quem papa Nicholaus assignavit et dedit, eo quod esset de
parentela sua, sed ipsi elegerant domnum Ieronimum, qui fuerat de ordine eorum
generalis minister[8], nunc autem est tituli sancte Potentiane presbiter cardinalis[9].
1281. [Sed[e] processu temporis factus est[f] Penestrinus episcopus[10]. Et frater Benceven[11]
1278. factus est Albanensis episcopus. Hic fuit ex ordine Minorum et lector in theo-
logia et pulcher homo et bonus et honestus et intimus amicus domni pape Nicholai
tertii, qui etiam fecit eum cardinalem[12], quia aliquando habitavit cum eo et ordi-
nem suum affectuose dilexit].
*L. temp. c.* 292 1278. Anno Domini MºCCºLXXºVIIIº, indictione VIª, prohibitum fuit claudi supradictum flumen
taleate a Cremonensibus, cum iam esset expensum per commune Reginum in eadem claudenda duo

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) De car. *in marg. manu Sal.* c) sext. *c.* d) *sic c., non* favente, *ut Alb. Mil. p.* 551, *l.* 24. *habet.* e) *uncis inclusa alio atramento, sed manu fratris Sal. in marg. inferiore suppl.* f) e (est) *a Sal. superscr.*

1) *Cf. supra f.* $362^{a}$, *p.* 368. 2) *Eadem supra f.* $367^{c}$, *p.* 379. *Cf. Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 420. 3) et II *perperam procul dubio additum est.* 4) *Iam die Nov.* 25. *electus est.* 5) *A.* 1279. *Aug.* 14 15. *Cf. Potthast, Reg. pont. nr.* 21628; *Alberti Milioli addit. p.* 549, *quod ab ipso Salimbene compositum esse apparet.* 6) *Cf. supra f.* $336^{a}$, *p.* 302. *et f.* $369^{a}$, *p.* 383. 7) *Salimbene scripsit haec fere mense Augusto anni* 1284. *(inter dies Iun.* 23. *et Sept.* 14; *cf. supra f.* $382^{c}$, *p.* 412. *et infra f.* $429^{a}$). 8) *Eadem vide supra f.* $280^{c.d}$, *p.* 169. 9) *Factus a.* 1278. *Mart.* 12. *(vel* 19*). Cf. Alberti Milioli addit. p.* 549. *et ibid. n.* 5. 10) *A.* 1281. *Apr.* 12; *cf. Cont. Rom., SS. XXII, p.* 477; *(Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 423*). Iam non igitur fuit presbyter S. Pudentianae, cum Sal. praecedentia scribebat. Qui a.* 1288. *papa creatus est Nicolaus IV.* 11) *Bentivenga episcopus Tudertinus.* 12) *A.* 1278. *Mart.* 12 *(vel* 19*); cf. n.* 9.

*F.* 417[d]. Et caristia hoc anno maxima fuit. Et a Mantuanis Gonçaga capta fuit atque destructa.
Et domnus Pinamons Mantue tenebat dominium.
*F.* CCCC18[a]. De primo capitaneo populi Regini.
De pace Bononie que hoc anno facta fuit per cardinalem Latinum.

---

milia librarum imperialium et plus, laborantibus in his *operibus hominum[a] episcopatus Regii[b]. 1278. *f. 417[d]. Et marchio Cavalcabo cum aliis Cremonensibus civitatis Cremone, de eo quod promiserunt domno Açoni de Manfredis, qui tunc erat[1] potestas Cremone, et commune[c] Reg., et promissum fuerat per consilium generale Cremone et per commune Cremone, et omnia que promiserunt communi Regino, et de supradictis expensis factis *L.temp.c.292.* per commune Reginum in supradicta claudenda taleate[d], omnia dicti Cremonenses et marchio retraxerunt communi Regino et dictam claudendam destruxerunt. Et magnum dampnum et iniuriam habuit et tenuit commune Regii. Et eodem anno vendebatur *ib.* sextarius frumenti VIII sol. imperial. et IX et X. Et sextarius[e] spelte XIIII grossos et V sol. imper.[f] Et sextarius[e] melice XIIII grossos et V sol. imperial. Et eodem anno in mense Maii destructa et dirupta et conbusta fuit Gonçaga sive castrum Gonçage a Mantuanis[2]. Et *Maii (19).* tunc erat domnus[g] Pinamons dominus[g] Mantue, cuius dominium tenuit multis annis; et solitus erat gloriari: 'Sic et sic feci in meo dominio, et necdum aliquod infortunium habui, sed omnia prospera ad vota succedunt'. Et non[h] procedebat[i] ab homine bene sensato gloriatio ista, cum sapiens in Proverbiis dicat XXVII*: *Ne* *v. 1. *glorieris in crastinum, ignorans, quid superventura pariat tibi*[k] *dies.* Et Eccli. V*: *v. 4. 5. *Ne dixeris: Peccavi, et quid accidit michi triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiatu peccatorum*[l] *noli esse sine metu neque aditias peccatum super peccatum.*

Nota[m], quod millesimo supraposito primo tractatum fuit de capitaneo populi Regini faciendo. *ib.* Et factus fuit capitaneus pro sex mensibus domnus Ugolinus de Rubeis, scilicet filius condam domni Iacobi condam domni Ber*nardi Rolandi Rubei de Parma, per domnum Guilielmum *f. CCCC18[a]. de Foliano Reginum episcopum, quia ei data fuit potestas per commune Regii eligendi eum[n]. Et eodem anno capta fuit civitas Laude per domnum Caxonum de Turre de Mediolano. Et *ib. c. 293.* sub eodem millesimo et anno domnus Giliolus de Marano de Parma iudex fuit electus in potestatem Reginum[o] pro sex mensibus, scilicet a Kalendis Iulii usque ad Kalendas Ianuarii. Et eodem anno, tempore dicti potestatis illi de Besmantua evitaverunt mandata potestatis et communis Regii[n]. Et dictus domnus Ugolinus de Rubeis, capitaneus populi Regii, primo intravit ad offitium capitanarie et stetit primo super domum condam domni Guidonis Gaii[p] de Robertis. Et eodem anno captum fuit castrum Fornovi a Cremonensibus. Et multe terre a patriarcha de Aquilegia[q, 3] et ab illis de Turre capte fuerunt in districtu Mediolani et magna multitudo hominum. Et pax Bononie fuit facta per fratrem Latinum, nepotem domni pape Nicholai tertii, legatum et cardinalem in Lombardia et Tuscia.

Anno Domini M°CC°LXXIX°, indictione VII[a], captus fuit quidam lupus 1279. muçus, qui devorabat pueros in episcopatu Regino. Et eodem anno in mense Febr. *ib. c. 294. Febr.* domnus Thomasinus de Gorçano et illi de Bançola furtive ceperunt petram de Besmantua et ex-

a) *sic c. pro* hominibus; sine aliis laboribus et operibus . . . factis per homines episcopatus et districtus Reg. *Alb. Mil.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sic* (coē reḡ) *c.; communi legendum esse videtur.* d) *sic c.* e) sext̄. *c.* f) ıp̄r. *c., ut Alb. Mil. in Libro de temp.* g) dn̄s *c.* h) non *a Sal. superscr.* i) procedat, *Sal. corr.* procedebat *c.* k) tibi *deest Vulg.* l) *sic et supra p.* 410, *l.* 42; propitiato peccato *Vulg.* m) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit in c.* n) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* o) regin *c.* p) Gagii *Alb. Mil.* q) Aquilea *Alb. Mil.*

1) *Scilicet a.* 1277. *Iul. — Dec. Cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 196 *sq.: Tacoli, 'Memorie istoriche di Reggio' II, p.* 432. — *Mirum quam confuse Salimbene de his rebus retulerit, loco Alberti Milioli suis verbis ampliato.* 2) *Cf. Ann. Mant., SS. XIX, p.* 28; *Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 9. 3) *Raimundo de Turre.*

*F.* 418[b]. De obitu domni Aimerici de Palude. Et de pace illorum de Turre et de Laude cum Mediolanensibus.

De maximo terremotu, qui multas urbes destruxit et castra.

*F.* 418[c]. Hoc anno facta est pax inter Bononienses et Romagnolos mediante cardinali Latino.

Item hoc anno Parmenses ecclesiastico offitio sunt privati.

Item hoc anno expulsi sunt iterum Lambertacii de Bononia, qui cum pace intraverant prius.

---

1279. *L. temp. c. 294.* pulerunt illos de Besmantua et habuerunt robam et victualia et alias res, que erant super predictam petram. Et eodem mense restituerunt predicti invasores in manibus militis potestatis Regini[1] pro communi Regino pro mille libris rexan., quas solvit eis. *f. 418b. Et eodem *anno in mense *Mart.* Martii obiit domnus Aymericus de Palude in civitate Parme. Et sepultus fuit in loco fratrum Minorum de Parma, et magnum honorem habuit a Parmensibus in morte et sepultura sua. Et eodem anno pax illorum de Turre et de Laude cum Mediolanensibus facta *Febr. Mart. in.* fuit in mense Febr. seu Martii, in principio dicti mensis. Et in civitate Regina parentele facte et iurate fuerunt inter illos de Foliano et domnum Antonium de Robertis et inter domnum Iacobinum[a] de Rodilia et domnum Guidonem de Tripolis et domnum Guidonem de Bibianello et domnum *Apr. Maio.* Guilielmum de Canusio in mense Aprilis. Et postmodum in mense Aprilis vel Maii illi de Besmantua redierunt super petram Besmantue. Et certa quantitas militum et peditum de Bononia et de Parma et cum balesteriis de Mutina ivit circum Besmantuam, et steterunt ibi per XV dies. Et per concordiam illi de Besmantua dimiserunt terram communi Regino et recesserunt.

1278. *(Aug. 26).* [Millesimo[b] supraposito[2] duo reges cum exercitibus suis preliati sunt simul et habuerunt durissimum bellum, scilicet Rodulfus rex Romanorum, qui de voluntate pape Gregorii decimi ad imperium habendum erat electus, et rex Boemie[c, 3]. Congressi sunt igitur simul, et rex Rodulfus victoriam habuit et regem Boemie interfecit; quorum quilibet magnus amicus erat ordinis fratrum Minorum][c].
1279. *Maii 1.* Eodem anno in[d] festo apostolorum Philippi et Iacobi[4], id est in Kalendis Maii, sub Nota. papa Nicholao tertio factus est terremotus adeo magnus in marchia Anconitana, quod due partes Camerini submerse sunt, et multi homines utriusque sexus perierunt[e]. Fabrianum, Matelica, Callium, Sanctum Severinum et Cingulum, omnia ista castra sunt dirupta. Similiter Nuceria et Fulignum et Spellum. Et breviter omnia illa castra, que sunt in illis partibus montanis, multa sunt damna perpessa[c]. Item tres montes, inter quos duo lacus et castrum[5] erant artificiose constructi, adinvicem sunt coniuncti et pariter comminuti; et lacus et fluvius[6], ex cuius redun- *f. 418c. datione fiebant lacus, omnino absor*ti[f] sunt. Item unum castrum[5] omnino absortum[f] est[c]. In Romagnola et in montibus, qui sunt inter Florentiam et Bononiam, castra et edificia multa sunt dirupta, et multi homines utriusque sexus suffocati sunt[c]. Tantus enim timor invasit omnes[7] in illis partibus, quod non audebant in domibus commorari, nec etiam ipse domnus legatus cardinalis Latinus[c]. In mar-

a) Iabinum *Alb. Mil.* b) *uncis inclusa a Sal. in marg. inferiore suppl.* c) *sequitur* ☾ *minio scriptum.* d) *atramentum et penna mutata.* e) *sequitur* ☾ *atramento nigro scriptum.* f) *sic c.*

1) *Leazarii de Lambertinis Bononiensis.* 2) *A.* 1278. *potius.* 3) *Ottocarus II.* 4) *Die Apr.* 30. *prima nocte et media nocte iam die Maii* 1. *coepta; cf. Cron. S. Petri Erford. add., SS. XXX, p.* 381. *et Monum. Erphesfurt. p.* 206 *sq.; Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 422; *Petrus Cantinelli, Rerum Ital. SS. Ed. nova XXVIII,* 2, *p.* 30. *Alii etiam auctores huius terraemotus mentionem fecerunt ut Ann. Placent. Gib., Ann. Ravennates, Ann. Foroiul., Ann. S. Rudberti Salisburg. etc.* 5) *Serravallis, ut tradit Cron. S. Petri Erford. add. l. l.* 6) *Trave.* 7) *Cf.* 1. *Reg.* 11, 7: Invasit ergo timor Domini populum.

*F.* 418[d]. Quod hoc anno apparuerunt miracula truffatoria cuiusdam Alberti, qui morabatur Cremone et erat portitor vini sive brentator.

---

chia Anconitana multe sunt paces facte et alibi *pre timore et expectatione* immi- [1279. *Luc.* 21, 26.] nentis timoris[a]. Item supradicto millesimo facta est pax inter Bononienses et [*(Aug.* 17*)*.] Romagnolos mediante cardinali Latino, qui erat ex ordine fratrum Predicatorum[1].

Item eodem millesimo circa festum omnium sanctorum Parmenses ecclesia- [*Nov.* 1.] stico offitio sunt privati[2] occasione duarum mulierum, que in predicta civitate sicut heretice combuste fuerunt, quarum una dicebatur domina Halyna[3], altera vero pedissequa[4] eius fuerat, et occasione fratrum Predicatorum et cardinalis Latini. Item eodem millesimo circa nativitatem Domini[5] expulsi sunt iterum [*Dec.* (22).] qui cum pace civitatem Bononiam intraverunt, scilicet Lambertatii, pro eo quod volebant cum parte ecclesie de pari contendere.

[Item[b] millesimo supraposito interfectus fuit Franciscus Cavaturta de Parma[6] procurante et sollicitante quodam capitaneo beruariorum, qui dicebatur Cecus Tuscus[c] de Florentia. Venit igitur ad clamorem istius Guilielmus Bestiarius de Lambertinis de Bononia cum quibusdam malefactoribus et percussit eum gladio in palatio communis Bononie, et dilaceraverunt eum menbratim et de palatio proiecerunt tamquam vile cadaver. Tunc temporis potestas Bononie erat domnus Guillielmus[d] Putagius de Parma[7], et frater Ghifredus de Paganis de Parma guardianus erat fratrum Minorum de Bononia].

Item eodem millesimo apparuerunt miracula truffatoria cuiusdam Alberti, qui stabat Cremone et fuerat unus vini portator simul et potator nec non et peccator[e]. Post cuius mortem, prout dicebatur, Deus multa fecit miracula in Cremona, Parma et Regio[f]. In Regio ad ecclesiam sancti Georgii et beati Iohannis Baptiste[f]. In Parma in ecclesia sancti Petri[8], que est iuxta Novam plateam. Ubi congregabantur omnes brentatores, id est portitores[g] vini, civitatis Parme; et beatus ille qui poterat eos tangere vel de suo aliquid dare[e]. *Idem faciebant mulieres. Et faciebant [**f.* 418[d].] societates per vicinias et egrediebantur ad vicos et plateas, ut pariter congregati processionaliter venirent ad ecclesiam sancti Petri, ubi istius Alberti reliquie habe-

a) *sic c., quod Sal. neglegenter pro* terremotus *scripsisse videtur propter praecedens* timore. b) *uncis inclusa in marg. inferiore a Sal. suppl., nullo signo indicato, quo loco haec inserenda sint.* c) *sic (non* ruscus, *quod nescio an legi possit in c) scriptum videtur esse in c.* d) Guill's *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *sic h. l. c.*

1) *Eadem Sal. infra f.* 419[c], *p.* 504. *ex Libro de temp. exscripta retulit.* 2) *Quod demum die Dec.* 4 *(sic legendum in Ann. Parm. mai. p.* 688. *pro* XIIII. *Sic enim corrigendum esse verisimilius videtur quam* exeunte [= *Dec.* 18] *pro* intrante, *ut Ph. Jaffé proposuit SS. XVIII, p.* 688, *n.* d*) Parmae denuntiatum, c. Dec.* 1. *igitur factum est. Circa Kal. Nov. (Oct.* 30*) Praedicatores de civitate Parmensi recesserunt.* 3) *Oliva de Fredulfis vocatur in Ann. Parm. mai. p.* 688. 4) *Todescha uxor Ubertini Blancardi albergatoris; Ann. Parm. mai. l. l. Cf. etiam Alberti Milioli Liber de temp. c.* 295, *p.* 554, *qui locus exscriptus est infra f.* 419[d], *p.* 504. *Cf. etiam infra f.* 421[a.b]. 453[b]. 5) *Cf. SS. XXXI, p.* 554, *n.* 6. *De eadem re infra f.* 419[d]. *iterum relatum est ex Libro de temp. c.* 295. 6) *De quo e carcere Parmensi effugiente vide Ann. Parm. mai. p.* 687. 7) *Mensibus Ian.* — *Iun. a.* 1279; *Ann. Bonon., Calogerà, 'Nuova raccolta d'opuscoli scientifici' IV, p.* 135. *A die Iun.* 29. *Bertholdus de Ursinis potestas Bononiensis fuit, a Nicolao III. papa factus; Petrus Cantinelli l. l. p.* 30. 8) *In qua imago Alberti iussu brentatorum picta est; Ann. Parm. mai. p.* 687. *Cf. etiam Ann. Placent. Gib. p.* 571 *sq.; Alberti Milioli Liber de temp. c.* 294, *p.* 553.

*F.* CCCC19[a]. Quod occasione istius Alberti fratribus Minoribus et Predicatoribus [Sap. 10, 14.] aliqui pravi homines insultabant. Sed cito Deus *mendaces ostendit qui* eos *macula*re volebant.

---

[1279.] bantur[1]. Et portabant cruces et vexilla et cantando ibant, et donabant purpuras, xamitos et baldakinos et denarios multos. Et postea[a] omnia ista brentatores adinvicem inter se dividebant et habebant sibi[b, 2]. Quod videntes sacerdotes parrochiales procurabant, ut iste Albertus in eorum ecclesiis pingeretur, ut melius oblationes a populo obtinerent. Et non solum in ecclesiis tempore illo fiebat eius ymago, sed etiam in multis muris et porticibus civitatum atque villarum seu castrorum[c]. Quod contra statuta ecclesie expresse cognoscitur esse, quia reliquie alicuius in reverentia haberi non debent, nisi prius a Romana ecclesia aprobentur[d] et sanctorum cathalogo ascribantur[3], nec etiam alicuius ymago ad modum sancti alicubi debet depingi, nisi prius ab ecclesia eius canonicatio[e] divulgetur[c]. Quocirca episcopi, qui tales abusiones fieri permittunt in suo districtu sive in sua diocesi, digni essent ab episcopio removeri, id est dignum esset, quod episcopali dignitate privarentur omnino. Sed non est qui errata corrigat et abusiones emendet. Et ideo cuilibet episcopo, qui [*v. 17.] talia sustinet, illud Zacharie XI.* congrue dici potest: *O pastor et ydolum derelinquens gregem. Gladius super brachium eius et super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate* [*f. CCCC19a.] *siccabitur, et oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur*[c]. *Quicumque autem isti sollemnitati defuisset, quasi hereticus et invidus habebatur. Et fratribus Minoribus et Predicatoribus seculares clara et viva voce dicebant: 'Vos creditis, quod nullus possit miracula facere nisi sancti vestri, sed bene estis decepti, ut nunc apparet in isto'[c]. Sed cito purgavit Deus servorum et amicorum suorum infamiam *osten-*[Sap. 10, 14. Eccli. 11, 33.] *dendo mendaces qui macularerunt* eos et puniendo eos qui *maculam in electis imponunt*[c]. Nam cum venisset quidam de Cremona, qui dicebat se portasse reliquias sancti istius Alberti, scilicet minimum digitum pedis dextri, congregati sunt simul [Ps. 148, 12.] omnes Parmenses a parvo usque ad maximum[f, 4], tam viri quam mulieres, *iuvenes et virgines, senes cum iunioribus*, clerici et layci et religiosi omnes, et cum magna processione et cantilenis portaverunt digitum illum ad matricem ecclesiam, que est virginis gloriose[c]. Cum autem positus fuisset digitus ille super altare maius, accessit domnus Anselmus de Sancto Vitale, canonicus maioris ecclesie et vicarius quandoque episcopi, et osculatus est illum. Cumque sensisset odorem allii seu fetorem et hoc aliis clericis divulgasset, viderunt et ipsi et cognoverunt se esse deceptos pariter et confusos, quia non nisi unum spicum allii invenerunt. Et sic [Ier. 2, 5.] fuerunt truffati et derisi Parmenses, quia *ambularerunt post vanitatem et vani facti sunt.* In Cremona in ecclesia, in qua sepultus erat iste Albertus[5], volebant demonstrare Cremonenses, quod Deus miracula per eum faceret infinita, et ideo tam [Act. 5, 15.] de Papia quam de aliis partibus Lombardie multi veniebant infirmi, *ut liberarentur*

a) poste *corr.* postea *c.* b) *sequitur* ⊂ *minio scriptum.* c) *sequitur* ⊂ *atramento nigro scriptum.* d) *sic c.* e) canonicatto (?) *corr.* canonicato *c.* f) maxim̄ *c.*

1) *De reliquiis in ecclesia S. Petri Parmensi cultis Ann. Parm. l. l. nihil tradunt. Sed forte Sal. haec dixit de ecclesia S. Petri Cremonensi, in qua Albertus sepultus est.* 2) *Pecunia in ecclesia S. Petri Parmensi oblata domos emptas esse, in quorum fundo hospitale fratris Alberti aedificatum sit, Ann. Parm. l. l. referunt.* 3) *Decret. Gregorii IX. l. III, tit.* 45, *c.* 1. 2. *Sed reliquiae catalogo sanctorum adscribi non possunt. Neglegenter ut saepe Sal. haec scripsit.* 4) *Cf. supra p.* 394, *n.* 7. 5) *Vide n.* 1.

*F.* 419b. Quod Cremonenses et Parmenses et Regini stulticaverunt in Alberto brentatore, quem crediderunt sanctum; Paduani in Antonio Peregrino, quod Dominus pro malo habuit; Ferarienses in Armanno Punçilovo.

*F.* 419c. De multiplici causa devotionis istius Alberti.

Quod pax Mediolani hoc anno rupta fuit.

Item hoc anno omnes fratres Predicatores recesserunt de Parma et iverunt Regium.

---

*ab infirmitatibus suis*[a]. *Venerunt autem de Papia Cremonam multe domine nobiles cum nobilibus filiabus, alique causa devotionis, alique vero sperantes reportare plenam corporis sospitatem. Sed *non erat qui responderet* verbum *et aperiret os et ganniret*. Ys.[b] X*. Ideo dicit Iere. XIIII†: *Numquid sunt in sculptilibus*[c] *gentium qui pluant aut celi possunt dare ymbres?*[a]. Et ideo multum errat peccator sive infirmus, qui dimittit nobiles sanctos et convertitur ad inexaudibilem invocandum, sicut dicitur in libro Sapientie XIII*: *Pro sanitate quidem infirmum deprecatur et pro vita mortuum rogat et in adiutorium inutilem invocat et pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest et de acquirendo et de operando et de omni rerum eventu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.* Et nota, id est considera diligenter, quod, sicut Cremonenses et Parmenses et Regini in Alberto brentatore modo stultizaverunt, sic Paduani in quodam Antonio Peregrino[1] et Ferarienses in quodam Armanno Punçilovo[2] stultizaverant prius. *Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel*, sicut habetur I. Macha. V*. Ideo Dominus dicit Io. V*: *Ego veni in nomine patris mei, et non accepistis*[d] *me. Si alius veniet*[e] *in nomine suo, illum accipietis.* Revera Dominus venit non solum personaliter in seipso, verum etiam in beato Francisco et beato Antonio et sancto Dominico et in istorum filiis, quibus credere peccatores debebant, ut salutem consequi mererentur. Quod quia non fecerunt, ideo punientur, sicut apostolus dicit IIa ad Thessalo. II*: *Eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent.* *ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendatio et*[f] *iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.*

[Margin: 1279. *f. 419b. — Is. 66, 4. — *v. 14. †v. 22. — *v. 18. 19. — Nota. — *v. 62. — *v. 43. — Nota. — *v. 10. 11. — *f. 419c.]

Fuit autem facta ista devotio sanctitatis multiplici ratione, quia ex parte infirmorum propter sanitatem consequendam, ex parte curiosorum propter novitates videndas, ex parte clericorum propter invidiam, quam circa modernos religiosos habent, ex parte episcoporum et canonicorum propter lucrum, quod inde consecuntur, ut patet inFerariensi episcopo[3] et canonicis suis, qui multa lucrati sunt occasione Armanni Punçilovi[g]. Item ex parte illorum similiter, qui, cum essent extra civitates suas occasione partis imperii, sub occasione istorum miraculorum novorum

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) Ys. X. *in spatio vacuo relicto a Sal. post suppl.* c) sculptibus *corr.* sculptilibus *c.* d) accipitis *Vulg.* e) venerit *Vulg.* f) ut *Vulg.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.*

1) *De quo vide Acta SS.* 1. *Febr. I, p.* 264 *sq.* 2) *De quo cf. Franc. Pipinus III,* 48, *Muratori, SS. IX, col.* 712. *Corpus eius a.* 1301. *exhumatum combustum est; Paulini (Iordanis) Chron., Muratori, Antiq. Ital. (Mediolani* 1741*) IV, col.* 1022. 3) *Alberto Pandoni procul dubio a.* 1257—1274, *quem Sal. supra f.* 342b, *p.* 317 *sq. hominem avarum dicit, qui sedit, cum Armannus a.* 1269. *moriebatur.*

---

1279. sanctorum pacem sperabant habere cum concivibus suis, per quam introducerentur in possessiunculas suas et decetero per mundum vagabundi non irent.

*L. imp. c. 294.* Porro millesimo supraposito, scilicet M°CC°LXXIX°, indictione VII, rupta fuit pax Mediolani, quia marchio Montis-ferrati[a, 1] decepit illos de Turre et prodidit, prout patriarcha[2], *ib. c. 295.* qui erat de illis de Turre, per Lombardiam mandavit[3]. Et eodem anno facta fuit pax Bononiensium. *Sept.* et redierunt in civitatem Bononie in mense Septembri[4]. Et treugua seu pax Brixie et Mantuanorum facta fuit. Et eodem anno fratres Predicatores omnes recesserunt de civitate Parme et venerunt Regium propter Parmenses, qui contra eos insurrexerunt occasione cuiusdam mulieris, quam sicut caçaram conburi fecerunt. Et illa occasione Parmenses fuerunt excommunicati **f. 419d.* per fratrem Latinum, cardinalem[5] et legatum domni pape[6], qui erat in civitate Floren*tie. qui *Dec. 22.* et ipse de ordine fratrum Predicatorum erat. Et die Veneris decimo exeunte Decembre fracta fuit pax inter Bononienses intrinsecos et extrinsecos; habuerunt enim bellum intestinum; et multi eorum fuerunt occisi. Et innumerabiles quasi domus eorum Lambertaciorum fuerunt in continenti conbuste et dirupte per aliam partem intrinsecam. Et dicti Lambertacii foras civitatem exiverunt propter timorem partis intrinsece[7].

*ib. c. 296.*
1280. Anno Domini M°CC°LXXX°, indictione VIII[a]. venditus fuit sextarius seminis canipe XVI sol. imperial. et XX sol. imperial. Et eodem anno Parmenses inceperunt cavare inter Parmam et Regium iuxta burgum Domus-Dei in strata publica unum castrum et foderunt[b] foveas *Mart.* dicti castri in contrata Celle in mense Martii[8] et appellaverunt castrum illud Castrum *ib. c. 297.* Crucis. Et eodem anno Mantuani fecerunt unum pontem in contrata ubi dicitur Braçolus. Et *Aug. 22.* eodem anno in mense Augusti domnus papa Nicholaus tertius obiit in octava assumptionis beate *(Nov. 13).* Marie virginis. Et eodem anno pars imperialis de Faventia[9] et de multis aliis terris Romagnole recesserunt de dictis civitatibus; et comes Romagnole[10], qui erat potestas Bononie, cepit tenere cum dictis Bononiensibus tunc[11]. Et *(Aug.)* eo anno pax illorum de Padua et de Verona facta fuit[12]. Et pars imperii *ib.* similiter recessit de civitate Bononie[13]. Et eodem anno in mense Septembris *Sept.* pars imperialis recessit de civitate Vercellis[c]. Et eodem anno in mense Octobris orta *Oct.* **f. CCCCXX[a].* fuit discordia inter domnum Guilielmum episcopum *Reginum et clericos civitatis Regii et de episcopatu suo ex una parte et domnum Degum[14]. capitaneum populi, et populum Regii ex altera occasione decimarum, ex eo quod clerici nimis videbantur velle accipere ab hominibus populi et

a) Montis-ferarie *Alb. Mil.* b) *penna mutata.* c) vercelĩ *c.*

1) *Wilhelmus V.* 2) *Aquilegiensis Raimundus de Turre.* 3) *Sal. correxit locum Alberti Milioli p.* 553. *omittens verba* in civitatem intravit, *quae ibi sano sensu carent.* 4) *Haec de pace Bononiensium iam ipse Salimbene supra f.* 418[c], *p.* 501, *l.* 4. 5. *retulit.* 5) *Haec etiam ipse Salimbene supra f.* 418[c], *p.* 501, *l.* 6 *sqq. retulit et infra f.* 421[a, b]. *iterum narrat.* 6) *Cf. supra f.* 418[a], *p.* 499, *l.* 36. 7) *Haec etiam de expulsione Gibellinorum Bononiensium iam supra f.* 418[c], *p.* 501, *l.* 10—12. *ipse Salimbene narravit.* 8) *Quod mense Martio factum esse dicit etiam Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 9. 9) *Faventia capta die Nov.* 12/13. *a parte Geremiorum Bononiensi, de qua captione ipse Salimbene infra f.* 420[b, c]. *ex Libro de temp. duos locos exscripsit.* 10) *Bertholdus de Ursinis.* 11) *Cf. Petrus Cantinelli l. l. p.* 43. 12) *Cf. Chron. Patav., Muratori, Antiq. Ital. (Mediolani* 1741*) IV, col.* 1148. 13) *Iam a.* 1279. *Dec.* 22, *ut ipse Salimbene supra bis scripsit. Vide n.* 7. 14) *De Canzelleriis de Pistoria.*

*F.* 420[b]. Quod Tebaldellus proditorie restituit Faventiam his qui erant ex parte ecclesie, scilicet Bononiensibus et Manfredis. Et Parmenses restituerunt carrotium Cremonensium, quod habebant, et e converso.

*F.* 420[c]. De concordia inter clericos et laycos civitatis Regii, inter quos prius erat discordia occasione decimarum.

De ponte de Braçolo, quem fecerant Mantuani, qui destructus est propter aquarum plenitudinem.

---

totius civitatis. Et propterea domnus capitaneus uná cum XXIIII$^{or}$ defensoribus populi quedam [1280. *L. temp. c.* 297.] statuta fecerunt contra laycos collectores dictarum decimarum; occasione quorum statutorum domnus episcopus excommunicavit dictum capitaneum et XXIIII$^{or}$ defensores et totum consilium populi generalis[a]. Et insuper totam civitatem posuit sub interdicto[b]. Et iratus populus de predictis elegerunt alios XXV de populo, inter quos fuerunt VII iudices. Et in dictis XXIIII$^{or}$ erant IIII$^{or}$ iudices. Et fecerunt multa statuta prava contra clericos[b]: Primo, ut nullus deberet solvere eis aliquam decimam nec dare eis consilium, adiutorium vel favorem nec cum eis ire ad comedendum nec cum eis stare ad serviendum nec cum eis facere aliquas mercationes nec loqui eis nec stare in domibus eorum nec super meçadhriis[c] eorum nec eis dare bibere vel comedere, et alia quam plura — Et in quolibet casu predictorum maximam penam imposuerunt , nec etiam eis molere nec panem in furno coquere nec barbam radere nec aliquod magisterium eis facere, assumentes sibi dicti sapientes auctoritatem propriam dicendi, statuendi et ordinandi ad eorum arbitrium et voluntatem quicquid ordinare voluerint super predictis. Que postea eis fuit confirmata per consilium populi generale. Et iura omnia supradicta firmari et servari[d] *tam super populum singulariter quam per milites et omnes alios bonos viros. Et [*f. 420b.] illa occasione multi molendinarii condemnati fuerunt, in quinquaginta libras rex.[e] quilibet, ex eo quod in molendinis clericorum steterunt contra dicta ordinamenta ultra terminum ab eis statutum. Et etiam alie persone multe condemnate fuerunt. Item eodem anno, scilicet $M^{o}CC^{o}LXXX^{o}$, circa festum beati Martini episcopi Tebaldellus proditorie dedit Faventiam his qui [*c. Nov.* 11.] erant ex parte ecclesie, scilicet Bononiensibus et Manfredis de Faventia, et expulit suos. Et observavit tempus, quando maxima multitudo suorum erat in[f] obsidione cuiusdam castri[1]. Et eodem anno restituerunt Parmenses carrotium Cremonensium, quod eis abstulerant, quando imperatorem [1281.] Fridericum secundum de Victoria fugaverunt[2]. Et Cremonenses fecerunt similiter de carrotio Parmensium, quod eis abstulerant, quia restituerunt illud Parmensibus[b]. Et hee restitutiones facte fuerunt cum magno honore et gaudio atque letitia ex utraque parte in vigilia nativitatis beate [*Sept.* 7.] Marie virginis, in die dominico[3]. Et iverunt ambe civitates, scilicet milites et pedites, in adiutorium Laudensium contra Mediolanenses et contra[g] marchionem Montis-ferrati[4], qui venerunt cum omnibus aliis Lombardis ad destruendum civitatem Laudensem.

Et eodem anno in mense Novembris capta fuit Faventia per Ravennates et XXV soldadherios[h] [1280. *Nov.* (12/3).] Reginos, qui erant in civitate Imole pro communi Regino in servitio Bononiensium, et per quosdam milites comitis[5] et per Bononienses, qui postea illuc *cucurrerunt, et post eos tota militia Parmensium [*f. 420c.] et Reginorum, qui iverunt usque Imolam[i]. Et multi Bononienses fuerunt ibi capti, et fuerunt ultra XLV de bonis, et multi mortui[i]. Et quidam magnus et potens dicte civitatis Faventie, qui vocabatur domnus Tebaldellus de Çambrasiis[k], qui non erat legitimus[6], sed frater suus frater Çambrasinus, qui est de ordine fratrum Gaudentium, medietatem hereditatis paterne dederat ei, quia videbat eum virum industrium, et quia plures de Çambrasiis non remanserant nisi isti duo fratres, et quia ambo poterant esse divites, ideo divisit

a) *sic* (gñal') *c. et Alb. Mil.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) meçadris *Alb. Mil.* d) *sic c. et Alb. Mil.; cf. SS. XXXI, p.* 556, *n.* g. h. e) rex. *c. et Alb. Mil.; post* quilibet *non distinctum in c.* f) *penna mutata.* g) co *Alb. Mil.* h) *secundum* d *in loco raso c.;* soldaerios *Alb. Mil.* i) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* k) Çambrasinis *Alb. Mil.*

1) *S. Sophiae in Galiata.* 2) *A.* 1248. *Cf. supra f.* 294[c. d], *p.* 203. 3) *De carrociis redditis uberrima refert Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 337, *ex continuatione deperdita Annalium Parmensium maiorum. Sal. secutus Albertum Milioli haec falso ad a.* 1280. *retulit, quae a.* 1281. *gesta sunt.* 4) *Wilhelmum V.* 5) *Romaniolae scilicet, Bertholdi de Ursinis.* 6) *Nota fratrem Sal., secutum Albertum Milioli, bis narrantem proditionem civitatis Faventinae, de qua et ipse supra f.* 419[d], *p.* 504, *l.* 28 *sqq. retulit.*

*F.* 420[d]. De Senogallia, que tradita est domno Guidoni de Montefeltro.
De domno Caxono de Turre, qui mortuus est.
De domno Scurta-pellicia, qui mortuus est in prelio.
De electione pape Martini quarti, et quod pluries misit exercitum contra Furlivium, et male cessit parti ecclesie.

*F.* CCCC21[a]. De magna multitudine erucarum que fuit hoc anno.
De magna caristia bladi que fuit hoc anno.
Quod hoc anno fuerunt arbores sine fructu propter erucas. Et quod Parmensibus ecclesiasticum offitium restitutum fuit hoc anno in festo apostolorum Philippi[a] et Iacobi.

---

1280. cum eo hereditatem[b] ex equo[1] et fecit eum inclitum[c]. Hic ergo Tebaldellus, quem *L.temp.c.*297. cencies vidi et cognovi[2], et fuit vir pugnator[3] sicut alter Iepte, dictam terram, scilicet Faventinam civitatem, dedit in manibus predictorum Bononiensium[d]. Et eo tempore, quo intraverunt civitatem Faventie predicti Bononienses intrinseci, id est qui ex parte ecclesie se esse dicebant, media pars civitatis Faventie erat cum Bononiensibus exterioribus in obsidione cuiusdam castri[c. 4]. Observavit ergo Tebaldellus tempus congruum sibi ad malefaciendum. *c. 25. Ideo de tali Ecclesiasticus dicit XIX*: *Et si invenerit tempus malefaciendi, malefaciet.*

Et eodem anno pons de Braçolo, quem fecerant Mantuani[5], destructus fuit per plenitudinem aquarum et inundationes diluvii, que venerunt magne et maxime anno illo, ita quod dictum *Nov.* pontem destruxerunt et inferius perduxerunt, ut dicebatur. Et eodem anno in mense **f.* 420[d]. Novembris facta fuit concordia inter domnum *episcopum et clericos suos ex una parte et capitaneum populi et ipsum populum et commune Reginum ex altera super decimis in hunc modum, quod nemo debet compelli ad solvendum decimas nisi secundum conscientiam suam, et alia multa, que scripta fuerunt in dicta concordia[6]. Et eodem anno civitas Senogallia prodita et data[e] fuit comiti Guidoni de Monte-feltro, qui in dicta terra occidit et occidi fecit mille quingentas personas, ut dicebatur.

1281. Anno Domini M°CC°LXXXI°, indictione IX[a], domnus Caxonus de Turre de *(Maii 25).* Mediolano interfectus fuit in prelio cum multis aliis de Laude per Mediolanenses[c. 7]. Sed et potestas Laudensium in illo prelio mortuus fuit, scilicet domnus Scurta-pellicia de Porta, qui erat civis Parmensis et consanguineus domni Opiçonis Parmensis episcopi. Et eodem millesimo et anno fuit electus papa Martinus quartus, *Febr.* 22. natione Gallicus[8]. In mense Februarii fuit electus in cathedra sancti Petri; de collegio cardinalium fuit assumptus. Prius dicebatur domnus Symon. Thesaurarius fuerat ecclesie sancti Martini de Turonis, et amicus erat fratrum Minorum, quos etiam tenebat secum ad habitandum, et cum eis confitebatur[c]. Quibus etiam dedit optimum privilegium de predicationibus et confessionibus[9] audiendis[10], et promisit se adhuc maiora daturum. Hic pluries misit exercitum contra Furlivium, et male cessit parti ecclesie, quia debellati sunt et capti et mortui et fugati. **f.* CCCC21[a]. Inter quos etiam cecidit Tebaldellus, qui bis fuit *proditor Faventie civitatis sue.

a) phili. *c.* b) hereditate *c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sequitur* ℭ *minio pictum.* e) tata *corr.* data *c.*

1) *Cf. supra f.* 362[c], *p.* 369 *sq.* 2) *Scil. cum Sal. in conventu Faventino morabatur, ubi se quinque annis habitasse dicit supra f.* 289[d], *p.* 191. *A.* 1264. *et* 1265. *et* 1273. 1274. *ibi eum fuisse novimus.* 3) *Ios.* 17, 1: qui fuit vir pugnator; *Iud.* 11, 1: Iephte . . . vir fortissimus atque pugnator. 4) *V. supra p.* 505, *n.* 1. 5) *Ex loco superiore f.* 419[d], *p.* 504, *l.* 26. *Sal. haec addidit.* 6) *Cf. litteras Martini IV. papae datas a.* 1282. *Apr.* 27, '*Registres de Martin IV.*' *I, p.* 55, *nr.* 48. 7) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 573; *Petrus Cantinelli, Rerum Ital. SS. Ed. nova XXVIII,* 2, *p.* 48; *Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 10; *Chron. Estense, ib. XV, col.* 337; *Ann. Mantuani, SS. XIX, p.* 29. 8) *Vide quae Sal. ipse procul dubio huic loco in usum Alberti Milioli descripto addidit in Libro de temp. c.* 298. *add.* 299, *SS. XXXI, p.* 557 *sq.* 9) *In Libro de temp. c.* 298. *add. hoc loco bene additum est* faciendis et, *quod ipsum Salimbene scripsisse reor.* 10) *Datum a.* 1282. *Ian.* 10, *Potthast nr.* 21837. *Cf. supra f.* 382[c], *p.* 412.

*F.* 421[b]. Quod marchio Montis-ferrati totam Lombardiam voluit subiugare, sed Lombardi qui erant ex parte ecclesie minime permiserunt.

Et submersus est in fovea civitatis Liviensis et suffocatus cum dextrario suo[a. 1]. 1282. (Maii 1). Mortuus est etiam tunc ex parte ecclesie comes Tadeus[2] et Comacius frater Anselmi de Conradinis de Ravenna, et multi alii[a]. Ex altera vero parte mortuus est domnus Guido de Accarisiis de Faventia[3], et plures alii digni relatu tam de Bononia quam de aliis partibus.

Anno Domini M⁰CC⁰LXXXII⁰, indictione Xª, fuit tanta multitudo erucarum, 1282. quantam nullus meminit diebus nostris, et destruxerunt omnes arbores pomiferas, tam flores quam frondes, et sic apparebant arbores, sicut in media hyeme apparere solent, cum prius optime floruissent[a]. Et postquam in arboribus pomiferis non inveniebant, quid comederent, transibant ad cimas sive pullulationes salicum et illas similiter corrodebant. Frondibus[b] quoque nucum pepercerunt, propter earum amaritudinem puto. Processu vero temporis cadebant de arboribus grosse et impinguate et ibant per vias et campos, et tandem moriebantur[a]. Nec fuerunt iste eruce ortolanes[c], sed aliud genus erucarum fuit. Et eodem anno fuit magna caristia bladi, scilicet frumenti, spelte, melice et fabe, et de omnibus leguminibus et rebus[4]. Et eodem anno in festo beatorum apostolorum Phylippi et Iacobi *Maii* 1. restitutum fuit offitium ecclesiasticum Parmensibus[5], quo privati fuerant pluribus annis[6] occasione fratrum Predicatorum, qui conburi fecerant quandam mulierem 1279. hereticam in civitate Par*mensi, que domina Halyna dicebatur[d]. Et voluntarie *f. 421[b]. exiverunt omnes fratres Predicatores de predicta civitate cum cruce et processione, (*Oct.* 30). quia quidam stulti irruerant in locum eorum et aliquos vulneraverant[a]. Sed gra- (*Oct.* 29). viter fuerunt puniti predicti malefactores a Parmensibus, qui Predicatores offenderant. Et eodem anno et tempore multe paces facte fuerunt in civitate Regii[d]. 1282. Et eodem anno iverunt Parmenses et Cremonenses cum suis societatibus ad de- (*Apr.*) struendum segetes illorum de Suncino[7], pro eo quod domnus Bosus de Dovaria ibi residebat[8] et sperabat intrare Cremonam, si potuisset, sed non fuit sibi permissum.

Et eodem anno venit marchio Montis-ferrati[9] et stetit in episcopatu Lauden- (*Iun.* 2). sium cum Mediolanensibus et carrocio suo et cum Papiensibus et carrocio suo[a]. Et ut breviter dicam et me expediam, cum omnibus civitatibus illis que erant de parte sua, scilicet cum Vercellensibus, Novariensibus, Alexandrinis, Cumánis, et cum omnibus aliis amicis suis; et dicebat, quod volebat ponere totam Lombardiam in pace[a]. Et non crediderunt ei qui erant ex parte ecclesie, sed omnes uno animo contradixerunt et preparaverunt[e] se ad resistendum ei et ad pugnandum contra eum[d]. Et statim prima fronte egressi sunt Cremonenses cum carrotio suo contra

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) Frondinibus *c.* c) *sic c.* d) *sequitur* ℭ *minio pictum.* e) ppaue|| *c.*, runt *manu recenti additum.*

1) *A.* 1282. *Maii* 1. *Cf. Petrus Cantinelli p.* 50—52, *etc. Eadem fere verba vide iam supra f.* 362[c], *p.* 370. *Tebaldellum in intimo fere inferni gurgite inter proditores damnatum se vidisse dicit Dante Alighieri, 'Inferno' XXXII,* 122 *sq.* 2) *Novellus de Montefeltro.* 3) *Cf. Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1106. 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 692. 5) *Cf. ibid. p.* 693; *litteras Martini IV. papae datas a.* 1282. *Apr.* 10, *'Registres de Martin IV.' I, p.* 49 *sq., nr.* 130. 6) *A.* 1279; *cf. supra f.* 418[c]. 419[c.d], *p.* 501. 504. 7) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 574; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 425; *Ann. Parm. mai. p.* 693. 8) *Qui die Ian.* 30. *anni* 1282. *hoc castro potitus erat.* 9) *Wilhelmus V.*

---

1282. eum. Et miserunt Parmensibus dicendo, quod cum suo carrotio sine mora venirent et custodirent Cremonam. Et sic fecerunt[a]. Et quando sperabatur pugna futura, miserunt Parmenses et Cremonenses, ut venirent omnes amici eorum. *f.421c. *scilicet Ferarienses, Bononienses, Mutinenses, Regini, Brixienses et Placentini. Et optime venerunt[b]. Et capitaneus istorum et dux exercitus fuit domnus Lodoycus comes Sancti Bonifacii de Verona, qui tunc temporis Parmensium erat potestas[a]. Et timuit marchio supradictus cum eis pugnam committere[1] et insalutato hospite (Ind. 16). divertit ab eis; et reversi sunt omnes ex utraque parte ad civitates suas sine belli (Ind.) conflictu. Sed cum adhuc[c] in Cremona consisterent, mirabilem honorem omnes qui erant ex parte ecclesie exhibuerunt[d] Parmensibus, et super omnes Bononienses, qui sunt nobiles milites, circa carrocium Parmensium fecerunt hastiludium in platea civitatis Cremone, volentes placere Parmensibus et ostendendo se amicos[b]. Nam tunc temporis Parmenses diligebantur a papa Martino quarto, qui aliquando in Parma leges audierat a domno Uberto de Bobio[2], et habebant gratiam Romane curie et regis Karoli, quia semper parati inveniebantur ad succursum ecclesie impendendum[a]. Insuper cardinalem unum habebant in curia, qui erat natione Parmensis sive de villa episcopatus Parme que appellatur Gainacum[b, 3]. — In hac villa possessiones multas habui ego frater Salimbene[e]. — Hic attinebat magistro Alberto de Parma[4], qui fuit sanctus homo et unus ex VII notariis curie, cuius amore, et quia bona persona erat[5] et litteratus et honestus homo atque industrius, papa Nicholaus tertius eum fecerat cardinalem[6], et dicebatur domnus Gerardus Albus[a]. Hunc misit papa Martinus quartus in Siciliam ad revocandum Siculos ad precepta *f. 421d. ecclesie[b, 7]. *Siquidem Siculi rebelles fuerunt regi Karulo et in civitate Panormi- (Mart. 30). tana interfecerunt omnes Gallicos, viros et mulieres, et parvulos alliserunt ad

a) *sequitur* ℭ *minio pictum.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *a sillaba* huc *penna et atramentum mutata.* d) exibuerunt *(x in loco raso) corr.* exhibuerunt *c.* e) Salibn *h. l. c.* — *Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Quia Mediolanenses procedere noluerunt, marchio non pugnam commisisse videtur, ut tradunt Ann. Placent. Gib. p.* 574 *sq. et Ann. Veron. de Romano p.* 425. *Cf. etiam Ann. Parm. mai. p.* 693 *sq.; Sagacius de Gazata col.* 10. 2) *De quo vide v. Savigny, 'Gesch. d. Röm. Rechts im Mittelalter', ed.* 2, *V, p.* 143 *sqq.* 3) *Cf. infra f.* 425[d]. 458[a, d]. 459[a]. 484[c]. 4) *De quo vide supra f.* 318[d], *p.* 261. *Cf. de eo Reg. Imp. V, p.* 1571. 2151 *sq. Sed in registris pontificum post volumina V,* 3. 4. *Regestorum editis multo plures exstant epistolae Innocentii IV, Alexandri IV, Urbani IV, Clementis IV. pontificum ad eum datae. Is enim in Francia et Anglia de regno Siciliae Carolo comiti Andegavensi vel filio regis Angliae tradendo multo tempore tractavit.* 5) *Gerardus scilicet.* 6) *A.* 1278. *Mart.* 12, *ut Libri de temp. add. (i. e. ipse Salimbene), SS. XXXI, p.* 549, *aut Mart.* 19, *ut Ann. Veron. de Romano p.* 420. *tradunt. Tunc factus est card. presbyter tituli Duodecim apostolorum, a.* 1281. *card. episcopus Sabinensis.* 7) *A.* 1282. *Iun.* 5. *ei legationis officium commisit; Potthast nr.* 21912; *'Registres de Martin IV.' p.* 101, *nr.* 270.

*F.* CCCC22[a]. De provincia Romagnole, que multipliciter commendatur. Et quod ecclesia Romana obtinuit eam dono a domno Rodulfo in imperatorem electo.

---

petram et pregnantes apperuerunt[a]. Quidam vero iustitiarius Gallicus[1], dum vellet 1282. exire ad sedandum populum, rogatus fuit a quodam sapiente viro, ne se inmitteret in populum, sed fugeret per fenestram et salvaret vitam suam. Et fecit sic vadens ad quoddam castrum[2], ut tueretur ibi. Et iverunt post ipsum Panormitani et *(Mart. 31).* ceperunt castrum et iustitiarium ad plateam civitatis ducentes diviserunt menbratim[b]. Illi vero de civitate Messana non tantam crudelitatem exercuerunt in Gallicos, sed nudaverunt eos armis et bonis suis et remiserunt ad Karolum domi- *(Apr. 28/9).* num suum[3], qui diebus illis retro cesserat timens, ne Neapolim perderet, et quia Petrus rex Aragonie ex parte illa Siciliam invaserat[4], qui adiutores habebat regem Castelle[5] et Palialógum[a. 6]. Habuerat autem Petrus rex Aragonie filiam[7] Manfredi principis in uxorem[a]. Fuerat autem Manfredus princeps filius condam imperatoris Friderici[c] secundi, quem Manfredum Karolus interfecerat. Erat autem Palialógus quidam, qui in Constantinopolitana urbe dominium super Grecos tenebat, qui etiam interfecerat filium Vattacii precedentis Grecorum domini[8], ut loco sui super Grecos dominaretur; et timebat, ne rex Karulus Constantinopolim vellet invadere cum papa Martino quarto[a]. Papa vero Martinus prius volebat se expedire de Furlivio, que totam Romagnolam occupatam tenebat. *Erat autem Roma- **f. CCCC22a.* gnola quedam parva provincia, sed bona et fertilis ac populosa, inter marchiam Anconitanam et Bononiam civitatem. Hanc ecclesia Romana[9] dono obtinuit a domno Rodulfo, qui tempore domni Gregorii pape decimi ad imperium fuit electus[a]. Semper enim Romani pontifices de re publica aliquid volunt emungere, cum imperatores ad imperium assumuntur[a]. Ipsi vero convenienter negare non possunt Nota. quod postulatur ab eis, tum propter curialitatem et liberalitatem, quam in principio imperii sui maxime erga ecclesiam volunt ostendere, tum etiam quia credunt se dono habere quicquid de imperio dabitur eis, tum etiam quia erubescunt se acetum ostendere, ante quam in cucurbita sint, tum etiam ne omnino patiantur repulsam. Nam domnus Rodulfus electus ad imperium in Alamannia in pace moratur, et ecclesia de sua coronatione parum curare videtur. Igitur propter predictas causas missus fuit cardinalis supradictus[10] a domno papa ad Siculos[a]. Cui *(Aug.)* responderunt, quod mandatis ecclesie libenter obedire volebant, sed superfluum dominium Gallicorum penitus recusabant[d]. Hac ergo causa ibant Gallici navali

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio pictum.* c) fride *in loco raso.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Iohannes de S. Remigio. Cf. Barthol. de Neocastro, Muratori, SS. XIII, col.* 1028 *sq.: Saba Malaspina VIII,* 6; *O. Cartellieri, 'Peter von Aragon und die sizilianische Vesper' (Heidelberg* 1904*) p.* 141. 2) *Bicarum.* 3) *Cum praesidio castri Messanensis pacti sunt Messanenses die Apr.* 29, *ut Gallici Aquas-mortuas Provinciae, non in regnum ad Karolum regem proficiscerentur; Barth. de Neocastro c.* 26. 27, *l. l. col.* 1038. *Sal. has res non bene compertas habuit.* 4) *Demum Aug.* 31. *a.* 1282. *Petrus ad Siciliam insulam appulit. Karolus die Iul.* 25. *ad Messanam advenit, die Sept.* 23. *obsidionem civitatis Messanae solvit.* 5) *Alfonsum X.* 6) *Michaelem VIII.* 7) *Constantiam.* 8) *Michael VIII. Iohannem IV. Lascarim, filium Theodori II. Lascaris, nepotem Iohannis III. Vattacii, deposuit et excaecavit a.* 1261. 9) *Nicolaus III. papa a.* 1278; *Reg. Imp. VI, nr.* 977. 999—1001. 1062—1064. 10) *Gerardus Albus.*

*F.* 422[b]. Quod exercitus Gallicorum ibat in succursum regis Karuli in Siciliam contra Petrum Arágonum.
Quod Palialógus fecit ex Grecis cardinales et papam.
Quod Perusini contra voluntatem pape iverunt ad destruendum Fulignum.

---

1282. exercitu et terrestri in maxima multitudine, ut succursum regi Karulo exhiberent.
Quid futurum sit, illi videre poterunt qui supererint[1]. Et eodem anno habi-
*Iun. ex.* tavit papa Martinus in Urbe-veteri, postea venit ad habitandum ad Montem-
flasconem. Item eodem anno coram papa et cardinalibus in consistorio lecte
**f.* 422[b]. fuerunt littere, quod Palialógus in Constantinopolitána *urbe ex Grecis papam
fecerat et cardinales.

Item eodem anno Perusini preparaverunt se, ut irent ad devastandum Fuli-
gnum. Et misit papa dicendo, quod nullo modo irent, alioquin excommunicaret
eos. Erat enim Fulignum ex orto sancti Petri. Et non dimiserunt Perusini propter
*(Iun.)* hoc, quin irent. Iverunt igitur et destruxerunt totum episcopatum illius civitatis
usque ad foveas[2]. Excommunicati ergo fuerunt[a]. Sed indignati ex hoc fecerunt
papam et cardinales de paleis et traxerunt eos per totam civitatem opprobriose. et
traxerunt eos ad quendam montem et in cacumine illius montis conbusserunt
papam indutum de rubeo et cardinales conbusserunt similiter, dicendo: 'Iste est
talis cardinalis, et iste est talis'. Et nota, quia Perusini credebant se bene
facere pugnando contra Fulignates et destruendo eos, quia precedenti tempore,
1246. *(Mart. 31).* cum mutuo pugnassent Perusini et Fulignates[3], tanta cede debachati sunt illi de
Fuligno in Perusinos, et tantam confusionem in illo conflictu Deus contulit Peru-
sinis, ut una mulier vetula de Fuligno X Perusinos cum una canna, id est cum
baculo arundineo, minaret ad carcerem. Idem faciebant alie mulieres; nec habe-
bant Perusini audatiam resistendi, quia in eis implebatur quod Dominus fuerat
**v.* 17. comminatus Levit. XXVI*: *Ponam faciem meam contra vos, et corruetis coram hostibus
vestris et subiciemini his qui oderunt vos. Fugietisque*[b] *nemine persequente.* Et infra
**v.* 37. eodem capitulo*: *Nemo vestrum inimicis audebit resistere.* Quare? Audi quare. Quia

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) fugietis *Vulg.*

1) *Spectat igitur Sal. hoc loco iam ad res a.* 1284. *gestas, nam haec fere mense Aug. a.* 1284. *scripsit; cf. supra f.* 382[c], *p.* 412, *infra f.* 429[a]. 2) *Cf. Bonaventura Benvenutus, Muratori, Antiq. Italiae (Mediolani* 1741*) IV, col.* 140; *Cont. Rom., SS. XXII, p.* 478; *Tolomei Ann. Lucenses ad a.* 1281: Perusini fecerunt exercitum contra Fulignates contra mandatum ecclesie; quos papa Martinus graviter excommunicavit, sed post destructionem murorum civitatis Fulignatis Perusini redierunt ad mandata ecclesie et redemerunt se pecunia. Istum autem exercitum fecerunt, quia volebant vindicare suam iniuriam, eo quod ab eis fuerant turpiter devicti cum adiutorio imperialis partis in anno Domini MCCXLVIIII. *Qui locus deest in editione parata a C. Minutoli ('Documenti di storia Italiana' VI): Ann. Urbevet., SS. XIX, p.* 271. 3) *Referri videtur de clade Perusinorum a.* 1246. *Mart.* 31. *a parte imperiali accepta; cf. litteras Friderici II. imp. datas a.* 1246. *Apr.* 15, *Reg. Imp. V, nr.* 3551; *Bonif. Veron. Eulistea l. V, 'Archivio stor. Italiano' XVI,* 1, *p.* 25 *sqq.; Chron. reg. Colon. Cont. V, SS. R. G. p.* 288; *Ann. Perusini, ib. p.* 55: 1245. *(pro* 1246*):* I Perugini furono sconfitti nel piano di Foligno dalle genti di Federigo imperatore. *Cf. litteras Innocentii IV. papae datas a.* 1251. *Febr.* 13, *Berger, 'Les Registres' II, p.* 183, *nr.* 5041; *sed de bello a.* 1249, *quem annum indicat Tol. Luc., vide Reg. Imp. V, nr.* 13734b. c.

*F.* 422[c]. Quod castrum Sulcini Cremonensibus proditorie datum fuit; et in fine Maii maximus calor fuit.

Quod non fuit isto anno frumenti fertilitas.

*F.* 422[d]. De nobili curia que hoc anno facta est Parme.

Et eodem anno curia marchionis Hestensis Ferarie facta fuit.

Et domnus Petrus comes Arthesius, frater regis Francie, ibat, ut regi Karolo[a] daret succursum.

---

dicitur *Deutero. XXVIII†: *Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum et deficientes* *f. 422c. †v. 65.
*oculos et animam merore consumptam*[b]. Item supra eodem capitulo*: *Tradat te* *v. 25.
*Dominus corruentem ante hostes tuos. Per viam unam egrediaris contra eos et per VII fugias et dispergaris per omnia regna terre.*

Item millesimo supraposito circa festum sancti Martini[1] quidam homo de 1282. *Nov.* 11.
Sulcino, qui vocatur Rubeus de Infunditis[2], fecit proditionem de terra de Sulcino, quam proditorie dedit Cremonensibus qui sunt modo in civitate Cremone et qui sunt de parte ecclesie. Et de dicta proditione castri Sulcini ipsi dederunt dicto Rubeo quadringentas libras imperialium[3]. Item eodem anno in fine Maii tantus *Maio ex.*
extitit calor IIII[or] diebus vel V, quod, si fuisset in Iulio, superfluus videretur. Et dixerunt agricole, quod nocivus valde fuit frumento. Nam, ut dicitur in libro Iob XXXVII*[c]: *frumentum desiderat nubes,* id est requirit, maxime quando florescit *v. 11.
vel granescit. Et non fuit isto anno plenitudo annue messis quantum ad frumentum, sed quantum ad eas segetes, quas agricole minuta appellant, maxima fertilitas fuit, scilicet de panico, de milio, de milica, de faxiolis et de rapis. Vinum abundanter fuit, sed in multis locis tempestas vineas devastavit. Item eodem anno, tempore estivo facta et audita sunt horribilia et terribilia tonitrua, ut quasi visibilia et palpabilia viderentur, ita ut *multi timidi caderent in hora vespertina, *f. 422d.
et sequenti nocte audita fuerunt similiter.

Item[d] millesimo supraposito celebratum est generale capitulum ordinis fratrum *(Maii 17).*
Minorum in Alamannia in civitate Argentina sub generali ministro fratre Bonagratia[4]. Et eodem millesimo et anno domnus Lodoycus comes Sancti Bonifacii de Verona fuit potestas Reginorum, scilicet a Kalendis Iulii usque ad Kalendas *Iul.* 1.
Ian. Et in festo assumptionis beate Marie virginis in civitate Parmensi fuit *Aug.* 15.
facta nobilissima curia, que duravit quasi per mensem, et facti sunt ibi duo milites de casali illorum de Rubeis, scilicet domnus Guilielminus et domnus Ugolinus, duo germani fratres, filii condam domni Iacobi domni Bernardi Rolandi Rubei[5].

Item eodem anno in festo beati Michaelis et beati Francisci in civitate Fera- *Sept.* 29. *Oct.* 4.
riensi facta est alia nobilissima curia, quia Aço filius marchionis Hestensis[6] factus

a) Karo *corr.* Karolo *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) XXXVII. *in spatio vacuo relicto post a Sal. suppl.* d) *penna mutata.*

1) *Ipso die s. Martini hoc factum esse referunt Ann. Placent. Gib. p.* 575; *cf. Ann. Parm. mai. p.* 694. 2) de Fondulis *dicitur in Ann. Placent. Gib. Huius enim cognominis gens fuit Sunzini.* 3) *Mille libras imperialium a Cremonensibus datas esse pro recuperatione Sunzini castri traditur in tabulis a* 1282. *Nov.* 20. 21. 22. 30, *L. Astegiano, Codex diplom. Cremonae I, p.* 365 *sq., nr.* 978—980. 4) *Cf. Chronica XXIV generalium, Analecta Francisc. III, p.* 374; *Ann. Colmar. mai., SS. XVII, p.* 209, *et ibid. n.* 10; *supra f.* 336[d]. 341[a], *p.* 303. 314, *infra f.* 426[a], *p.* 520. 5) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 694. 6) *Opizonis II.*

*F.* CCCC23[a]. De pace illorum de Struffis[a] cum Ursis et Salustris.
De propheta Parmensium, qui appellatur Asdenti.

---

1282. est miles et duxit uxorem filiam[1] domni Gentilis filii domni Bertholdi[2] de Ursinis et fratris condam pape Nicholai tertii, de civitate Romana[3]. Item eodem anno et tempore, anno secundo pontificatus Martini pape, venit domnus Petrus[4], frater regis Francie[b], comes Arthesius[5], cum maxima multitudine Gallicorum et ibat in subsidium Karuli regis Sicilie, patrui sui[6], contra Petrum regem
*Oct.* 21. Aragónie[c]. Et in festo sancti Hylarionis abbatis[7] fecit in civitate Regina tres milites, duos de Foliano[d], scilicet domnum Bertholinum et domnum Symonem, et
**f.* CCCC23[a] Rondanellam de Taculis[c]. Et statim recessit eadem die, quia festina*bat ad succursum domni Karoli, sed prius volebat videre papam Martinum.

*Oct.* 25. Item sequenti die dominico, id est VIII[o] Kal. Novembris, facta est pax illorum de Strufis[a] cum Ursis et Salustris in loco fratrum Minorum de Regio mediante fratre Iohannino de Lupicinis, lectore fratrum Minorum de Regio. Et
*Ps.* 148, 12. fuerunt ibi multi homines et mulieres, *iuvenes et virgines, senes cum iunioribus.*

Item his diebus erat in civitate Parmensi quidam pauper homo operans de
*Iob* 2, 3. opere cerdonico — Faciebat enim subtellares —, purus et *simplex ac timens Deum* et curialis, id est urbanitatem habens, et illitteratus, sed illuminatum valde intel-
Nota. lectum habebat, in tantum ut intelligeret scripturas illorum qui de futuris predixerunt, scilicet abbatis Ioachim, Merlini, Methodii et Sibille, Ysaie, Ieremie, Oséé, Danielis et Apocalipsis necnon et Michaelis Scoti, qui fuit astrologus Friderici secundi imperatoris condam[c, 8]. Et multa audivi ab eo, que postea evenerunt, videlicet quod papa Nicholaus tertius in mense Augusti mori debebat, et quod
4. *Reg.* 4, 16. papa Martinus erat futurus. Et multa alia, que expectamus videre, *si fuerit vita comes.* Nam

*ratio preteriti scire futura facit*[c, 9]. Versus.

Iste homo preter proprium nomen, quod est magister Benevenutus[e], communiter appellatur Asdenti, id est absque dentibus, per contrarium, quia magnos habet dentes et inordinatos et loquelam impeditam, tamen bene intelligit et bene intelligitur[c, 10]. In capite pontis moratur in Parma iuxta foveam civitatis et iuxta puteum, per stratam que vadit ad Burgum Sancti Donini.

a) *sic h. l. c.* b) *sequitur* 7 (et) *expunctum, quod Alb. Mil. c.* 301, *p.* 560. *retinuit.* c) *sequitur* C *atramento nigro scriptum.* d) foliono *corr.* foliano *c.* e) Bnuenutus *c.*

1) *Iohannam.* 2) *Mathei Rubei potius.* 3) *Cf. Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 338; *Matth. de Griffonibus p.* 24. *falso ad a.* 1283. 4) *Comes Alencionensis, Perticensis, Blesensis.* 5) *Robertus II. Sed Sal. hoc loco ut et infra f.* 424[a], *p.* 515, *l.* 7. *Petrum falso comitem Artesium appellavit, ut ex inscriptione columnae patet, cum et infra scripserit* ibat, fecit, recessit. *Nec punctum posuit Sal. post* Francie *in codice, ut appareat eum Petrum et comitem Artesium pro eodem viro habuisse.* 6) *Karolus quidem utriusque comitis patruus erat, quorum patres Ludovicus IX. rex et Robertus I. comes Artesius fratres Karoli erant.* 7) *Praecedente die procul dubio Petrus et Robertus comites Parmae fuerunt. Cf. Ann. Parm. mai. p.* 695. 8) *Cf. vaticinium ei addictum supra f.* 359[b–d], *p.* 361 *sq.* 9) *Hic versus est Gualteri Anglici inter Romuleas fabulas* 49, *v.* 12, *Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 410, *ubi* Praeteriti ratio; *inter alios legitur in cod. Valentianensi nr.* 178, *olim S. Amandi, saec. XII, Mangeart, 'Catal. des mss. de Valenciennes' p.* 166. 10) *Cf. supra f.* 400[d], *p.* 457, *infra f.* 430[b]. 431[a]. *De hoc etiam dixit Dante, 'Inferno' XX,* 118—120.

---

*Item supradicto anno Domini, scilicet M⁰CCLXXX⁰II⁰, papa Martinus quartus **f. 423b.* misit exercitum in Romagnolam, in quo fuerunt Gallici, Lombardi et Tussci[b] et Romagnoli, et fecit obsideri Meldulam pluribus mensibus, et non potuit capi, sed *(Aug.—Nov.)* mortui sunt hinc inde homines multi[1]. Et expendit ibi papa Martinus multa milia florentinorum aureorum[c.2]. Est autem Meldula quoddam castrum distans a Furlivio per V miliaria versus montes. Item supradicto millesimo ordinatum fuit bellum inter regem Karolum et Petrum regem Aragónie, quod debebat fieri in Burdegali civitate, sicut infra suo loco dicemus[3].

Anno[d] Domini M⁰CC⁰LXXXIII⁰ domnus[e] Lodoycus comes Sancti Bonifacii 1283. de Verona egressus de potestaria Reginorum habitavit in eadem civitate iuxta ecclesiam sancti Iacobi et locum fratrum Minorum in domo domni Bernardi de Gypso[c]. Et eodem anno M⁰CCLXXXIII⁰ venit ad eum de Lendenaria in civitatem Reginam filia sua domina Mabilia, pulcherrima virgo, et fuit desponsata in eadem domo domni Bernardi de Gypso, ubi habitabat dictus comes, et eadem die, qua venit ad patrem, a domno Savino de Turre de Mediolano, ditissimo et potentissimo valde. Et statim post desponsationem audivit missam de beata virgine in loco fratrum Minorum[c]. Et fuerunt ibi preter Reginos de Mutina et de Parma milites multi et flos dominarum de Regio. Et statim iverunt ad comedendum audita missa. Erat enim preparatio ciborum[4] facta non modica *in domo predicta **f. 423c.* et in loco sancti Iacobi[f]. Hec facta sunt in supradicto millesimo et anno in sexta feria ante dominicam septuagesime[g], id est XII[a] die intrante Februario; et *Febr. 12.* in sequenti die sabbati summo mane aripuerunt[b] iter et iverunt Parmam. Et ibi *Febr. 13.* habitat sponsus cum sponsa iuxta baptisterium. Item supradictus comes filius fuit domni Riçardi, qui fuit sapiens homo et strenuus miles et probus valde in armis et doctus ad bellum. Et quando Parma rebellavit imperatori Friderico secundo anno Domini MCC⁰XLVII⁰, primus fuit, qui Parmensibus dedit succursum; 1247. qui veniens per terram Guastalle cum multis armatis ingressus est Parmensium civitatem. Et cetera ut supra posuimus[5]. Item supradictus comes Lodoycus uxorem habuit Theotonicam, de qua genuit filiam supradictam et tres filios, qui sunt pulcherrimi pueri et curiales et docti, quorum primogenitus appellatur Vinciguerra.

Item eodem millesimo et anno in octava pasche, que octava fuit in festo 1283. *Apr. 25.* sancti Marchi[h] evangeliste, comes supra dictus in sero festi sancti Marchi[h] laborabat in extremis, et in morte sua et in testamento suo omnes filios suos

a) he. *c.* b) *sic c.* c) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* d) Anno dni M⁰CC⁰LXXXIII⁰ *in loco raso.* e) *penna mutata.* f) *sequitur* ℂ *minio pictum.* g) .LXX. *c.* h) *sic h. l. c.*

1) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 575; *Petrus Cantinelli p.* 52; *Ann. Parm. mai. p.* 695; *Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1106. 2) *Cf. supra f.* 392[d], *p.* 438. 3) *F.* 425[a], *p.* 517. *et f.* 427[b]—428[b], *p.* 523—525. 4) *Cf.* 4. *Reg.* 6, 23: Appositaque est eis ciborum magna preparatio. 5) *F.* 291[a], *p.* 194.

---

1283. commisit et commendavit in manu domni Opiçonis marchionis Hestensis, et ipse curialiter suscepit eos et tractavit ut filios, cum prius marchio comitem non diligeret. Fuit autem causa discordie inter eos civitas Mantuana, quia quilibet eorum voluit habere dominium civitatis illius, et quilibet perdidit, et domnus
*f. 423d. Pinamons habuit illud[b]. *Et restituit predictus marchio filios dicti comitis in omnes possessiones, quas tenebat dicti comitis in terra de Lendenaria. Et se-
*Apr.* 25/26. quenti nocte post festum sancti Marci[a, 1] mortuus est presentibus fratribus Minoribus, cum quibus confessus fuerat. Et optime ordinavit de anima sua, et cives Regini optime et nobiliter[c] de corpore suo. Nam fecerunt ei expensas funéreas larga manu[2] tamquam homini nobili, et qui fuerat eorum potestas, et qui erat extra possessiones suas occasione ecclesiastice partis[d]. Et in suis exequiis fuerunt omnes religiosi de Regio et multe religiose necnon et tota civitas Regina cum multis forensibus. Et nobiliores de Regio fuerunt corporis portitores feretrum deportando. Et in loco fratrum Minorum fuit sepultus[b]. Et indutum erat dictum corpus eius de scarleto cum pulcra[a] pelle varia et cum pulchro[a] pallio, et ita
*Apr.* 26. ornate positum fuit corpus eius sequenti die Lune post festum sancti Marci[a] in pulcherrimo mausoléo[e], quod commune Reginum fieri fecerat ad communis expensas. Et habuit ensem precinctum et in pedibus calcaria deaurata et ad cingulum de serico magnam bursam et in manibus cyrotecas et in capite pulcherrimam capellinam de variis et scarleto et clamidem de scarleto cum variis pellibus adornatam[b]. Et dictus comes reliquid[f] dextrarium et arma sua predicto loco fratrum Minorum[b]. Et[g] super sepulcrum suum tale habet epytaphium:

*f. CCCC24a. **Cum tua maiestas, Lodoyce, que*[h] *clara potestas,* Versus.
*Urbis Verone comes inclite, sub regione*
*Hac fuit inclusa, Libitine morsibus usa.*
*Apr.* 25. *Aprilis quina restabat lux peregrina,*
*Ast octogeni tres anni mille duceni*[b].

Item iste comes honestus homo fuit et sanctus. Nam tantam honestatem habebat, quod eundo per civitatem nunquam super aliquam mulierem oculos elevabat, ita ut etiam mulieres et pulcherrime domine mirarentur. Implebat enim scripturam
*v. 7. 8. que dicit Eccli. IX*: *Noli circumspicere*[i] *in vicis civitatis nec oberraveris in plateis illius. Averte faciem tuam a muliere compta*[k] *et non*[l] *circumspicias*[m] *speciem illius*[n].
*Ps.* 118, 37. *v. 1. Et iterum: *Averte oculos meos, ne videant vani[tatem]*[o]. Item Iob XXXI*: *Pepigi fedus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine.* Item cum comes Arthesius

a) *sic h. l. c.* b) *sequitur* ℂ *minio pictum.* c) curarunt *male additum est in ed. Parm.* d) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* e) *sic (non* mauseolo, *ut plerumque saec. XIII. scribebatur) c.* f) *sic c.* g) *penna mutata.* h) *sic* q; (que) *c.* i) c̓ospicere *c.* k) ꝯpta *c.* l) ne *Vulg.* m) c̓ospicias c. n) alienam *Vulg.* o) uāi. *in fine versus c.*

1) *Die Apr.* 26. *eum obiisse dicit Sagacius de Gazata col.* 11, *die Apr.* 25. *Chron. Patav., Muratori, Antiq. Ital. IV, col.* 1150. *Cf. etiam Ann. Veron. de Romano p.* 426. 2) *Sagacius de Gazata l. l.:* et constitit impensa libras C quinquaginta resanorum.

---

domnus Petrus[1], frater regis Francie, transiret per Regium et audivisset de eo, 1282. *Oct.* 21.
quod sanctus homo esset et quod nomine patris sui vocaretur, scilicet Lodoycus[2],
et quod occasione ecclesiastice partis extra possessiones suas esset, voluit ipsum
videre, et amplexatus et osculatus est eum[b]. Nam ipse domnus Petrus, frater
regis Francie, omnes sanctos homines, de quibus audiebat, videre volebat. Unde
et pro fratre Iohanne de Carpineto ex ordine Minorum misit, ut ipsum videret.
Hic intraverat ordinem ante magnum terremotum, qui fuerat M°CC°XXII°[3]. Item
in anniversali istius comitis misit uxor sua pulchrum pallium sive xamitum vel 1284. *Apr.* 25.
purpuram pro altari Regium ad locum fratrum Minorum, ubi vir suus erat sepultus.
Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! Amen.

Item supraposito anno Domini M°CC°LXXX°III° fuit maxima boum mortali*tas 1283. **f.* 424b.
per totam Lombardiam, Romagnolam et Ytaliam[4], et sequenti anno subsecuta est 1284.
mortalitas hominum[b]. Nam apud Salinum in Burgundia in quodam loco fratrum
Minorum habitabant XXII fratres, quos ibi vivos invenit quidam frater Gallicus,
qui habitabat in Grecia et ibat Parisius[b]; eodem anno, cum reverteretur, invenit
XI ex illis mortuos, id est medietatem numeri supradicti. Audivi ab ore ipsius
hec eadem apud Regium[c]. In aliis vero partibus mundi eodem anno mortui sunt
similiter multi[b]. Et breviter ista est regula generalis, ut, quotienscumque fuerit
mortalitas boum[d], statim sequenti anno mortalitas hominum subsequatur[5].

Item[e] supra dicto anno Domini M°CC°LXXX°III° domnus Bernardus Lan- 1283.
fredus de civitate Luce fuit potestas Reginorum a Kalendis Iulii et stetit per sex *Iul.* 1.
menses usque ad Kalendas Ianuarii[b, 6]. Cuius tempore, quia nimis fuit remissus,
multa homicidia et mala facta fuerunt in civitate Regii et in districtu, ita quod
quandam domum cum scala intraverunt in civitate Regina et interfecerunt hominem
in lecto suo inimici eius[c]. Item iste potestas propter negligentiam suam, quia
male tenuit iustitiam, fuit de numero illorum, de quibus dicit Dominus per
Isaiam III*: *Dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis.* Et iterum **v.* 4.
Eccle. X*: *Ve tibi terra, cuius rex puer est.* Ad litteram iste non erat puer etate, **v.* 16.
sed negligentia, non tenendo iustitiam. Sequenti vero anno successit sibi 1284.
domnus Barnabos de Palastrellis de Placentia[7], qui nemini pepercit et destruxit
multos malefactores et robatores suo tempore. Multos occidit et occidi fecit in
suo regimine. *Et ideo, quia bene tenebat iustitiam, dixerunt Regini, quod esset **f.* 424c.
civitatis eorum destructor[8]. Sed plus fuit destructor precedens, qui nimis fuit

a) a *abscisum.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio pictum.* d) boum *in marg. a Sal. suppl.* e) *non versus novus hoc loco coeptus in c., sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.*

1) *Cf. supra p.* 512, *n.* 4. 5. 2) *Ergo de Petro comite Alencionensi Sal. hoc loco dicit.* 3) *Cf. supra f.* 221[c], *p.* 34. 4) *Cf. Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 142. 5) *Eadem verba infra f.* 453[c]. 457[b]. 6) *Eadem habet Alb. Milioli, Liber de temp. c.* 303, *p.* 562. 7) *Cf. ibid. c.* 304, *p.* 564. 8) *Sagacius de Gazata col.* 11: malus homo fuit, seminator discordie in populo Rhegiensi et Mutinensi.

*F.* 424[d]. Quod civitas Liviensis a Bononiensibus totam Romagnolam francasset, nisi ecclesia Romana impedimento fuisset, que se intromisit.

---

1283. negligens et remissus, usque ádeo, quod multe guerre inchoate sunt in civitate
Regina, que usque hodie[1] durant et sunt causa destructionis civitatis Regine[a],
nisi Deus aliter faciat. Quapropter faciendum est quod Augustinus docet[2]: *Sive*
Augustinus. *plectendo sive ignoscendo, hoc solum bene agitur, ut vita hominum corri-*
1284. *gatur.* Verumtamen[b] primum de Luca, qui fuerat remissus, assumpserunt Parmenses, ut esset eorum capitaneus[3]. Secundum vero de Placentia, qui fuerat austerus et rigidus, assumpserunt Mutinenses[4], et sub eo destructa est Mutina, ut infra dicetur anno Domini M°CC°LXXX°IIII°.

1283. Item[c] anno Domini M°CC°LXXX°III° aureus numerus et indictio concor-
*Apr.* 2. dabant in XI° numero, et secunda die Aprilis, cum luna esset prima, stella clarissima, que dicitur Venus, circulum primitive lune videbatur ingressa[d]. Et de nocte post matutinum alia clarissima stella, que dicitur Iupiter, videbatur versus meridianam partem Scorpionis superiorem branchiam occupare.

*(Maii 28.)* Item[c] eodem millesimo civitas Liviensis rediit ad precepta ecclesie, que multis annis rebellaverat; et annuatim papa Martinus quartus mittebat magnum exercitum contra eam Gallicorum et aliarum diversarum gentium; et destruebant vineas et segetes et arbores pomiferas necnon et oliveta, ficulneas[e], amigdalas, pulcra malo-
*f. 424c.* granata, domos[f] et animalia, vegetes et dolia, cuncta in agris nata. *Hec civitas totam francasset Romagnolam a Bononiensibus, qui occuppaverant[g] eam, nisi ecclesia se intromisisset, que insurrexit contra eam[h]. Fuit autem causa, quare ecclesia se intromisit, quia scilicet petiit Romagnolam donari sibi a domno Rodulfo in imperatorem electo, et concessit ecclesie[5], ut eam haberet; et expendit[6] multa milia florentinorum aureorum in diversis annis, immo multos somarios denariorum aureorum[7]. Proposuerat enim papa Martinus obstinato animo non quiescere, quousque eam violenter haberet, si obedienter non posset[8]; et ita factum est, quia, sicut dici solet, *labor improbus omnia vincit*[9]. Cumque civitas illa ad precepta
*(Iul.)* venisset ecclesie, fuerunt fovee[i] civitatis replete et porte dirutte[k], et domus et palatia sunt destructa et precipua edificia dissipata. Homines vero civitatis illius qui erant principales et precipui exiverunt de civitate et iverunt ad diversa lati-
*Rom.* 12, 19. bula[10], ut *darent locum ire*[d]. Comes vero Guido de Monte-feltro, qui fuerat capi-

a) reg. *c.* b) *penna mutata.* c) *non versus novus hoc loco coeptus, sed praecedit tantum* ℂ *minio pictum.* d) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* e) Ficulneas *cum littera maiuscula* F *c.* f) Domos *cum littera maiuscula* D *c.* g) *sic* (occup pauerant) *c.* h) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* i) foue *corr.* fouee *c.* k) *sic* (dirut te) *c.*

1) *Haec scripsit Sal. paulo ante diem Sept.* 14. *anni* 1284. *Cf. infra f.* 429[a]. 2) *Epist. CLIII,* § 19, *Opera ed. Maur. (Venetiis* 1732*) II, col.* 531. *Haec iam supra f.* 269[b], *p.* 144. *allata sunt.* 3) *A.* 1284. *Febr.* 1 — *Iul.* 31; *Ann. Parm. mai. p.* 696. 4) *Barnabos fuit eorum potestas a.* 1284. *Iul.* 1 — *Sept.* 29; *Bonif. Morani Cron. p.* 80; *cf. infra f.* 429[b]. 5) *Cf. supra f.* 422[a], *p.* 509, *n.* 9. 6) *Scil. Martinus IV. papa vel ecclesia Romana.* 7) *Cf. supra f.* 392[d], *p.* 438. 8) *Eadem fere supra f.* 362[a], *p.* 369. 9) *Hieron. praef. in Danielem hunc versum Vergilii Georg. I,* 145 *sq. laudat, ubi Sal. eum legit, qui alibi Vergilii versus non attulit.* 10) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 695 *sq.*; *Ann. Placent. Gib. p.* 576; *Ann. Veron. de Romano p.* 426; *Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1106; *Cron. misc. Bonon., ib. XVIII, col.* 293, *falso ad a.* 1284; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium, ib. IX, col.* 142; *Franc. Pipinus, ib. col.* 726; *Matth. de Griffonibus p.* 24.

*F.* CCCC25[a]. De comite Guidone de Montefeltro, qui humiliter obedivit ecclesie et ordinis fratrum Minorum intimus fuit amicus.

*F.* 425[b]. Quod rex Karulus de Neapoli ivit Burdegalas, credens committere bellum cum Petro rege Aragónie.

De obitu Regini episcopi domni Guilielmi de Foliano.

---

taneus et dux illorum Liviensium et partis imperii, cum ecclesia concordavit, et 1283. stetit in confinibus apud Clugiam tempore aliquanto, postmodum missus fuit in Lombardiam et habitavit in civitate Astensi cum magno honore[1], quia diligebatur ab omnibus[2] propter precedentem probitatem et crebras victorias, quas habuerat, et quia modo sapienter et humiliter obediebat ecclesie. Insuper erat homo nobilis et sensatus et discretus et morigeratus, liberalis et curialis et largus, strenuus miles et probus in armis et doctus ad bellum[a, 3]. *Ordinem fratrum Minorum dili- *f. cccc25a. gebat, non solum quia aliquos propinquos habebat in eo, verum etiam quia beatus Franciscus eum de multis periculis liberaverat et de compedibus et carcere domni Malateste[a, 4]. Et tamen a quibusdam stultis ex ordine fratrum Minorum pluries graviter fuit offensus[5]. Hic in civitate Astensi habuit decentem societatem atque familiam, eo quod multi sibi manum adiutricem porrigere non cessabant. Facta sunt autem hec supradicta ab *eo tempore, quo solent reges ad bella procedere,* usque *2. Reg. 11, 1.* ad festum beati Iohannis Baptiste[6]. Et erat ibi legatus domni pape domnus Ber- *Iun. 24.* nardus Provincialis, Romane curie cardinalis[7].

Item[b] eodem millesimo rex Karolus de Neapoli ivit Burdegalas, credens committere bellum cum Petro rege Aragonie et cum centum ex utraque parte militibus, sicut ambo reges iuramento firmaverant. Sed predictum prelium minime factum fuit, quia rex Aragonie vitavit illud[a]. Debebat autem fieri bellum pre- *(Iun. 1).* dictum occasione Sicilie, quam intraverat Petrus rex Aragonie, et occupaverat eam cum exercitu suo[a, 8]. Siquidem papa Nicholaus III. dederat eam sibi in odium regis Karuli cum consensu aliquorum cardinalium[9], qui tunc erant in curia, et ipse Petrus rex Aragonie ex alia parte credebat se aliquid in ea iuris habere, quia Manfredi principis gener fuerat[a]. Karulus vero frater regis Francie habuerat eam prius datam sibi ab Urbano papa quarto, eó quod contra Manfredum filium Friderici imperatoris depositi ecclesie dedisset[10] succursum.

*Item supradicto millesimo obiit domnus Guilielmus de Foliano Reginus epi- **f. 425b. Aug. 28.* scopus, et male ordinavit facta anime sue. Avarus enim homo fuit, illitteratus et

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *hoc loco non versus novus coeptus in c., sed tantum praecedit* ℭ *minio pictum.*

1) *Eadem fere supra f.* 362[b], *p.* 369. *Cf. Guill. Ventura c.* 23, *Hist. patriae Mon., SS. III, col.* 731: Guidonem comitem Montisfeltri vidi confinatum in Ast a summo pontifice. 2) *Guill. Ventura l. l. col.* 732: Astenses valde diligebant eum Guidonem. 3) *Guill. Ventura l. l. col.* 731: Verum est, quod predictus Guido sapientissimus fuit, fortis, largus et callidissimus in bellando. 4) *Captus est a Malatesta a.* 1271. *Iun.* 20; *Ann. Placent. Gib. p.* 552. 5) *Postea a.* 1296. *Nov.* 17. *ipse Guido frater Minor factus est; Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1114; *Guill. Ventura l. l.* 6) *Demum mense Iulio muri et domus Faventiae destructi sunt.* 7) *Portuensis episcopus. Cf. supra f.* 362[b], *p.* 369. *et f.* 392[b], *p.* 436 *sq.* 8) *Cf. supra f.* 423[b], *p.* 513, *infra f.* 427[b]—428[b]. 9) *Eadem fere dicit Giov. Villani VII,* 54. 70. 71; *cf. F. Savio in 'Archivio stor. Siciliano. Nuova serie' XXVII, p.* 358—429; *O. Cartellieri, 'Peter v. Aragon und die sizilianische Vesper' p.* 56—59. 10) *Potius* ut daret. *Cf. supra f.* 405[d], *p.* 469.

*F.* 425[c]. Quod hoc anno illi de villa Bibiani fecerunt unum burgum. Et fratres Minores de Parma fecerunt pulchrum refectorium. Et Parmenses fecerunt pontem lapideum in Galera.

---

*v. 17. quasi laycus. *Pastor* fuit *et ydolum*, sicut dicit Zacharias XI*. Splendide vole-
bat vivere sive comedere qualibet die quantum ad corpus suum. Magna con-
vivia faciebat frequenter divitibus et propinquis, pauperibus vero clausit viscera
*v. 13. pietatis[1]. Et ideo potest timere quod dicit sapiens in Proverbiis XXI*: *Qui ob-
turat aures suas*[a] *ad clamorem pauperis, et ipse clamabit et non exaudietur.* Item
*Ps.* 10, 14. orphanos et pupillos et viduas denudavit, ita quod de eo non potest dici: *Tibi
derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor:* nec ipse etiam dicere potuit illud[b] Iob
*v. 13. XXIX*: *Cor vidue consolatus sum*[c]. Puellas non maritavit, sed econtra bonis paternis
atque maternis expoliavit. Grossus homo, id est hebes et rudis, fuit; paucos habuit
qui bene loquerentur de eo. Undecumque potuit rapere rapuit. Magnum thesau-
rum congregavit, quem circa mortem dispersit et nepotibus dedit. Melius fuisset
ei, si fuisset porcarius vel leprosus, quam quia fuit episcopus[c]. Nichil dimisit
religiosis nec fratribus Minoribus[2] nec Predicatoribus nec aliis pauperibus, cum dicat
*4, 7. scriptura Eccli. III*[d]: *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Nec etiam habu-
erunt religiosi pauperes, qui exequiis eius interfuerunt, quid de bonis suis vel
1283. potius episcopii illa die comederent[c]. Funeri eius interfui et sepulture, et scio,
**f.* 425[c]. quod canis cacavit super *eum, postquam sepultus fuit. In maiori ecclesia fuit
sepultus inferius, ubi populares morantur. Revera dignus erat in sterquilinium[e]
sepeliri. Maledictus homo fuit et durus et avarus, et multos turbavit pacem
habentes; XL[a] annis episcopatum Reginum tenuit occupatum minus uno mense[c. 3].
*Aug.* 28. Obiit in mense Augusti, in festo sancti Augustini episcopi[4], sepultus die dominico
*Aug.* 29. in decollatione sancti Iohannis[f] Baptiste.

Item in supradicto millesimo illi de villa Bibiani, que erat villa sparsa in episcopatu Regino, congregati simul fecerunt unum burgum in villa eádem.

Item eodem millesimo fratres Minores de Parma fecerunt pulcrum refectorium in Prato Sancti Herculani, ubi habitant[g], et ubi antiquitus Parmenses nundinas faciebant[5] et processu temporis circa carnis privium cum armis ludendo pugnabant.

Item supradicto millesimo Parmenses pontem fecerunt lapideum super fluvium Parme in contrata que dicitur Galera[6] a domo Humiliatorum usque ad domum Predicatorum; et fecerunt fieri murum civitatis versus montes iuxta fluvium Parme, prope hospitale sancti Francisci[c]. Item in precedentibus annis multa bona fece-

a) *cf. supra p.* 406, *n.* k; aurem suam *Vulg.* b) $\overset{d}{\text{i}}$ (illud) *alio atram. a Sal. in marg. suppl.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sic h. l. c. pro* IIII, *ut multis aliis locis Sal. scripsit, e. gr. f.* 302[b], *p.* 222. *et f.* 303[b], *p.* 224. *et f.* 380[a], *p.* 406. e) *sic c.* f) Io. *c.* g) hitāt *c., signo compendii super* i *omisso.*

1) 1. *Ioh.* 3, 17: Qui . . . viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo. 2) *Hoc fratrem Sal. potissimum movisse videtur, ut tam mordaciter de hoc episcopo iudicaret. De quo Sagacius de Gazata col.* 11. *dicit:* Hic fuit homo bonus et honestus, quales sui non sunt similes. 3) *Hoc cognovit Sal. ex eo quod dicit Alb. Milioli, Liber de temp. c.* 246, *p.* 515. 4) *Die Aug.* 27. *eum obiisse dicit Sagacius l. l.* 5) *Cf. Statuta Parm. I, p.* 61: in glarea Parme *(fluminis)*, ubi fit forum, quod consuevit fieri in Prato Sancti Herculiani; *ibid. p.* 60: potestas teneatur facere fieri feram sancti Herculiani in glarea Parme a ponte lapidum iniusum. 6) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 696.

*F.* 425[d]. De operibus et edificiis civitatis Parme.
*F.* CCCC26[a]. De obitu fratris Bonagratie, generalis ministri ordinis fratrum Minorum, anno Domini M°CC°LXXXIII°.
De inventione corporis Magdaléne nóviter facta.

---

rant in civitate sua Parmenses[a]. Compleverant enim baptisterium in superiori parte usque ad elevationem cacuminis; et iam diu fuisset completum, nisi Ycilinus de Romano, qui Verone dominabatur, impedimentum dedisset[a]. Solummodo enim de lapidibus Veronensibus baptisterium illud fiebat[b]. Item leones magnos fecerunt 1281. fieri et columnas in maiori porta maioris ecclesie iuxta plateam baptisterii et palatii episcopii[b, 1]. Item tres magnas vias, amplas et pulchras, *fecerunt. *f. 425[d]. Unam ab ecclesia sancte Christine usque ad communis palatium. Aliam a platea nova, ubi concionatur a potestate, usque ad ecclesiam sancti Thome apostoli. Tertiam a platea communis usque ad ecclesiam sancti Pauli[2]. Et in omnibus istis viis domos fecerunt et palatia pulcra hinc inde[b]. Item fecerunt palatium capitanei valde pulcrum[3] prope palatium vetus, quod factum fuerat sub Torello sive Taurello de Strata, Papiensi cive et Parmensium potestate[4]. Sub quo etiam inchoatum fuit castrum Torelli in via que vadit ad Burgum Sancti Donini[5]. Sed 1227. quia illi de Burgo venerunt ad precepta communis Parme[6], ideo Parmenses cessaverunt ab opere inchoato et non compleverunt castrum, quod facere disposuerant[b]. Item millesimo[c] supraposito amplificaverunt plateam communis novam et emerunt 1283. omnes domos pro communi, que circa plateam erant; et debebant facere aliud palatium et stationes ad communis utilitatem, ubi antiquitus palatium illorum de Paganis fuerat valde pulcrum[d], ut vidi oculis[e] meis. Postea palatium domni Manfredi de Scipione magis pulchrum[d], postmodum macellum beccariorum; tandem commune omnia sibi emit cum domibus et turre domni Ruffini de Vernaciis, que erant e regione ecclesie sancti Petri. Item quoddam navigium fecerunt in precedentibus annis, sed parvi valoris fuit, per antiquum enim alveum descendebat usque ad villam cardinalis Gerardi Albi, que et villa mea fuit aliquando, quia in illa possessiones multas habebam[7], et dicebatur Gainacum; et in inferiori parte illius ville tortuositatem quandam *faciebat[f], ut non iret Colurnium sicut prius, sed per *f. CCCC26[a]. villam Frassenarie naves duceret; verumtamen et per Colurnium ibat, et per Frassenariam parvi valoris erat. Item melius ego scirem navigium ordinare* ad Parmensium utilitatem, si haberem dominium totum plenum. Item eodem anno foderunt longum fossatum prope stratam de Bersello ab hospitali usque Sorbulum, per quod Gambalónem miserunt, eo quod omnes campos inferiores, qui erant sub strata, sua inundatione madefaciebat, ita ut agriculture et agricolis deservire non possent.

*) *In marg. manu saec. XIV—XV. adnotatum:* De bestialitate istius.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio pictum.* c) .M°. *c.* d) *sic hoc loco c.* e) o|oculis *c.* f) *penna mutata cum nova pagina.*

1) *A.* 1281; *cf. Ann. Parm. mai. p.* 690. *Qui leones facti sunt a Ianebono de Bixono, ut dicitur in inscriptione allata ab Affò, 'Storia della città di Parma' IV, p.* 14. 2) *A.* 1281; *cf. Ann. Parm. mai. p.* 690. 3) *A.* 1281, *quod a.* 1282. *perfectum est; cf. ibid. p.* 690 *sq.* 4) *A.* 1221; *cf. Ann. Parm. mai. p.* 667. *et infra f.* 453[d]. 5) *A.* 1227, *cum Torellus iterum potestas Parmensium esset, ut Sal. infra f.* 454[a]. *exscripsit ex Annalibus Parmensibus brevibus deperditis, quos etiam hoc loco adhibuit.* 6) *A.* 1268. *Cf. supra f.* 365[a]. 409[c], *p.* 373. 478. 7) *Eadem vide supra f.* 421[c], *p.* 508.

*F.* 426[b]. De corpore sancti Apollinaris tractatur hic incidenter et[a] de sancto Maximino occasionaliter.

---

1283. Item supradicto millesimo obiit frater Bonagratia, ordinis fratrum Minorum generalis minister, in provincia Provincie, in civitate Avignionis[1] in vigilia beati
*Oct. 3.* Francisci, in dominica die et fuit sepultus in ecclesia fratrum ante maius altare[b]. Et fuit ibi frater Vitalis, minister Bononie, et precepit ei, ut ex parte sua benediceret omnibus fratribus de provincia sua et ab omnibus peccatis absolveret omnes. Et sic factum est[2]. Quattuor annis prefuit[3]; et dilatum est generale capitulum
1285. *Maii 13.* usque ad pentecosten M[i]CCLXXXV[i] anni, quod Mediolani celebrari debebat[4], sicut in precedenti generali capitulo[5] fuerat ordinatum.

1283. Item anno Domini supraposito, scilicet MºCCºLXXXºIIIº, repertum est corpus beate Marie Magdalene integraliter totum[6], excepto uno crure, in provincia Provincie, in castro Sancti Maximini[b]. Fuit autem sanctus Maximinus[c] unus de LXXII discipulis Domini, de quibus habetur Luc. X. Et fuit archiepiscopus Aquensis[7], que est civitas, in qua sepultus est comes[8], cuius filiam[9] uxorem rex Francie habuit, scilicet sanctus Lodoycus, qui transfretavit in subsidium Terre
**f. 426b.* Sancte anno Domini *MºCCºXLVIIIº[b]. Et distat hec civitas a Massilia per XV miliaria. Et habitavi in illa civitate eo anno, quo rex Francie transfretavit[10], quia ex illo conventu eram. Item quando repertum est corpus beate Marie Magdalene, vix potuit legi epytaphium cum cristallo propter scripture antiquitatem[11]. Et placuit regi Karolo, qui erat comes Provincie et ibat illo anno Burdegalas ad faciendum bellum statutum et ordinatum cum Petro rege Arágonum, quod corpus beate Marie Magdalene[d] divulgaretur et exaltaretur et honorificaretur, et fieret inde sollemne festum. Et factum est ita[b]. Et ideo amodo cessant contentiones et contrarietates et cavillationes et abusiones et falsitates, que de corpore beate Marie Magdalene[d] dicebantur. Nam illi de Senogallia dicebant se illud habere, et illi de Verçeliaco, quod est castrum in Burgundia populosum[12], habebant illud

a) ℭ Et *cum littera* E *maiuscula c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) Maximus, in *a Sal. superscripto corr.* Maximinus *c.* d) Magd'. *c.*

1) *Cf. supra f.* 334[d], *p.* 298; *Catal. ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 702; *Chron. XXIV ministr. gener., ib. p.* 376. 2) *Sal. procul dubio Vitalem vidit Avinione per Regium Bononiam redeuntem. Cf. supra f.* 341[c], *p.* 316; *infra f.* 457[b]. 3) *A.* 1279. *Maii* 21—1283. *Oct.* 3. 4) *Cf. infra f.* 450[d]. 451[a]. 5) *Argentinae a.* 1282. *Maii* 17. *celebrato: cf. supra f.* 422[d], *p.* 511. 6) *Iam a.* 1279. *Dec.* 9. *hoc corpus inventum, a.* 1280. *Maii* 5. *elevatum esse dicit Bernardus Guidonis, Muratori, SS. III,* 1, *p.* 607 *(cf. etiam addit. ad Cronicam Alex. Tassoni, 'Cronache Modenesi' p.* 78*) et a.* 1280. *illud elevatum esse tradit etiam Franc. Pipinus IV,* 28, *Muratori, SS. IX, col.* 730 = *Tolom. Luc., Hist. eccl. XXIII,* 35 *sq., ibid. XI, col.* 1184 = *Paulini (Iordani) Chron. c.* 235, 5, *Muratori, Antiq. Italiae IV, col.* 1012. *De elevatione a.* 1280. *Maii* 5. *facta legitur nota in cod. Vaticano Lat. nr.* 3822. *f.* 2, *quam infra edidi.* 7) *Haec (a* Fuit*) ex Iacobi Legenda Aurea c. XCVI* (90), *ed. Grässe p.* 413; *cf. supra f.* 333[a], *p.* 294. 8) *Raimundus Berengarius IV. comes Provinciae; cf. supra f.* 333[b], *p.* 295. 9) *Margaretam.* 10) *A.* 1248. *Iul. ex. — Sept.* 14; *cf. supra f.* 333[a.b]. 340[c], *p.* 294 *sq.* 313. 11) *Bernard. Guidonis l. l.:* Tunc etiam reperta fuit . . . scriptura alia vetustissima in quodam cartello in cera exterius undique cooperto, que pre vetustate vix legi potuit, qui talis erat: 'Hic requiescit corpus beate Marie Magdalene'. 12) *In quo Sal. a.* 1248. *mense Iunio fuit; supra f.* 303[c], *p.* 225, *ubi et de corpore Magdalenae.*

*F.* 426[c]. De spelunca, in qua sancta Maria Magdalena XXX[ta] annis hominibus incognita mansit.

*F.* 426[d]. De miraculo ad honorem Magdaléne noviter facto.

---

similiter, ut dicebant[1], et inde etiam habebant legendam[a]. Manifestum est autem, quod in tribus locis idem mulieris corpus esse non potest. Et de hoc est maxima altercatio apud Ravennam de corpore sancti Apolinaris[b], quia illi de Classe[2], que condam civitas fuit, dicunt se illud habere. Illi similiter de civitate Ravenne[3] se illud habere fatentur, quia revera quidam archiepiscopus Ravennas[4] transtulit illud corpus sancti Apollinaris[b] de Classe in civitatem Ravenne timore Agarenorum, ut in Pontificali Ravenne plueries legi[5], et reverenter collocavit in ecclesia sancti Martini iuxta sancti Salvatoris ecclesiam, que condam Grecorum fuit ecclesia[c]. Quod autem inde fuerit postea remotum seu asportatum, per scripturam aliquam *minime repperitur[a]. **f. 426[e].* Igitur corpus sancte Marie Magdalene[d] veraciter est in castro Sancti Maximini, sicut corpus sancte Marthe, sororis sue, est Tarasconi[a]. Frater vero istarum Laçarus Massiliensis episcopus fuit[c. 6]. Spelunca vero sancte Marie Magdalene[d. 7], in qua XXX[ta] annis penitentiam fecit[7], per XV miliaria a Massilia distat. Et in illa una nocte dormivi inmediate post festum ipsius[8]. Et est in altissimo monte saxoso (1248. *Iul.* 22/23.) ádeo grandis secundum meum iuditium, si bene recordor, quod mille homines caperet; et sunt ibi altaria tria et stillicidium aque ad modum fontis Siloe et via pulcherrima ad eundum, et exterius quedam ecclesia prope speluncam, ubi quidam sacerdos inhabitat; et supra speluncam tanta adhuc est altitudo montis, quanta baptisterii Parmensis altitudo conspicitur. Et spelunca in illo monte ita elevata est a planitie terre, quod tres turres Asinellorum de Bononia[9] secundum meum iuditium, si bene recordor, illuc attingere non possent, ita quod arbores grandes, que inferius sunt, apparent urtice seu salvie caspi[c]. Et quia regio illa sive contrata adhuc est tota inhabitabilis et deserta, ideo mulieres et nobiles domine de Massilia, cum illuc causa devotionis vadunt, ducunt secum asinos oneratos pane et vino et turtis et piscibus et comestibilibus aliis, quibus[e] volunt[c]. Verum in eádem via ad V miliaria prope speluncam est quoddam nobile monasterium dominarum Albarum multarum, que fratres Minores intime diligunt *et libenter reci- **f. 426[d].* piunt atque vident, sedule ministrando et bonum hospitium eis dando.

a) *sequitur* ℭ *minio pictum.* b) *sic h. l. c.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Magd'. *c.* e) *sic c.*

1) *Vide de his fraudibus omnibus L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' I, p.* 310—344. 2) *Monachi scilicet Camaldulenses ecclesiam S. Apollinaris Classensem incolentes. Vide Rodulphi prioris librum de inventione corporis s. Apollinaris et libellum de inventione corporis eiusdem auctore anonymo Camaldulensi, Muratori, SS. I,* 2, *col.* 536 *sqq.* 539 *sqq.* 3) *Clerici ecclesiae S. Apollinaris novae, quae antea vocabatur S. Martini Coelum-aureum.* 4) *Iohannes VII, ut dicitur in libello n.* 5. *laudato.* 5) *Historiam translationis s. Apollinaris, libellum commenticium falsarii cuiusdam, in codice Agnelli Librum pontificalem continente legisse videtur, quem libellum ex codice saec. XV. Agnelli librum continente edidit Muratori l. l. col.* 533 *sqq. Cf. supra f.* 297[a], *p.* 209. 6) *Ut dicit Iacobus de Varagine, Leg. Aurea c. XCVI* (90), *ed. Grässe p.* 413. 7) *Sita haud procul a St.-Maximin (dép. Var) occidentem et meridiem versus ab hoc oppido.* 8) A. 1248. *procul dubio. Huius enim anni mense Iulio Sal. Massiliae et in civitate Aquensi fuit. Cf. supra f.* 303[d], *p.* 225 *sq. et f.* 333[a. b], *p.* 294 *sq.* 9) *Quae turris obliqua celeberrima adhuc superest. Nec tunc tres turres fuerunt, immo Sal. dicit de altitudine ter maiori quam turris Asinellorum.*

*F.* CCCC27[a]. Quod Magdaléna apparuit in carcere suo devoto et consolata est eum. Postea deposuit eum de patibulo veniens in columbe spetie, albissima sicut nix.

*F.* 427[b]. Gesta regis Karuli, in quibus continetur de falsitatibus Petri regis Aragonie, et quomodo bellum vitavit.

---

### Miraculum.

Ad confirmationem autem inventionis corporis Magdalene[a] facit miraculum
illud, quod illis diebus per eam Dominus demonstravit, quod tale est[b]: Cum qui-
dam iuvenis beccarius tempore illo iret per quandam viam, quesivit ab eo quidam
notus suus, unde veniret. Cui ille respondit: 'A castro Sancti Maximini, ubi
corpus beate Marie Magdalene[a] noviter est repertum, cuius tibiam osculatus sum'.
Cui dixit: 'Nequaquam tibiam eius osculatus fuisti, sed tibiam cuiusdam asine vel
iumenti, quam clerici ostendunt simplicibus ad lucrandum[b]'. Cum autem de hac
materia facta esset magna contentio inter eos, percussit indevotus et incredulus
Magdalene[a] devotum gladio multis ictibus, nec aliquam Magdalena adiuvante in-
1. *Reg.* 26, 8. tulit lesionem. Percussit vero Magdalene devotus semel indevotum ipsius, *et se-*
*cf. Apoc.* 9, 6. *cundo opus non* fuit, quia statim vitam perdidit et mortem invenit, quia fecit contra
*v. 18. scripturam que dicit Eccle. VII*: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo*[b].
Dolens autem Magdaléne defensor, quod hominem interfecisset — nam hoc fecerat
se defendendo et male libenter et casu fortuito —, et timens, ne caperetur a pro-
pinquis occisi, ad Arelatensem civitatem confúgit et postea ad Sanctum Egidium,
*Rom.* 12, 19. ut ibi tueretur et *ire locum da*ret[b]. Pater vero hominis interfecti, datis X libris
cuidam proditori, interfectorem filii fecit poni in carcerem, iam ad suspendium
*f. CCCC27[a]. iudicatum. Nocte autem precedente diem, *in qua suspendi debebat, apparuit ei
vigilanti in carcere Magdalena et dixit: 'Noli timere, devote meus et honoris mei
1. *Mach.* 11, 42. defensor atque zelator, quia non morieris. Adiuvabo enim te, *cum fuerit opor-*
*Ps.* 71, 18. *tunum,* ita ut omnes qui viderint admirentur, creatori Deo, *qui facit mirabilia,* et
michi famule sue gratias referendo. Veruntamen, cum fueris liberatus, hoc bene-
ficium a me tibi impensum recognosce et ad utilitatem anime tue Deo liberatori
tuo vicissitudinem recompensa'. His dictis disparuit Magdalena, dimittens homi-
nem consolatum[b]. Cum autem in crastinum positus esset in furcis, nullam sensit
corporis lesionem neque dolorem. Et ecce subito, videntibus omnibus qui con-
venerant ad spectaculum, descendit de celo columba albissima tamquam nix volatu
celerrimo et posuit se super furcas et dissolvit vinculum colli hominis suspensi
suique devoti et posuit eum in terra sine aliqua lesione[b]. Cum autem officiales
et iusticiarii laborantibus propinquis occisi iterum vellent ipsum suspendere, bene-
*Matth.* 26, 47. 55. fitio beccariorum evasit, quorum caterva ibi erat valde grandis *cum gladiis et*
*fustibus* preparata. Fuerat enim eorum socius et amicus; et etiam quia miraculum
viderant tam evidens et stupendum[c]. Cum autem retulisset omnibus, quod homi-
cidium fecerat male libenter et se et honorem[d] Magdaléne defendendo, et quomodo
Magdalena promiserat sibi in carcere, quod eum liberaret tempore oportuno[1], acce-
*f. 427[b]. perunt sa*tisfactionem[2] et laudaverunt Deum et beatam Mariam Magdalenam[a],
liberatricem ipsius[c]. Comes vero Provincie[3], cum audisset hec omnia, voluit homi-

a) Magd'. *c.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sequitur littera erasa* (honores *corr.* honor ?).

1) *Ps.* 31, 6. 144, 15: in tempore opportuno. 2) *Lev.* 10, 20: recepit satisfactionem; *Act.* 17, 9: accepta satisfactione. 3) *Karolus I. rex Sicilae.*

nem videre et ab ipso audire et eum in curia sua secum tenere toto tempore vite sue. Cui ille respondit, quod, si quis daret ei in suo dominio totum mundum, non alibi finiret vitam suam nisi in servitiis Magdalene in castro Sancti Maximini, in loco, in quo repertum est noviter corpus suum, scilicet anno Domini M°CC°LXXX°III°. Factumque est ita. 1283.

Et eodem anno in mense Iunii debebat esse prelium inter regem Karulum *Iun.* (1). et Petrum regem Arágonum[1].

Gesta[a] regis Karuli, regis Ierusalem et Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, qui est alme Urbis senator, princeps Anchage[b], Andegavie, Provincie, Forchalcherii[c] et Toruódori[d] comes[2].

*Cum Petrus rex Arágonum prepositum Massiliensem[3] cum suis litteris de credentia* 1281. *ad prefatum regem Karulum destinasset causa matrimonii contrahendi inter unum de liberis dicti Petri et unam de filiabus filii predicti regis Karuli, non[e] post multos dies a predicto tractatu illius matrimonii, de quo magnam voluntatem ipse Petrus se habere dicebat, secundum quod dicebat ille prepositus, et etiam in suis litteris dicebatur, et alia multa verba amicabilia ex parte illius Petri dicta per dictum prepositum ipsi domno regi Karulo, ipse Petrus regnum Sicilie sub specie pacis et parentele contrahende inter* 1282. **ipsum et regem Karulum abstulit fraudulenter[f]. Et cum ipse Petrus Arágonum pre-* **f.* 427c. *parasset naves et vasa ad navigandum per mare, rex Francorum sibi misit sollemnes ambaxatores et nuntios speciales dicentes ei[e], quod ipse Petrus nullo modo deberet ire contra regem Karulum nec contra filium suum nec intrare modo aliquo regnum suum, quia, si eidem regi Karulo vel heredi suo aliquam conferret[g] iniuriam[h], reputaret sue persone proprie fore factum[i]. Qui Petrus predictis ambaxatoribus curialiter et benigne respondit, quod domno regi Karulo vel heredi suo in aliquibus iniuriari minime cupiebat[k], sed intendebat ire ultra mare contra perfidos Saracenos, et quicquid terre posset acquirere vel lucrari, filio suo, qui haberet predictam filiam filii regis Karuli, traderet[e] et donaret[f]. Requisivit insuper a summo pontifice decimas terre sue in subsidium itineris sui, quod volebat facere ultra mare contra Saracenos ad exaltationem et gloriam fidei Christiane. Et rogavit ipsum summum pontificem, quod terram ipsius Petri in suam custodiam susciperet et tutelam[l]. Rex vero Karolus[m] audiens, quod idem Petrus tali deceptione regnum Sicilie intravisset, mandavit eidem Petro per litteras et nuntios spetiales, quod de terra sua recederet et eam nullo modo impediret. Qui Petrus confidens de fortitudine sua et Siculorum gente de dicto regno Sicilie dixit se nullatenus exiturum, quamdiu posset dictam terram sub suo dominio retinere[f]. Quo audito idem rex Karolus, tunc temporis existens in Apulia, innumerabilem gentem tam equitum quam peditum congregavit et per mare*

a) haec (Gesta — comes) *atramento nigro ut reliqua in columna scripta sunt in c. sicut et ab Alb. Mil. p.* 562. b) *sic c. et Alb. Mil.; i. e.* Achaie. c) *sic Alb. Mil. recte;* forchalchecii *legi posset in c.* d) *sic c. et Alb. Mil.; lege* Tornodori. e) *penna mutata.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *sic c.;* inferret *Alb. Mil. p.* 563. *melius.* h) vel heredi suo *add. Alb. Mil.* i) *sic c. et Alb. Mil. — Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* k) cupi *in loco raso.* l) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* m) *sic h. l. c.*

1) *Cf. supra f.* 423b. 425a, *p.* 513. 517. 2) *Sequentes litterae sane a quodam viro cancellariae Karoli regis Siciliae scriptae esse videntur. Quaedam in priore parte earum dicta conveniunt cum litteris Karoli regis ad Italicos directis, Muratori, Antiq. Ital. III (Mediolani* 1740*), col.* 649—654. 3) *Hugonem de Mataplana. In litteris Karoli regis n.* 2. *laudatis hic praepositus ad regem venisse dicitur, cum rex Urbe-veteri a.* 1281. *Apr.* 3 — 1282. *Ian. esset; cf. O. Cartellieri, 'Peter von Aragon und die sizilianische Vesper' p.* 86, *n.* 1.

*F. 427d.* De bello quod ordinatum fuit inter regem Karolum et Petrum regem Aragonum de consilio sapientum occasione regni Sicilie.

---

*f. 427d. *contra eum cepit *cum inmenso navigio proficisci*[a]. *Sapientes vero milites utriusque partis, scilicet regis Karuli et Petri Arágonum, nolentes, quod tam magna multitudo gentium deperiret, inter ipsos bellum in hunc modum fieri statuerunt, videlicet quod electi sunt ex utraque parte sex probi milites et discreti, qui ordinent et disponant, in quo loco, quomodo, qua forma, quando et qualiter fieri debeat bellum istud*[a]. *Qui omnes concorditer ordinarerunt et statuerunt pro meliori, quod bellum istud fieri debeat in civitate Burdegalensi sita in Guasconia sub potestate et dominio regis Anglie. Et dicti milites inviolabiliter firmaverunt, quod uterque rex, Karolus et Petrus Arágonum, centum ex suis militibus, quos voluerint eligere meliores, et idem*[b] *reges personaliter* 1283. Iun. 1. *cum predictis ducentis militibus primo die Iunii esse debeant in loco predicto in M°CC°LXXX°III°, indictione XI*[a c]. *Et in eodem loco et civitate fieri debeat quidam campus clausus undique, ita quod nullus intrare valeat vel exire, et per ipsum domnum regem Anglie, utriusque partis amicum, debeat fideliter custodiri, ita quod nullus preter dictos reges et ducentos milites possit eques vel pedes intrare*[c]. *Que omnia dicti reges Karolus et Petrus iuraverunt ad sancta Dei evangelia firmiter observare, et in prefixo termino ad predictum locum absque impedimento corporis cum predictis ducentis militibus penitus se ituros et contra seipsos corporaliter pugnaturos*[a]. *Item iuraverunt ad sancta Dei evangelia, quod ille, qui non esset in loco predicto in termino ei superius constituto,* *f. CCCC28a. *non rex, sed falsus *et proditor infidelis appellari debeat toto tempore vite sue nec unquam decetero honorem aliquem in hoc mundo consequi vel habere, sed se falsarium, proditorem et infidelem debeat appellare: et si ab aliquo interrogatus fuerit, nemini neget, sed undique*[d] *omnibus et singulis publice fateatur*[a]. *Serenissimus vero rex Karolus et illustris sacrosancte matris ecclesie Romane et fidei Christiane clipeus et protector secundum pacta et conventiones superius prelibatas in prefixo termino coram domno Iohanne de Grili, milite et senescalco*[e] *illustris regis Anglie, et aliis quam pluribus iustitiariis et officialibus dicti regis Anglie, locum ipsius in Guasconia et specialiter in civitate Burdegalensi tenentibus, in dicta civitate cum suis centum militibus ad predictum bellum faciendum se corporaliter presentavit, eodem*[f] *die et termino statuto ipsum Petrum a mane usque ad vesperam expectando*[e]. *Qui Petrus, licet a pluribus fide dignis visus fuisset sanus corpore ante dictam diem primam Iunii et ita civitatis*[g] *predicte propinquus*[h], *quod se, si vellet, in civitate predicta et in die predicto poterat presentare, non tamen venit nec comparuit, nec ipse nec aliquis pro eo se aliquatenus excusavit.*

*Cum vero dictus Petrus Arágonum per rationes et iura superius allegata ab omni honore regio spoliari debeat et privari et semper in ignominio*[b] *ducere vitam suam, domnus legatus*[1] *de mandato summi pontificis dedit regnum Arágonum illustri regi Francie pro filio suo*[2]*: et ipse rex Francie illud recepit et misit gentem suam ad invadendum regnum*

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sic c. et Alb. Mil.* c) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* d) *sic c.;* unidique *Alb. Mil.;* unicuique *conicere posses.* e) sescalco *c. et Alb. Mil.* f) presentauit eodem die et termino statuto. ipsum *distinctum in c.* g) *sic c. et Alb. Mil.; lege* civitati. h) propinq⁹ *c.*

1) *Iohannes Cholet card. presb. tit. S. Caeciliae. Cf.* Potthast *nr.* 22061, *dat. a.* 1283. *Aug.* 27. 2) *Cum haec scribebantur, nondum constabat, cui filiorum Philippi III. regis regnum Arragoniae tradendum esset, postea Karolo filio eius concessum est; cf.* Potthast *nr.* 22131, *dat. a.* 1284. *Maii* 5.

*F.* 428[b]. De conbustione loci fratrum Predicatorum apud Veronam.
De conbustione dormitorii fratrum Minorum apud Lugdúnum.
*F.* 428[c]. De pluvia que descendit, cum celum esset serenum. Et de magnis tonitruis penultima die Febr. auditis. Et quod Parmenses pontem Domine Egidie fecerunt lapideum.

---

*predictum ex partibus Navarre. Et ordinavit facere statim in Catelogna* **exercitum* 1283. **f.* 428[b].
*generalem. Domnus rex Karulus vadit in Franciam et debet esse ad parlamentum cum domno rege Alamannie*[a, 1]. *Rex Francie et rex Anglie mittunt gentem suam in subsidium regis Castelle*[2] *contra filios suos*[3]. *In quo succursu venit Boyses rex Maroc*[c, 4] *cum decem milibus militum, et iam multas terras recuperavit. Et facta est concordia, quod nepotes regis Francie debent habere regnum post mortem ipsius regis Castelle*[b]. *Rex Portugallii*[d] *et Algurbii*[c, 5] *scripsit regi Francie et regi Anglie et misit nuntios speciales dicendo, quod dolet de fatuitate domni Petri, cognati sui, et quod paratus est facere quicquid volunt*[b]. *Rex Anglie subtraxit filiam suam*[6], *quam dare debebat filio*[7] *domni Petri predicti. Et rex Maióre*[c, 8] *misit sollemnes ambaxatores et litteras dicendo, quod de negotiis fratris sui non vult se intromittere. Et pro firmo creditur, quod pacta secreta sint firmata inter ipsum et regem Francie. Data*[e] *Moysaci XXVII*[a] *mensis* Iun. 27.
*Iunii XI*[e] *indictionis.*

Et nota, quod his diebus, quibus isti duo reges ordinaverunt istud bellum, papa Martinus quartus interposuit se et prohibuit illud[9], ne fieret, quantum potuit, de fratrum suorum cardinalium consilio et asensu[f], nec valuit prohibitio eius, quin obstinato animo Karolus vellet facere, si Petrus Arágonum voluisset. [Verumtamen[g] aliqui excusant Petrum Aragonie regem, ex eo quod[h] se a bello ordinato subtraxit, dicentes, quod ideo hoc fecit, quia rex Francie prope locum futuri certaminis stabat paratus cum militibus suis, ut patruo[i] suo regi Karolo, si indigeret, daret succursum]. [Aliqui[k] vero dixerunt, quod sub forma et habitu mercatoris venit[10] ad terram, in qua bellum erat futurum, propter iuramentum servandum, et fecit inde fieri instrumentum, sed quia timebat, ne rex Francie superveniret in adiutorium Karoli, ideo se subtraxit a bello].

Item in hoc millesimo supraposito conbustus est locus fratrum Predicatorum in civitate Verone, et dampnificati sunt ultra modum. Nam libri eorum et calices sunt conbusti. Idem infortunium accidit fratribus Minoribus apud Lugdunum, 1248?
quando papa Innocentius quartus cum cardinalibus *suis habitabat ibidem, post **f.* 428[c].
festum nativitatis[l] Domini, in sero sancti Stephani. Nam frater Petrus de Bella- *Dec.* 26.
villa quidam vetulus studebat, ut predicaret in crastinum, et cum dormitasset,

a) alamaie *c.*; alamanie *Alb. Mil.* — *Sequitur* ℭ *atram. nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sic c. et Alb. Mil.* d) portigalii *Alb. Mil.* e) Datum *Alb. Mil.* f) *sic c.* g) *uncis inclusa* (Verumt. — succursum) *in marg. infer. f.* 428[b]. *a Sal. post suppl.* h) *sequitur iam hoc loco* subtraxit *expunctum et linea perducta deletum.* i) uo *abscisum.* k) *uncis inclusa* (Aliqui — bello) *in marg. infer. f.* 428[a]. *posterius quam praecedentia a Sal. suppl.* l) nat. *c.*

1) *Quod colloquium non factum est.* 2) *Alfonsi X.* 3) *Sanctii (Sancionis) IV. Fratres eius Petrus, Iacobus, Iohannes mox partem patris secuti sunt.* 4) *Iakub Abu-Iussuf rex Marroccanus.* 5) *Dionysius.* 6) *Alienoram. Quam Eduardus I. minime iam tunc subtraxit: cf. Potthast nr.* 22049, *dat. a.* 1283. *Iul.* 7. 7) *Alfonso.* 8) *Iacobus rex Maioricae insulae.* 9) *Vide epistolas Martini papae, Potthast nr.* 21955. 21981. 22005. 22006. 10) *Scil. Petrus rex.*

*F.* $428^{d}$. Hoc anno inchoatum est in Parma campanile maioris ecclesie. Et fuit magna frumenti abundantia. Vinum vero in parva copia, sed bonum.
Fructuum etiam magna fertilitas fuit.

---

1248? accensus est ignis; et si clamasset, habuisset succursum. Sed venit ad coquinam
pro situla aque, volens latenter ignem extinguere, et cum rediit, ita ignem inaltatum invenit, quod totum dormitorium cum libris omnibus est conbustum. Et
1249. eodem anno fui ibi cum fratre Iohanne de Parma, generali ministro[1], quem papa
ad Grecos volebat transmittere.

1283. Item eodem millesimo, scilicet $CC^{0}LXXX^{0}III^{0}$, cum habitarem in conventu
*Nov. 1.* Regino, in festo omnium sanctorum post matutinum egrediens de ecclesia intravi
claustrum[2] et steti in prato sub divo, et super me descendebat pluvia grandis,
et desuper videbam eadem hora celum serenum, lucidissimum atque stellatum.
1284. Hoc idem vidi alia vice de die sequenti millesimo, sed stellas videre non potui.
1284. *Febr. 28.* Anno Domini $M^{0}CC^{0}LXXX^{0}IIII^{0}$, indictione $XII^{a}$, penultima die Febr. terribilia tonitrua sunt audita, qualia in festo sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii[3] et Iohannis et Pauli[4] audiri consueverunt, et pluvia descendit et grando.

Item eodem anno Parmenses fecerunt pulchrum pontem lapideum super alveum fluminis Parme in eo loco, ubi antiquitus pons ligneus, qui dicebatur Domine Egidie, habebatur[5]. Fuit autem domina Egidia de Palude, que pontem illum ligneum
*f. 428d.* antiquitus fieri fecerat occasione porte civitatis, quam commune Parme dederat domno
Bonacurso de Palude, et illa occasione erat vassallus communis Parme, quia illam portam tenebat et habebat ab eo. Sed processu temporis propter partes et discordiam, que fuit inter ecclesiam et imperium, Parmenses portam illam usque ad fundamentum totaliter diruerunt in odium imperialis partis. Item hoc anno in Parma inchoatum est campanile novum et pulchrum inter maiorem ecclesiam et canonicam, ubi prius erat antiquum[6]. Item eodem[a] anno fuit abundantia magna frumenti. Vinum vero in parva copia fuit respectu preteriti anni[b, 7]. Copia
*v. 4.* et fertilitas fructuum magna fuit iuxta verbum quod scriptum est Levit. XXVI*:
*Pomis arbores replebuntur.* Misericorditer fecit Deus, quia pluribus precedentibus
*v. 25.* annis arbores propter erucas sine fructu fuerunt[8]. Unde Dominus Ioelis II*:
*Reddam vobis annos, quos comedit locusta et*[d] *brucus et rubigo et eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.*

Item in hoc millesimo multa facta sunt heu! non digna relatu, tamen non silentio subticenda. Nam absente rege Karulo filius eius[9], cui dederat
*(Iun. 5).* principatum Apulie, ivit et pugnavit cum exercitu Petri Aragonum bello marino, et succubuit ipse cum exercitu suo et ductus fuit ad carcerem. Nec fuit ibi rex Aragonie, sed admirandus eius[10] cum suis[c]. Veniens autem rex Karolus
*(Iun. 8).* Neapolim post paucos dies a captione filii, congregata contione, dixit, quod filius

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) et *deest Vulg.*

1) *A.* 1249. *mense Aprili; cf. supra f.* $338^{d}$. $343^{c.d}$, *p.* 309. 321 *sq.* 2) *Ital.* chiostro, *nobis* Kreuzgang. 3) *Iun.* 19. 4) *Iun.* 26. 5) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 698; *supra f.* $236^{d}$, *p.* 69, *quod folium Sal. a.* 1283. *Aug.* 10. *scripsit. Tunc igitur iam exstruebatur pons lapideus.* 6) *Cf. ibid. p.* 696. 7) *Nota* sed bonum *in inscriptione columnae additum hoc loco non legi.* 8) *Cf. supra f.* $421^{a}$, *p.* 507. 9) *Karolus II.* 10) *Rogerius de Loria.*

*F.* CCCC29[a]. Quod captus est filius regis Karuli ab exercitu Petri regis Aragonie bello marino.

Quod civitas Mutine hoc anno destrui cepit, et facte sunt due partes ex ea preter partem imperialem, que diu erat extra. Et pluries sunt congressi intrinseci cum extrinsecis, et semper extrinseci victoriam habuerunt.

---

erat stultus et fatuus et insensatus et quod[a] insipienter *fecerat sine suo consilio eundo ad pugnam, et ideo de eo curare nolebat[1], ac si nunquam natus fuisset. Et exheredavit eum et abstulit ei principatum et dedit illum filio[2] filii capti, quem principatu privavit, et in signum letitie demonstrande et tristicie amovende et nove promotionis nepotis per civitatem cum militibus hastiludium fecit, et sic *finxit se longius ire*[b]. Verumtamen processu temporis in gravi articulo fuit, usque ádeo, ut quantum ad thesaurum ab amicis adiutórium peteret in civitatibus Lombardie. Unde et Parmenses ei duo milia florentinorum aureorum, id est mille libras imperialium, amicabiliter succurrendo dederunt. Puto, quod et alie civitates manum ei[c] porrexerunt adiutricem[3]. Inter istos duos reges, scilicet Károlum et Petrum Arágonum, pro regno Siculorum habendo graves insidie versabantur. Finis istorum ignoratur adhuc. Agitur nunc annus M[us]CCLXXXIIII[us], quando hec scribimus in mense Septembris, in festo exaltationis sancte crucis; et qui diligunt regem Aragonie, multa bona dicunt de eo, qui vero regem Karulum diligunt, ex eo faciunt istud idem.

[Marginalia: 1284. — *f. CCCC29a. — *Luc.* 24, 28. — *Sept.* 14.]

Item[d] eodem millesimo divisa est Mutinensium civitas, et causa divisionis istius quedam homicidia extiterunt[4], que malitiose et turpiter et disconvenienter facta sunt, de quibus nulla fuit punitio vel iustitia observata. Et habitaverunt extra civitatem illi de Rosa sive de Saxolo et illi de[e] Savignano et Garxones cum suis amicis[5], tam *popularibus quam militibus. Et possidebant Saxolum et Savignanum et Monbarançonem. Et breviter omnia loca a strata[6] superius occuppabant[f]. Et fortificaverunt Saxolum includendo omnes domos terre illius et faciendo foveas circum circa. Et discurrebant per episcopatum Mutinensem destruendo, conburendo et depredando, eo quod illi de civitate nollent eos in civitate recipere[b]. Et miserunt Parmensibus dicendo, quod acciperent claves castrorum suorum et omnium fortitudinum, quas habebant, et essent domini sui. Illi vero de civitate licenciaverunt potestatem, quem habebant de Palestrellis[g] de Placentia[7], dando ei salarium

[Marginalia: *f. 429b. — (*Sept.* 29).]

a) ꝗ (quod) *in marg. a Sal. suppl.* b) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* c) ei *in marg. a Sal. suppl.* d) *non versus novus hoc loco coeptus in c., sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.* e) de *a Sal. superscr.* f) *sic* (occup pabant) *c.* — *Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *sic h. l. c.;* Pallastrellis *Alb. Mil.*

1) *Cf. relationem Alberti Milioli, Liber de temp. c.* 304, *p.* 565, *huic ab ipso Salimbene, ut reor, datam.* 2) *Karolo III. Martello.* 3) *Verum putavit, cf. Ann. Placent. Gib. p.* 577. 4) *Ann. Veron. de Romano p.* 427: mortui fuerunt domini Armainus de Munariis et Amadorius de Boscetis per Guidotum de Savignano et quosdam alios, et hoc fuit de mense Iunii; *cf. ibid. a.* 1283. 5) *Qui de civitate die Iul.* 30. *a parte adversaria expulsi sunt; 'Cronache Modenesi' p.* 80; *Ann. Veron. de Romano p.* 428; *Sagacius de Gazata col.* 11; *cf. Ann. Placent. Gib. p.* 578; *Ann. Parm. mai. p.* 697; *infra f.* 487[d]. 6) *Via Aemilia.* 7) *Bernabovem, ut recte addidit Alb. Milioli c.* 306, *p.* 566, *hunc locum exscribens; cf. supra f.* 424[b.c], *p.* 515 *sq.; Cron. Bonif. Morani p.* 80.

1284. suum, et fecerunt potestatem quendam Pistoriensem[1], et diruerunt domos et palatia partis exterioris[a]. Et quando Parmenses miserunt ad eos ambaxatores suos, volentes eos ad pacem reducere, dum[b] irent ambaxatores per civitatem *cf. Esth.* 10, 3. rogando eos, ut facerent ea que ad pacem pertinebant, stabant Mutinenses armati per contratas ante hostia domorum suarum et stridebant dentibus in Parmenses ambaxatores et dicebant: 'Quid facimus? Irruamus in eos et dilaceremus eos, *Eccli.* 11, 33. quoniam isti sunt destructores civitatis'[c]. Et sic *pone*bant *maculam in electis*, cum econtrario Parmenses multis temporibus pro eis contra Bononienses pugnaverint pro Mutina conservanda[c]. Et ambaxatores missi a Parmensibus ad Mutinenses fuerunt isti: Capitaneus populi[2] et domnus Egidius de Mille-ducibus, qui est *f. 429c. dominus legum, et *alii plures, qui retulerunt postea Parmensibus hec eadem in palatio in pleno consilio generali. Et ridebant Parmenses, cum talia audiebant, *cf. Iudith* 8, 8. nec fuit aliquis ex eis, qui contra Mutinenses propter hoc diceret verbum malum[d]. Sciebant enim bene, quod ipsi non destruxerant Mutinam, sed causa destructionis Mutine fuerat guerra, que erat inter Boschettos et illos de Savignano. Et maiores qui erant in civitate Mutine et capitanei fuerunt et sunt Rangones et Boschetti et Guidones. Et in principio, quando guerra ista inchoata est, fecerunt Mutinenses intrinseci magnum apparatum armorum et omnium rerum, que ad pugnan- *(Aug. in.)* dum necessarie erant, et oneraverunt plaustra victualibus, balistis et armis et duxerunt exercitum copiosum contra Mutinenses exteriores, credentes omnes involvere. Et[b] venerunt versus Saxolum cum omni isto apparatu et ceperunt pugnare cum hominibus de Saxolo. Est autem Saxolum quoddam castrum, quod per X miliaria distat a Mutina super ripam fluminis Situle. Porro Mutinenses extrinseci erant in Savignano[c]. Cum autem domnus Manfredinus de Saxolo audivisset, quod suis inferebatur bellum, et quod cum hostibus viriliter dimicabant auxilium expectando, provocatus animo[e] dixit his qui ex parte sua erant: 'Si quis est meus amicus, iungatur michi et modo ostendat, et pugnemus viriliter hodie pro animabus nostris et amicorum nostrorum'[c]! Secuti sunt igitur eum omnes a parvo usque ad maximum[3], qui apti erant ad prelium, exceptis custodibus Savi- *(Aug. 7). *f. 429d. 4. Reg.* 10, 25. gnani, et irruerunt viriliter et acriter super Mutinenses interiores *et *percusserunt eos* et interfecerunt *in ore gladii*[4], et multos[5] ceperunt et abstulerunt eis omnia victualia et arma bellica. Sed et ipsi, cum vidissent insultum et audatiam inimicorum et concivium suorum, conversi sunt in fugam, proicientes arma bellica et vestes et omnia que habebant, animas suas tantum salvare cupientes. Tunc Parmenses audientes hec omnia miserunt Reginis octo sollemnes ambaxatores, qui *4. Reg.* 6, 10. omnes potestates terrarum extiterant *non semel neque bis*, qui rogabant Reginos ex parte communis Parme, ne stulticarent, sicut stulticaverant Mutinenses, et ne vellent civitatem suam destruere; et fuerunt Regii diebus non paucis, quos vidi et visitavi, quia in conventu Regino habitabam tunc temporis[c]. Ambaxatores

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) malum *in marg. a Sal. suppl.* e) *sic potius* (aīo), *ut Alb. Mil. habet, quam* oīo (omnino) *scriptum videtur esse in c.*

1) *Rainaldum de Canzeleriis: Ioh. de Bazzano et Bonif. Morani Cron. p.* 80. 2) *Miletus de Griffis Brixiensis: Ann. Parm. mai. p.* 696. 3) *Cf.* 1. *Reg.* 5, 9: a parvo usque ad maiorem; 4. *Reg.* 25, 26. *et Ierem.* 42, 1: a parvo usque ad magnum. 4) *Die Aug.* 7. *hoc proelium factum esse dicit Sagacius de Gazata col.* 11, *quod et ipse Sal. infra f.* 433[d]. *quodammodo confirmat dicens hoc proelium* die Lune *commissum esse; cf. Ann. Placent. Gib. p.* 578; *Ioh. de Bazzano p.* 80; *Ann. Parm. mai. p.* 697. 5) *Plus quadringentos captos esse dicunt Ann. Placent. Gib. et Sagacius l. l.*

autem isti fuerunt: Domnus Matheus de Corigia, domnus[a] Bonacursus de Mon- 1284. tilio, domnus[a] Rolandus Puttagius, domnus[a] Rolandus de Adhegheriis, domnus[a] Hugolinus de Rubeis, domnus[a] Egidiolus de Marano et duo alii populares, quorum nomina memorie non occurrunt[b]. Quibus responderunt dicentes, quod de Parma civitate sua curam haberent et sollicitudinem custodiendi eam, quia bene custodirent Regium suam civitatem, ne destrueretur. Hoc ideo dixerunt Regini, quia ambitio et zelotipia quedam erat in Parma sicut et in Regio[1], quasi dicerent: *Medice, cura teipsum*[c]. Nam in Regio preter partem imperialem, que diu exterius *Luc. 4, 23.* erat expulsa et vagabunda et vagipalando exulabat, due partes surrexerant ex parte ecclesie pullulate, quarum una dicebatur Superior, alia Inferior censebatur[2]. *In Superiori parte civitatis Regine principales erant et capitanei: [domnus[d] Aço **f. ccccxxx a.* de Manfredis et domnus Antonius de Robertis et Thomasinus filius suus] et domnus Matheus de Foliano* cum suis sequacibus[b]. In Inferiori vero parte principales erant: domnus Rolandinus de Canussa et domnus Franciscus de Foliano [et[e] frater suus prepositus Carpineti[3]] [et[f] domnus Guido de Albareto et Icilinus[4] filius suus et alius filius suus domnus Rolandus abbas Canusinus et Scarabellus[5] et Manfredinus de Guertio et domnus Hugo Conradi cum Conradino filio suo et domnus Iacobinus de Panceriis cum Thomasino filio suo et domnus Bartholomeus de Panceriis cum Çacharia filio suo et domnus Guillielmus[g] de Lupicinis abbas Sancti Prosperi, qui fecit pacem cum Bojardis[h] et remansit in monasterio suo, et domnus Garxendonius de Lupicinis. Hic sinistravit partem suam relinquendo et adhesit domno Matheo de Foliano et affinitate coniunctus est[i] ei, accipiendo filiam eius et dando eam Hugolino filio suo[6]. Item domnus Guido de Lupicinis et alii plures] cum suis sequacibus. In Parma autem erat ista divisio: Domnus Opiço[k] Parmensis episcopus capitaneus erat partis unius cum sequacibus suis[c]. Ex altera vero parte erat domnus Hugo Rubeus, eius germanus consanguineus, quia filii duarum sororum erant, qui duo fuerunt nepotes domni pape Innocentii quarti[7]. Porro cum domno Hugone Rubeo erant illi de Corigia et multi alii de Parma digni relatu. Pompe et ambitiones iste sunt et penitus abiciende et contemnende ab hominibus habentibus sensum, quia apostolus in prima ad Cor. dicit I*: **v. 10.* *Obsecro autem vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis scismata.* Videntes itaque Regini et cognoscentes, quod non curialiter responderant Parmensibus in ambaxatoribus suis, penitentia ducti necnon et necessitate coacti elegerunt ambaxatores aliquos et miserunt eos Parmam et obtinuerunt a Parmensibus quicquid petere voluerunt; et fecerunt eos iurare per animam suam, quod observarent omnia que petebant, que sunt hec, videlicet: si aliqua pars de Regio malitiose expelleret aliam, semper iuvarent partem

*) *Post haec erasa:* et domnus Iacobinus de Rodelia et domnus Guido de Tripolis.

a) Dn̄s *cum* D *littera maiuscula c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) Dn̄s — filius suus *aliis erasis a Sal. minoribus litteris post inscripta. Quo loco antea pauciora scripta erant, nam* suus *iam superscriptum est.* e) et — Carpineti *aliis erasis post a Sal. inscripta.* f) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* g) Guilłs *c.* h) *sic cum* j *longo c.* i) ē (est) *a Sal. superscr.* k) *manu saec. XV. in marg. add.:* de Sancto Vitalle.

1) *Cf. supra f.* 367[c], *p.* 379. 2) *Cf. Cont. Reg. Libri de temp. p.* 578. *et ibid. n.* 8. 9. *Italice partes dicebantur* di sopra *et* di sotto; *infra f.* 467[a]. 3) *Bernardus de Foliano.* 4) *Qui infra f.* 466[c]. 485[d]. *recte Açolinus dicitur.* 5) *De quo vide infra f.* 466[c]. 485[d]. 6) *Cf. infra f.* 484[a]. 486[a]. 7) *De Opizone et matre eius vide supra f.* 233[a. c], *p.* 61 *sq. Hugo Rubeus fuit filius Bernardi Rolandi Rubei, qui sororem Innocentii IV. papae uxorem habuit; cf. supra f.* 293[a]. 359[d], *p.* 199. 362.

*F.* 430[b]. De quibusdam civitatibus Lombardie, que mutuo amore se intime diligebant.

---

1284. iniuste expulsam, et multa alia, que ad pacem conservandam efficaciter pertinebant[a, 1]. *f. 430b. *Ambaxatores autem, qui Parmensibus a Reginis fuerunt transmissi, isti fuerunt, scilicet domnus Rolandinus de Canussa et domnus Guido de Tripolis et quidam iudex domnus Petrus de Albinea, qui fuit prolocutor et concionator istorum[a]. Qui etiam, cum essent in hospitio suo in burgo Sancte Christine, audientes de Asdenti propheta Parmensium[2], miserunt pro eo, ut de statu suo consulerent eum. Cui imposuerunt super animam suam, ne subtraheret aliquod verbum de futuris, que Dominus facere disponebat[a]. Quibus respondit, quod, si conservarent se in pace usque ad Christi nativitatem, evaderent iram Dei, alioquin biberent de calice ire Dei[3], sicut biberant Mutinenses. Cui responderunt, quod optime conservarent se[b] in pace, quia mutuo matrimonia facere disponebant ad pacem et amiciciam conservandam. Quibus ipse dixit, quod hec omnia fraudulenter fiebant ab eis et sub quodam veneno et velamine pacis[a, 4]. Reversi sunt itaque ambaxatores Regini, et a matrimoniis cessaverunt, et magis preparant se ad arma bellica fabricanda et congreganda quam ad pacem mutuo conservandam, ut in eis impleatur illud Michaelis Scoti, quod dixit in versibus suis, in quibus predixit futura:

*Et Regii partes insimul mala verba tenebunt*[5]. Versus.

His diebus iste civitates magno federe amicicie et amoris vinculo copulate erant atque coniuncte, scilicet Placentia, Parma, Cremona, Regium, Mutina, Bononia, Feraria, Brixia. Nam omnes erant ex parte ecclesie. Pars vero imperialis iam diu de civitatibus suis exterius exulabat et ibat vagabunda per mundum sine *f. 430c. spe re*deundi, quantum erat ex parte illorum de ecclesia[c]. Mantua vero excepte actionis erat[d] propter domnum Pinamontem[6], qui dominabatur in ea. Supradicte igitur civitates audientes omne malum, quod Mutinensibus accidisset, elegerunt ex seipsis sollemnes ambaxatores, quos miserunt Regium, ut ibi facerent parlamentum ad hoc ipsum, ut civitatem Mutinam ad pacem reducerent, si aliquo modo possent; et nullo modo potuerunt, cum multis diebus super hoc laborassent[c, 7]. Et fuerunt ibi ambaxatores ex utraque parte Mutine, exterioris et interioris[a]. Tandem ambaxatores hoc decreverunt et ordinaverunt et statuerunt, ut nulli parti consilium darent nec succursum nec adiutorium nec favorem, tum quia noluerunt eis consentire pro bono suo et pace habenda, tum etiam quia non poterant offendere aliquam partem ex Mutinensibus, quin offenderent suos, eo quod omnes ex ecclesiastica parte fuissent, [tum[e] etiam ut removerent spem á Regio et aliis civitatibus sue partis non[f] habendi adiutorium ab eis, si similiter stulticarent][e].

Eccli. 15, 14. Tunc Mutinenses videntes se derelictos *in manu consilii sui*[8] ab omnibus suis amicis, in quibus habebant fiduciam, miserunt Florentiam et ad alias Tuscie civi-

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) se *a Sal. superscr.* c) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* d) erat *alio atram. a Sal. superscr.* e) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. post suppl.* f) non *supervacaneum est.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 697. 2) *De quo cf. supra f.* 400[d]. 423[a], *p.* 457. 512, *infra f.* 431[a, b], *p.* 532. 3) *Cf. Is.* 51, 17: quae bibisti de manu Domini calicem irae eius. 4) *Cf. v.* 34. *vaticinii Michaelis Scoti mox laudandi, supra p.* 361: ducto velamine pacis. 5) *Est versus* 22. *versuum f.* 359[c], *supra p.* 361. *editorum, sed ibi post a Sal. additus.* 6) *de Bonacolsis.* 7) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 697. 8) *Eccli.* 15, 14: reliquit eum in manu consilii sui.

*F.* 430[d]. Quod Regini licentiaverunt potestatem, quem habebant, domnum Tobiam de Rangonibus de Mutina[a], ut iret viam suam, et elegerunt potestatem capitaneum, quem habebant.

*F.* CCCC31[a]. De propheta Parmensium qui appellatur Asdenti, quem episcopus Parmensis consuluit, et ad quem consulendum de futuris veniunt multi alii.

---

tates, ut conducant soldadherios ad congregandum exercitum oportunum, ut una 1284.
pars aliam dissipet et confundat. Talia sunt hodie in octava nativitatis[b] beate *Sept.* 15.
virginis; finis ignoratur istorum[c]; verumtamen, *si fuerit vita comes*, finem videre 4. *Reg.* 4, 16.
poterimus.

Tunc[d] Regini domnum Tobiam de Rangonibus de Mutina, potestatem suum, (*c. Sept.* 1).
licentiaverunt, ut iret viam suam et rediret in Mutinam civitatem suam[1], dato
sibi salario suo honorifice et decenter[e]. Fuit autem triplex causa, quare licentiaverunt eum, scilicet quia novus erat *in regimine, nunquam enim aliquam potesta- *f.* 430[d].
riam habuerat nisi istam, et contra aliquos acriter et iniuste insurgebat, ut eos
mulctaret et in compedibus poneret pro levissima culpa. Quod Reginis displicuit.
Ideo dicit sapiens in Prover. XXVIII*: *Dux indigens prudentia multos opprimet per* *v. 16.
*calumniam; qui autem odit avariciam, longi fient dies eius.* Secunda causa fuit, quia
impeditam linguam habebat usque ádeo, ut auditores provocaret[f] ad risum, quia,
cum volebat dicere in consilio: 'Audivistis quod propositum est', dicebat: 'Audivistis propottam'. Et sic deridebant eum, eo quod esset elinguis. Erat enim
traulus[g]. Verumtamen plus deridendi essent[h] qui tales homines ad dominium eligunt, qui sunt valoris nullius. Quod[i] est signum, quia *similia similibus gaudent*[2],
et quod reguntur amore privato et parum curant de utilitate communi. Ideo de
talibus dicit sapiens in Prover. XXIX*: *Homines pestilentes dissipant civitatem, sapientes* *v. 8.
*vero avertunt furorem*[g]. Item de malis rectoribus dicit ibidem*: *Cum impii sumpserint* *v. 2.
*principatum, gemet populus.* Item Ecclesiastes X*: *Est malum, quod vidi sub sole, quasi per* *v. 5. 6.
*errorem egrediens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi et divites sedere deorsum.* Tertia causa fuit, quia totis viribus conabatur divisionem in Regio ponere,
ut traheret Reginos ad partem suam interiorem, que erat in Mutina. Quod Regini
perpendentes deposuérunt eum de dominio et emiserunt eum, ut rediret ad suos.
Et impleta est scriptura que dicit Isaie XXXII*: *Non vocabitur ultra is qui in-* *v. 5. 6.
*sipiens est prin*ceps, neque fraudulentus appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur,* *f. CCCC31[a].
*et cor eius faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem.* Tunc elegerunt Regini capitaneum suum[3], ut esset eorum potestas, amplificato sibi salario, eó quod esset
homo sapiens et industrius, cuius beneficio et bona fide civitas Regina creditur
conservata. Cui etiam congruere potest quod Ys. dicit XXXII*: *Princeps vero ea* *v. 8.

a) Mut̄ *c.* b) nat̄. *c.* c) istorum *a Sal. in marg. suppl.* d) *non versus novus hoc loco coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit in c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) prouo‖ret *corr.* prouoca ret *c.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* h) eet *corr.* eent *c.* i) *penna mutata.*

1) *Duos menses fere a Kal. Iul. eum regimen habuisse tradunt Alb. Milioli, Liber de temp. c.* 306, *p.* 565 *sq., et Sagacius de Gazata col.* 11. 2) *Macrobius VII,* 7, 12: Similibus enim similia gaudent, *locus allatus ab A. Otto, 'Die Sprichwörter der Römer' p.* 264. *Idem dictum infra f.* 448[a]. *repetitum.* 3) *Rubeum filium Stephani; Alb. Milioli, Liber de temp. c.* 306, *p.* 566.

*F.* 431[b]. Nota mirabile, quia eodem tempore et mense et die et loco capti sunt Pisani a Ianuensibus, quo ceperant ipsi prelatos tempore pape Gregorii noni.

---

*que digna sunt principe cogitabit et ipse super duces stabit.* Hic fuit oriundus de
civitate que dicitur de Castello.
1284. His diebus dominus Opiço Parmensis episcopus prophetam Parmensium qui
dicitur Asdenti invitavit ad prandium et de futuris diligenter quesivit ab eo. Qui
dixit audientibus multis, quod usque ad breve tempus Regini et Parmenses tribu-
lationes multas erant passuri; et de morte summi pontificis pape Martini quarti
predixit similiter, omnium istorum tempora determinando et specificando, que
ponere nolo; et quod succedere debebant tres summi pontifices et ab invicem
discedere, quorum unus esset legittimus, duo vero non legittime facti. Et de de-
structione Mutine, ante quam eveniret, predixerat[a]. Nec est aliter iste propheta,
nisi quia illuminatum intellectum habet ad intelligendum dicta Merlini et Sibille
et abbatis Ioachym et omnium qui de futuris aliquid predixerunt[1]. Et est curialis
homo et humilis et familiaris et sine pompa et vana gloria; nec aliquid dicit affir-
mando, sed dicit: 'Ita videtur michi, et ita intelligo ego istam scripturam'. Et
cum aliquis legendo coram eo aliquid subtrahit, statim percipit et dicit: 'Tu de-
*f. 431[b]. cipis me, quia aliquid dimisisti'[a]. Et de diversis partibus mundi *multi veniunt
ad ipsum interrogandum. Nam bene per tres menses ante predixit infortunium
Pisanorum; et quidam Pisanus ex certa industria ad ipsum interrogandum Parmam
venit[b] de Pisis post duplicem cum Ianuensibus iam conflictum. Nam Pisani et
1283. Ianuenses bello marino tribus vicibus mutuo sunt congressi. Semel M°CC°LXXXIII°[2]
1284. et bis in M°CC°LXXXIIII°. Et in primis duobus conflictibus inter mortuos et
captivos computantur sex milia Pisanorum. Inter quos comes Facius ductus fuit
(*Maii* 1). ad carcerem Ianuensium[3], et etiam multi alii[c] digni relatu[a]. Et dum adhuc
inter ipsos in mari pugna valida ageretur, intravit quidam Ianuensis quandam
navem Pisanam et multis laminis argenteis oneravit seipsum; et cum esset ferro
armatus et laminis oneratus et navem suam denuo vellet ascendere, attingere non
*Exod.* 15, 5. potuit, immo[d] cecidit et *descendit in profundum quasi lapis* cum argento et ferro
et forte cum sceleribus multis. Audivi hec omnia a lectore Ravenne, qui
Ianuensis erat et de Ianua noviter veniebat. Et nota mirabile atque considera,
quia eodem tempore et mense et die et loco capti sunt Pisani a Ianuensibus, quo
ceperant ipsi prelatos tempore bone memorie Gregorii pape noni[4], ut advertas

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) uenit *in marg. a Sal. suppl.* c) alii *in marg. a Sal. suppl.* d) immo cecidit *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Eadem fere vide supra f.* 423[a], *p.* 512; *cf. etiam de Benvenuto Asdenti f.* 400[d]. 430[b], *p.* 457. 530. 2) *Die Iul.* 4; *Iacobi Aurie Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 302. 3) *Hic captus est ante alterum proelium navale a.* 1284. *Maii* 1. *commissum ipso hoc die; Iacobi Aurie Ann. Ian. l. l. p.* 306; *Tolomei Lucensis Ann., 'Documenti di storia Italiana' VI, p.* 93. 4) *Praelati a.* 1241. *Maii* 3. *capti sunt, alterum proelium, de quo Sal. cogitat, die Maii* 1. *commissum est. Tertium proelium die Aug.* 6. *eodem loco commissum esse, quo praelati capti sint, Ann. Parm. mai. p.* 697. *et Tolomeus Luc., Ann. p.* 74. *(scilicet* alla Meloria*) et Hist. eccl. XXIV,* 18, *Muratori, SS. XI, col.* 1193, *(ex Gestis Lucanorum; cf. cod. Palat.* 571, *f.* 12[v]; *Cronichetta Lucchese a.* 1242, *ed. S. Bongi in 'Atti della R. accad. di scienze' etc. XXVI, p.* 249*), et Ioh. Villani VII,* 92, *fortasse secutus Tolomeum, falso referunt. Illi enim in proelio inter insulas Monte Cristo et Giglio commisso capti sunt.*

*F.* 431[c]. De Parmensibus, qui soliti sunt dicere, quod vindicta XXX[a] annorum satis est tempestiva; quod in sancto Britio bene patuit post mortem sancti Martini.

*F.* 431[d]. De mutuo et gravi bello marino quod inter Pisanos et Ianuenses factum fuit hoc anno.

---

verum esse quod Dominus dixit Zacharie II*: *Qui enim tetigerit vos, tangit*[a] *pupil-* *v. 8.
*lam oculi mei.* Et iterum Iob XXIIII*: *De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima* *v. 12.
*vulneratorum clamabit*[b], *et Deus inultum abire non patitur.* Et Ys. *XLVII†: *Ultionem* *f. 431c. †v. 3.
*capiam, et non resistet michi homo.* Quare? Quia[c] *mea est ultio, et ego re[tribuam].* Deut. 32, 35.
*Deus ultionum dominus, Deus ultionum, libere egit.* Et nota, quod Parmenses, ex Ps. 93, 1.
quibus sum ego, soliti sunt dicere, quod vindicta XXX[ta] annorum satis est tempestiva. Verum dicunt. Patet exemplum in sancto Bricio, cui post XXX[ta] annos episcopatus sui inflicta fuit pena pro vindicta sancti Martini, quem multipliciter afflixerat, et ipse multipliciter postea fuit afflictus. Lege legendam sancti Bricii[1], et videbis, si non est ita ut dico.

Item anno Domini M°CC°LXXX°IIII° videntes Pisani omne malum, quod 1284.
eis a Ianuensibus erat inflictum, volentes suam iniuriam vindicare, multas naves et galeas et vasa marina fabricaverunt in flumine Arni, et instructo navigio ordinaverunt et statuerunt, quod nullus a XX[ti] annis et supra et a LX[ta] et infra remaneret, qui non iret ad pugnam. Et discurrerunt per totam marinam Ianuensem destruendo et conburendo, occidendo et capiendo et depredando[d]. Et discurrerunt per totam contratam illam, qua itur a Ianua in Provinciam, transeundo omnes maritimas civitates, scilicet Nolam, Albenganam et Savónam atque Victimilium, volentes Ianuenses invenire, ut cum eis pugnam committerent[e]. Ianuenses vero ordinaverant, ut nullus ex suis domi remaneret a decem et octo annis et supra et a LXX[ta] et infra, sed cum suis concivibus iret ad bellum; et sic discurrebant
per mare cupientes invenire Pisanos. Tandem reppererunt se inter caput Corsice (Aug. 6).
et Gorgonum[2] et ligaverunt naves simul secundum morem illorum qui pugnant in mari. Et ibi tanta cede ab utrisque pugnatum est, ut etiam celum videretur
compati et plorare. Et multi ex utraque *parte sunt interfecti, et plures naves *f. 431d.
submerse[d]. Cumque iam Pisani victores existerent, supervenerunt Ianuenses cum multis galeis[3] et irruerunt super Pisanos iam fessos; et nichilominus ab utrisque acriter est pugnatum. Tandem Pisani, cum se inferiores esse conspicerent, se Ianuensibus tradiderunt. Qui vulneratos occiderunt, alios ad carcerem servaverunt. Et qui melius habuit gloriari non potest, quoniam utrisque fuit adversa[f] fortuna[e]. Et tantus fletus et ploratus fuit in Ianua et in Pisis, quantus nunquam in illis duabus civitatibus fuit auditus a die conditionis[4] earum usque ad dies nostros[e].

a) *sic hoc loco cum Vulg., alibi semper Sal.* tanget *scripsit ut p.* 89, *l.* 13. *et p.* 119, *l.* 41. *et p.* 342, *l.* 3. *et p.* 419, *l.* 38. b) clamavit *Vulg.* c) *penna mutata.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) auersa *corr.* aduersa *c.*

1) *Videlicet Iacobi Leg. Aureae c. CLXVII*(162), *ed. Grässe p.* 751, *in qua Sal. haec legit.* 2) *Non inter Capo Corso et Gorgonam insulam, sed tribus miliariis a portu Pisano, ut Iacobus Aurie p.* 308. *dicit, ad insulam Meloriam prope Livorno, ut Tolomeus Luc. in Ann. l. l. p.* 93. *et Hist. eccl. l. l. et Ioh. Villani VII,* 92. *dicunt, proelium commissum est. Quinque vel sex miliariis a portu Pisano hoc factum esse Ann. Placent. Gib. p.* 578. *tradunt.* 3) *Obertus Aurie amiragius Ianuensium triginta galeas in subsidio post primam aciem collocaverat, quae a Pisanis in primo incursu non conspectae sunt; cf. Iac. Aurie p.* 308. 4) *Ezech.* 28, 15: a die conditionis tuae.

*F.* CCCC32[a]. Dolorosa narratio dominarum de Pisis pro morte karorum suorum.
*F.* 432[b]. De pestilentia, qua Deus Pisanos percussit.

---

1284. Quis enim sine tristitia et magno fletu referre potest vel etiam cogitare, qualiter
ille due nobiles civitates, ex quibus nobis Ytalicis omnium bonorum copia veniebat,
mutuo sunt destructe ex ambitione tantum et pompa et vana gloria, qua una
aliam superare volebat, quasi mare navigantibus non sufficeret? Inde consuevit
dici: *Iniuriam latam sibi nunquam vindicat apte,* Versus.
*Qui ruit in peius, quo dedecoratur aperte*[1].
*Aug.* 13. Facta sunt autem hec XIII[a] die mensis Augusti, in dominica die[2], in festo sancto-
rum martyrum Ypoliti et Cassiani. Numerum captivorum et interfectorum ex
utraque civitate scribere nolui[a, 3], quia diversimode referebatur. Verumtamen archi-
episcopus Pisanus[4] episcopo Bononiensi[5], cuius frater germanus est, certum nume-
rum in suis litteris designavit, quem similiter scribere nolui, quia expectabam
fratres Minores de Ianua et de Pisis, qui michi certum numerum melius[b] decla-
rarent. Et nota, quod ista pugna et strages, que facta est inter Ianuenses et
Pisanos, prenosticata fuit et demonstrata, ante quam fieret, diu[c]. Nam in villa
Sancti Ruffini in episcopatu Parmensi mulieres, que de nocte linum purgabant,
**f.* CCCC32[a]. viderunt duas magnas stellas *mutuo preliantes. Et retrahebant se multis vicibus
et iterum atque iterum mutuis congressibus dimicabant.

Item millesimo supraposito post bellum, quod Pisani cum Ianuensibus habu-
erunt, multe mulieres Pisane, pulchre domine, nobiles, divites et potentes, congre-
gate simul, aliquando XXX, aliquando XL, de Pisis Ianuam pedestres ibant, ut
suos captivos requirerent et visitarent. Nam aliqua habebat ibi virum, aliqua
*Ps.* 105, 46. filium vel fratrem vel consanguineum, quos non *dedit* Deus *in misericordias in con-
spectu omnium qui ceperant eos.* Cumque a custodibus carcerum supradicte mulieres
suos captivos requirerent, respondebant eis custodes: 'Heri mortui sunt XXX et
hodie XL, quos in mare proiecimus, et sic cotidie facimus de Pisanis'. Cum autem
domine ille de karis suis talia audirent et eos invenire non possent, pre nimia
angustia consternate cadebant et pre nimia anxietate et cordis dolore vix poterant
respirare. Post paululum vero resumpto hanelitu cum[d] unguibus facies suas dila-
1. *Reg.* 30, 4. cerabant et descerpebant[e] crines. Et elevata voce eiulatu[f] magno plorabant, *donec
*v.* 27. 28. *in eis lacrime defecissent.* Tunc impleta est scriptura que dicit I. Machabeorum I*:
*Speciositas*[g] *mulierum inmutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum, et que sedebant*[h]
*in thoro maritali lugebant.* Nam inedia et fame et penuria et miseria et angustia
*Ps.* 105,41.42. et tristicia Pisani in carceribus moriebantur, quia *dominati sunt eorum*[i] *qui oderunt
eos*[k]. *Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum,* nec
**f.* 432[b]. di*gni habiti sunt sepulchris patrum suorum[6], sed privati sunt sepultura. Cum

a) noli *corr.* nolui *c.* b) melius *in marg. a Sal. suppl.* c) diu *in marg. a Sal. suppl.* d) co *manu recentiore, quae multa verba inferioris partis huius paginae, quae evanuerant, atramento superlito renovavit c., Sal.* cu *scripsisse videtur, ut Alb. Mil. habet.* e) *sic c., ubi* scerp (*non* de) *recentiore manu scriptum;* disternebant *Alb. Mil.* f) *sic Alb. Mil.;* eiulata magna *recentiore manu, quae haec verba renovavit, c. Quae Sal. scripserit, hoc loco cognosci non potest.* g) ciositas *legere nequivi in c., quod e Vulg. restitui.* h) sedeb *legere nequivi, e Vulg. restitui.* i) *sic Alb. Mil.;* earum *manu recentiore renovatum.* k) eos *a Sal. superscr.*

1) *Iam supra f.* 336[d], *p.* 300. *hi versus allati sunt.* 2) *Immo die dominica Aug.* 6, *ut Iacobus Aurie p.* 308. *et Ann. Placent. Gib. p.* 578. *et alii tradunt.* 3) *Quem scripsit infra f.* 452[b]. 4) *Rogerius de Ubaldinis.* 5) *Octaviano II. de Ubaldinis.* 6) *Cf. Act.* 5, 41: quoniam digni habiti sunt; 1. *Mach.* 2, 70: sepultus est . . . in sepulcris patrum suorum.

*F.* 432[d]. Quod Pisani antiquo tempore iverunt cum navibus et galeis et cum stolio navium imperatoris ad obsidendum Ianuensem urbem.

---

autem predicte mulieres Pisane domum fuissent reverse, inveniebant alios mortuos, 1284.
quos dimiserant in domibus sospites. Percussit enim Dominus Pisanos pestilentia
illo anno, et multi mortui sunt, iuxta verbum quod scriptum est Amos VIII*: *v. 3.
*Multi morientur, in omni loco proicietur silentium. Neque enim erat domus, in qua*
*non iaceret mortuus,* sicut habetur Exodi XII*[a]. Tunc impletum est illud quod *v. 30.
per Amos V.* dictum fuerat: *Urbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea* *v. 3.
*centum, et de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem.* Item ibidem*: *In* *v. 16. 17.
*omnibus plateis planctus, et in cunctis que foris sunt dicetur: Ve, ve! Et vocabunt agricolam ad luctum et ad planctum eos qui sciunt plangere. Et in omnibus viis*[b] *erit planctus.*
Quare? Audi quare. Ieremias in Trenis I*: Quia *foris interficit gladius, et domi* *v. 20.
*mors similis est.* Gladius enim furoris dominici interfecit Pisanos, quia rebellaverunt contra ecclesiam longo tempore, et quia in mari ceperunt[c] prelatos, qui ad 1241. (Maii 3).
concilium veniebant vocati a bone memorie Gregorio[d] papa nono. Hinc Dominus
ait Levitici XXVI*: *Percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos* *v. 24. 25.
*gladium ultorem federis mei.* Item Deutero. XXXII*: *Foris vastabit eos gladius et* *v. 25.
*intus pavor iuvenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.* Item ibidem*: *v. 42. 43.
*Gladius meus devorabit carnes. De cruore occisorum et de captivitate nudati inimicorum capitis; laudate gentes populum eius, quia sanguinem servorum suorum ulciscetur.* **Et* *f. 432c.
*vindictam retribuet in hostes eorum et propitius erit terre populi sui.* Quatuor annis[1]
habitavi in conventu Pisano in ordine fratrum Minorum, bene sunt anni XL completi, et ideo de Pisanis contristor et Pisis compatior, novit[e] Deus! Et quando
habitabam ibi, domnus Bonacursus de Palude tribus annis continuis de voluntate
imperatoris fuit Pisanorum potestas[2], quem Pisani suum amiragium fecerunt et
prefecerunt exercitui, quem usque ad portum civitatis Ianue duxerunt cum navibus 1243. (Sept.)
et galeis. Et Pisani preter galeas veteres, quas habebant, centum fabricaverunt
de novo occasione illius exercitus; et imperator quinquaginta galeas optime preparatas misit in servitium et adiutorium Pisanorum, quas, cum essem in portu
Pisano, vidi venire de regno[f]. Et Pisani, cum essent iuxta portum Ianuensem (Sept. 19).
cum exercitu suo, multas sagittas, que pro ferro loco acute cuspidis argentum
habebant, in civitatem iecerunt in signum inanis glorie et[g] pompe et memorie
sempiterne[3]. Videntes autem Pisani tunc temporis, quod Ianuenses non egrediebantur ad pugnam, cum magno honore post aliquot dies ad propria remearunt
[conburendo[h] et destruendo que ad Ianuensium territorium pertinebant]. Et
nota, quod, sicut inter homines et serpentes, canes et lupos, equos et grifes naturale est odium, sic inter Pisanos et Ianuenses, Pisanos et Lucenses, Pisanos et
Florentinos. Inter Pisanos vero et Ianuenses occasione dominii maris, quia ex
quadam ambitione quilibet eorum vult maior videri, scilicet Pisanus et Ianuensis.
Et tunc *ascendunt montes,* sed non *descendunt campi.* Hinc Seneca[4] *dixit: *Quietis-* Ps. 103, 8. *f. 432d.

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) vineis *Vulg.* c) u *recentiore manu renovatum c.;* ceperant *Alb. Mil.* d) gregorio *Sal. scripserat, ut Alb. Mil. habet, sed* gregorii *post alio atramento renovatum in c.* e) nouit deus *in marg. a Sal. suppl.* f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* g) 7 (et) *a Sal. superscr.* h) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.*

1) *A.* 1243—1247. 2) *A.* 1243—1245; *cf. Fragm. hist. Pisanae, Muratori, SS. XXIV, col.* 644; *Roncioni, 'Ist. Pisane', 'Archivio stor. Ital.' VI, p.* 503. 3) *Non dubito, quin Sal. de iis retulerit quae a.* 1243. *Sept. gesta sunt; cf. Barthol. Ann. Ian. p.* 211 *sq.; Reg. Imp. V, nr.* 13473a. 4) *Pseudo-Seneca de moribus* § 98, *Senecae Opera ed. Fr. Haase III, p.* 465.

*F.* CCCC33[a]. De odio quod est inter Pisanos et Lucenses et Florentinos et Ianuenses et quibus causis.

Quod Pisani se commendaverunt pape Martino 4to necessitate compulsi.

---

*sime viverent homines, si ista duo pronomina, scilicet meum et tuum, de medio tollerentur*[a].
Inter[b] Lucenses et Pisanos odium est et discordia et malivolentia, quia non solum
ille due civitates contermine sunt, verum etiam quia Pisani ceperunt decem castra
Lucensis episcopi et longo tempore possederunt ea; pro quibus etiam excommunicati fuerunt, et steterunt sic indurati usque ad multa tempora. Erant autem in
montibus castra illa. Porro inter Florentinos et Pisanos idcirco odium habebatur, quia, quando Florentini Pisas veniebant pro mercimoniis emendis, nimis in
accipiendo passagium a Pisanis in portarum exitibus gravabantur[c]. Audientes
1284. ergo Florentini et Lucenses, qui magno vinculo amicitie federati sunt simul, omne
1. *Mach.* 12, 1. malum, quod a Ianuensibus Pisanis erat illatum, et cognoscentes, quod *tempus* eos
*Dec.* *iuvat*, ordinaverunt exercitum contra Pisanos millesimo supraposito in mense Decembri, parum ante nativitatem Christi, cum quibus venire debebant Pratenses,
id est illi de Prato, et Cornetani, id est illi de Corneto, ut residuos Pisanos involverent et funditus, si possent, destruerent atque de terra delerent[a]. Quod[b]
audientes Pisani timuerunt valde, cognoscentes, quod in eis completum erat illud
*v. 62. quod Dominus Iudeis fuerat comminatus implendum Deutero. XXVIII*: *Remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra celi pre multitudine, quoniam non*
*f. CCCC33a. *audistis*[d] *vocem domini Dei vestri*[e]. Tunc Pisani timore perterriti totaliter *se contulerunt ad rogandum Deum et dixerunt: *In nobis quidem non tanta est fortitudo,
ut possimus huic multitudini resistere, que irruit super nos. Sed cum ignoremus, quid
agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te*, II. Para-
*v. 12. lipo. XX*[a]. Et iterum dixerunt Pisani: 'Congregati sunt inimici nostri et gloriantur in virtute sua. Contere fortitudinem illorum, Domine, et disperge illos,
*Ps.* 58, 12. ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster. *Disperge illos in virtute tua* et destrue eos, *protector* noster *Domine!*' Et iterum: 'Congregate sunt gentes[1] in multitudine, ut dimicent contra nos, et ignoramus, quid
1. *Mach.* 3, 52. 53. agere debeamus[2]; domine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus[3]. *Tu scis
que cogitant in nos, quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum*[f], *nisi tu adiuves
nos?*[g]' Cum igitur Pisani taliter perorassent, impleta est scriptura que dicit:
*Necesse est divinum adesse auxilium, ubi cessat humanum*[4]. Nam incidit Pisanis consilium bonum, ut claves portarum civitatis Pisane mitterent ad papam Martinum,
ut eos defenderet ab inimicis. Qui suscepit eos gratanter et compescuit insur-
*82, 17. gentes hostes[5]. Et impleta est scriptura que dicit Ps.*: *Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum, Domine.* Et iterum alia scriptura dicit Ys. LX*:

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) grauabantur *radendo corr.* grauabantur *c.* d) audisti *Vulg.* e) tui *Vulg. — Sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) eorum *Vulg.* g) *non signum interrogationis hoc loco in c., sed punctum.*

1) *Cf.* 1. *Mach.* 5, 9. 10: Et congregatae sunt gentes . . . Congregatae sunt adversum nos gentes. 2) *Cf. supra l.* 24. 25. 3) *Ion.* 1, 14: ne pereamus. 4) *Iam quater Sal. supra hoc dictum laudavit, de quo vide p.* 45, *n.* 3. 5) *Falso hoc Sal. sibi persuasisse videtur, cum nesciret, quomodo factum sit, ut civitates Tusciae ab expeditione contra Pisanos cum Ianuensibus iurata desisterent, quod exponit Iac. Aurie, Ann. Ian. p.* 309 *sq. Cf. infra f.* 452[c].

*F.* 433[b]. De imperatore condam F[riderico], qui in Alamannia, ut dicebatur, vivebat adhuc; quod etiam multi crediderunt et ad eum videndum nuntios transmiserunt.

*F.* 433[c]. De filio regis Tartarorum, qui interfecit patruum suum, eo quod Saracenis adheserat.

De Mutinensibus, qui mutuo iterum sunt congressi.

---

*Venient ad te filii eorum curvi, qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi.* Sicut audivimus, sic scripsimus. Talia sunt ho*die. *f. 433b.
Finis ignoratur istorum, illi qui supererunt poterunt videre futura. *Totus mundus* 1. *Ioh.* 5, 19.
in perturbatione est et *positus in maligno.* In fine sumus millesimi ducentesimi 1284.
octogesimi quarti anni.

Item[a] millesimo supraposito insonuerunt rumores, quod Fridericus secundus, qui condam fuerat imperator, in Alamannia viveret; quem sequebatur Theotonicorum maxima multitudo, quibus larga manu faciebat expensas. Et adeo invaluerunt et divulgati fuerunt isti rumores, quod plures civitates Lombardie miserunt speciales nuntios ad videndum et cognoscendum, utrum ita esset necne. Etiam marchio Hestensis misit nuntium specialem[b]. Aliqui etiam Ioachite aliquam adhibebant fidem, quod possibile esset, pro eo quod Sibilla[1] dicit: *Oculos eius morte claudet abscondita* — scilicet Gallicana gallina —, *supervivetque: sonabit et in populis: 'Vivit' et 'non vivit'*[2], *uno ex pullis pullisque pullorum superstite*[b]. Merlinus etiam de eo dicit[3]: *Bis quinquagenarius lene tractabitur.* Quod exponebant Ioachite hoc modo: 'Bis quinquaginta faciunt centum', quasi volentes, quod centum esset annorum[b, 4]. Sed nichil fuit. Processu enim temporis repertum est, quod quidam baratator et trufator erat[5], qui talia simulabat ad lucrum; et sic tam ipse quam sui sequaces ad nichilum sunt redacti[6].

Item millesimo supraposito alii insonuerunt rumores. Dicunt enim veridici relatores, qui de ultramarinis partibus nuper venerunt, scilicet fratres Minores et
Predi*catores, inter Tartaros et Saracenos fore factam maximam novitatem[b]. Aiunt *f. 433c.
enim, quod filius regis Tartarorum defuncti surrexit in prelium contra patruum, qui regnabat et adheserat Saracenis, et occidit eum et Saracenorum multitudinem nimiam interfecit[7]. Insuper mandavit soldano Babylonie[8], ut fugiat in Egyptum, alioquin occidet eum, si eum ceperit, cum venerit ad partes suas, ad quas intendit festinanter venire[b]. Proponit enim, ut dicitur, esse in sabbato sancto in Ieru-

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Erithea; 'N. Archiv' XV, p.* 168. 2) *Haec iam supra f.* 282[c]. 311[a], *p.* 174. 243. *allata sunt.* 3) *'N. Archiv' XV, p.* 176. *et supra f.* 359[a], *p.* 360. 4) *In Expositione Merlini et Sibyllae Eritheae breviore inedita codicis S. Pantaleonis (cf. 'N. Archiv' XV, p. 174) de hoc loco Merlini dicitur:* Ecce prophete dissonant . . . Si bis quinquagenarius fuerit, erit centenarius, si sexagenarius *etc. In maiore vero Expositione Merlini et Sibyllae (cf. supra p.* 360, *n.* 5*):* Opinatur proinde frater Raynerius, quod in prosperitate sua vivet septuagenus, reliquos centenus in tribulatione perficiet. . . . Ego autem Erithee dictis innitens puto, quod pedes habiturus sit LX, quia centenus omnino esse non poterit. 5) *Dietericus Holzschuh (Tile Kolup).* 6) *Haec demum scripta esse videntur, postquam nuntius de Pseudo-Friderico a.* 1285. *Iul.* 7. *combusto in Italiam allatus est, multo igitur spatio intermisso post praecedentia, quae a.* 1284. *exeunte scripta sunt.* 7) *A.* 1284. *Achmed Chan a fratre Arghun Chan, qui Christianis favebat, occisus est. Cf. R. Röhricht, Regesta regni Hierosol. nr.* 1456. 1475; *Potthast, Reg. nr.* 22631—33. 8) *Malik el-Mansur Kelaun.*

1284. salem, et si viderit ignem descendentem de celo, ut asserunt Christiani, promittit
se occisurum omnes Agarenos, quos poterit invenire. Nam, ante quam iret ad prelium iam prefatum cum Georgianis et ceteris Christianis, quibus adhesit, fecit fieri monetam et ex una parte sepulchrum et ex alia litteras continentes: *In nomine patris et filii et spiritus sancti.* Fecit etiam vexilla et arma crucis signaculis[a] insigniri, et in crucifixi nomine de Saracenis et Tartaris sibi contrariis duplicem stragem fecit[b]. Hoc autem audientes soldanus Babylonie et Agareni sibi subiecti, qui festinabant in adiutorium Turculorum[c], recesserunt velociter fugiendo, ne et ipsi male perirent cum inimicantibus Christianis. Explicit.

Item millesimo supraposito Mutinenses intrinseci, id est qui civitatem Mutine tenent, cum Mutinensibus extrinsecis, qui habitant in Saxolo, apud Montale
*Sept.* 19. XII[o] die exeunte mense Septembris, in die Martis ante temporalia[1] iterum sunt
*f. 433[d]. congressi, et pugnatum est acriter ab utrisque, et facta est magna stra*ges. Verumtamen Mutinenses qui habitant in Saxolo, sicut in primo conflictu, qui fuit die
*(Aug. 7). Sept. 19.* Lune in initio guerre[2], sic et in isto, qui fuit die Martis apud Montale, semper superiores et victores fuerunt. Et in istis duobus conflictibus inter mortuos et captivos fuerunt bene quingenti, qui ceciderunt in bello, et in ore gladii[3] aliqui sunt prostrati, aliqui vero in compedibus ad carceres sunt perducti et ibidem detenti[b]. Tunc Mutinenses intrinseci habuerunt quendam Brixiensem, qui se dicebat esse astrólogum et indivinum, cui dabant qualibet die decem denarios grossos argenteos et qualibet nocte tres magnas candelas Ianuenses de mundissima cera. Et promittebat Mutinensibus divinando, quod, si tertio congrederentur, victoriam obtinerent[b]. Cui Mutinenses intrinseci respondebant: 'Nolumus cum inimicis nostris nec die Lune nec die Martis committere pugnam, quia illis duobus diebus ab eis fuimus superati. Alium diem pugnandi eligas nobis et noveris, quod, si non habuerimus hac vice victoriam, quam promittis, eruemus tibi alterum oculum, qui tibi remansit'. Erat enim monoculus et truffator et maximus baratator, [sicut[d] postea demonstravit eventus]. Timens ergo[e] ille, ne mendax inveniretur, asportavit omnia que lucratus fuerat et insalutatis hospitibus recedens ab eis abiit viam
*Deut* 32, 17. suam[b]. Tunc illi de Saxolo ceperunt deridere eos tamquam homines qui *immo-*
*v. 5. *larerunt demoniis et non Deo, diis, quos ignorabant.* Hinc Ieremias dicit XVII*:
*f. CCCC34[a]. *Maledictus homo qui confidit *in homine et ponit carnem brachium suum, et a Domino*
*v. 31. *recedit cor eius.* Hinc Dominus dixit Levitici XIX*: *Ne*[f] *declinetis ad magos nec*
*v. 26. *ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos.* Item in eodem supra*: *Non auguriabimini*[g] *nec observabitis somnia.* Parmenses vero audientes omne malum,

a) signacuĺs *recentiore manu atramento superlito renoratum, Sal.* signaculis *scripsisse videtur;* signaculo *Alb. Mil.* b) *sequitur* ℭ *minio pictum.* c) tũcl'orum *c., litteris atramento superlito recentiore manu renoratis:* Tartarorum *Alb. Mil., quod Sal. certo non scripsit.* d) *uncis inclusa post in marg. infer. a Sal. suppl.* e) g̈ (ergo) *non certo certius legi.* f) Non *Vulg.* g) auguriabimi.' *c.;* augurabimini *Vulg.*

1) *Eundem diem proelii indicant Ann. Veron. de Romano p.* 428; *Ann. Placent. Gib. p.* 578; *Sagacius de Gazata col.* 11; *cf. etiam 'Cronache Modenesi' p.* 80; *Ann. Parm. mai. p.* 697. 2) *Cf. supra f.* 429[c.d], *p.* 528. 3) in ore gladii *saepissime legi in libris biblicis nemo nescit. Cf. supra p.* 528, *l.* 31.

*F.* 434[b]. De versibus Merlini, quos fecit de quibusdam civitatibus Italie, ut sibi cavere possent.

---

quod Mutinensibus accidisset, miserunt ad eos ambaxatores duodecim, volentes eos ad invicem concordare. Sed in vanum laboraverunt, quia *non crediderunt eis nec* 1. Mach. 10,46. audiverunt eos[1]. Hinc Dominus per Ieremiam dixit XV*: *Numquid federabitur* *c. 12—14. *ferrum ferro ab aquilone et es? Divitias tuas et thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus portis*[a] *tuis et in omnibus terminis tuis. Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis, quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.* Facta sunt autem hec, ut scriptura Merlini Anglici vatis impleretur. Fecit enim Merlinus aliquos versus, in quibus futura[a*] presagia civitatum Lombardie, Tuscie, Romagnole et Marchie pleniter et veraciter continentur, quos hic ponere dignum duco. Qui sic inchoant:

Incipiunt versus Merlini[b, 2].

*Venient in mundo et duo erunt sine fine*[c] *utendo*[d].
*Gravia cum dura*[e] *multa sunt inde futura.*
*In Lombardia tunc errabit phylosophia*[f].
*Superbia regnabit, cum ventis tota volabit*[g].
*Ipsa Toscana dicetur a gentibus vana,*
*Peregrinando ibit, diffusa peccando peribit*[h].
*Romandiola sub iugo teneatur a stola*[3],
*Que*[i] *in perpensum tallionem reddit inmensum.*
*Marchia Anchontána*[k] *sub ecclesia stabit Romana,*
*Que semper lanam evellet*[l] *sibi cotidianam*[m].
**Apulia vero tota erit plena veneno.* *f. 434b.
*Multi morientur, et reges*[n] *pro auro delentur.*
*Marchia delusa*[o] *plorabit in sanguine fusa*
*Et diu plorabit*[p], *sub dura potestate durabit.*
*Francia durabit et pluribus preponderabit*[q],
*Et cum*[r] *deiecerit*[s], *effusio sanguinis erit.*
*Alamannia*[t] *imperabit, zizaniam*[u] *mundi fugabit.*
*Qui retinet gentes imperium non diligentes.*
*Provincia*[v] *sola diu stabit sub arida*[w] *stola,*
*Que relevata dicetur et accumulata*[x].

a) *sic c.;* peccatis *Vulg.* a*) fuctura *recenti manu atramento superlito renovatum c.* b) *haec minio scripta sunt.* c) fine *om. Alb.* d) *post omnes versus et Sal. et Alb. punctum posuerunt, Sal. etiam punctum vel ./ semper, Alb. rarissime punctum in medio versu. Sal. versus uncis rubris coniunxit, ut indicavimus.* e) Gr. condura *Alb.* f) phylosophya *Alb.* g) uollabit *Alb.* h) peribit *om. Alb.* i) Quo *Alb.* k) *sic c. et Alb. (sine accentu).* l) u *in loco raso c.* m) codianam *corr.* cotidianam *c.* n) mor. ::oges *(duae litterae certo legi nequeunt) Alb.;* troges *Murat.* o) detenta *Alb.* p) Et curabit *Alb.* q) ponderabit *Alb.* r) non *Alb.* s) *sic Sal. et Alb.;* defecerit *Murat.* t) Alamania *Alb.* u) çinçaniā *Alb.* v) Prouentia *Alb.* w) arrida *Alb.* x) cetur *et* accu *in loco raso c.;* dicitur cum tanta *Alb.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 697. 2) *Hos versus etiam Albertus Milioli, Cron. imp. c.* 187 *(cf. SS. XXXI, p.* 664, *ubi vide inscriptionem vaticinii, ex qua Sal. exscripsit quae praecedunt) descripsit non ex Cronica fratris Salimbene, ut censeo, sed ex codice ab illo adhibito. Ex codice Alberti eos edidit Muratori, SS. VIII, col.* 1177 *sq. Codicis Alberti lectionem variam plenam adscripsi. Multa in codice ab utroque exscripto iam corrupta erant.* 3) *I. e. ecclesia Romana.*

*Ab Hispaniánis*[a] *multus erit sanguis*[b] *in terra diffusus,*
*Lombardos natos volens sibi fore*[c] *ligatos.*
*Ecclesia plorabit, cum superbia tanta regnabit,*
*Et non providebit, in dura servitute manebit.*
*Florentia*[d] *florebit, in mundo tota lucebit,*
*Lilium depictum in campis erit a Senis devictum*[1].
*Sed convalescet*[e], *lilii cum*[f] *victoria crescet*[g].
*Inepte peccando semper vivet dissimulando*[2].
*Mediolanum sibi furtim*[h] *firmabit in vanum.*
*Aquila videbit*[h*], *turrim*[3] *ipsam totam delebit,*
*Adducet gentes de longe sunt*[i] *venientes,*
*Que*[k] *dabunt duram delinquentibus in vano iacturam.*
*Parma partitur*[l], *multo langore repletur.*
*In malum recidet, quam medicus sanare non valet,*
*Sed relevatur, unguento corone sanatur.*
*Quod erit antiquum, per exemplum prebet*[m] *iniquum.*
*Mutina perversa tota erit in fine demersa.*
*Volens dominari, potentioribus equiparari*[n].
*Regium, regina civitas, erit ipsa supina*[o]
*Et non providebit, in dissensione multa manebit.*
*In ipsa Cremona sibi nidum*[p] *acquiret corona*[q, 4],
*Et tamdiu*[r] *stabit, ut aquila*[4] *ipsa volabit,*
*Pace*[s] *decepta a sponso*[5] *accepta,*
*Et renpensata*[t] *Lombardia erit cremata.*
*Feraria testatur, quod mala subire paratur*[6]
*Propter peccata, que diu erunt*[u] *in ea patrata*[v].
*In servitute stabit*[7], *donec peccare*[w] *cessabit,*
*Et eiciet illum, qui peccatum committit indignum.*
*Mantua purgabit*[x], *in fine terga Verone dabit*[8].
*Fugabit serpentes eam sub cauda tenentes*[9].

a) inspanianis *Alb.* b) sangnis (sanguinis) *Alb.* c) fore *om. Alb.* d) Florencia *Alb.* e) cum nolasset *Alb.* f) cum *om. Alb.* g) lucescet *Alb.* h) *sic c.;* fu . . . *(tres fere litterae legi nequeunt) Alb.;* turrim *recte procul dubio Murat. correxit.* h*) ridebit *fortasse emendandum.* i) *sic Sal. et Alb.;* supervenientes *legendum esse censeo, lecto* s̄t, *ut Sal. habet, pro* sr. k) Quo *Alb.* l) paretur *recenti manu corr.* patitur(?) *Alb.:* patietur *Murat. bene.* m) *sic* (pbet) *c.;* plebet *Alb.;* patet *corrigendum esse videtur.* n) equipari *c.;* equipperari *Alb.* o) suppina *Alb.* p) nidum *om. Alb.* q) cremona *iterum Alb.* r) diu *Alb.* s) Pacis *Alb.* t) *sic infra v.* 60, repesata *h. l. c.;* rempensata *Alb.* u) erant *Alb.* v) paratta *Alb. corr.* patratta. w) pecare *Alb.* x) *sic Sal. et Alb.:* pugnabit *Murat.*

1) *In proelio apud Montem-apertum a.* 1260. *Sept.* 4. *commisso. Lilium album est insigne scuti Florentini.* 2) *Cf. Michaelis Scoti vaticinium v.* 52, *supra p.* 362: *(Florentia)* dissimulando vivet. 3) *Gentem illorum de Turri, a.* 1277. *videlicet. Aquila gentem Vicecomitum Mediolanensium significare videtur.* 4) *Fridericus II. imperator. Cf. Sibylla Erithea, 'N. Archiv' XV, p.* 166: secus Eridanum nidus eius *(Friderici II.)* VII scribetur litteris *(Cremona).* 5) *Ecclesiae scilicet, papa Clemente IV, cuius legati a.* 1266. *Dec. partem ecclesiasticam Cremonensium in civitatem reducentes callide egerunt, ut pars imperialis a.* 1267. *Apr. expelleretur.* 6) *Cf. Mich. Scoti vatic. v.* 31, *supra p.* 361. 7) *Marchionum Estensium.* 8) *Dici videtur de proelio a.* 1258. *Aug.* 30. *apud Gambaram commisso, de quo vide Reg. Imp. V, nr.* 14060a. 9) *V.* 51—60. *edidi 'N. Archiv' XXX, p.* 378 *sq. ex codice Eporediensi, cuius lectionem variam attuli.*

*F.* 434[c]. De versibus Iohannis Malvitii, quos fecit ad revocandum Mutinenses a malo et ad provocandum Reginos ad bonum.

---

*Bononia regnabit, cum[a] integra longe durabit.*
**Eiciet unam ad mane[b] partem ituram[c, 1].* *f. 434[c].
*In brevi reniendo per[d] intrinsecam eiciendo[2],*
*Que non revertetur[e], donec tota[f] sordibus[g] ipsa[h] lavetur.*
*Faventia[i] oppressa multotiens erit obsessa.*
*Indicat scriptura, quod mala sunt in ea futura.*
*Et tamen favet, quod in ea pars Bononie cadet[3],*
*Que dabit dorsum, semper eundo deorsum.*
*Gravia quam plura[k] sustinebit Ymola dura,*
*Que renpensata[l] cito erit a[m] langore sanata.*

Porro[n] millesimo supraposito fuit quidam civis Reginus notarius, cui nomen Iohannes Malvitius, id est malum vitium habens, qui volens consulere concivibus suis, ne exemplo Mutinensium stultizarent, versus suppositos[o] excogitavit: 1284.

*Mutina, quid speras, dum tecum iurgia queras?[p]* Versus.
*Nil nisi te superas: vis mala ferre?[p] feras.*
*Tu te persequeris, quasi desperata teneris,*
*Te furiosa feris, digna perire peris.*
*Cur, rea, te prodis, cur destruis, uris et odis?*
*Cur[q] tua totque fodis viscera rupta modis?*
*Hic satis ac alibi poteris quasi mortua scribi.*
*Gens inimica sibi, Mutina, parce tibi!*
*Cerne tuas edes, incendia bellaque, cedes,*
*Tu, milesque pedes, tristis ubique sedes.*
*Mutina, te recole, nimia iam languida mole,*
*Et te cum prole flente perire dole!*
*Sit tibi, sit sedis paritas laris, urbis et edis*
*Sit tibi! sic[r] credis, ad bona prima redis.*
*Desinat armorum furor et discursus equorum,*
*Sub strepitu quorum fit sine pace forum.*
*Suscipe doctrinas et quas tibi do medicinas,*
*Et quas pono minas me posuisse sinas.*
*Si prece sive minis non flecteris aut medicinis,*
*Ecce tuus finis, preda, ruina, cinis.*

a) et *Epor. recte.* b) mare *Epor. falso.* c) ituram *legi nequit in cod. Alberti.* d) partem *Epor. falso.* e) reuertitur *corr.* reuertetur *c.;* reueritur *Alb.* f) tota *om. Epor.* g) sordes *Epor. et Alb.* h) ipsa *om. Epor. et Alb.* i) Fauencia *Alb.* k) lur *in loco raso c.:* plurima substinebit *Alb.* l) reparata *Epor.:* rempensata *Alb.* m) a *om. Epor. recte.* n) *littera initialis* P *minio picta.* o) *recenti manu vitiatum in* sup̃positos (suprapositos) *c.* p) *non signum interrogationis, sed punctum hoc loco in c.* q) *penna mutata.* r) *sic c.;* si *(fortasse etiam* Sic tibi*) legendum esse videtur, ut habet ed. Parm. Cf. supra p.* 444, *n.* b.

1) *Partem Lambertatiorum imperialem, quae a.* 1274. *Iun.* 2. *a parte Ieremiorum ecclesiastica expulsa Faventiae recepta est.* 2) *Pars Lambertatiorum a.* 1279. *Sept.* 28. *in civitatem Bononiensem pace facta reversa iterum eodem anno Dec.* 21/22. *expulsa est.* 3) *Faventia a.* 1280. *Nov.* 12/13. *a Bononiensibus capta pars Lambertatiorum multa damna perpessa inde recessit.*

*F.* 434[d]. Quod Guillielmus[a] marchio Montis-ferrati maritavit filiam suam et dedit eam filio Palialógi defuncti.

*F.* CCCC35[a]. Quod marchio Montis-ferrati cepit Terdonam et episcopum interfecit.

---

*Gens Regina, lege, qua vivit Mutina lege.*
*Te cum pace tege, te sine parte rege!*
*Hec aliena vide discrimina, scisma recide.*
*f. 434d. *De te confide non trepidanda fide!*
*Proximus[b] harum rerum sit cura tuarum.*
*Exemplum quarum non tibi credo parum.*

*v. 30—32. Nota, quod sensus istorum versuum habetur in verbis Salomonis Prover. XXIIII*: *Per agrum hominis pigri transiri et per vineam viri stulti, et ecce totum repleverant urtice, operuerant superficiem eius spine, et macheria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo et exemplo didici disciplinam*[c]. Item superpositus sensus his versibus continetur:

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum.* Versus.
*Et tua res agitur, paries cum proximus ardet*[1].

1284. (Aug. Sept.). Item millesimo supraposito Guillielmus[a] marchio Montis-ferrati maritavit filiam suam[2] et dedit eam filio[3] Palialógi defuncti[4], qui in Constantinopolitana urbe habet dominium super Grecos; et dedit ei in dotem pro filia sua regnum Thessalonice, quod regnum casale marchionum Montis-ferrati habuit a diebus antiquis, scilicet tempore
1178. magni imperatoris Friderici primi, quando Manuhel imperator Constantinopolitanus misit ad marchionem Montis-ferrati[5], ut mitteret ei unum de filiis suis, quia volebat ei dare filiam suam uxorem. Et factum est ita. Et dedit ei[6] Kyra-Mariam filiam
1179. suam et regnum Thessalonice[7]. Et ex illo tempore factum est regnum illud marchionum Montis-ferrati. Cum igitur marchio[8], de quo dictum est supra, propter
1284. *f. CCCC35a. Grecorum dominium de regno Thessalonice nullam utilitatem haberet, *dedit illud in dotem filie sue, quam Palialógi filio maritavit anno Domini M°CC°LXXX°IIII°. Filius vero Palialógi multa milia bizanciorum[9] socero suo dedit. Insuper promisit, quod pro socero suo toto tempore vite sue teneret in Lombardia suis expensis quingentos stipendiarios milites ad faciendum guerram[c]. Marchio vero tali ad-
(Oct. 30). iutorio fretus ivit et cepit Terdonam[10], et multos occidit et multos incarceravit tam de civibus quam de militibus stipendiariis, qui venerant aliunde[c]. Episcopus[11] vero de civitate illa fuerat oriundus. Cui marchio dixit: 'Dicatis michi, domne episcope, sunt[d] isti Terdonenses servi vestri et sub vestro dominio?' Cui respondit

a) Guilts *c.* b) *sic c.* (cPxim⁹); *fortasse* Protinus hinc *legendum.* c) *sequitur* ℭ *minio pictum.* d) Sunt *cum littera maiuscula* S *c.*

1) *Hi versus iam supra f.* 385[b], *p.* 418. *allati sunt (ubi vide n.* 1. 2) *et infra f.* 446[b]. 482[d]. *recurrunt, f.* 385[b]. *et* 482[d]. *etiam cum versibus Proverbiorum modo laudatis.* 2) *Violantam, a Graecis Irenem dictam.* 3) *Andronico II, filio Michaelis VIII. imperatoris.* 4) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 578, *ubi hoc mense Augusto factum esse dicitur; Ann. Veron. de Romano p.* 428, *qui hoc mense Septembri factum esse tradunt. Iacobus Aurie, Ann. Ian. p.* 310 *sq., ad a.* 1285. *de sponsae transitu refert.* 5) *Guilielmum III.* 6) *Rainerio.* 7) *Haec repetiit Sal. de loco ex Cronica Sicardi maiore deperdita exscripto supra f.* 208[c], *p.* 3. 8) *Guilielmus V.* 9) *Ann. Veron. de Romano p.* 428: sex mille libr. Ianuensium *(ubi lege* Salonichi *pro* sancti Lonichi*).* 10) *Qua die Terdona capta sit, tradunt Ann. Placent. Gib. p.* 578. *et Ann. Veron. de Romano p.* 429. *consentientes.* 11) *Melchior.*

*F.* 435[c]. Quod marchio in morte honoravit episcopum Terdonensem portando feretrum eius, quasi per hoc volens ostendere, quod non actum esset ab eo quod superius dictum est.

---

episcopus: 'Non, domine'. Cui marchio dixit: 'Quare ergo displicet vobis, si volunt [1284.] se tradere michi?' Cui episcopus: 'Quia positus sum super populum civitatis istius pastor, rector et custos, et vos contra partem ecclesie dimicatis'. Cui marchio dixit: 'Domne episcope, si volueritis esse meus amicus, ego ero vester, alioquin furorem meum super vos effundam[a, 1]. Mittam igitur exercitum cum tribus capitaneis ad castra vestra, et vos ibitis cum eis et taliter cum custodibus faciatis, quod castrorum dominium michi tradant'. Cui episcopus dixit: 'Domine, fideliter laborabo, ut castra vobis tradant'. Cumque pervenissent ad castra, episcopus vocavit custodes et rogavit eos diligenter, quod traderent castra sub dominio mar*chionis[a]. [*f. 435b.] Responderunt autem episcopo custodes castrorum audientibus capitaneis, quasi uno ore dicentes: 'Domne episcope, notum sit vobis, quod castra, que ad honorem sancte Romane ecclesie custodimus, non dabimus in manus illorum qui partem ecclesiasticam impugnare non cessant, nec etiam vobis ipsi, quamdiu in vestro dominio non fueritis'[a]. Simili modo responderunt omnes custodes castrorum, ad que ducebatur episcopus. Quod capitanei audientes ad marchionem episcopum reducebant. Cumque essent in media via, dimisso episcopo in aliqua parte vie, mutuo loquebantur, [*(Nov. 9).*] qualiter episcopum interficerent[a]. Quod episcopus ex coniectura cognoscens dixit eis: *Ecce ego in manibus vestris sum. Facite michi ut*[b] *bonum et rectum est in oculis vestris. Verumtamen scitote et cognoscite, quod, si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vos metipsos et contra civitatem istam et habitatores eius*, Iere. XXVI*[a]. [*v. 14. 15.] Et addidit episcopus dicens uni ex capitaneis, qui erat consanguineus eius[2]: 'Noveris, quod aliquando fuisti sub dominio meo, et poteram tibi mala[c] inferre, *sed pepercit* [1. *Reg.* 24, 11.] *tibi oculus meus*'. Quod audiens iste insanus statim cum concto[d] sive cum darda percussit episcopum et perforavit corpus eius, dicens: 'Decetero sub dominio vestro non ero'. Secundus vero capitaneus cerebrum percussit episcopi, graviter cum ense perforans et vulnerans caput eius. Tertius vero capitaneus super humerum cum ense episcopum graviter vulneravit. Et sic episcopus cecidit et mortuus est[e] gladiis impiorum occisus. Cui planctus David congruere potest, quando interfectum Abner flebiliter deploravit dicens II. Reg. III*: †*Nequaquam ut mori solent ignavi* [*v. 33. 34. †f. 435c.] *mortuus es*[f], *Abner. Manus tue non sunt ligate, et pedes tui non sunt compedibus aggravati, sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis corruisti.* Audiens autem marchio, quod mortuus esset episcopus, misit et tulit corpus eius. Et congregans omnes religiosos et clericos, qui in civitate Terdone erant, fecit ipsum honorifice sepeliri; et ipsemet causa honoris erga episcopum feretri fuit portitor, volens etiam ostendere, quod non actum esset ab eo, quod episcopus fuerit interfectus[a]. Custodes vero castrorum episcopi cum omni diligentia custodierunt ea nec dominium aliquod in eis marchioni dederunt. Qui habitavit in[g] Terdona et congregabat exercitum volens tempore oportuno cum Mediolanensibus dimicare. Quod audientes milites stipendiarii, qui in Saxolo erant, ad marchionem iverunt. Sed

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) quod *Vulg.* c) *secundum* a *in loco raso.* d) *sic c. pro* conto. e) e (est) *a Sal. superscr.* f) est *Vulg.* g) i (in) *in extremo versu et initio sequentis bis scriptum.*

1) *Ezech.* 20, 13. 21: ut effunderem furorem meum super eos. 2) *Niger de Monte-Merlo dicitur in Ann. Placent. Gib. p.* 579. *is qui episcopum interfecit.*

*F.* 435[d]. Quod Mutinenses intrinseci damnificaverunt Parmenses auferendo eis mercatum suum, scilicet plaustra, salem et boves.

---

marchioni dici potest verbum illud, quod ex precepto Domini Helyas dixit Achab
*v. 19. regi Israel, qui Naboth interfecerat, ut vineam eius haberet, III. Reg. XXI*: *Occidisti, insuper et possedisti.* Ubi alia littera dicit: *Occidisti, numquid hereditabis?* Non certe, quia statim subditur: *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque et*[a] *sanguinem tuum.* Quare hoc? *Quia non in fortitudine sua
*v. 9. †v. 3. roborabitur vir,* ut habetur I. Reg. II*. Hinc sapiens in Prover. dicit XII†: *Non roborabitur homo ex impietate.* Quod manifeste patuit in Ptholomeo rege Egypti.
*f. 435c. qui, postquam mortuus est gener suus, cui fraudulenter abstule*rat regnum, volens regnare super duo regna, et ipse quoque tertia die mortuus est, ut habetur
*v. 1—18. †v. 11. I. Macha. XI*. Hinc Ecclesiasticus dicit X†: *Omnis potentatus brevis vita.* Talia sunt hodie. Finis ignoratur istorum. Qui autem supererunt poterunt videre futura.

1284. Item millesimo supraposito Parmenses faciebant venire pro se multa plaustra salis de Cervia sive de Romagnola. Et irruerunt Mutinenses intrinseci super bubulcos apud Baçánum et abstulerunt eis plaustra et salem et boves[1] in odium Parmensium, quia videbatur Mutinensibus intrinsecis, quod, ante quam inter eos et concives suos inchoaretur guerra et destructio civitatis eorum, poterant faciliter facere, quod omnia illa mala cessassent, que venerunt postea super eos. Et hoc attribuebant maxime domno Matheo de Corigia et domno Guidoni, fratri suo, qui in regimine successerunt domno Iacobo de Ençola, qui obiit ante terminum potestarie sue completum[b, 2]. Item quia Parmenses vitabant stratam publicam et usitatam, in qua passagium solvebatur[c]. Item in odium illorum de Saxolo, qui promiserant Parmensibus tansare[d] eos per viam superiorem sine solutione passagii; quod quidem fecissent, si nuntius ivisset ad eos, quando bubulci cum sale ad castrum Baçani pervenerant, sed ex quadam stoliditate eundo ad inimicos et dimittendo
*v. 6. amicos Mutinam civitatem intravit. Unde sapiens in Prover. dicit XXVI*: *Claudus pedibus et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Tunc Parmenses[3]

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[e]

*f. CCCC37a. *adulterabitur*[4] *et cognoscetur. Gloriam Lombardorum átteret et partes aquile*[5] *trucidabit*[6], *et extollet nomen suum super terrarum principes, et ab omnibus timebitur et exaltabitur nomen eius. Prefinito vero termino surget aquila*[7] *habens rostrum fortius et alas magnas et sibilabit. Tunc aggregabit aquile*[f] *in unum et sibilabit, et post multitudo*

a) et *deest Vulg.* b) ꝯpletum *in marg. a Sal. suppl.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *primum quidem a huius verbi non ultra omnem dubitationem certum est in c., sed sic etiam habet Alb. Mil. c.* 307, *p.* 568, *l.* 23. e) *folium* 436. *excisum est.* f) *sic c.: verbum quoddam* (partes?) *omissum esse videtur.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 697. 2) *Matheus de Corrigia fuit potestas Mutinensium a.* 1283. *Iul.—Dec., Iacobus de Enzola a.* 1284. *Ian.—Apr., cui defuncto successit Guido de Corrigia a.* 1284. *Maio—Iun.; 'Cronache Modenesi' p.* 79 *sq.: infra f.* 463[c]—464[a]. 3) *Ea quae in folio* 436. *scripta erant ex parte exscripsit Albertus Milioli, Liber de temp. c.* 307, *p.* 569, *in quo sequebatur:* ex hoc indignati miserunt Mutinensibus ita dicendo *etc.* 4) *Prophetiam hoc loco exscriptam hucusque in libris manu scriptis non reperi, quae inter a.* 1282. *et* 1284. *(ante obitum Karoli I. regis Siciliae) composita esse videtur.* 5) *Friderici II. imperatoris et progeniei eius.* 6) *Scil. Karolus I. rex Siciliae.* 7) *Petrus III. rex Arragoniae.*

*magna faciet inquisitionem de Trínacli regno. Et una*[a] *gallina orientalis sibi dabitur cum o. a.*[1]*, que sibilabit, et suis pullis et aquile iniuriam sibi factam dicet. Tunc aquila cum suis partibus contra leonem*[2] *veniet cum armata*[b] *manu*[c] *forti. Tunc erit tanta cesio et strages sanguinis, qualis non fuit a principio mundi, ex quo gygantes fuerunt, usque tunc. Tunc leo pugnabit cum suo agmine, tunc avaricia discooperietur, tunc flos ex toto desiccabitur, et tunc bos cornua amittet et interficietur. Philosophya et turris devastabitur. Tunc leo devincetur, nec sibi sponsus proficiet, sed in exilium fugiet, nec invenietur leo. Iterum vires resumens pugnabit quantum poterit et interficietur. Tunc erit mors valida in eternum. Tunc sponsa adulterabitur et duos sponsos habebit, sed unum adulterum. Eneades*[3] *destruetur, et nomen Dei blasphemabitur. Sibilabit aquila et deos alienos habebit; sibilabit aquila, nec sibi resistetur. Pars floris anichilabitur*[d]*, nec sibi aliquid poterit resistere nisi Deus deorum. Cauda detruncabitur, *et aquile* *f. 437b. *frenum habebunt.*

*Grifo*[e] *regalis genitus*[4]*, in Franciam*[f] *virtuosus, terribilis et potens veniet in orientem; nigrescet eius color, et a se fracta eius cauda*[5]*, que eum incredibiliter secuntur*[d]*, et transiens cum*[g] *Lombarda gente grifoni unita, undique timebunt animalia et volantes; qui precedet in Enéadem, que coronabilis ei existet*[6]*. Et inventa vipera*[7] *ad rectum significatum sibilabit G. Relicta vero vipera in cavernis a duobus brachiis*[8] *et G. sociatus a multis simul pugnabunt. Vipera inde longissima*[h] *recipiet visionem*[i] *et stragem, remanebitque G. in illius cavernis, et non in longitudine dominabitur G. animalia et volatilia. Falcones ante eum pennas amittent, redibitque ad florem*[9] *G., terrarum duarum*[k] *nominum*[10] *circumdabit*[l]*. Pars imperialis undique denudabitur. Et ve tibi civitas divitiarum*[11] *et ornata gens. S.*[12] *non gaudebit, nisi futura spe. Tunc gaudeat sponsus*[13] *et ecclesie pillares*[14]*, quia non diu multiplicabuntur in gaudium. Gaudebit diabolica que pars ecclesiastica*[m] *vocabitur*[15]*, denudabitur ab ea altera, et translapidabit*

a) *penna mutata.* b) arma *corr.* armata *c.* c) manu *alio atram. a Sal. in marg. suppl.* d) *sic c.* e) *littera* G *initialis minio picta.* f) *sic* (fraciā) *c.* g) cum lō *in marg. alio atram. a Sal. suppl.* h) longissiā *c.* i) lesionem *forte emendandum.* k) terram duorum *emendandum esse videtur.* l) c̀9dabit *c.* m) *a* ||stica *penna et atram. mutata.*

1) *Constantia filia Manfredi regis.* 2) *Karolum I. regem Siciliae.* 3) *Roma, quae hoc nomine et in aliis prophetiis Italicis, praesertim in Sibylla Erithea designatur.* 4) *Karolus comes Andegaviae et Provinciae, postea rex Siciliae.* 5) *Exercitus Karoli, qui eum Romam profectum a.* 1265. *ex. secutus est.* 6) *Post librum dictum Theolosphori de Cusentia de magnis tribulationibus et post librum magistri Iohannis Parisiensis ordinis Praedicatorum de Antichristo, editos Venetiis (*1518*) inter varias prophetias f.* $52^{a.b}$. *legitur haec postea ex hac, quam Salimbene exhibet, refecta:* Alia prophetia seu pars. Gripho regalis genitus in Francia veniet in orientem, trahens ad se magnam caudam, quia duobus brachiis associabitur coniuncta gente Christi. Imperator veniet in cavernis, qui(!) coronabilis eam(!) existet. Ibi erit tanta strages et effusio sanguinis, quod non fuit ex quo gigantes fuerunt. *Haec ex prophetia praecedente supra l.* 3. 4. 7) *Manfredus rex procul dubio vipera designatur.* 8) *Duo brachia duo primates Manfredi, qui eum tradiderunt, esse videntur, videlicet Ricardus comes de Caserta et alter nescio quis.* 9) *Florentiam a.* 1267. *Aug.* 10) *I. e. castrum Podium-bonici obsidione cinget, quod a.* 1267. *Nov.* 30. *obtinuit.* 11) *Fortasse civitas Pisana.* 12) *Civitas Senensis, ut conicio.* 13) *Papa.* 14) *Cardinales.* 15) *Prophetia praedicta post ea quae n.* 6. *descripta sunt:* tunc gaudebit undique sponsus, tunc gaudebit pars diabolica, que ecclesia[stica] appellabitur, tunc imperialis undique anihilabitur, et vipera revocabit, et iterum redibit Flo. et nomina duarum civitatum circumdabit. Veh tibi civitati ornate gentium et divitias(!). Veh tibi civitati philosophorum, veh tibi Lombardia, regnante virtute griphonis, quia turris gaudii tui divertetur. *Cf. supra l.* 6. 7; *p.* 546, *l.* 20. 21.

---

*ecclesias. Auditis multis ex his que continentur in libris prophetarum. Surget quoddam animal diversimodi coloris et nature, quod leopardus vocabitur*[1], *et natum ex aquila aquilonis, continens rufum colorem, continens alas aquile, continens rostrum pellicani, continens oculos* *f. 437c. *avis declarantis infirmi sanitatem, continens caudam leonis, continens cor* **et vires leonis. In capite aureum signum continens, volens omnes subiugare. Cuius subtilissima est expositio et similitudo. Audito de G. veniet contra eum et transcendet Apeninos montes, ubi tunc denudati gaudebunt. Tunc exultatio imperialis renovabitur, adiungetque se grifoni: licetque parvus leopardus, viribus tamen magnus, sternetque grifonem et eum fugabit. G. preclamabit auxilium sponsi. Iterum in pratis facient consilium devincere G. Nunc vincetur. Sed probus et potens leopardus, resumens consuetudinem antecessorum eius, levabit Arfexas et exmenbrabili morte eum devorabit*[2]. *O dolor, o preclamor! o fortuna redita*[b] *in alium, que*[b] *tunc dolebunt. Et iterum ve diligentibus G.! De hoc potestates*[c] *florebunt et potabunt; diflorebit*[b] *lilium*[3], *et aquile*[4] *relucescent. Flos physis devastabitur. O gens Lombarda, virtute G. ve tibi turris*[5]! *Gaudium tuum non diu durabit. Scolasticus nidus minorabitur*[6]. *Regnabit leopardus, et multum, sed in illo tempore preclamabitur pax, et aliquantulum erit.*

Explicit.

Verba supraposita, sive sint Sibille sive alterius[d], intelligat unusquisque secundum quod sibi videtur, quia in Constantinopolitana civitate in ecclesia sancte Sophye est quedam columna et quedam porta, in qua sunt historiate sculpture, que non intelliguntur, nisi cum fuerint completa que continent. De sapientia
*v. 8. dicitur, quod *scit preterita et de futuris éstimat*, Sap. VIII*. Item apostolus ad
*v. 13. Hebre. IIII.* de sapientia divina dicit, quod *omnia nuda et aperta sunt eius oculis*[e].
*v. 16. 17. †f. 437d. De nobis autem dicitur Sap. IX*: *Difficile estimamus* †*que in terra sunt, et que in*

a) *uncis inclusa alio subfusco atramento. sed manu fratris Sal. post add. c.* b) *sic c.* c) potates *c., quod si* potates *scriptum esset,* potantes *legi deberet.* d) alterius, *linea super* e *erasa c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Si leopardus est Conradinus, ut verisimillimum videtur, concludendum esset hanc prophetiam a.* 1268. *post Febr., sed ante cladem Conradini (Aug.* 23*) compositam esse.* 2) *Prophetia praedicta post ea quae p.* 545, *n.* 15. *exscripta sunt:* His auditis et aliis que in libris prophetarum continentur orietur leopardus et aquila aquilonis, rufum habens colorem, rostrum plicatum, cor leonis, cauda(!) bovis, vires lupi, leopardus parvus, sic tam[en] viribus potens et magnus, cui nemo resistere poterit nisi Deus deorum *(cf. supra p.* 545, *l.* 12*)*, transiturus alios peritos, vetans potum sitientibus, infirmis sanitatem; tunc lilium deflorebit, et aquile reviviscent; tunc pars imperialis undique revocabitur, et erit in campis cum grifone, grifo vero iungetur, sed donabitur in exilium sponsi, et non invenietur *(cf. supra p.* 545, *l.* 7. 8*)*, et iterum erit in campis cum leopardo, reminiscens leopardus predecessorum suorum viribus extendet aufensam(!) et in labili morte tungri fore(!) devorabit. 3) *Florentia (cf. supra p.* 540, *n.* 1*) vel regnum Franciae.* 4) *Progenies Friderici II. imperatoris vel imperatoria potestas.* 5) *Fortasse gens de Turre Mediolanensis.* 6) *In Sibilla Erithea legitur, 'N. Archiv' XV, p.* 167: nidum philosophantium *(Bononiam scil.)* minorabit, florem Emilie deflorabit propter physis offendiculum.

*F.* CCCC38[a]. De multitudine parpalionum, qui hoc anno fuerunt; et quod olus dicitur ab olendo, et quod specialiter caules holera appellantur. Item de terremotu et corruscationibus et tonitruis et inundationibus maris et fluctuum, que hoc anno fuerunt in diversis partibus mundi.

---

*prospectu sunt invenimus cum labore. Que autem in celis sunt quis investigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam et miseris spiritum sanctum*[a] *tuum de altissimis?* Item Ecclesiastes VIII*: *Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit* *v. 17.
*homo invenire rationem eorum que fiunt sub sole. Et quantó plus laboraverit ad querendum, tantó minus inveniet*[b]. *Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit repperire*[c].
Exemplum habes in Gerardo de Roxe[d] de Parma, qui faciebat se astrologum et divinum. Cum autem Parmenses exteriores, qui erant ex parte imperii, cepissent 1266.
Colurnium et intrassent in festo sancti Dominici, et quereretur ab eo, an bene *Aug.* 5.
cederet eis, respondebat, quod valde bene, quia in signo Scorpionis intraverant [1]. Et tamen post paucos dies iverunt Parmenses qui erant ex[e] parte ecclesie et omnes expulerunt et quosdam occiderunt et Colurnium recuperaverunt; et ita nichil profuit intrantibus in Colurnium Scorpio, quia Dominus dicit Ys. XLIIII*: *v. 24. 25.
*Ego sum Dominus faciens omnia*[f], *extendens celos solus, stabiliens terram, et nullus mecum. Irrita faciens signa divinorum et ariolos in furorem vertens. Convertens sapientes retrorsum et scientiam eorum stultam faciens.*

Item[g] millesimo supraposito in festo sancte Clare comedi primo raviolos sine 1284. *Aug.* 12.
crusta de pasta. Et hoc ideo dico, ad demonstrandum, quantum subtiliata est humana gulositas circa comestibilium rerum appetitum respectu primitivorum hominum, qui contenti erant cibis a natura creatis. De quibus dicit Ovidius *in *f. CCCC38a.
primo Methamorfoseos libro [2]:

> *Contentique cibis nullo cogente creatis* Ovidius.
> *Arboreos*[h] *fetus montanáque fraga legebant,*
> *Cornua*[i] *et in duris herentia mora rubétis.*

Item millesimo supraposito estivo tempore multi parpaliones [3] volitabant per ortos et super frondes caulium ova fecerunt, ex quibus processu temporis nate sunt eruce, que olera[k] destruxerunt. Specialiter autem[l] caules holera[k] appellantur. *Olus ab olendo*[m] *dicitur, eo quod primum homines oleribus alerentur, ante quam fruges et carnes ederent: tantum enim pomis arborum et oleribus alebantur sicut animalia herbis.* Ita dicit Ysidorus Ethi. XII [4]. Item millesimo supraposito terremotus magni fuerunt in aliquibus partibus mundi [5], sicut predixerat Dominus
Luc. XXI*: *Et terremotus magni erunt per loca.* Unde cum frater Roglerius ex *v. 11.
ordine Minorum de civitate Laude, qui fuerat Bononiensis provincie visitatoris [6] socius, rediret a curia, in qua steterat cum quodam cardinali, et transiret per Caurennum, in quo hospitari debebat, dixerunt ei incole loci illius: 'Pater sancte,

a) tuum sanctum *corr.* sanctum tuum *c.* b) *sic et supra p.* 147, *l.* 41. *et p.* 278, *l.* 12; inveniat *Vulg.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) e *in loco raso.* e) ex *bis in extremo versu et initio sequentis scriptum, alterum expunctum et linea perducta deletum.* f) *in margine manus haec demonstrans adpicta.* g) *penna mutata.* h) Arbuteos *Ovid.* i) Cornaque *Ovid.* k) *sic hoc loco c.* l) a (autem) *a Sal. superscr.* m) alendo *Isid.*

1) *Eadem Sal. narravit supra f.* 326[b], *p.* 278. *Cf. supra f.* 364[c]. 365[b], *p.* 372. 374. 2) *V.* 103—105. 3) *I. e. papiliones, Italice* parpaglione. 4) *Potius XVII,* 10, 2, *ed. Arevalus IV, p.* 365. 5) *Veronae die* 18. *Ian.: Ann. Veron. de Romano p.* 427. 6) *Benevenuti dicti infra p.* 548, *l.* 19.

1284. in isto loco frequenter terremotus sentitur'. Et cum hec dixissent, statim factus
*Ps.* 103, 32. est terremotus. Et dixit frater: '*Qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit*
*Ps.* 75, 9. *Ps.* 59, 1. *montes, et fumigant.* Et iterum: *Terra tremuit et quievit* et cet. Et iterum: *Commo-*
*risti terram et conturbasti eam; sana contritiones eius, quia commota est*'[a]. Cum autem
frater talia perorasset, respexit et vidit ibi quandam domum de paleis coopertam,
et dixit, quod volebat illa nocte in ea dormire, dicens: 'quia, si in[b] alia domo
*f. 438b. dormiero, forte hymbrices sive tegule corruent super me, si[c] domus ceciderit, 'et
moriar ibi'. Quod audientes et videntes mulieres loci illius in illa domo paleata
portaverunt lectos suos, ut iuxta fratres secure dormirent[a]. Quod cum vidisset
quidam senex, dixit fratri: 'Fecistis quod facere non debebatis. Semper enim
debetis esse paratus ad mortem suscipiendam, ut *revertatur pulvis in terram suam,*
*12, 7. *unde erat, et spiritus redeat ad eum*[d] *qui dedit illum,* Ecclesiastes ultimo*'. Cui re-
spondit frater: 'Beatus Ieronimus dicit, quod *prudenter timetur quicquid potest acci-*
*v. 27. *dere*[1]. Et Ecclesiasticus dicit XVIII*: *Homo sapiens in omnibus metuit*[e]. Item
*v. 14. sapiens in Prover. dicit XXVIII*: *Beatus homo qui semper est pavidus: qui vero*
*v. 27. *mentis est dure, corruet in malum.* Item Eccli. III*: *Cor durum male habebit in novis-*
*v. 15. *simo, et qui amat periculum, in illo peribit.* Item Prover. XI*: *Qui cavet laqueos,*
*securus erit*'. Hec omnia supradicta audivi ab ore fratris Roglerii, qui fuit
socius fratris Benevenuti[f], visitatoris nostri in Bononiensi provintia.

*Dec.* 21. Item[g] millesimo supraposito festum sancti Thome apostoli in V[a] feria fuit,
*Dec.* 22. et sequenti nocte in VI[a] feria circa horam matutinalem facte sunt corruscationes[h],
et audita sunt tonitrua magna[2]; quod erat insolitum, ut tali tempore tonitrua
(*Dec.* 21). audirentur. [Et[i] tunc in Venetiis facte sunt inundationes magne maris et
fluctuum, quales non fuerunt, ut dicunt antiqui, ex quo civitas illa fundata fuit,
que fundata est super aquas, usque ad dies nostros. Et submerse sunt naves, et
necati sunt homines, et mercationes, que in solariis domorum non erant[k], penitus
sunt destructe[3]. Simile infortunium fuit in civitate[l] Clugina, que est in lacunis
maris, ubi fit sal. Et dicebat cardinalis[m, 4] Romane curie domnus Bernardus
legatus, qui in Bononia habitabat[n], quod ideo accidit hoc infortunium Vénetis,
quia excommunicati[o] erant ab eo, pro eo quod contra Petrum Arágonum regi
Karulo[p] succursum dare nolebant, cum de voluntate Martini pape procederet[q]].
*Dec.* 22. 23. Item illis duobus diebus, scilicet VI[a] feria et sabbato, impletum est propheticum
*v. 6. illud Zacharie XIIII*: *In die illa non erit lux, sed frigus et gelu.* Quod frequenter
*Dec.* 24. circa nativitatem Christi accidere solet. Item in vigilia nativitatis Domini, que
in dominica fuit, quando dicebamus matutinum, luna fuit totaliter obscurata[5]. Unde

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) ı (in) *a Sal. superscr.* c) si *a Sal. superscr.* d) *sic et supra p.* 65, *l.* 21; Deum *Vulg.* e) *sic et supra p.* 43, *l.* 31. *et p.* 240, *l.* 28. *et p.* 437, *l.* 36; metuet *Vulg.* f) bnuennti *c.* g) *penna mutata.* h) *sic c.* i) *uncis inclusa in marg. infer. f.* 438[a. b]. *post a Sal. suppl.* k) ant *abscis.* l) te *abscis.* m) car *abscis.* n) ta *abscis.* o) ti *abscis.* p) lo *abscis.* q) *sic Alb. Mil. c.* 307, *p.* 571; cederet *abscis.*

1) *Septies hoc dictum a Sal. laudatum est, de quo vide supra f.* 222[c], *p.* 36, *n.* 13. *Cf. infra f.* 448[d]. 2) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 698. 3) *Cf. Ann. Veron. de Romano p.* 429; *Andr. Dandulus (cod. Ambros.), Muratori, SS. XII, col.* 399: die XX. Decembris; *Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 142. *Alii etiam breviter de hac calamitate referunt, ut Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1107, *Ann. Parm. mai. l. l., Ann. S. Rudb. Salisburg., SS. IX, p.* 809, *etc.* 4) *Episcopus Portuensis.* 5) *Vere eclipsis lunae hoc die facta est.*

*F.* 438[c. d]. De obscuratione solis et lune, et de auctoritatibus que ad hanc materiam pertinere videntur.

---

Dominus Mat. XXIIII*: *Sol obscurabitur,* quod fiet in futuro millesimo, †ut asse- **v. 29. †f. 438c.* runt quidam. *Et luna non dabit lumen suum.* Quod pluribus vicibus vidi, postquam ordinem fratrum Minorum intravi. De hac materia habetur Apoc. VI*: *Et* **v. 12.* *vidi, cum aperuisset sigillum sextum, et ecce terremotus factus est magnus, et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis.* Item Ys. XIII*: **v. 10.* *Obtenebratus est sol in ortu suo, et luna non splendebit in lumine suo.* Item[a] Ys. L*: **v. 3.* *Induam celos tenebris et saccum ponam operimentum eorum.* Item Amos VIII*: *Occidet* **v. 9.* *sol meridie*[b], *et tenebrescere faciam terram in die luminis.* Item Eze. XXXII*: *Solem* **v. 7.* *nube tegam, et luna non dabit lu[men] s[uum]*[c]. [Item[d] Ioelis III*: *Sol convertetur in* **2, 31.* *tenebras, et luna in sanguinem, ante quam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Item Ioelis IIII*: *Sol et luna obtenebrati sunt, et stelle retraxerunt splendorem suum.* **3, 15. 16.* *Et Dominus de Syon rugiet et de Ierusalem dabit vocem suam*]. Ideo istas auctoritates multiplicavi, quia aliquando sol obscuratur, aliquando luna, aliquando fit terremotus; et aliqui, qui predicare debent, non habent ita subito themata ad hanc materiam preparata et habent inde confusionem. Reminiscor, quod in conventu Pisano habitabam[1], bene sunt XL anni et eo amplius, et factus est terremotus sequenti die post nativitatem Domini, scilicet in nocte sancti Stephani[2], *1243. Dec. 26/27.* et frater Clarus de Florentia ex ordine fratrum Minorum, unus de maioribus clericis de mundo, in archiepiscopali ecclesia bis populo predicavit, et primo placuit, secundo displicuit; et hoc non ob aliud, nisi quia super unum et idem thema ambas predicationes fundavit, quod magisterii fuit ex parte sua, quando dixit diversa, sed *turba maledicta* et simplex, *que non novit legem*[3], putaverunt, quod eum- *Ioh. 7, 49.* dem sermonem dixisset propter idem thema, quod secundo fuerat repetitum, et inde confusionem habuit, unde debebat habere honorem[e]. Tale autem fuit thema ab eo propositum Aggei *II†: *Adhuc unum modicum est, et ego commovebo celum et* **f. 438d. †v. 7. 8.* *terram, mare et aridam, et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus: et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.* Ideo sapiens in Proverbiis dicit XXIII*: *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii* **v. 9.* *tui.* Item Ecclesiastes IX*: *Verba sapientium audiuntur in silentio plusquam clamor* **v. 17.* *principis inter stultos.* Nota, quod terremotus consuevit fieri in montibus cavernosis, in quibus includitur ventus[4], et volens egredi, quia non habet spiraculum ad egrediendum, concutitur terra et tremit, et inde terremotus sentitur[e]. Patet exemplum in castanea non castrata, que ex igne saltando violenter et fortiter prosilit, pavorem circumsedentibus[f] inmittendo. Item millesimo supraposito, scilicet M°CCLXXXIIII°, in festo nativitatis[g] Domini et sancti Stephani nocte et *1284. Dec. 25. 26.* die nix magna descendit, que pre nimia gravedine multas arbores viridariorum fructiferas, ut amigdalas et malogranata, deiecit et fregit, et fuit illis diebus

a) *penna mutata.* b) in meridie *Vulg.* c) lu. s. *c.* d) *uncis inclusa in marg. super. f.* 438[c. d]. *a Sal. suppl.* e) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* f) cↄsedentibus *c.* g) nat. *c.*

1) *A.* 1243—1247. 2) *Barthol. Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 212, *ad a.* 1243: quarta die exeunte Decembris *(Dec. 28)* elapsa media nocte auditus fuit in civitate Ianue terre motus. *Quamvis dies a Sal. indicatus huic loco non consentiat, eum de eodem terrae motu dixisse credes, memoria lapsum de die.* 3) *Ioh.* 7, 49: turba haec, quae non novit legem, maledicti sunt. 4) *Cf. Isid. Etym. XIV,* 1, 2. 3.

*F.* CCCC39[a]. Quod domnus Iacobus de Columna, Romane curie cardinalis, misit pro fratre Iohanne[a] de Parma, volens eum videre, eo quod suus intimus esset amicus.
Item de bonis et malis amicis.

*F.* 439[b]. De sociis fratris Iohannis de Parma, quos habuit, quando fuit generalis minister.

---

*v. 21. 22. validum frigus et gelu, ita ut impleretur scriptura que dicit Eccli. XL3*: *Gelu sicut salem effundet super terram, et dum flaverit*[b], *fiet tamquam cacumina tribuli. Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit cristallus ab aqua.*

1284. Item millesimo suprapósito domnus Iacobus de Columna, Romane curie cardinalis[1] et nepos domni pape Nicholai tertii, misit pro fratre Iohanne de Parma, qui fuerat generalis, et voluntarie et consolatorie morabatur in heremitorio Grecii —
*f. CCCC39a. ubi beatus F[ranciscus] *aliquando[c] in die natalis Domini fecit representationem presepii et pueri Bethleemite[2] —, volens ipsum videre et cum eo familiariter loqui, eo quod intimus eius esset amicus. Et viderunt se mutuo et plurimum sunt gavisi, familiare habentes colloquium de divinis. Nam quilibet eorum erat talis, qualem
*v. 24. describit sapiens in Prover. XVIII*: *Vir amicabilis*[d] *ad societatem magis amicus erit*
*v. 32. *quam frater*[e]. Quod est difficile repperire, sicut Ecclesiasticus dicit XIII*: *Vestigium cordis boni et faciem bonam difficile invenies et cum labore.* Ideo Dominus dixit
*v. 3. Amos III*: *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?* Certe non, quia
*v. 22. Ecclesiasticus dicit XIII*: *Que communicatio homini sancto ad canem?* Ideo Eccle-
*v. 6. 7. siasticus docet VI*: *Multi pacifici sint tibi, et consiliarius sit tibi unus de mille. Si*
*v. 14. 15. *possides amicum, in temptatione posside eum, et ne facile credas ei teipsum*[f]. Et infra*: *Amicus fidelis protector fortis. Qui autem invenit illum, invenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem*
*v. 12. *fidei illius.* Item Eccli. XXV*: *Beatus qui invenit amicum verum.* Quare? Quia
*v. 17. sapiens in Prover. dicit XVII*: *Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustiis comprobatur.* Sed philosophus dicit: *Difficile est probare amicum in re*
*v. 8. *prospera, in adversa semper*[3]. Quare? Quia Ecclesiasticus dicit XII*: *Non agnoscetur*
*v. 16. 17. *in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus.* Et infra*: *In oculis suis lacrimatur inimicus; et si incurrerint tibi mala, invenies eum illic priorem.* Sed de hac materia satis sit dictum, quia forte alibi de ea tractavi[4]. Iam[g] nunc cetera prosequamur.

*f. 439b. Porro[h] millesimo suprapósito *frater[i] Marchus[5], qui fuit socius fratris Iohannis de Parma, quando erat generalis minister, et plurium ministrorum, ut fratris Crescentii et fratris Bonaventure, ultimum diem clausit. De quo quia superius satis dixi[6], hic tacendum videtur.

a) Io. *c.* b) *sic et supra p.* 340, *l.* 9. *et infra f.* 466[a]; gelaverit *Vulg.* c) *penna cum novo folio mutata.* d) *cf. supra p.* 458, *n.* f; amabilis *Vulg.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) teipsum *deest Vulg.* — *Sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *linea rubra ducta sub* Iam — prosequamur. h) *hoc loco tantum* ℭ *minio pictum praecedit, in columna non maiore littera initiali posita, sed in marg.* P *littera maior colore nigro et rubro picta est a Sal.* i) *penna cum nova columna mutata.*

1) *Diaconus S. Mariae in Via-lata.* 2) *Bonaventurae Vita Franc. c. X,* 9. 3) *Hoc dictum iam supra f.* 294[b], *p.* 202. *allatum est; cf. ibid. n.* 4. 4) *Supra f.* 294[b.c], *p.* 202 *sq. de hac materia tractavit, ubi et quosdam locos hoc loco laudatos attulit.* 5) *De Montefeltro. Qui a.* 1284. *ante diem Maii* 9. *obiit; cf. supra p.* 308, *n.* 4. 6) *F.* 338[b—d].

Secundus socius fratris Iohannis de Parma, quando generalis minister erat, fuit frater Andreas de Bononia, qui homo honestus et benignus et gratiosus et familiaris et religiosus et Deo devotus fuit. Hic fuit bonus dictator et dictavit illas litteras, quas habuit sanctus Lodoycus in capitulo Senonensi in primo pas- 1248. sagio[1], que multum placuerunt sibi ob liberalitatem et curialitatem fratris Iohannis de Parma, generalis ministri. Item supradictus frater Andreas ultramarine provincie fuit minister, scilicet Terre Sancte sive promissionis; que terra multum fuit a Domino commendata, ut habetur Eze. XX. in pluribus locis. Unde exprobrando Iudeis dicit: *In die illa levavi manum meam pro eis, ut educerem eos de terra Egypti* Ezech. 20, 6. *in terram quam provideram eis, fluentem lacte et melle, que egregia est inter omnes terras.* Et infra idem repetitur per contrarium eodem capitulo, semper tamen ad commendationem predicte terre: *Ego igitur levavi manum meam super eos in deserto, ne in-* ib. v. 15. *ducerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte et melle, precipuam terrarum omnium*[a]. Erubescat igitur Fridericus secundus imperator condam, qui sive truphatorie sive credendo verum dicere insultando Deo dicebat, quod non viderat regnum suum, quod in Sicilia habebat et in Calabria et Apulia, quia non tantum commendasset promissionis terram. [Ideo[b] monet Ps.*: *Nolite loqui adversus Deum* *74, 6. *iniquitatem*]. Igitur frater Andreas laudabiliter vitam suam terminavit in pace, [cum[c] in curia domni pape penitentiarius esset].

Tertius sotius fratris Iohannis[d] de Parma frater Gualterius fuit, Anglicus natione et homo vere *angelicus. Bonus cantor, bonus predicator et bonus dictator. * f. 439c. Gracilis et longus fuit convenienter; pulcher homo, sancte et honeste vite et bene morigeratus et litteratus. Auditor fratris Iohannis[d] de Parma, quando lector Neapolitanus fuit[2], ante quam generalis minister esset[a]. Item positus fuit in curia frater Gualterius ad morandum[3], sed laboravit quantum potuit, ut removeretur inde, *magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores*[e] *divitias estimans improperium Christi thesauro Egyptiorum, aspiciebat enim in remunerationem,* Hebr. XI*[f]. Ideo dicit sapiens in Prover. XVI†: *Melius est humi-* *v. 25. 26. †v. 19. *liari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis*[a]. Audivi tamen de isto Gualterio, quod postea contra voluntatem suam factus fuit episcopus[4], nescio ubi. Amicus meus fuit. Et nota, quod omnes socii fratris Iohannis[d] de Parma fuerunt mei intimi et familiares amici.

Quartus socius fratris Iohannis[d] de Parma fuit frater Bona-iuncta[g] de marchia Anchonitana, de Fabriano, bonus custos et litteratus homo, bonus cantor, predicator et dictator, calvus et mediocris stature et vultum Pauli[5] habens. Quando

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. suppl.* c) *uncis inclusa in marg. a Sal. suppl.* d) Io. *saepe in sequentibus breviatum c.* e) iores *e corr. in loco raso.* f) XI *in loco raso.* g) *sic cum* j *longo c.*

339[c.d]. 340[a], *p.* 307 *sq.* 311 *sq. Supra enim p.* 307. *de sociis Iohannis de Parma scribere coeperat, sed hoc distulit (p.* 308, *l.* 30. 31*).* 1) *Quod scilicet rex fecit ultra mare contra Saracenos. Cf. supra f.* 302[d], *p.* 223, *ubi de his litteris relatum est.* 2) *Cf. supra f.* 337[c]. 341[b], *p.* 306. 315. 3) *Poenitentiarius et capellanus Urbani IV. papae fuisse videtur; vide eius epistolas datas a.* 1264. *Ian.* 18. 23; *Bull. Francisc. II, p.* 536 *sq., nr.* 121. 122; *Potthast nr.* 18785. 18787. 4) *Litteris laudatis n.* 3. *Gualterio poenitentario papae a Timotheo episcopo cura episcopatus Zagrabiensis commissa est. Nescio an hoc Sal. audiverit.* 5) *Qualem Sal. depictum vidit. Cf. supra f.* 316[d], *p.* 256.

fui novitius in conventu Fanensi anno Domini M°CCXXXVIII°, iuvenculus ipse habitavit mecum. Primus et ultimus episcopus Recanati fuit[1].

Quintus socius fratris Iohannis[a] de Parma fuit frater Iohannes Ravennás, grossus et corpulentus et niger, bonus homo et honeste vite. Nunquam vidi hominem, qui ita libenter lágana cum caseo comederet sicut ipse. Guardianus Neapolitanus fuit, quando frater Iohannes[a] de Parma erat ibi lector, ante quam minister fieret generalis.

*f. 439d. *Sextus sotius fratris Iohannis[a] de Parma fuit frater Anselmus Rabuinus Lombardus, de civitate Hastensi[2], grossus et niger et personam habens prelati, honeste et sancte vite. Iudex fuit in seculo. Minister fuit Terre Laboris et postea in marchia Trivisina[b]. Multum dilexit fratrem Iohannem de Parma. et audivit voces Lombardorum ministrorum et custodum apud Lugdunum et procu-
1247. (Aug.) ravit et fecit, ut frater Iohannes[a] de Parma esset generalis minister[b, 3]. Notus fuit summo pontifici domno pape Innocentio quarto frater Anselmus Rabuinus[b]. Habitabam in conventu Pisano[4], et frater Anselmus erat minister Terre Laboris, et misit michi litteras, ut cum fratre meo Guidone de Adam irem ad habitandum cum eo in provincia sua, sed non fuit nobis consultum a fratribus Pisani conventus, eo quod diligebant nos.

Septimus[c] socius fratris Iohannis[a] de Parma fuit frater Bartholomeus Guisculus de Parma, magnus prolocutor et magnus Ioachita, curialis et liberalis homo, magister in gramatica in seculo, honeste et sancte vite in ordine. Scribere, miniare et predicare sciebat. De quo supra sufficienter dixi[5].

Octavus socius fratris Iohannis[a] de Parma fuit frater Guidolinus Ianuarius de Parma, qui fuit litteratus homo et bonus cantor. Optime cantabat in cantu melodiato, id est cantu fracto, et de cantu firmo melius cantabat. quam vocem haberet, quia valde gracilem vocem habebat[b]. Bonus fuit dictator et bonus et pulcher scriptor et bonus corrector ad mensam in conventu Bononie. Optime enim textum Biblie noverat; et honeste vite et sancte fuit. ita ut diligeretur a
*f. CCCCXLa. fratribus. *Bononie obiit, sepultus in loco fratrum Minorum, requievit in pace.

Nonus socius fratris Iohannis[a] de Parma frater Iacobinus de Berceto fuit. Hic fuit honeste et sancte vite et bonus predicator et magnam vocem habens. Ariminensis conventus guardianus fuit.

Decimus socius fratris Iohannis[a] de Parma fuit frater Iacobus de Axandris de Mantua, homo honeste et sancte vite et optimus in decretalibus et in consiliis dandis. Minister aliquando in Sclavonia fuit, que Dalmatia appellatur.

Undecimus frater Drudo, minister Burgundie, lector in theologia, qui qualibet die de influentiis divinis fratribus predicare volebat, ut auribus meis audivi[6], cum

a) Io. *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *penna mutata.*

1) *C.* 1256—1263. *Sedes Recanati demum a.* 1289. *restituta est, sed ante hunc tres episcopi Recanatenses ab a.* 1241. *fuerunt. A.* 1263. *Oct.* 15. *Bonaiuncta ad episcopatum Esinum translatus est; Potthast nr.* 18678. 2) *Qui cum Iohanne de Parma tunc lectore in conventu Neapolitano fuerat; supra f.* 341[b], *p.* 315. 3) *A.* 1247. *Aug.: cf. supra f.* 284[c]. 339[a], *p.* 178. 309. *Falso tradit Chronica XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 288, *Iohannem de Parma iam pentecoste electum esse ministrum generalem. Partem eorum, quae Sal. hoc loco de Anselmo Rabuino dixit, iam supra f.* 341[b], *p.* 315. *narravit, ubi retulit se cum hoc in conventu Ianuensi autumno et hieme anni* 1248/9. *moratum esse.* 4) *A.* 1243—1247 *(ante Iun.).* 5) *F.* 301[c]. 308[b, c], *p.* 220. 236. *Secundo loco et eadem fere leguntur, quae hic dicta sunt.* 6) *In conventu Viennensi a.* 1249. *mense Martio, ut videtur;*

*F.* 440[b]. De fratre Hugone Provinciali et de sorore eius domina Donolina, que frequenter rapiebatur in extasim.

---

in Burgundia essem cum eo. Hic fuit nobilis homo et pulcher et honeste et sanctissime vite plus quam credi possit. Nam ultra humanam estimationem miro modo fuit Deo devotus[a]. Hunc duxit secum frater Iohannes[b] de Parma, quando papa 1249. Innocentius quartus bone memorie misit eum ad Grecos[1], ut eos reduceret ad unitatem fidei cum Romana ecclesia[2].

Duodecimus socius fratris Iohannis[b] de Parma fuit frater Bonaventura de Yseo, quando frater Iohannes[b] ivit ad Grecos missus a papa[a, 3]. Fuit autem frater Bonaventura antiquus[c] tam in ordine quam in etate, sapiens et industrius et sagacissimus et homo honeste et sancte vite et dilectus ab Icilino de Romano[a]. Verumtamen ultra modum baroniçabat, cum filius fuerit cuiusdam tabernarie, ut dicebatur. Hic fuit antiquus[c] minister in ordine. Nam in provincia Provincie fuit minister et in provincia Ianuensi minister et in provincia Bo*nonie minister et in *f. 440[b]. marchia Trivisina minister. Magnum volumen sermonum fecit de festivitatibus et de tempore[4]. Laudabilem finem habuit. Cuius anima requiescat in pace!

Et nota, quod frater Iohannes de Parma, quando erat generalis minister, non omnes supradictos socios simul habuit et secum ducebat, sed successive; quia volebat ordinem circuire et visitare, et socii non poterant sustinere laborem, ideo oportuit eum multitudinem sociorum habere. Multa bona habuerunt in se isti supradicti XII socii, que subticui brevitatis causa[5].

Iam[d] nunc ad fratrem Hugonem Provincialem accedamus, qui fuit fratris Iohannis[b] de Parma intimus et magnus amicus. Hic fuit unus de maioribus clericis de mundo et magnus Ioachita et honeste et sanctissime vite plus quam credi possit, ut vidi oculis meis. Sed quia de eo superius satis dixi[6], ideo hic

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) Io. *c.* c) antiq⁹ *c.* d) *in columna tantum* ℭ *praecedit minio pictum, littera initiali maiore non posita, sed in marg. littera initialis magna* I *colore nigro et rubro picta est a Sal.*

*cf. supra f.* 307[a]. 343[c], *p.* 233. 321. *Neque enim in alio conventu provinciae Burgundiae, nisi in Viennensi et Lugdunensi, Sal. longiore tempore moratus est.* 1) *A.* 1249; *cf. supra f.* 343[c], *p.* 321. 2) *Idem et alia hoc loco de Drudone dicta Sal. iam retulit supra f.* 343[d], *p.* 322. *De eodem, ut videtur, dicto Drodone, qui Viennae sepultus est, relatum est in Chronica XXIV min. generalium, Analecta Francisc. III, p.* 244 *sq.* = *Catal. sanctorum fr. Minorum ed. L. Lemmens (Romae* 1903*) p.* 27. 3) *Idem de eodem dicit Sal. supra f.* 343[d], *p.* 322. *De quo vide etiam supra f.* 250[d], *p.* 105, *f.* 321[a. b. c], *p.* 266 *sq. Supra f.* 343[d], *p.* 322. *dixit Sal. Iohannem de Parma etiam fratrem Thomam secum in Graeciam duxisse.* 4) *De libro quodam alchimico huius Bonaventurae vide quae attulit Gir. Golubovich, 'Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell' oriente Francescano' I (Quaracchi* 1906*), p.* 223, *n.* 5. 224. 5) *Inter socios Iohannis de Parma Sal. non commemoravit fratrem Leonardum et Gerardum de Burgo S. Donnini, quos Angelus de Clarino trib. IV, ed. Fr. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte' II, p.* 283 *sq. (cf. ib. p.* 277*) principales eius socios dixit. Gerardum, de quo Sal. tanta supra f.* 308[c. d]. 309[a]. 399[d] — 400[d]. *narravit, tunc propter doctrinam Ioachiticam condemnatum, Sal. fortasse noluit inter socios Iohannis nominare.* 6) *Satis superque f.* 303[d] — 316[a]. 333[a. c]. 339[c]. 340[b. c]. 341[a]. 343[b]. *Sane mirum, quod Sal. de hoc viro iterum narrare coeperit, sed statim de eo tacendum esse dixerit. Oblitus esse videtur se omnia de eo supra iam narravisse, quae hoc loco dicere voluit.*

*F.* 440[c]. De quodam episcopo, qui frater Minor fuit et sanctus homo.

---

tacendum videtur. Hic obiit apud Massiliam, quando placuit Deo[1], post multa bona patrata opera[a]. Sepultus vero in ecclesia fratrum Minorum de Marsilia[b] in archa saxea; Deus eum miraculis demonstravit illustrem[a, 2]. Et iuxta eum in alia archa lapidea sepulta est soror eius germana domina Donolina, quam Deus similiter miraculis demonstravit insignem[a]. Hec nunquam aliquam religionem intravit, sed semper in seculo caste et religiose vixit. In sponsum filium Dei elegit et beatum Franciscum in suum specialem devotum, cuius etiam cordam in signum eius amoris cinctam portabat; et quasi tota die morabatur in ecclesia fratrum *Iudith* 8, 8. Minorum, ut orationi vacaret. Non *erat qui de ea*[c] *loqueretur verbum malum* nec *f. 440[d]. de ea cogitaret opus sinistrum, *nam omnes reverebantur eam, tam viri quam mulieres, tam religiosi quam seculares, ob nimiam sanctitatem[a]. Hec a Déo obtinuit gratiam specialem, ut in extasim raperetur, sicut fratres Minores viderunt mille vicibus in ecclesia sua; et si elevabant ei brachium, ita elevatum tenebat illud a mane usque ad vesperam, eo quod in Deum totaliter esset absorta[d, 3]. Quod etiam in tota civitate Marsilie notum erat et in aliis civitatibus divulgatum[a]. Hanc sequebantur LXXXta nobiles domine de Marsilia, mediocres et illustres, ut eius exemplo salvarent animas suas, quarum ista omnium erat domina et magistra[4].

Item[e], ex quo in Provincia et in Marsilia versatur stilus noster, non ab ré puto scribendum fore quod occurrit memorie non tacendum. Nam in Marsilia *Mart.* 21? natus est quidam puer in festo sancti Benedicti, qui vocatus est Benedictus, qui etiam, postquam ablactatus fuit, in festo sancti Benedicti positus fuit ad adiscendum[d] litteras. Postquam vero factus est grandiusculus et litteratus, in festo sancti Benedicti ordinem monachorum Nigrorum intravit[5]. Et processu temporis in festo sancti Benedicti factus fuit sacrista, et postea, intervallo facto per plures annos, 1224. *Mart.* 21? in festo sancti Benedicti propter bonam vitam et bonos mores, quos habebat, monachi elegerunt ipsum abbatem[6]. Et ita gradatim ascendendo canonici Marsi- 1230. *Mart.* 21? lienses in festo sancti Benedicti elegerunt eum in episcopum suum, ubi se lauda-

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sic hoc loco et infra c.* c) illa *Vulg.* d) *sic c.* e) *littera initialis magna* I *colore nigro et rubro picta, ubi antea* I *simplex scriptum fuisse videtur.*

1) *Demum a.* 1284. *post Maii diem* 9. *defunctus esse videtur. Nam supra locis post hunc diem scriptis, quibus de eo retulit, Sal. non dixit eum iam obiisse.* 2) *Cf. Chronica XXIV min. generalium, Analecta Francisc. III, p.* 404 *sq.:* In . . . . conventu Marsilie requiescit honorifice frater Hugo de Digna. Qui . . . . suam signis astruit sanctitatem; *addit. ad Catal. sanct. fr. Min. ed. L. Lemmens p.* 32; *Barthol. de Pisis, Liber conformitatum (Mediolani* 1513*) f.* 67[v]. 3) *Immo misera illa fuit hypnotica, ut apparet.* 4) *Cf. de ea Chronica XXIV min. generalium, Analecta Francisc. III, p.* 405 *sq.:* In eodem etiam conventu *(Marsiliae)* iuxta eundem fratrem Hugonem est sepulta multum honorifice soror sua germana nomine Dulcelina. Que ad fratris Hugonis exemplum et exhortationem mundum et eius concupiscentiam derelinquens sub honesto et religioso habitu satagebat facere penitentie dignos fructus. Ad quam multe matrone et adolescentes virgines confluentes se divino servitio cum ipsa perpetuo dedicabant. Quibus dictus frater Hugo scripsit certas regulas et constitutiones, quibus magis ordinate et devote Domino deservirent. . . . . Supradicta vero domina Dulcelina . . . . passim etiam . . . rapiebatur ad Deum *etc.* Que etiam post mortem multis miraculis coruscavit. 5) *In monasterio Villaemagnae.* 6) *Monasterii S. Mariae Crassensis a.* 1224; *cf. Potthast nr.* 7342.

biliter habuit[a]. Postea in festo sancti Benedicti intravit ordinem beati Francisci. 1258? *Mart.* 21?
In quo humiliter et laudabiliter decem annis vixit; et in festo sancti Benedicti[1] 1268. *Iul.* 11.
ultimum diem clausit. Et sepultus *est in ecclesia fratrum Minorum de Marsilia *f. 440d.
in archa lapidea; quem Deus miraculis demonstravit illústrem[a]. Hic vere fuit
vir vite venerabilis, gratia benedictus et nomine. Huic dictum fuit a Domino
quod habetur Gen. XXIIII*: *Ingredere, benedicte Domini! Cur foris stas? Pre-* *v. 31.
*paravi domum et locum.* Nec mirum, quia Dominus ita promiserat Io. XIIII*: *v. 2.
*Vado parare vobis locum.* Ideo dicit Iere. Tren. II*: *Fecit Dominus que cogitavit,* *v. 17.
*complevit sermonem suum,* iuxta illud Ps.*: *Que procedunt de labiis meis non fa[ciam]* *88, 35.
*irri[ta]*[a]. Item impletum est in isto quod habetur Ys. LXV*: *Qui benedictus est* *v. 16.
*super terram, benedicetur in Deo. Amen.* Unde illud Deutero. XXVIII*: *Benedictus* *v. 3.
*tu in civitate et benedictus in agro.* Benedicatur talis episcopus, quia bene inchoavit
et bene finivit; et multos bonos libros habuerunt fratres Minores de Marsilia occa-
sione eius, quia potius voluit *humiliari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis,*
ut habetur Prover. XVI*. Ideo dicit Ecclesiasticus[b] III†: *Quanto magnus es,* *v. 19. †v. 20.
*humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam,* quia *gratiam et gloriam dabit* *Ps.* 83, 12.
*Dominus.* Unde illud Iob XXII*: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* *v. 29.

Iam[c] nunc ad fratrem Rolandum Papiensem accedamus. Hic fuit sanctus
homo et humilis et valde despectus, sacerdos et predicator et magne orationis et
magni meriti apud Deum; quod pluribus modis innotuit fratribus qui noverant
ipsum, sed nobis sufficiat unum ponere. Quidam secularis quodam sero accessit ad
guardianum loci fratrum Minorum, in quo iste frater Rolandus habitabat, et dixit ei:
'Pater, recommendo me Deo et vobis et rogo vos, ut recommendetis me orationibus
*fratrum, *ut liberer ab importunis et malis hominibus,* II[a] ad Thessa. III†, quia *f. CCCCXLI[a]. †v. 2.
inimicicias habeo capitales et hostes malitiosos, de quibus dictum est michi, quod
hac nocte volunt violenter domum meam intrare, ut interficiant me'. Guardianus
vero diligenter eum fratribus recommendavit rogando eos, ut amore[d] Dei opus
perficerent pietatis[a]. Quod diligenter fecerunt. In crastinum autem venit secularis
ille et in capitulo soli guardiano retulit omnia que illa nocte sibi acciderant. Et ait:

*Gratia sit Christo, grates referantur amico.*

Et addidit: 'Noveritis, reverende pater, quod inimici mei, *qui querebant animam*
*meam*[2], *cum gladiis et fustibus* preterita nocte irruerunt in domum meam volentes *Matth.* 26, 47. 55.
me occidere, sed apparuit ibi quidam frater Minor, quem bene recognoscerem, si
eum viderem, qui ita abegit eos, sicut abiguntur musce et culices, quando[e] cum
flabello fugantur[f]'. Audiens hec omnia guardianus miratus est valde, pariter et
gavisus et dixit illi: 'Sta hic mecum super capituli hostium, et postquam frater
ille transierit, dices michi silenter'. Iamque pulsatum erat primum signum ad

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) *littera initialis* I *minio picta.* d) amore dei *in marg. a Sal. suppl.* e) qn (quando) *post in marg. a Sal. suppl.* f) fugantur *post a Sal. in marg. suppl.* — *Sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Scil. in festo translationis S. Benedicti die Iul.* 11. *celebratae, hoc enim die Benedictum mortuum esse tradit Necr. ecclesiae maioris Massiliensis. Ergo non constat, num festum S. Benedicti quinquies supra dictum dicatur dies Mart.* 21. *an Iul.* 11. *Cf. de eo 'Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell' oriente Francescano' I, p.* 236—246. 2) *Cf. Exod.* 4, 19: qui quaerebant animam tuam; *Ps.* 39, 15: qui quaerunt animam meam; 3. *Reg.* 19. 10. 14. *Rom.* 11, 3: et quaerunt animam meam; 1. *Reg.* 20, 1. 22, 23. 2. *Reg.* 4, 8. *Matth.* 2, 20. *etc.*

*F.* 441[b]. De fratre Lothario, cuius beneficio locus Alverne fuit retentus, ne dimitteretur, et de reverentia que a fratribus fit ibidem.
*F.* 441[c]. De fratre Nichola de Monte-feltro.

---

officium vespertinum. Et ecce, dum fieret secunda pulsatio, guardianus illi secu-
lari dicebat: 'Est iste?' 'Non', respondebat[a] ille. Et sic ab illo de quolibet in-
quirebat. Cum autem transisset frater Rolandus, cui nunquam secularis ille locutus
fuerat, dixit guardiano: 'Iste est frater ille, cuius beneficio et adiutorio hac nocte
*cf. Ps.* 114, 6. **f.* 441[b]. liberavit me Dominus'. *Istum fratrem Rolandum generalis minister, credens
ei facere consolationem et gratiam, misit ad locum Alverne ad habitandum. Et
fuit ibi consolatorie quamdiu voluit. Est autem locus Alverne in provintia
Tuscie, in episcopatu Aretino in Alpibus, ubi Seraph beato Francisco apparuit et
stigmata ad similitudinem domini nostri Iesu Christi sibi impressit[1]. Per hunc
1265 6. locum transivi aliquando, quando redibam ab Asisio[b, 2], quo iveram devotionis
causa. Et ostendit michi sacrista magnam quantitatem ligni dominice crucis, quod
habuerat frater Mansuetus[3] a rege Francie bone memorie sancto Lodoyco, eo quod
nuntius esset pape Alexandri quarti missus ad eum. Cum autem essem in loco
Alverne, vidi omnia devotionis loca, que ibi erant; et in die dominica celebravi
missam conventualem et post evangelium predicavi populo, qui convenerat, viris
et mulieribus; et post prandium veni ad Sanctam Mariam de Balneo, et socius
meus frater Iacobinus Savinus[c] de Placentia predicavit ibidem. Postea venimus
Meldulam, postea Furlivium, postea Faventiam, ubi habitabamus[4]. Et nota, quod,
quando fui Alverne, frater Lotharius, qui antiquitus fuerat custos meus in Pisana
custodia, vivebat adhuc et habitabat ibi infirmus et senex. Credo, quod locus ille
derelictus fuisset, sicut dixit michi, nisi beneficio eius fuisset retentus. Con-
sideravi autem, quod, quando fratres illi faciunt commemorationem de beato F[ran-
cisco], semper in matutinis dicunt antiphonam illam: *O martyr desiderio*[5], et in
**f.* 441[c]. vesperis: *Celorum candor*[6], pro eo quod in istis duabus antiphonis fit *mentio de
apparitione Seraphyca, et semper in principio illarum duarum antiphonarum fratres
genua flectunt.

Accedamus[d] iam nunc ad fratrem Nicholam de Monte-feltro et de eo breviter aliquid dicamus. Hic multis annis fuit minister in Ungária et postea in Sclavonia sive Dalmacia similiter fuit minister. Qui etiam multis annis, id est usque ad diem mortis sue, subditus habitavit in conventu Bononie[e]. Hic fuit humilis super omnes homines, quos unquam vidi in mundo[7]. Unde illud, quod de

a) respodebat *c.* b) *sic c.* c) sauinus *bis scriptum, alterum deletum.* d) *littera initialis* A *minio picta.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Legenda s. Francisci auct. Bonaventura c. XIII,* 1—3, *Bon. Opera ed. Peltier XIV, p.* 337 *sq.* 2) *Infra f.* 464[c]. *Sal. dicit se Perusii fuisse, cum Clemens IV. papa ibi morabatur, qui ibi a.* 1265. *Febr.* 15 — 1266. *Apr.* 19. *fuit. Per hanc civitatem transire debuit Sal., cum Assisio Alverniam proficisceretur, inde ergo patet, quo fere tempore hoc iter fecerit.* 3) *De Castellione Aretino. De quo vide supra f.* 225[a]. 399[a], *p.* 42. 454. 4) *A.* 1265. *Ian.* 24. *et Dec.* 27. *et ante hunc diem Sal. Faventiae fuisse patet supra p.* 377[b]. 392[a]. 406[b], *p.* 400. 436. 470. *Inter Ian. et Dec. a.* 1265. *Sal. Assisium ivisse videtur.* 5) *Quam composuit Iulianus de Spira: 'Die Choräle Julians von Speier' ed. J. E. Weis (München* 1901*) p. XVIII.* 6) *Ibid. p. XX.* 7) *De fratre Nicolao humillimo, qui Bononiae obiit, dicit Iord. de Iano c.* 47. 49, *Analecta Francisc. I, p.* 14 *sqq., sed eum* de Rheno *fuisse dicit.*

*F.* 441[d]. De tribus miraculis factis a Deo mediante fratre Nichola.

---

Moyse legitur, sibi optime compétere potest Numeri XII*: *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* (*v. 3.) Hic non reputabat se aliquid esse[a] nec reputari volebat, et ideo verus humilis fuit, sicut dicit beatus Bernardus[1]: *Verus humilis vilis vult reputari, non humilis predicari.* Et[b] Bernardus[c]. ideo *excelsus Dominus,* qui *humilia respicit,* (Ps. 137, 6.) dicit de eo Ys. LXVI*: *Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos?* (*v. 2.) Et talis revera fuit frater Nichola[d]. Tante enim humilitatis fuit, ut, cum aliquis vellet sibi reverentiam facere, statim in terra prostratus osculabatur[e] pedes eius, si poterat. Omnibus se reputabat indignum, omnes superiores se arbitrabatur, credens veraciter ita esse. Hic, quando pulsabatur campanella refectorii ad comedendum, primus erat qui veniebat ad ponendum aquam in lavatorium manuum fratrum. Cum autem veniebant fratres forenses, primus erat qui ibat ad lavandum eis pedes[2]. Et cum esset ineptus, quantum ad apparentiam, ad talia officia facienda, eo quod corpulentus homo esset et senex, tamen caritas et humilitas et sanctitas et curialitas et liberalitas et alacritas eum habilem, *placentem et ydoneum faciebant[d]. (*f. 441d.) Hic implebat veraciter quod Dominus dicit Luc. XXII*: *Qui maior est in vobis, fiat sicut iunior[f], et qui precessor est, sicut ministrator*[d]. (*v. 26.) Hic honorifice sepultus est in ecclesia fratrum Minorum de Bononia[d]. Nullum miraculum ostendit Deus post mortem suam de eo, quia de hoc rogavit Deum, ne faceret, sicut et frater, immo sanctissimus Egidius de Perusio Deum rogaverat, ne post mortem suam miracula pro eo ostenderet[d, 3]. Noluerunt enim isti duo equiperari[e] illi, de quo Ecclesiasticus dicit 48*: *In vita sua fecit monstra et in morte mirabilia operatus est.* (*v. 15.) Fuit autem frater Egidius, qui Perusii in archa saxea tumulatus est in ecclesia fratrum, quartus[g] frater ordinis fratrum Minorum computato beato Francisco[4]; cuius vitam frater Leo, qui fuit unus de tribus specialibus sociis beati Francisci, sufficienter descripsit[5]. Frater vero Nichola tria miracula in vita sua fecit, sive Deus per eum, que sunt digna relatu[6]. Quorum

a) ēo *corr.* ēē *c.* b) *penna mutata.* c) .Bᵗ. *c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *sic c.* f) *sic et supra p.* 309, *l.* 4; minor *Vulg.* g) quart⁹||t⁹ *c.*

1) *In Cant. sermo XVI,* 10, *Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 1321. 2) *Etiam de Nicolao de Rheno dicit Iord. de Iano c.* 49, *l. l. p.* 15: ad pedes fratrum lavandos humillimus semper et primus fuit. 3) *Hoc non legitur in Vita Aegidii quae a fratre Leone creditur esse composita, infra laudata, sed in Vita quae continetur in Chronica XXIV min. generalium, Analecta Francisc. III, p.* 113, *Aegidius dixisse fertur, cum Perusini molirentur, ut apud eos sepeliretur:* 'Dicite Perusinis, quod nec propter canonizationem nec propter magna miracula unquam pulsabuntur campane; signum non dabitur nisi Ione'. 4) *Cf. supra f.* 287[a], *p.* 184. *In Vita quidem Aegidii, quae a fratre Leone composita esse creditur, p.* 37 *sq. Aegidius quartus frater, excepto Francisco, numeratur (sed in uno codice deest frater Silvester ante eum numeratus). Sed in Vita Francisci auct. Bonaventura c. III,* 3, *Bon. Opera ed. Peltier XIV, p.* 301, *et aliis multis locis Aegidius tertius frater post Franciscum numeratur.* 5) *Quae Vita edita est a L. Lemmens, Documenta antiqua Franciscana I, p.* 37—65, *si vere haec Vita a fratre Leone composita est.* 6) *Mortuum vivens suscitasse et caeco visum restituisse dicitur a Bern. de Bessa, De laud. S. Franc. c.* 1, *Analecta Francisc. III, p.* 669 *(= Chron. XXIV min. gener., ibid. p.* 225 *= Catal. sanct. fr. Min. ed. L. Lemmens [Romae* 1903*] p.* 16*), si tamen de eodem Nicolao dicit.*

primum fuit, quia, cum guardianus cuiusdam loci imposuisset cuidam fratri iuveni, clerico et subdiacono, ut coquinam, id est potagium[1] sive pulmentum, amore Dei pro fratribus faceret, quousque coquinarius rediret, qui absens erat, et ille humiliter obediret, accidit ei infortunium tale, ut breviarium caderet in lebetem et madesceret miro modo[a]. Cum autem liber deformiter esset destructus, et frater eiulando ploraret, dicens, quod mutuo librum acceperat, que maior erat sibi causa doloris, audiens hoc frater Nichola et volens ipsum consolari dixit sibi: 'Vide, fili, *f. CCCCXLII a. *ne fleveris[2], sed accomoda[b] michi librum, quo pro horis dicendis sive offitio indigeo aliquantulum'[a]. Secedens itaque frater Nichola cum libro, fusa oratione ad Deum, restituit eum Deus[3] pristine pulcritudini, usque ádeo, ut nulla deformitas apparéret in libro[a]. Quod considerans frater, qui prius ob destructionem libri amare flebat, consolatione accepta miratus est vehementer et Dominum benedixit[a]. Alia[c] vice per fratrem Nicholam ostendit Deus tale miraculum. Quedam domina de Bononia, que filium infistulatum habebat, vidit per somnium, quod, si frater Nichola signum crucis faceret filio suo, continuo liberaretur. Erat enim domina illa fratribus Minoribus valde devota. Que cum filio suo veniens ad guardianum somnium suum narravit eidem. Guardianus vero tunc temporis erat frater Andreas de Bononia, qui fuit secundus socius fratris Iohannis[d] de Parma, quando erat generalis minister[4], cuius feci superius mentionem[5]. Qui congregans omnes sacerdotes domus Bononiensis preter fratrem Nicholam retulit eis que domina illa in somnis viderat, que etiam ad portam[e] cum filio suo hanc gratiam expectabat[a]. Et dixit sacerdotibus frater Andreas: 'Non poterimus inducere fratrem Nicholam, ut hoc faciat, nisi cum quadam sagacitate eum decipiamus. Quapropter ibitis vos omnes ad dominam illam et ducetis fratrem Nicholam, et ego ultimus superveniam; et dicetis michi, quod domina illa vult habere unam gratiam a fratribus, scilicet quod quilibet sacerdos super filium suum faciat signum crucis, et ego incontinenti sibi liberalis existam; et post me dicetis fratri Nichole, ut faciat istud idem'[a].
*f. 442b. Fecit igitur frater Andreas super puerum cru*cis signum, sed effectum non habuit, quia alii hec gratia servabatur[a]. Cum[f] autem rogarent tam mater pueri quam alii sacerdotes fratrem Nicholam, ut amore Dei super puerum faceret signum crucis, et ille recusaret[g] omnino dicens: 'Domina Marchisina, que est mater eius, faciat hoc, quia ego me indignum penitus recognosco', precepit ei frater Andreas, guardianus suus, in meritum obedientie salutaris, ut omni excusatione postposita sine mora puerum crucis signaculo consignaret[a]. Quod cum fecisset, statim puer fuit plenarie liberatus, ita quod mater incontinenti videntibus fratribus ligaturas ab eo removit et petias[a]. Fratres vero Deo gratias referentes in cordibus suis hec omnia conservabant[6]. Alia vice tertium fecit Deus per fratrem Nicholam grande miraculum. Erat quidam iuvenis in conventu Bononie, qui frater Guido filius Massarie dicebatur. Hic, dum dormiret, ita fortiter stertebat, quod nullus poterat cum eo in eadem domo quietem habere. Et, quod plus est, non solum dormientes, verum etiam et vigilantes horribiliter perturbabat. Et ideo ponebatur ad dormiendum in domo, in qua ligna ponebantur et palee, nec etiam sic evadere fratres poterant, quia per totum locum resonabat vox maledictionis et rumoris

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sic c.* c) *penna et atramentum mutata.* d) Io. *c.* e) ad portam *in loco raso.* f) *penna mutata.* g) recusare *corr.* recusaret *c.*

1) *Italice* potaggio. 2) *Apoc.* 5, 5: Ne fleveris. 3) *Potius frater Nichola procul dubio.* 4) *A.* 1247—1257. 5) *F.* 439[b], *p.* 551. 6) *Luc.* 2, 51: mater eius conservabat omnia verba haec in corde suo.

*F. 442c.* De fratre Bertholdo, qui optime predicabat, et erat Theotonicus et ex ordine Minorum.

---

istius[a]. Tunc congregati sunt omnes sacerdotes et discreti fratres conventus Bono- 1249. niensis in camera fratris Iohannis[b] de Parma, qui erat generalis minister, et dixerunt sibi de puero isto, quod propter enormem defectum, quem habebat, esset penitus de ordine expellendus. Et ego eram ibi[1]; et iudicatum et sententiatum fuit, quod matri sue deberet restitui, eo quod ordinem decepisset, cum de filio suo, priusquam reciperetur, cognovisset hec omnia. Non tamen fuit continuo matri redditus Domino faciente, *qui per fratrem Nicholam miraculum facere disponebat[a]. *f. 442c. Considerans itaque frater Nichola, quod puer eiciendus erat ab ordine propter defectum, quem natura faciebat, non culpa, qualibet die circa diluculum puerum vocabat, ut sibi serviret ad missam[a]. Et finita missa puer post altare ex precepto eius coram eo genuflectebat, sperans ab eo aliquam gratiam adipisci. Frater vero Nichola cum manibus faciem eius tangebat et nasum, volens ei beneficium sanitatis Domino largiente conferre. et precipiendo ei nichilominus, ne cuiquam hoc revelaret secretum[a]. Quid plura?[a] Puer subito fuit optime liberatus, et dormiebat postea quiete et pacifice sicut ghirus[2] sine fratrum aliqua lesione. Qui postea transtulit se ad Romanam provintiam et fuit ibi sacerdos et confessor et predicator et fratribus obsequiosus et utilis valde, recognoscendo beneficia, que meritis et precibus beati Nichole contulerat sibi Deus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Nunc[c] ad fratrem Bertholdum[d] de Alamannia[3] accedamus. Hic fuit ex ordine fratrum Minorum[e] sacerdos et predicator et honeste et sancte vite, sicut religiosum decet. Apocalipsim exposuit[4], ex qua expositione non scripsi nisi de septem episcopis Asie, qui in Apocalipsis principio sub angelorum nomine inducuntur. Et hoc ideo feci, ad cognoscendum, quinam fuissent illi angeli, et quia expositionem abbatis Ioachym super Apocalipsim habebam, quam super omnes alias reputabam[a]. Item per anni circulum fecit magnum volumen sermonum, tam de festivitatibus quam de tempore, id est de dominicis totius *anni. Ex quibus *f. 442d. non nisi duos scripsi, pro eo quod optime de Antichristo tractabat in illis. Quorum primus sic inchoabat: [*Ecce*[f] *positus est hic in ruinam.* Alius erat:] *Ascendente Iesu* Luc. 2, 34. Matth. 8, 23. *in naviculam secuti sunt eum discipuli eius*[5]. In[g] quibus plenissime continetur tam de Antichristo quam de tremendo iuditio. Et nota, quod frater Bertholdus predicandi a Déo gratiam habuit specialem. Et dicunt omnes qui eum audiverunt[h], quod ab apostolis usque ad dies nostros in lingua Theotonica non fuit similis illi. Hunc sequebatur multitudo magna virorum et mulierum, aliquando LX[a][6] vel centum milia[7], aliquando civitatum plurium simul maxima[i] multitudo,

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) Io. *c.* c) *littera initialis* N *minio picta.* d) berthodum *corr.* bertholdum *c.* e) *sequitur iterum* fuit *expunctum et linea perducta deletum.* f) *uncis inclusa in marg. super. a Sal. suppl.* g) In quibus plen. cont. *in loco raso alio atramento post a Sal. scripta.* h) adiuerunt *corr.* audiuerunt *c.* i) max. mult. *post a Sal. in marg. suppl.*

1) *Haec procul dubio aestate anni* 1249. *gesta sunt, cum Sal. cum Iohanne de Parma a civitate Parmensi Bononiam ivisset, ut supra f.* 348[b], *p.* 333. *narravit.* 2) *Italice* ghiro, *nobis* '*Murmeltier*'. 3) *De Ratispona.* 4) *Qui liber non exstat.* 5) *Utrumque sermonem nuper edidit A. Schönbach in 'SB. d. Wiener Akad. d. Wiss., Philos.-hist. Kl.' CLI* (1906), '*Studien z. Gesch. der altdeutschen Predigt*' *IV. p.* 5—31, *ubi vide p.* 2. 3. 6) *Eundem numerum dicit Hermannus Altah., SS. XVII, p.* 395. 7) *Hunc numerum habent Ann. Halesbrunn. mai., SS. XXIV, p.* 44.

*F.* CCCC43[a]. De predicatione fratris Bertholdi, quam quidam rusticus audivit, cum per XXX miliaria distaret ab eo.
*F.* 443[b]. De quadam nobili domina Theotonica, que multis annis secuta fuit fratrem Ber[tholdum], ut predicationem ipsius audiret.

---

ut audirent verba melliflua et salutifera, que procedebant ex ore eius[1], faciente *Ps. 67, 34. Ps. 67, 12.* illo qui *dat voci*[a] *sue vocem virtutis* et qui *dat verbum evangeliçantibus virtute multa*[b]. Hic ascendebat bettefredum sive turrim ligneam quasi ad modum campanilis factam, qua pro pulpito in campestribus utebatur, quando predicare volebat, in cuius etiam cacumine ponebatur pennellus ab his qui artificium collocabant, ut ex vento flante cognosceret populus, in qua parte ad melius audiendum se ad sedendum collocare deberet[b]. Et mirabile dictu! Ita audiebatur et intelligebatur a remotis ab eo sicut ab his qui iuxta eum sedebant, nec erat aliquis, qui a predicatione sua surgeret et recederet nisi predicatione finita[b]. Et cum de tremendo iuditio predicaret, ita tremebant omnes, sicut iunccus[c] tremit in aqua. Et rogabant eum[d] amore Dei, ne de tali materia loqueretur, quia eum audire terribiliter et horribiliter gravabantur. Quadam die, dum in quodam *f. CCCC43a.* loco frater Bertholdus predicare deberet, accidit, *ut quidam bubulcus dominum suum rogaret, ut ad predicationem fratris Bertholdi audiendam eum amore Dei ire permitteret[b]. Cui dominus suus respondit: 'Ego ad predicationem ibo, tu vero ibis ad agrum ad arandum cum bobus', iuxta verbum quod scriptum *v. 28.* est Eccli. XXX3[e]: *Mitte illum in operationem, ne vacet.* Cum autem bubulcus quodam die summo diluculo arare inchoasset in agro, mirabile dictu! statim primam vocem fratris Bertholdi predicantis audivit, qui illo die per XXX[ta] miliaria distabat ab eo. Et statim bubulcus boves disiunxit ab aratro, ut boves comederent, et ipse sedendo predicationem audiret[b, 2]. Et facta sunt ibi tria miracula relatu dignissima[b]. Primum, quia audivit eum et intellexit, cum ita remotus esset et per XXX[ta] miliaria distaret ab eo[b]. Secundum, quia totam predicationem didicit et memoriter[f] tenuit[b]. Tertium, quia tantum aravit predicatione finita, quantum aliis diebus continue arare solebat[b]. Cum autem bubulcus postea a domino suo de predicatione fratris Bertholdi requireret, et ille eam nesciret repetere, eam totaliter bubulcus repetiit, addens, quod eam totam audivisset et didicisset in agro[b]. Tunc dominus suus, cognoscens hoc ex miraculo accidisse, dedit bubulco plenariam libertatem, ut, quotienscumque vellet, ad predicationes fratris Bertholdi audiendas libere posset ire, quantumcumque servile opus faciendum instaret. Erat autem consuetudo[g] fratris Bertholdi, ut modo in ista civitate, modo in alia predicationes, quas facere intendebat, diversis temporibus ordinaret et locis, ut populus, *f. 443b.* qui conveniebat, sine defectu victualia posset *habere. Quodam autem tempore quedam nobilis domina, magno et ferventi desiderio inflammata audiendi predicantem fratrem Bertholdum, eum per sex annos continuos per civitates et castra cum quibusdam suis sodalibus et divitiis est secuta, nec unquam cum eo potuit habere secretum et familiare colloquium[b]. Cum autem[h], finitis sex annis et finitis

a) *penna mutata, novo versu abhinc coepto.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sic c.* d) eum *in marg. a Sal. suppl.* e) *numerus in spatio vacuo relicto post a Sal. suppl.* f) momorit̄ *corr.* memorit *c.* g) ꝯsuedo *corr.* ꝯsuetudo *c.* h) a (autem) *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Cf. Luc.* 4, 22: in verbis gratiae, quae procedebant de ore ipsius; *Matth.* 15, 11: sed quod procedit ex ore. 2) *Huius vel similis fabulae mentio fit in collectione codicis Vaticani Ottoboniani, Analecta Franciscana I, p.* 417.

*F.* 443[c]. De castellano, quem frater Bertholdus sua predicatione convertit, et in quo Deus sua miracula misericorditer demonstravit.

---

et consumptis suis expensis, in festo assumptionis beate virginis cum sodalibus *Aug.* 15. suis non haberet domina illa, quid comedere posset, accessit ad fratrem Bertholdum et hec omnia que dicta sunt per ordinem retulit sibi[a]. Que cum omnia frater Bertholdus audisset, misit eam ad quendam campsorem, qui inter omnes civitatis illius ditior habebatur, imponens[b] ei, ut ex parte sua diceret sibi, quod daret ei tot denarios pro victualibus et expensis, quantum valebat una dies indulgentie, pro qua habenda fuerat sex annis fratrem Bertholdum secuta[a]. Quod cum audisset campsor, subrisit et dixit: 'Et quomodo scire potero, quantum valeat indulgentia diei unius, quo[c] fratrem Bertholdum secuta fuistis?' Cui illa respondit: 'Dixit michi, ut dicerem nobis, quod poneretis denarios ex una parte in scutellam statere, et ego in alteram scutellam sufflarem, et hoc signo poteritis cognoscere, quantum valet'[a]. Posuit igitur denarios larga manu et implevit scutellam statere, ipsa vero insufflavit in alteram, et statim preponderavit, et denarii subito sunt elevati, ac si conversi fuissent in plumeam levitatem. Quod videns campsor miratus est vehementer, et pluries ac pluries denarios ex parte sua superposuit in statera, nec sic potuit flatum *domine elevare, quia tanto pondere eam fixit spiritus sanctus, *f. 443c. ut scutella lance[d], que erat ex parte domine plena flatu, elevari denariorum ponderositate nullatenus posset[a]. Quod videntes tam campsor quam domina et alie mulieres, que erant presentes, statim venerunt ad fratrem Bertoldum[e] et ei per ordinem que acciderant retulerunt. Cui etiam dixit campsor: 'Paratus sum restituere aliena et amore Dei propria pauperibus errogare[f] et desidero effici bonus homo, *quia* revera *mirabilia vidi hodie*'[a]. Cui frater Bertholdus imposuit, ut illi *Luc.* 5, 26. domine, cuius occasione ista viderat, et sociis suis victualia tribueret larga manu. Quod diligenter et libentissime adimplevit ad laudem domini nostri Iesu Christi[1], cui est honor et gloria in secula s[eculorum][g]. Amen.

Alio[h] quodam tempore, cum frater Bertholdus per quandam viam cum fratre laico socio advesperascente iam die[2] transiret, captus est ab assasinis cuiusdam castellani et ductus ad castrum et nocte illa incenatus et male hospitatus servabatur ibidem. Castellanus vero ille usque ádeo concives suos[3] offenderat, ut in palatio communis depictus esset, quali pena, si caperetur, puniri deberet, scilicet ad suspendium iudicatus[a]. In crastinum autem circa diluculum accessit magister carnifex ad castellanum dominum suum et dixit ei: 'Quid iubet dominium vestrum, ut fiat[i] de fratribus illis, qui heri sero ducti fuerunt ad nos?' Cui castellanus dixit: 'Quod expedias eos'. Quod erat dicere[k]: 'Interfice illos'. Nam, sicut dicitur de David I. Reg. XXVII*, quod *virum et mulierem non vivificabat David nec adducebat in Geth, dicens, ne forte loquantur adversum nos,* sic erat de castellano isto *v. 11. et assasinis suis, qui aliquos predabantur, aliquos interficiebant, aliquos vero ducebant ad castrum et *ponebant in carcere, quousque pecunia data redimi possent, *f. 443d.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *penna mutata.* c) *sic* (q̊) *c.;* pro qua *Sal. scribere voluisse videtur.* d) *sic c.;* lancis *Sal. scribere debuisset.* e) *sic hoc loco c.* f) *sic c.* g) *s. c.* h) *littera* A *minio picta.* i) ut fiat *in marg. a Sal. suppl.* k) dicere *certo legi nequit in c.*

1) *Eadem fabula alio modo narrata est in Chronica XXIV min. generalium, Analecta Francisc. III, p.* 239. 2) *Prov.* 7, 9: advesperascente die. 3) *Frater Salimbene in Germania sicut in Lombardia suo tempore castellanos cives civitatum esse opinatus est.*

alias interficiebantur omnino[a]. Cum autem[b] frater Bertholdus dormiret, et socius suus frater laycus vigilaret, qui matutinum suum dicebat, et sententiam mortis super se a castellano datam intellexisset, eo quod non esset inter utrosque nisi paries intermedius, cepit frater laycus fratrem Bertholdum pluribus vicibus inclamare[a]. Cum autem castellanus nomen fratris Bertholdi audiret, cepit cogitare, ne forte iste famosus ille predicator esset, de quo mirabilia dicebantur. Et statim revocato carnifice precepit ei, ne lederet fratres, sed ante conspectum suum duceret eos. Qui cum perducti fuissent, interrogati sunt ab eo, quibus nominibus vocarentur. Cui frater laycus respondit dicens: 'Nomen meum tale est. Iste vero est frater Bertholdus, famosus et gratiosus ille predicator, per quem Deus tot mira- *cf. Eccli. 48, 15.* bilia operatur'[a]. Cum autem castellanus talia audivisset, statim prostravit se ad pedes fratris Bertholdi et amplexatus et osculatus est eum. Insuper et rogavit eum, ut amore Dei ipsum predicantem audiret, quia ex multo tempore desiderabat ab eo verbum salutis audire. Cui frater Bertholdus consensit hoc pacto, quod omnes malefactores, quos secum habebat in castro, ante suum conspectum congregaret in unum, ut omnes simul predicationem audirent. Quod ille libenter se facturum promisit[a]. Dum igitur castellanus suos maleficos congregaret, et frater Bertholdus aliquantulum seccessisset[c] ad Dominum exorandum, accessit ad eum socius suus et dixit ei: 'Noveritis, frater Bertholde, quod super nos mortis sententia ab isto **f. CCCC41a.* homine data fuit. Quapropter, *si unquam bene predicastis de penis infernalibus et de gloria paradisi, nunc tali magisterio indigetis'. Audiens hec frater Bertholdus totum se contulit ad rogandum Deum. Et reversus denuo illis congregatis ita splendide peroravit et verbum salutis proposuit, ut omnes amarissime provocarentur ad flendum; et ante quam inde recederet, omnes in confessione audivit et precepit eis, ut a castro illo discederent et male ablata restituerent et toto tempore vite sue in penitentia perseverarent, et sic vitam eternam haberent[d]. Castellanus vero prostravit se ad pedes fratris Bertholdi et cum multis lacrimis rogavit eum, ut amore Dei eum ad ordinem beati Francisci recipere dignaretur. Qui recepit eum sperans, quod a ministro hanc gratiam obtineret. Cum autem fratrem Bertholdum sequi vellet, prohibuit eum frater Bertholdus propter furorem populi, quem offenderat, et de eius conversione nichil audiverat. Cum autem pervenisset ad civitatem frater Bertholdus, voluit ipsum populus predicantem audire. Et congregati sunt omnes in glarea cuiusdam fluminis, ubi e regione pulpiti latrones in furcis pendebant[a]. — Cum talia audis, pone tibi exemplum glaream fluminis Reni de Bononia[a]. — Castellanus igitur supradictus post discessum fratris Bertholdi inflammatus amore divino et attractus desiderio audiendi fratrem Bertholdum oblitus est omnium malorum, que unquam intulerat civitati. Et veniens solus, ut iret ad locum, ubi predicabatur, statum fuit cognitus et captus et sine mora ad suspen- **f. 441b.* dium ductus. Currebant autem omnes post *ipsum[e] clamantes et dicentes: 'Suspendatur et morte turpissima moriatur iste pessimus inimicus noster! Nam *virum, qui attririt nos et oppressit inique, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit* **r. f.* *de stirpe eius in cunctis finibus* nostris', II. Reg. XXI *[a]. Cum autem videret frater Bertholdus populum concurrentem et a predicatione sua recedentem, miratus est valde et dixit: 'Nunquam accidit michi, quod aliquis a predicatione mea recederet nisi predicatione finita et benedictione accepta'. Cui unus de residentibus dixit: 'Pater, non miremini ex hoc, quia captus est talis castellanus, qui erat noster pessimus inimicus, et ducitur ad suspendium'. Audiens hoc frater Bertholdus

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) ā (autem) *in marg. a Sal. suppl.* c) *sic c.* d) *sequitur* ℭ· *atramento nigro scriptum.* e) *penna cum nova columna mutata.*

*F.* 444[c]. De LXXII ribaldis fratris Ghirardini Segalelli et de eius stultitia.
*F.* 444[d]. De XII mulieribus, que ibant ad fratrem G[hirardinum] videndum.
De papa Martino, qui precepit, quod predicaretur crux contra Petrum Aragonie regem.

---

totus contremuit et cum dolore dixit: 'Noveritis, quod confessionem eius audivi et omnium sociorum suorum, quos misi, ut penitentiam facerent; et istum ad ordinem beati Francisci receperam, et modo veniebat, ut me predicare audiret. Quapropter curramus omnes et liberemus eum'. Ceperunt igitur omnes velociter currere. Cumque pervenissent ad furcas, iam erat tractus superius et expiraverat. Depositus est igitur ad iussum fratris Bertholdi, et invenerunt cartam circa collum eius aureis litteris scriptam et hanc scripturam habentem: *Consummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima eius*[a]*; propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum,* Sap. IIII*[b]. (*v. 13. 14.) Tunc misit frater Bertholdus, ut venirent fratres Minores de conventu civitatis illius et portarent crucem, feretrum et habitum et viderent et audirent mirabilia *Dei. (*f. 444c.) Et factum fuit ita. Et retulit eis et omnibus historiam supra dictam. Et portaverunt corpus eius et honorifice sepelierunt illud in loco fratrum Minorum, laudantes Deum, qui talia operatur. Et impleta est scriptura que dicit Eccli. XX*: (*v. 12.) *Est qui multa redimat modico pretio.* Item ipse etiam dicere potuit illud Eccli. ultimo*: *Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni michi multam requiem*[b]. (*51, 35.) Optime valet hoc exemplum ad conversionem peccatorum, quia de nemine desperandum est, dum vivit, quia *dixit Dominus: 'Ex Basan convertam, convertam in profundum maris'.* (Ps. 67, 23.) Hinc beatus Basilius in Examerون[1] dicit: *Nullus in malicia permanens de seipso desperet, sciens, quoniam agricultura quidem arborum qualitates transmutat.* [Basilius.] De hac materia satis sit dictum, quantum ad presens spectat. Iam nunc ad cursum usitatum accedamus et que dicenda sunt prosequamur.

Anno[c] Domini M⁰CC⁰LXXXIIII⁰, quem etiam millesimum superius inchoavimus carta CCCC29[2], (1284.) indictione XII[a], septuaginta duo ex his *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt,* (Apoc. 2, 9.) inter quos erant pueri cum senioribus, veniebant per stratam publicam transeundo per Mutinam et per Regium, ut irent Parmam ad fratrem Ghirardinum Segalellum, qui fuit primus eorum, volentes eum videre et expropriari ab eo[3] et benedici et de sua licentia perambulare per mundum[b]. Et introduxit eos in quandam ecclesiam apud Parmam et denudavit eos omnes et reinduit et recepit et benedixit et postea misit *eos, ut irent quo vellent. (*f. 444d.) Et papa Gregorius decimus de Placentia in pleno concilio Lugdunensi interdixit eis, ne de cetero multiplicarentur, et nichilominus tali habitu induunt semetipsos et vadunt discurrendo et stultiçando per mundum, nec *Deum timent nec hominem reverentur,* (Luc. 18, 4.) scilicet summum[d] pontificem, vicarium Iesu Christi; et credunt se esse in statu salutis, cum Romane ecclesie non obediant[4]. Isti credebant se facere secundum scripturam que dicit Luc. X*: (*v. 1.) *Post hec autem designavit Dominus et alios LXXII et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus.* Item eodem millesimo[e] post predicta paucis diebus elapsis venerunt per eamdem stratam publicam XII iuvencule cum mantellis circa scapulas involute, que se dicebant

a) illius *Vulg.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *littera* A *minio picta.* d) sum̄ *c.* e) .M̊. *c.*

1) *Homil. V, 7, Opera ed. Garnier (Paris. 1721) I, col. 46 sq. Cf. supra p.* 108, *n.* 4. 2) *Potius f.* 428[c], *p.* 526. 3) *Cf. supra f.* 320[c], *p.* 264. 4) *Cf. supra f.* 322[a], *p.* 268.

*F.* CCCC45[a]. De morte regis Karoli, et de quadam sancta domina, que a Deo magnas habuit visiones.

---

1284. sorores Appostolissas[a] esse hominum supra dictorum, et ibant Parmam ad videndum
fratrem Ghirardinum Segalellum pro consimili causa iam superius dicta. Isti
*Apoc. 2, 9.* homines, *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt, sed sunt* ribaldi et homines rurales
et bestiales, ducendo post se huiusmodi mulierculas credebant facere quod apostolus
**v. 5–7.* in prima ad Cor. dixit IX*: *Numquid non habemus potestatem sororem mulierem
circumducendi*[b] *sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas? Aut ego solus et
Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militavit*[c] *suis stipendiis unquam?*
*(Ian. 4).* Item[d] millesimo supraposito papa Martinus IIII. misit litteras[1] precipiendo,
quod predicaretur crux contra Petrum Arágonum, qui Siciliam occupaverat. Et
**f.* CCCC45[a]. assignavit IIII[or] causas, quare volebat, quod crux predi*caretur contra eum. Quarum prima erat, quia terram ecclesie occupabat et contra voluntatem ecclesie possidebat, nolens Romane ecclesie obedire, ut terram dimitteret. Secunda in favorem et adiutorium regis Karoli, cui ecclesia terram illam concesserat. Tertia, quia ibi multiplicabantur heretici, usque ádeo quod inquisitores heretice pravitatis illuc ire non poterant occasione hominum Petri Arágonum, quos ibidem tenebat. Quarta, quia occasione exercitus Petri Arágonum, qui in Sicilia morabatur, impediebatur succursus Terre Sancte, qui inde antiquitus habebatur quantum ad victualia et armorum copiam et numerum pugnandorum[e]. Sed crux non fuit predicata, quia post breve tempus subsecuta est mors tam Karoli quam summi et Romani pontificis. Nam sequenti
1285. Anno[f], scilicet M⁰CC⁰LXXXV⁰, indictione XIII[a], inmediate sequenti die post
*Ian. 7.* epyphaniam, qua dominica habebatur, rex Karolus apud Fociam ultimum diem
clausit, et portatus fuit Neapolim et ibi sepultus[g]. Et nota, quod tali die obiit, quali fuerat coronatus revolutis pluribus annis[2]. Hic fuit optimus preliator et abstulit opprobrium[3] Gallicorum, quod sub sancto Lodoico incurrerant ultra mare. Hic post se dimisit bonos heredes, filios et nepotes. De[h] cuius morte quedam sancta domina magnas habuit visiones. Nam millesimo[i] supraposito, scilicet CC⁰LXXXV⁰. quedam domina de civitate que appellatur Barletta vidit somnium sibi a Deo ostensum, quod narrans fratribus Minoribus, quorum devota erat, dixit:
**f. 445*[b]*. Gen. 15, 13.* 'Vidi in visione nocturna *quendam astantem michi et dicentem: "*Scito prenoscens*,
*quod* infra unum annum IIII[or] sollemnes persone morti tradentur a Deo, *ubi con-*
**v. 23.* *stituta est domus omni viventi*. Iob XXX*[4]; et primus erit rex Karolus, secundus papa Martinus, tertius Philippus rex Francie, quartus Petrus rex Aragónie"'. Hec omnia rerum probavit eventus[5], quia accidit ita ut dictum fuerat sibi[6]. Item[h] hec eadem domina, quando rex Karolus obiit, aliud vidit somnium, quod narrans fratribus Minoribus ait: 'Videbatur michi, quod essem in quodam magno viridario valde pulcherrimo, in quo vidi draconem ingentem atque terribilem, ante cuius conspectum fortiter fugiebam nimio timore perterrita. Draco vero velocissimo

a) *sic c.* b) ꝯducendi *c.* c) militat *Vulg.* d) *non versus novus coeptus hoc loco, sed tantum* ⊄ *minio scriptum praecedit.* e) *sic c.; lege* pugnatorum. f) anno *in initio versus prius scriptum erat, tum littera magna initialis* A *colore nigro et rubro praeposita,* a *non deleto.* g) *sequitur* ⊄ *minio scriptum.* h) *penna mutata.* i) .M. *c.*

1) *Datas a.* 1284. *Ian.* 4; *Potthast nr.* 22149. 22150. 22153. 2) *Karolus a.* 1266. *Ian.* 6 *(non Ian. 7) rex coronatus est.* 3) *Cf. Eccli.* 47, 4: abstulit opprobrium de gente; *Ios.* 5, 9: abstuli opprobrium Aegypti a vobis. 4) *In versu Iob* 30, 23. *praecedit:* Scio, quia morti trades me. 5) *Gen.* 41, 13: quidquid postea rei probavit eventus. 6) *Hinc patet haec post diem Nov.* 10. *anni* 1285. *scripta esse, quo die Petrus rex obiit. Philippus rex iam die Oct.* 5. *huius anni obiit. Cf. quae ad f.* 451[d]. *adnotari.*

*F.* 445[c]. De eclipsi lune, et de rosa aurea que datur a papa in dominica de *Letare Ierusalem.*
De desponsatione maris in die ascensionis a duce Venetiarum.
*F.* 445[d]. De obitu pape Martini et de electione pape Honorii quarti.

---

cursu post me veniebat humanis vocibus inclamando atque rogando, ut eum ex- 1285.
pectarem, quia michi loqui volebat. Cum autem audissem, quod michi voce loque-
batur humana, abire cessavi, volens audire, quid diceret. Et conversa aio ad eum:
"Quinam estis vos, et quid michi dicere vultis?" Et respondit et dixit: "Ego sum
rex Karolus, qui habitabam in isto pulcherrimo viridario, de quo Petrus rex Ara-
gónie cum uno frusto carnis nunc me expellit". De uxore[1] Petri Aragonie dice-
bat, cuius occasione contra Karolum regnum Sicilie occupavit. Et quod mulier
carnis nomine intelligatur, habetur Io. I*, ubi dicitur: *Neque ex voluntate carnis* *v. 13.
*neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*[a]. Cum autem fratres Mi*nores regis *f. 445c.
Karoli obitum audivissent, cognoverunt, quod domina illa veram viderat visionem.

Item[b] eodem millesimo post mortem regis Karoli obscurata est luna illa
hora, qua cantabamus matutinum, quarta die intrante Marcio[2], id est in dominica *Mart.* 4.
de *Letare Ierusalem*, qua dominica a summo pontifice datur rosa. Hec igitur rosa
est aurea et continet in se muscum et balsamum. In quibus notatur trinitas sub-
stantiarum in Christo. In auro, quod preminet metallis, notatur excellentia divini-
tatis. Unde Cant. V*: *Caput eius aurum optimum*, id est divinitas. Unde I. Cor. XI†: *v. 11. †v. 3.
*Caput Christi Deus.* In balsamo, quod est calidum et odoriferum, notatur anima
Christi, que plena fuit ferventissima caritate. Unde Io. XV*: *Maiorem hac di[lec-* *v. 13.
*tionem] nemo habet* et cet. Odorem quoque carismatum spiritualium spargit ubique.
Unde dicunt anime sancte Cant. I*: *Curremus in odorem unguentorum tuorum*[c]. In *v. 3.
musco, qui de carne unicornis oritur et aromaticitate sua spiritualia menbra con-
fortat, notatur corpus Christi de humanitate Ade assumptum, quod per redolen-
tiam passionis fideles animat ad perferenda adversa. Unde I. Petri IIII*: *Christo* *v. 1.
*passo in carne et vos eadem co[gitatione] armamini.* Hanc rosam domnus papa
donat prefecto Urbis, quia Deus pater filium suum dabit in premium dilectoribus
suis. Unde Dominus ait Io. XIII*: *Qui diligit me, diligetur a patre meo, et ego ma[ni-* *14, 21.
*festabo] ei meipsum*[c]. Hec igitur supradicta ad misterium demonstrandum dando
rosam domnus papa facit[3]. Simili modo dux Veneciarum cum Vénetis suis
cum anulo aureo[d] in die ascensionis Domini mare desponsat, *partim causa solatii *f. 445d.
et deductionis, partim ex quadam ydolatrie consuetudine motus, qua Neptuno
sacrificant Veneti, partim ad ostendendum, quod Veneti dominium maris habent.
Postea piscatores, qui volunt, quia aliter non coguntur, denudant se et oleo pleno
ore, quod postea spargunt, descendunt in profundum maris ad anulum inquiren-
dum. Et quicumque illum invenire potest, absque ulla contradictione possidet
illum[e]. De hac materia dicit psalmista*: *Qui descendunt mare in navibus, facientes* *106, 23. 24.
*operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini et mirabilia eius in profundo.*
Et nota, quod Neptúnus a poetis et gentilibus dicitur deus maris.

Item[c] eodem millesimo supraposito VII° die exeunte Marcio fuit pascha, 1285. *Mart.* 25.

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *penna mutata.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*
d) auro *corr.* aureo *c.* e) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *atramento nigro scriptum praecedit.*

1) *Constantia filia Manfredi.* 2) *Non eclipsis lunae hac nocte fuit.* 3) *Sane haec de rosa a papa data ex alio libro (forte ex sermone quodam huius dominicae) descripta esse videntur, sed frustra quaesivi, unde Sal. haec acceperit. Cf. Guill. Durandi Rationale divinorum officiorum VI, 166; (Cencii) Liber censuum ed. P. Fabre I, p. 294.*

*F.* CCCC46[a]. De deceptione cuiusdam religiosi, cui diabolus promittebat papatum.

1285. *Mart.* 25. scilicet in annuntiatione beate virginis, quod ante non fuerat LXXII annis elapsis[1];
quod infaustum aliqui esse credebant, quod etiam post X annos adhuc expectatur
*Mart.* 25. fore futurum, scilicet M°CC°XCV°[2]. Item eodem millesimo in festo resurrec-
tionis domnus papa Martinus IIII. sollemniter celebravit, et sequenti quarta feria
*Mart.* 28. infra octavam pasche, qua die cantatus fuit introitus ad missam *Venite benedicti*,
ultimum diem clausit, et Assisii in ecclesia beati Francisci sepulturam elegit[3], quia
totaliter erat intimus amicus ordinis fratrum Minorum[a]. Et inmediate post octavam
*Apr.* 2. pasche, scilicet secunda die intrante Aprile[b], habuit successorem domnum Iacobum
de Sabellis de civitate Romana, qui erat de numero et collegio cardinalium et
primus inter alios cardinales[4]; qui erat senex et antiquus[c] et plenus dierum[5]. In-
*f. CCCC46a. firmus et poda*gricus et cyragricam habens. Et dictus est Honorius IIII. Hic
postquam factus fuit papa, statim ivit Romam et revocavit cardinales, qui per
diversas provincias in legationibus erant, et tractabat cum eis de universali pace
mundi. Executor relictus fuerat testamenti pape Martini. Filio regis Karoli, qui
erat in vinculis Petri Aragonum in Sicilia, misit copiosum thesaurum ob gratiam
amicicie[6] et coronavit Karolum nepotem regis Karoli[7]; et speratur de eo, quod
multa bona faciet, sicut de eo fertur, et videtur asserere ipsemet[8].

## De[d] deceptione et calliditate diaboli, qui cum astutia sua nititur decipere servos Dei.

Postquam[e] iste Honorius factus est papa, cognovit quidam religiosus se esse
deceptum. Fuit enim quidam religiosus adhuc vivente papa Martino, cui frequenter
diabolus apparebat, quandoque solus, quandoque cum societate demonum aliorum,
et semper de die et cum splendore et maxima pulcritudine. *Ipse enim Sathanas*,
*v. 14. ut dicit apostolus, *transfigurat se in angelum lucis*, II. ad Cor. XI*. Apparebat
enim sibi aliquando in forma crucifixi[f], aliquando in forma beate virginis et beati
Francisci et beati Antonii et beate Clare et beate Agnetis. Aliquando cum effigie
cruxifixi erant omnes isti. Et videbatur isti religioso aspectus istorum delectabilis

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *sic c.* c) antiq9 *c.* d) *linea rubra subducta sub* De — dei.
e) *littera initialis* P *minio picta.* f) *penna mutata.*

1) *Potius LXXIII annis, nam a.* 1212. *fuit pascha Mart.* 25. 2) *Immo a.* 1296.
3) *Cf. epistolam Honorii IV. papae, datam a.* 1286. *Febr.* 1, *Potthast nr.* 22361, *qua Perusinos hortatur, ut Martini papae corpus, ut ille voluerat, in ecclesia S. Francisci Assisina tumulari permittant. Sed in ecclesia maiore Perusina sepultus est.* 4) *I. e. primus omnium in cardinalem promotus, scilicet iam a.* 1261. *ab Urbano IV. papa. Quod male interpretatus est B. Pawlicki, 'Papst Honorius IV.' (Münster* 1896*) p.* 12. *Fuit card. diaconus S. Mariae in Cosmidin.* 5) *Cf. Gen.* 35, 29: senex et plenus dierum. 6) *Non Karolo capto thesaurum eum mittere potuisse patet, sed exercitui Francogallorum in regno Siciliae existenti pecuniam dedit, ut tradit Cont. Rom., SS. XXII, p.* 482. *Giov. Villani VII,* 112 (113). *dicit de Honorio:* Questo . . . poco ajuto o niente diede all' herede del re Carlo alla guerra di Sicilia.
7) *Neque hoc verum est, nec patet, quo Sal. commotus sit, ut hoc falsum referret. Fortasse dicit non Karolum III. regem Siciliae, sed Karolum de Valesio, regem Arragoniae a Martino IV. papa appellatum, cuius patruus Karolus I. rex erat. Neque etiam hunc papa coronavit. Nota haec iam anno* 1285. *a Sal. scripta esse. Cf. infra f.* 451[d]. 455[d]. 8) *Infra f.* 473[a]. *Sal. in Honorium papam invectus est, cum iam audivisset hunc sibi proposuisse, ut privilegia fratrum Minorum tolleret.*

*F.* 446[c]. Quod diabolus voluit decipere quendam[a] iuvenem, qui laborabat in extremis, ut eum faceret desperare, sed frater adiuvatus[b] a fratre manus eius evasit.

---

ad videndum, et promissio, quam ei faciebant, suavis ad audiendum. Nam promittebant ei papatum immediate post mortem illius pape, qui tunc temporis erat. Frater vero, ut retulit cuidam suo amico, cum quo de hac *materia sepe familiare *f. 446b. colloquium habuit, de papatu parum videbatur curare, nisi dumtaxat pro tanto, quia sperabat, si papa esset, quod totum mundum reducere posset ad pacem. Cum autem ille familiaris amicus suus, cui talia revelabat, diceret ei, quod ista sibi impossibilia videbantur omnino, eo quod esset persona privata et parvi valoris, et quia cardinales, ad quos de iure sive consuetudine talis spectat electio, de eo in curia nullam cognitionem habebant, respondebat hoc opus humanum non esse, sed illius qui omnia potentissime operatur[1]. Verum processu temporis mortuus est papa, et 1285. alius est creatus; et ipse remansit promissione sibi facta frustratus pariter et delusus. Cum autem amicus suus sibi postea insultaret, quod remansisset deceptus, respondit, quod ille qui sibi apparebat dixit sibi: 'Quia noluisti facere universa[c] que tibi preceperam, ideo perdidisti papatum'[d]. Per[e] quod potest conici, quod aliquid damnosum et inhonestum diabolus suggerebat[f], quod frater noluit adimplere. Tandem mortuus est frater ille et nunquam fuit papa[d]. Quapropter cavendum est nobis, sicut dicit apostolus 2. ad Cor. II*, *ut non circumveniamur*[g] *a Sathana.* *v. 11. *Non enim ignoramus cogitationes eius.* Et ideo bene dixit quidam:

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum,*
*Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet*[2].

Sed nec ille minus bene dixit, qui ait prima Io. IIII*: *Karissimi, nolite omni spiritui* *v. 1. *credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Quod bene fecit quidam sanctus pater, qui cum staret coram altari et oraret, respondit diabolo, qui sibi in forma crucifixi apparebat dicens: 'Ego sum Christus, *adora me secure'. Deiecit, inquam, *f. 446c. oculos ad terram nec voluit ipsum videre, sed diabolo dixit: 'Recede hinc, Sathana! quia ego Christum in hac vita videre non curo'[3]. Et tunc diabolus recessit confusus. Religiosus superius dictus, cui talia acciderunt, frater Minor fuit, sed nomen eius subticeo utilitatis causa. [Require[h] infra iterum de hac materia carta . .][4].

Fuit[i] et alius frater Minor iuvenis quidam, cui, cum in extremis laboraret, apparuit diabolus dicens: 'Habeo adversum te aliqua, propter que noveris te esse damnatum'. Cui frater respondit dicens: 'Miser, dic illa, ut cognoscam, que sint, quia *in Domino confido, quomodo* vos demones *dicitis anime mee: Transmigra in* Ps. 10, 2. *montem sicut passer?*' Cum autem lector, qui cum aliis fratribus ibi erat, quereret ab eo, quid videret, aut cum quo loqueretur, respondit dicens: 'Hic est diabolus, qui disputat mecum et imponit michi, quod non bene servavi paupertatem, quam promiseram, et quod nimis fui[k] gulosus'. Cui dixit lector: 'Dicas ei: Illa statera

a) *signa compendii primi versus huius columnae a bibliopego abscisa, ut nunc legatur:* Qd dia . . . queda *pro* Qd' dia9 . . . queda. b) *sic c.* c) universa que *certo legere nequivi in c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *penna mutata.* f) sugerebat *corr.* suggerebat *c.* g) ɔ̄oueniamur *c.* h) *uncis inclusa in marg. infer. a Sal. post suppl.* i) *littera initialis* F *minio picta.* k) fui *bis scriptum, alterum expunctum et linea post perducta deletum.*

1) *Cf.* 1. *Cor.* 12, 6: Deus, qui operatur omnia in omnibus. 2) *Hi versus bis iam supra f.* 385[b]. 434[d], *p.* 418. 542. (*ubi* Et tua res) *allati sunt.* 3) *Haec fabella legitur in Vitis patrum V*, 15, 70, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 965, *quam Sal. e memoria narravit, verba illius libri non retinens.* 4) *Quod folium periit.*

*F.* 446[d]. Quod diabolus comminatus est uni fratri, quod extraheret[a] eum de ordine fratrum Minorum, et ita fuit completum.

*F.* CCCC47[a]. Quod diabolus decepit unum fratrem, quem solitarium repperit, et fecit eum crucifigi.

---

Bernardus[b]. suppleat, in qua pependit pretium infinitum'. Hinc sanctus Bernardus ait: *Quod ex me michi deest usurpo ex menbris Domini mei.* Hinc Crisostomus Crisostomus. ait: *In trutina crucis non aurum, non argentum appendit, non corpus angelicum, sed semetipsum, ut nos ad amorem suum vehementius inflammaret.* Et dixit iterum diabolus fratri: 'Adhuc habeo adversum te, cum sis ydolatra, quia modicum panis frequenter adorasti pro deo ad missam'. Cui respondit frater: 'Feci quod *Luc.* 22, 19. Dominus docuit, dixit enim: *Hoc est corpus meum, hoc facite in meam commemorationem.* Et sic faciunt omnes catholici et boni Christiani a Christo usque ad dies *f. 446d. nostros'. Tunc *diabolus quesivit ab eo: 'Dicas michi, ubi corpus Domini nominetur in *Credo*'. Cum autem frater ad ostensionem lectoris dixisset ei: *sanctorum communionem*, tunc diabolus erubuit et recessit [ab[c] eo confusus]; frater vero expiravit et perexit[d] ad Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum. 1. *Cor.* 10, 13. *Ier.* 20, 13. Amen. Fecit enim *cum temptatione proventum* et *liberavit animam pauperis de* *v. 17. *manu* potentis[1] iuxta verbum quod scriptum est Iob XXIX*[e]: *Conterebam molas iniqui et de dentibus illius auf[erebam] predam.*

Quodam[f] tempore duo rustici perduxerunt quendam alium rusticum, socium suum, ad domum fratrum Minorum, qui possessus erat a demone. Cui dixit lector: 'In hoc vere cognoscam, quod demonium sis, qui habitas in isto rustico, si Latinis verbis mecum loqui volueris'. Quod cum faceret et in Latino peccaret, insultavit ei frater dicens, quod malam fecisset gramaticam. Cui demon dixit: 'Ita bene scio loqui Latinis verbis sicut tu, sed lingua istius rustici ita grossa est et ad loquendum inepta, quod per ruditatem eius vix potui[g] eam deducere'. Et cum alia perorasset, ascultavit[d] et audivit quendam fratrem iuvenem eundo per domum cantantem. Tunc dixit fratribus qui astabant: 'Auditis illum fratrem, qui vadit cantando per domum? Noveritis, quod totus est meus'. Cum autem pervenisset ad locum, ubi demonium erat, dixerunt ei fratres: 'Iste demon dicit, quod tu es totus suus'. Tunc erubuit frater, cum talia audivisset et esset de aliquibus conscius[h] sibi, et retraxit pedem et recessit inde et divertit ab eo[2], et invento uno *f. CCCC47a. *sacerdote confessus est secum de peccatis suis, de quibus precipue conscientie habebat remorsum. Et reversus iterum demoni dixit: 'Dic michi, miser, quid feci ego, quare debeam esse totus tuus?[i]' Cui respondit demon: 'Pauló ante bene *Gen.* 15, 13. sciebam, sed modo nil horum recordor[3]. Verumtamen *scito prenoscens, quod* talem catenam tuis pedibus alligavi, quod, ante quam sint XL dies completi, ordinem *Apoc.* 22, 11. fratrum Minorum exibis et viam tuam ibis ad vomitum redeundo[4], ut *qui nocet*

a) *signa compendii primi versus huius columnae abscisa, ut nunc legatur:* Qd dia . . . fri ꝗ exhet *pro* Qd' dia⁹ . . . fri ꝗ exh'et. b) B'. *c.* c) ab eo conf. *in marg. a Sal. suppl.* d) *sic c.* e) *numerus* XXIX *alio atramento in spatio vacuo relicto a Sal. post suppl.* f) *littera initialis* Q *minio picta.* g) potui *certo legere nequiri.* h) consc *et* et re *certo legere nequiri, sed ita scribendum esse e forma litterarum et spatio cognovi.* i) *non signum interrogationis, sed punctum hoc loco in c.*

1) *Cf. Ps.* 71, 12: liberabit pauperem a potente; *Ier.* 31, 11: liberavit eum de manu potentioris. 2) 1. *Mach.* 9, 47: et divertit ab eo retro. 3) *Similes de vi confessionis multae aliae inveniuntur fabellae, ut eae quas narrat Caesar. Heisterbac., Dial. miracul. III,* 2. 3. 5. 6. 4) *Prov.* 26, 11: Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum.

*F. 447c.* De fratre qui expulit demonem de muliere obsessa cum demone sapienter loquendo.

---

*noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc*'. Et factum fuit ita, ut diabolus
dixerat. Vide confessionis virtutem, per quam peccata celantur; prius enim scivit
et post confessionem scire non potuit, quia, sicut *caritas operit multitudinem pecca-* *1. Pet. 4, 8.*
*torum*, sic confessio celat multitudinem delictorum, nam *confessio* est *pulcritudo in* *Ps. 95, 6.*
*conspectu* Dei. Unde Iosue dixit ad Achor[a] Iosue VII*: *Fili, confitere et da gloriam* **v. 19.*
*Deo*[b] *et narra nobis*[c], *quid feceris.*

## De[d] deceptione alterius fratris a demone facta.

Erat[e] quidam frater ex ordine fratrum Minorum *simplex* et purus *et rectus ac* *Iob 1, 1. 8. 2, 3.*
*timens Deum*: hic in provincia Terre Laboris in Neapolitana custodia in quodam
heremitorio habitabat. Cum autem fratres loci illius utilitatis et necessitatis causa
de loco recessissent, aliqui ad eundum pro helemosinis acquirendis, aliqui pro con-
fessionibus audiendis, aliqui vero pro predicationibus faciendis, et istum propter
suam sanctitatem et honestatem ad custodiendum locum solitarium dimisissent, re-
pente[f] in angelica forma diabolus venit ad eum, *cum in ecclesia oraret et devotus **f. 447b.*
existeret, dixitque illi: 'Ego sum angelus Dei, qui me misit ad te, ut notificem
tibi, quoniam gratissima est vita tua Deo, usque adeo, quod, quantum patitur
humana fragilitas, per omnia filio Dei similis esses, si unum haberes, sine quo
salvari non potes'. Cum autem frater quereret ab eo, quod[g] erat illud, quod sibi
deerat ad salutem, et per quod filio Dei similis posset existere, dixit ei: 'Si cruci-
figeres temetipsum, quia Christus dixit: *Qui*[h] *vult venire post me, abneget semetipsum* *Matth. 16, 24*
*et tollat crucem suam et sequatur me*'. Cum autem frater a diabolo inquireret, quo-
modo posset hoc facere, dixit ei: 'Valde bene. Procura, ut habeas magnos clavos
et malleum et crucem paratam, et cum alia vice te solitarium dimiserint fratres,
hec omnia, que tibi dico, opere adimplebis: primo pedes cum clavis cruci conßges,
postea unam de manibus; de altera vero non sit tibi cure, si remanserit non con-
fixa'. Divertit ab eo diabolus, postquam talia persuaserat; frater vero opere im-
plevit hec omnia, cum tempus habuit oportunum[i]. Cum autem fratres reversi
fuissent, invenerunt[k] eum seminecem et taliter in cruce[l] pendentem. Et depo-
suerunt eum de cruce et reprehenderunt eum de fatuitate patrata. Quibus ipse
dixit, quod angelus Dei sibi apparuerat, qui ex parte Dei ista mandaverat fieri,
ut filio Dei similis posset existere[1]. Tunc cognoverunt fratres, quod bene dixerat
sapiens in Eccle. IIII*[m]: *Ve soli, quia, [cum*[n] *ceciderit], non habet sublevantem*[o]. *Melius* **v. 10. 9.*
*est ergo duos esse simul quam unum*, quia, *si unus ceciderit, ab altero fulcitur.* Hec
omnia supradicta, cum habitarem in conventu Pisano XLV annis elapsis[2], audivi
a *fratre Ricardo Anglico, qui in Neapolitano conventu tunc temporis morabatur, **f. 447c.*
quando ista facta fuerunt, et valent ad diaboli insidias precavendas. Nam *si in* *Luc. 23, 31.*

a) *sic c. h. l. et f.* 449d; Achan *Vulg.*, *sed cf. Ios.* 7, 24. 26. b) Domino *Vulg.* *Verba huius versus transposita sunt a Sal.* c) indica mihi *Vulg.* d) *penna mutata; sub* De — facta *linea rubra subducta.* e) *littera initialis* E *minio picta.* f) *sequitur* uenit *expunctum et linea perducta deletum.* g) *sic* (qd') *c. pro* quid. h) Si quis *Vulg.* i) opor- num *c.* k) *penna mutata.* l) cruce (crucem) *c.* m) IIII. *alio atramento in spatio vacuo relicto a Sal. post suppl.* n) cum cecid. *in marg. a Sal. post eodem atramento, quo* IIII *scriptum est, suppl.* o) se *add. Vulg., quod et supra p. 272, l. 20. om.*

1) *Fabula similis de fratre ordinis Minorum Hispano se crucifigente narrata est in Chronica XXIIII general. ministr., Analecta Francisc. III, p. 309 sq.* 2) *Cum anno* 1285. *Sal. haec scripserit, anno* 1240. *ea audivisse se dicit, sed a.* 1243—1245, *non a.* 1240, *in conventu Pisano habitavit. A.* 1240. *in conventu Lucensi moratus est.*

*F.* 447[d]. De quodam alio, qui confudit et vituperavit diabolum sapienter cum eo loquendo.

---

*viridi ligno hec faciunt* demones, *in arido quid fiet?* Viride lignum potest dici quilibet sanctus homo, qui virorem gratie Dei in se habet. Ligna arida sunt seculares peccatores, in quibus diabolus tamquam in filiis diffidentie[1] multa mala operatur, quorum aliquos deceptione sua [ipsi[a] demones] laqueo faciunt interire, aliquos faciunt desperare, aliquos aquis prefocant, aliquos precipitio collidunt, aliquos in
*Ps.* 139, 11. ignem deiciunt, in quo *in miseriis non subsistent*[2] nec quietem habere poterunt, quia
*Iob* 24, 19. *Is.* 66, 24. *ab aquis nivium ad calorem nimium* pertransibunt[b], ubi *vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.*

Fuit[c] quidam sanctus homo, frater Minor de Imola oriundus, nomine Benintende, quem gradus sacerdotii[d] sublimabat. Hic pluribus annis in conventu Ravenne[3] habitavit mecum, et erat gratiosus in confessionibus audiendis, et trecentas genuflexiones faciebat qualibet nocte et toto tempore vite sue ieiunabat qualibet die tam diebus sollemnibus quam profestis[e]. Ad istum fratrem perducta est quedam mulier, quam diabolus subintraverat. Cumque ad fenestram mulier sederet cum fratre, dixit demoni frater: 'Dic michi, miser, scis tu, quot sint ordines angelorum in celo?' Cui demon dixit: 'Scio et bene scio, quia novem sunt'. Cui dixit frater: 'Specifica et dinumera eos michi'. Cumque dinumerasset eos usque ad tertiam ierarchiam, subticuit de aliis et ulterius non processit. Cum autem frater ab eo quereret, quare tres alios residuos ordines[4] et sublimes nominare nolebat, respondit et dixit: 'Ex nimio dolore eos nominare non possum, et istam
*f. 447[d]. meretricem, que me huc perduxit, *ubi verecundiam[f] pacior, hodie crudeliter verberabo'. Tunc respondit frater et demoni dixit: 'Perspicuum est, quod tu ex ordinibus illis fuisti, quos pre dolore nominare non prevales. Vide ergo, ad quantam miseriam devenisti, ut, qui in celo habitare debebas, nunc in meretrice propter tuam superbiam habitaculum repperisti. Quapropter precipio tibi, cum propter stultitiam tuam miserrimus et vilissimus sis effectus, ut creaturam Dei bonam[5], mulierem scilicet istam, deseras nec eam decetero molestare presumas, presertim cum
*16, 17. sim ex illis, de quibus Dominus dixit Mar. ultimo*: *In nomine meo demonia eicient.* Adiuro ergo te in nomine patris et filii et spiritus sancti, ut recedas ab ea et amplius in eam intrandi non habeas facultatem'. Ad hanc igitur coniurationem diabolus recessit confusus et eiulando delusus, et mulier gratias Deo agendo estitit[g] plenarie liberata.

*Deut.* 23, 12. Quidam[h] religiosus, dum in loco privato *ad requisita nature* sederet et Deum laudaret, fuit reprehensus a demone, quod locus ille non erat ydoneus, sed inhonestus ad Deum laudandum. Cui respondit frater et dixit: 'Ita sum divinis laudibus assuetus, quod a laude Dei cessare non possum, nam scriptura teste didici, quod Deus est ubique, ergo ubique est laudandus [a suis[i]], quod etiam apostolus

a) ipsi demones *in marg. a Sal. suppl.* b) *sequitur* ⁊ (et) *expunctum in c.* c) *littera initialis* F *minio picta.* d) sacerd. *in marg. a Sal. suppl.*, sa *in loco raso versus columnae.* e) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* f) ue϶diam *c.* g) *sic c.* h) *penna mutata. — Littera initialis* Q *minio picta.* i) a suis *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Eph.* 2, 2: secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae. 2) *In eodem versu psalmi praecedit:* in ignem deicies eos. 3) *Cf. supra p.* 428, *n.* 1. *et p.* 480, *n.* 5. 4) *Tres enim sunt angelorum hierarchiae ternos ordines continentes, ut dicit Dionysius Areopag., De coel. hierarchia c.* 7. 8. 5) *Cf.* 1. *Tim.* 4, 4: Quia omnis creatura Dei bona est.

---

docuit I. ad Timo. II*: *Volo viros orare in omni*[b] *loco, levantes puras manus sine ira* *r. 8.
*et disceptatione.* Igitur qui omnem locum dicit, nullum excludit. Quapropter et
ventrem meum purgabo et Deum meum laudabo. Deus enim non nisi sordes
vitiorum abhorret. Sed tu miser, qui factus eras, ut Deum laudares in celo, propter
superbiam tuam celum perdidisti, sicut scriptum est Ps.*: *Non habitabit in medio* *100, 7.
*domus mee qui facit* ***superbiam.* Quia igitur tu et sotii tui fecistis ibi superbiam, *f. CCCC48[a].
audi, quid de demonibus dicit scriptura Ps.*: *Expulsi sunt nec potuerunt stare.* *35, 13.
Nam de principe vestro scriptum est, quod ambulavit *adversus Deum erecto collo et
pingui cervice armatus est,* Iob*, sed *prudentia* Dei *percussit superbum, et obstetricante* *15, 26.
*manu eius eductus est coluber tortuosus.* Iob*. De[c] vobis vero minoribus dicit *26, 12. 13.
scriptura, quod Deus *in angelis suis repperit pravitatem.* Iob V*[d], nec adhuc stultitia *4, 18.
vestra cessat, sicut dicit scriptura Ps.*: *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* *73, 23.
Rogo te, ut dicas michi, si fuisti ex illis qui dixerunt Domino: *Si eicis nos, mitte* *Matth. 8, 31.*
*nos in porcos*[e]*. Cui demon dixit: 'Quare hoc queris?' Respondit frater: 'Quia
*similia similibus gaudent*[1]. Nam omne animal ad sibi simile convertetur[2]. Tu
porcus es, immundus es, immundus diceris[f], immunda diligis et immunda requiris.
Factus enim eras, ut[c] habitares in celo, et nunc vadis per sterquilinia visitando
latrinas'[g]. Cum igitur frater talia perorasset, demon erubuit et recessit ab eo
confusus. Confunduntur enim demones vehementer et erubescunt valde velociter,
quando reducitur eis ad memoriam gloria, quam perdiderunt, et miseria, quam
incurrerunt.

## De[h] alio fratre, qui a demone fuit percussus, dum quadam nocte dormiret.

In[i] provincia Provincie fuit quidam frater Minor, qui quodam sero ad cenam
perdicem unam comederat, et postea ivit dormitum. Et cum dormiret illa nocte,
venit ad eum demon et percussit eum cum pugno, ita quod frater evigilavit et
expavit, et iterum obdormivit. Et cum dormiret, iterum venit diabolus et fecit
id ipsum, scilicet quod fecerat prius. Et frater iterum obdormivit. Et ecce tertio
venit diabolus et *percussit* ***eum *pugno impie,* ita quod frater evigilavit et pavefactus *Is. 58, 4.* *f. 448[b].
dixit: 'Há Deus, debeo interfici, quia heri sero unam perdicem comedi?' Cui
demon respondit dicens: 'Murmuratis, ingrati estis, contenti non estis, abstuli vobis
orationes vestras'. Et his dictis demon divertit et recessit a fratre. Frater vero
vitam suam in melius commutavit. Forte enim in illis fuerat vitiosus, de quibus
fuit a demone reprehensus. Hinc beatus Franciscus socio suo dixisse legitur[3].

a) *signa compendii primi versus huius columnae abscisa, ut nunc legatur* clico de bceto que dia fec itfici *pro* cl ico de b'ceto que dia? fec ıt'fici. b) oı (omni) *in marg. a Sal. suppl.* c) *penna mutata.* d) b V *in loco raso.* e) gregem porcorum *Vulg.* f) *sequitur* 7 (et) *expunctum.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* h) *sub* De — dormiret *linea nigra subducta.* i) *littera initialis* I *minio picta.*

1) *Macrobius VII,* 7, 12: Similibus enim similia gaudent. *Iam supra f.* 430[d], *p.* 531. *hoc dictum allatum est.* 2) *Cf. Eccli.* 13, 19. 20: Omne animal diligit simile sibi . . . . . Omnis caro ad similem sibi coniungetur. 3) *Vita secunda Francisci auctore Thoma de Celano III,* 61:

*F. 448c.* De commendatione boni vini secundum quendam trutannum; et quod bonum vinum nascitur in quadam contrata que Vernatia appellatur.

---

cum quadam nocte fuit a demonibus verberatus in cuiusdam curia cardinalis[a, 1]: 'Demones sunt gastaldi Domini nostri, quos ad exercitium hominum destinavit. Puto enim, quod idcirco gastaldos suos in nos permisit irruere, quia non bonam speciem prefert aliis mansio nostra in curia magnatorum'.

In[b] episcopatu Parmensi, in monte Bardónis est quoddam castrum quod appellatur Berceтum, per XXX miliaria distans a Parma. Inde erat quidam clericus nomine Guilielmus, qui habitabat in Parma. Et erat pulcher homo et grandis et fortis et malus et demonum incantator. Cum autem quadam vice uxor cuiusdam Ghidini fabri ferrarii, que erat filia Pieci de Asserum-burgo, a demone fuisset obsessa, iste clericus supradictus venit ad eam et cepit demonem coniurare, precipiendo ei, ut egrederetur ex ea. Cui demon dixit: 'Egrediar quidem ex ea, sed tibi ordiar talem telam, quod amplius me molestare non poteris nec de meis habi-
*Gen.* 15, 13. taculis exire compelles, quia *scito prenoscens, quod* usque ad breve tempus faciam te interfici, et alium interficies'. Quod rerum demonstravit eventus. Nam post
*f. 448c. paucos menses in eadem civitate Parmensi cum Arduino de Cla'vara in quadam curte
*Ier.* 46, 12. litigium habuit, et mutuo sunt congressi, et *fortis impegit in fortem, et ambo pariter corruerunt*[c]. Et qui presens fuit et vidit, quando mutuo interfecerunt se, retulit michi; et sicut ab ore eius audivi, ita fideliter et veraciter ista descripsi. Fuit autem frater Iacobinus de Tortellis, qui vidit et retulit michi, et modo est frater Minor; et illa, que prius a demone erat possessa, fuit plenarie liberata et est Parme in monasterio ordinis sancte Clare. Ghidinus[d] vero vir suus ordinem fratrum Minorum
2. *Pet.* 2, 22. *Luc.* 9, 62. intravit, et *conversus ad vomitum* et *mittendo manum ad aratrum retro* aspexit et in
*Apoc.* 22, 11. novitiatu exivit et in seculo manet, ut *qui nocet noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc.* Porro domnus Arduinus de Clavara litteratus homo erat, pulcher, fortis et bellicosus; et preparaverat se illo die, ut in crastinum de Parma recederet et ad terram suam rediret. Terra sua, de qua fuerat oriundus, Clavara dicebatur in ripa maris, in episcopatu Ianuensi prope Lavaniam, ubi habitant fratres Minores; et pluribus vicibus fui ibi; et ibi prope vinum de Vernacia abundanter habetur; et vinum terre illius optimum est, usque ádeo, quod versus cuiusdam trutanni pro vino illo locum habere possunt; dixit enim[2]:

*Vinum de vite    det nobis gaudia vite.*
*Si duo sunt vina,    michi de meliori propina.*
*Non prosunt vina,    nisi fiat repetitio trina.*

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*  b) *penna mutata. — Littera initialis* I *minio picta.*  c) conciderunt *Vulg.*  d) *penna mutata.*

Demones sunt castaldi Domini nostri, quos destinat ipse ad puniendos excessus. . . . Sed potest esse, quod ideo castaldos suos in me permisit irrumpere, quia non bonam speciem aliis prefert mansio mea in curia magnatorum.  1) *Leonis Brancaleonis card. presb. S. Crucis in Ierusalem.*  2) *Similia carmina ediderunt W. Wattenbach in 'Anzeiger für Kunde der Deutschen Vorzeit' XXVI* (1879), *col.* 97, *et v.* 2—6. *ibid. XXIII* (1876), *col.* 359, *et Fr. Novati, Carmina medii aevi (Firenze* 1883) *p.* 67. *In his carminibus tertius versus est:*

Nil (*vel* Non) prosunt vina,    nisi sit potatio trina.

*Cf. 'N. Archiv' II, p.* 401.

---

*Dum quater poto, succedunt gaudia voto.*
*Ad potum quintum mens radit in laberintum.*
*Sexta potatio*[1] *me cogit abire suppinum.*

Igitur supradictis ad me'moriam revocatis quilibet caveat sibi a periculis, quia *f.* 448[e].
*multe sunt insidie dolosi*, et ideo vir *sapiens in omnibus metuit*[a], ut Ecclesiasticus* *Eccli.* 11, 31. *18, 27.
dicit; et sapiens in Prover.* dicit: *Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero* *28, 14.
*mentis est dure, corruet in malum*: et beatus Ieronimus dicit[2], quod *prudenter timetur quicquid potest accidere.* Sed dicit aliquis: Quomodo me possum a periculis custodire, cum totus mundus sit periculis plenus? Nam[b] apostolus in secunda ad
Cor. XII[o]* enumerat VIII[to] pericula dicens: *Periculis fluminum, periculis latronum,* *11, 26.
*periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* De periculis fluminum habes[c] exemplum sancte Clare, que in Ispania submersos in flumine liberavit[3]; Ps.*: *In flumine per-* *65, 6.
*transibunt pe[de].* De periculis latronum habes exemplum sancti Martini, quem quidam latro voluit cum securi occidere, quem postea convertit ad fidem[4]. Item exemplum beati Francisci, quem latrones demerserunt in nives, dum per silvam deambulando Gallice laudes Domino decantaret[5], sicut etiam in illo responsorio[6] continetur:

*Dum seminudo corpore* et cet.

De periculis ex genere habetur in Iere. 38*, ubi rex Sedechias dixit: *Sollicitus sum propter* *v. 19.
*Iudeos, qui transfugerunt ad Caldeos*[d], *ne forte tradar*[e] *in manus eorum*[f], *et illudant michi.* Item propinqui Darii dicuntur[7] fuisse illi principes qui coniurationem fecerunt contra eum et vulneraverunt eum tempore, quo Alexander Magnus mundum capiebat pugnando. De[g] periculis ex gentibus habetur I. Macha. III[h]. Ubi sic dicitur[8]: 'Congregate[b] sunt gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, et ignoramus, quid agere debeamus. Domine
Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus'. Simile habetur *II. Paralipo. XX, quando *f.* CCCC49[a].

a) *cf. supra f.* 438[b], *p.* 548, *n.* e. b) *penna mutata.* c) h *in loco raso, in quo* e (*vocis* exemplum) *scriptum erat.* d) caldeos *a Sal. in marg. suppl.* e) r *in loco raso; sequitur* me *expunctum et linea perducta deletum, ubi igitur* tradam me *scriptum erat.* f) chaldeorum, chald *expunctum et linea perducta deletum c.* g) *abhinc versus novus coeptus, praemisso* ¶ *minio scripto.* h) III. *in spatio vacuo relicto alio atramento a Sal. post suppl.*

1) *Hanc versus partem Sal. memoria lapsus certe male tradidit. Carminum a W. Wattenbach editorum alterum ('Anz.' XXVI) habet:*

Sextus agit potus, ut nemo sit michi notus.
*Et:* Octavum vinum me promovet esse supinum.
*Alterum carmen:* Sextus dat potus, quod nullus sit mihi notus.
Septenum vinum me cogit abire supinum.

2) *Vide supra f.* 222[c], *p.* 36, *n.* 13. *Saepe hoc dictum a Sal. laudatum est. Idem cum duobus versibus Bibliae hoc loco laudatis supra f.* 225[c], *p.* 40. *et f.* 310, *p.* 240. *et f.* 438[b], *p.* 548. *infra f.* 467[d]. 3) *In Vita Clarae, Acta SS. Aug. II, p.* 754—758, *hac de re nihil legitur.* 4) *Vita Martini auct. Sulpicio Severo c.* 5. *Sed Sal. haec legit in Iacobi Legenda Aurea c. CLXVI* (161), *ed. Grässe p.* 742. 5) *Legenda Francisci auct. Bonaventura c. II, § 5, Opera ed. Peltier XIV, p.* 299. 6) *In officio s. Francisci auct. Iuliano de Spira, 'Die Choräle Julians von Speier' ed. J. E. Weis (München* 1901) *p. VIII.* 7) *Orosius III,* 17. 8) *Haec neque in libro I. Machab. neque alio loco Bibliae leguntur, sed supra f.* 433[a], *p.* 536. *eadem verba leguntur, quae Pisani victi dixisse dicuntur.*

*F.* 449[b]. Hic specificantur aliqua, que sunt utilia et necessaria ad salutem, que sunt sex.

---

congregati sunt Ethiopes et filii Edom et Moab et Amon, ut contra Iudeos pugnarent.
*v.* 12. Tunc rex Iosaphath totum se contulit ad rogandum Deum et dixit*: *Cum ignoremus, quid*
*agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* De periculis
**v.* 29. in civitate dixit Dominus ad Iudeos Iere. XXV*: *Ecce in civitate, in qua invocatum est*
**v.* 12. *nomen meum, incipio flagellare*[a], *et vos quasi innocentes immunes eritis?* Item Iob XXIIII*:
*De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamabit*[b], *et Deus inultum abire*
*non patitur.* De periculis in solitudine dicitur Numeri . .[c], quod in solitudine Iudei
*Num.* 14, 29. X vicibus Deum temptaverunt, sicut ipse de eis conquestus est, ideo dixit eis, quod in
solitudine illa cadavera eorum prostrata[d] iacerent. De periculis in mari habetur,
**v.* 26. quod multa sunt maris pericula. Ideo Ecclesiasticus dixit 43*[e]: *Qui navigant*[f] *mare enar-*
**v.* 4. *rant*[g] *pericula eius.* De[h] periculis in falsis fratribus dicit Iere. IX*: *Unusquisque a*
*proximo suo se custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplan-*
*tans* et cet. Sed dicet aliquis: Doce me vitare pericula. Audi apostolum dicentem
*12, 19. Ro. XIII*: *Non vos metipsos defendentes, karissimi, sed date locum ire.* Item Cato dixit[1]:

*Fuge rumores, ne incipias novus auctor haberi;*

**v.* 13. quod dominus noster Iesus Christus non erubuit facere, de quo dicitur Io. V*, quod
**v.* 59. *declinavit a turba constituta in loco,* et Io. VIII*: *Iesus autem abscondit se et exivit de templo.*
Gregorius[i]. Ubi dicit beatus Gregorius: *Imitatione etenim Dei gloriosius est iniuriam tacendo*
**v.* 3. *f.* 449[b]. *fugere quam respondendo superare.* Hinc sapiens ait Prover. XX*[k]: †*Honor est homini qui separat*
**v.* 19. *se a contentionibus.* Et iterum Prover.[l] XXIIII*: *Ne contendas cum pessimis.* Item audi
**v.* 39. Dominum dicentem Mat. V*: *Si quis te percusserit in dexteram*[m] *maxillam tuam*[n], *prebe illi*[o]
Exemplum[p]. *et alteram*[q]. Quod cum quidam sanctus pater fecisset, quem quidam
demoniacus in maxilla percusserat, ex humilitate istius recordatus de superbia sua[r]
erubuit et recessit ab eo quem prius demoniacum fecerat[2].

Vis[s] scire, que necessaria sunt homini ad salutem? Breviter me expedio: Ut vites vitia et abhorreas, et ut virtutes habeas et diligas et conserves, quia et te optime conservabunt in servitio Iesu Christi. Sed dices: Specifica michi aliqua utilia et necessaria ad salutem, quibus conservatis Dominus me[t] dignetur, et salvus esse possim.
Dicam tibi. Primo, ut habeas timorem Dei, de quo dicitur: *Timor Domini initium*
*v.* 16. 28. *sapientie; nam qui sine timore est, non poterit iustificari,* dicit Ecclesiasticus I*. Et iterum
**v.* 5. †*v.* 4. dicit V*[u]: *De propitiatu peccatorum*[v] *noli esse sine metu.* Et iterum 27†[w]: *Si non in timore*
*Domini*[x] *tenueris te instanter, cito*[y] *subvertetur domus tua.* Quod bene faciebat beatus Iob,

a) *penna mutata;* incipiam affligere *Vulg.* b) *cf. supra p.* 533, *n.* b. c) *spatium numero inserendo vacat in c.* d) iac. prostr. *corr.* prostr. iac. e) 3 *alio atramento a Sal. suppl.* f) *sequitur* p (per) *erasum.* g) enarrent *Vulg.* h) *abhinc versus novus coeptus, praemisso* ℭ *minio scripto.* i) Gʳ. *c.* k) XX. *in marg. a Sal. suppl.* l) Prover. XXIIII. *post a Sal. suppl. in spatio versus praecedentis, fere totius vacui relicti.* m) dexteram ma *alio atramento subfusco in loco raso.* n) tuam *alio atramento subfusco in marg. a Sal. suppl.* o) illi *alio atramento subfusco in loco raso.* p) Ex. *alio atramento subfusco in marg.* q) altera *alio atramento subfusco corr.* alteram *c.* r) *supple* demon *vel* diabolus, *ut legitur infra f.* 484[b]. s) U *littera initialis rubra et nigra,* Ui *in loco raso scriptum, ubi antea* Vis *simplici modo scriptum fuisse patet. — Abhinc penna mutata.* t) *verbum quoddam, ut* salvare, *supplendum est.* u) V *alio atramento subfusco post a Sal. suppl.* v) *cf. supra f.* 417[d], *p.* 499, *n.* 1. w) 27. Si *alio atramento subfusco in spatio vacuo relicto a Sal. post suppl.* x) d'i (dei), *ut videtur, corr.* dō (domini) c. y) c *in loco raso, in quo tres vel quatuor litterae* (:::ito) (subito?) *scriptae erant.*

1) *Dist. I,* 12, *ubi:* Rumores fuge. 2) *Haec Sal. legit in libro qui inscribitur Vitae patrum V,* 15, 14, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 956 *sq. Eadem iterum attulit infra f.* 484[b].

*F. 449*[c]. De iuvene quem Deus de temptatione eripuit, et de cuiusdam regis exemplo, qui[a] depressionem superborum audire nolebat. Ps.*: *Deiecisti eos, dum allevarentur*[b]. Item Baruc*[c]: *Constituit Deus humiliare omnem montem ex[celsum].* *72, 18. *5, 7.

---

qui dicebat 31*[d]: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum et pondus eius* *v. 23.
*ferre non potui.* Hinc reprehenditur[e] peccator, qui timorem Domini dereliquit, Iere. II*: *v. 19.
*Vide et scito, quia malum et amarum est reliquisse te dominum Deum tuum, et non esse timorem*
*eius*[f] *apud te.* Hinc de consecuta ex timore utilitate aliquis commendatur Eccli. I*: *Timenti* *v. 13.
*Deum*[g] *bene erit in extremis.* Item Eccli.[h] 33*: *Timenti Deum*[g] *non occurrent mala, sed in tempta-* *v. 1.
*tione Deus illum conservabit et liberabit a malis*[i]. Quod patuit[k] in illo iuvene, Exemplum. *f. 449c.
qui cum a quadam iuvencula ad peccandum traheretur, fusa oratione ad Deum procul
a domo illius per unum miliare ultra fluvium subito se invenit[1]. Hinc Dominus dicit
Apoc. II*: *Quia tu*[l] *servasti verbum patientie mee, conservabo*[m] *et ego te ab hora temptationis*[n]. *3, 10.
Secundum necessarium ad salutem est, ut habeas humilitatem, quam Dominus docuit,
cum dixit Mat. XI*: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Et iterum: *Qui se* *v. 29. Luc. 14, 11. 18, 14.
*humiliat, exaltabitur, et qui se exaltat, humiliabitur.* Dic exemplum illius Exemplum[o].
regis, qui nolebat, quod capellanus suus diceret illum versum: *Deposuit potentes de sede* Luc. 1, 52.
*et exal[tavit] humiles.* Hinc habetur in[p] Iob XXII*[q]: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* *v. 29.
Et ideo *humilia valde spiritum tuum,* dicit Ecclesiasticus VII*.[r]. Tertium[s] necessarium *v. 19.
ad salutem est, ut habeas patientiam, quia, ut dicit sapiens in Prover. XIIII*[t]: *Qui* *v. 29.
*patiens est multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est*[u] *exal[tat]*[v] *stul[titiam] suam.*
[Item[w] Prover. XIX*: *Qui impatiens est sustinebit dampnum*]. [De[x] patientia regis Scotie, *v. 19.
cui beatus Patritius cum baculo pastorali ignoranter, dum predicaret, perforavit pedem.
Credebat enim, quod aliter non posset recipere fidem Christi, nisi Christo similia pate-
retur, sed sanctus Patricius statim sanavit eum[2]. Item de patientia abbatis Anastasii,
qui propter patientiam, quam exhibuit, convertit illum qui sibi Bibliam furatus fuerat[3]][n].
Quartum, ut habeas bonam vitam. De qua dicit Ysidorus[4]: *Vis nunquam esse* Ysidorus.
*tristis? Bene vive! Reus animus nunquam securus est.* Hinc Iere. XLVI.*[y] ait: *Vidi ipsos* *v. 5.
*pavidos et terga vertentes.* De quo habes exemplum, quando filii Israel obtenebrati ascen-
derunt in montem contra preceptum Moysi, ut cum hostibus dimicarent; murmuraverunt
enim contra Deum, et ideo conversi in fugam hostibus terga verterunt, ut habetur
Numeri XIIII*. Idem accidit in Iosue pro peccato Achor[z] VII. Quintum necessarium *v. 44. 45.
ad salutem est, ut suggestionibus et temptationibus demonum non consentias nec cum
eis amicitiam facias, quia eius[a] amicitia prohibetur a Deo. [Numeri[b] XXV*: *Hostes* *v. 17. 18.

a) qui — ex[celsum] *post inscriptionem columnae 449*[d]. *iam scriptam alia penna a Sal. add.* b) *sic c.* c) bar̄ *c.* d) 31. *alio atramento subfusco in spatio vacuo relicto post a Sal. suppl.* e) rephenditur *post alia manu corr.* rep̄henditur *c.* f) mei *Vulg.* g) Dominum *Vulg.* h) ecc̄. 33. *alio atramento subfusco a Sal. in marg. suppl.* i) is *alio atramento subfusco in loco raso.* k) tu *in loco raso.* l) quoniam serv. *Vulg.* m) et ego servabo *Vulg.* n) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* o) Ex. *alio atramento in marg.* p) ı (in) *in loco raso.* q) XXII. *alio atramento subfusco in loco vacuo relicto a Sal. suppl.* r) VII. *alio atramento subfusco in loco raso.* s) *penna mutata.* t) XIIII. *alio atramento subfusco in loco raso.* u) e (est) *alio atramento subfusco a Sal. superscr.* v) exal. stul. suam *alio atramento subfusco in loco raso.* w) *uncis inclusa a Sal. in marg. alio atramento subfusco suppl., nullo signo posito, quo indicetur, ubi haec inserenda sint.* x) *uncis inclusa in marg. infer. eodem nigro atramento a Sal. suppl.* y) XLVI. *alio atramento subfusco a Sal. in marg. suppl.* z) *cf. supra f. 447*[a], *p. 569, n. a.* a) *sic c.* b) *uncis inclusa in marg. infer. alio atramento subfusco a Sal. suppl.*

1) *Hanc fabellam in Vitis patrum III, 144, Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col. 788 sq., Sal. legit.* 2) *Haec Sal. legit in Iacobi Legenda Aurea c. L* (49), *ed. Grässe p.* 213. 3) *Haec ex Vitis patrum VII, 30, Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 757. 4) *Pseudo-Isidor., De contemptu mundi, Opera ed. Du Breul p.* 328.

*F.* 449[d]. De diabolo qui duos scolares occidit et tertium male tractavit.

*vos sentiant Madianite, et percutite eos, quia et ipsi hostiliter egerunt contra vos et deceperunt in*[a] *insidiis*]. *Non facies cum eis pacem nec queres eis bona omnibus*[b] *diebus vite tue usque*[c] *in*
v. 6 f. 450[a]. *eternum*, Deutero.[d] XXIII*. Quare? Quia naturalis malitia eorum †inmutari non potest,
v. 10. ut dicitur in libro Sap. XII*[e], *et semper interficere gentes non* cessat ipse[f] diabolus],
1, 17 v. 25. Abacuc I*. *Inimicus* enim *homo superseminavit çiçania in medio tritici*, Mat. XIII†. Et
v. 10. ideo *non credas inimico tuo in eternum*, Eccli. 12*[g]. Et sicut dixit beatus Franciscus[1], *diabolus si capillum potest habere in homine, cito illum in trabem grandem crescere facit.* Et sicut dixit frater Bonaventura, generalis minister, cum Bononie fratribus predicaret, ubi semper presentialiter eram: 'Tale est demonum suggestionibus et temptationibus consentire, quale si quis vellet se de cacumine altissime turris precipitare, et dum ad medium pervenisset, vellet se ad unum palum sive ad unam stangam tenere[h], ne rueret omnino deorsum'. De diabolo satis dixi superius CCCC[a]I carta, ab illo paragrafo[2]: *Ad hoc enim laborat diabolus* et cet. usque ad illum locum[i, 3]: *Non miror, si gentes, que ignorant Deum, secuntur ydolatriam.* Sextum et ultimum, quod necessarium est ad salutem, est in bono usque
Matth. 10, 22. ad finem perseverare; de qua perseverantia Dominus dixit: *Qui perseveraverit usque in*
Matth. 27, 42. *finem, hic salvus erit.* Unde super illo loco, ubi Iudei dixerunt Domino: *Si rex Israel est,*
Bernardus[k]. *descendat de cruce*, dicit Bernardus[4]: *Immo, quia rex Israel est, non descendat, sed sceptrum teneat et salutem operetur in medio terre et perseverantiam, quam docuit, nunc ostendat.* Nunc[l] cetera, que ad istam materiam pertinent, prosequamur, ex quo de deceptionibus demonum dicere inchoavimus.

In[m] civitate Bononie studebant tres scolares socii, de Tuscia oriundi, qui ordinem fratrum Minorum simul ordinaverant introire. Cum autem penitus ordi-
f. CCCCL. nem beati Francisci intrare sperarent, sicut condixerant sibi, ordina|verunt, ut unus ex eis iret in Tusciam pro denariis acquirendis, ut haberent unde se possent induere et alias expensas facere, sicut decet eos qui mundo abrenuntiant et religionem noviter intrant; de qua materia Helisei et Mathei nobile habetur exemplum et imitatione dignum 3. Reg. XIX.[n] et Luc. V[o]. Cumque transisset Casalecclum et pervenisset ad pontem Reni per viam qua ad Crespelanum itur, percussit eum diabolus et precipitavit in fluvium et submersit et suffocavit; et postmodum cadaver eius in villa Polesni fuit repertum nec dignum habitum sepultura. Est autem villa Polesni, ubi frater Peregrinus de Bononia[5] habuit possessiones suas. Est autem frater Peregrinus homo spiritualis et litteratus, qui nunquam

a) decepere ins. *Vulg.* b) cunctis *Vulg.* c) usque in et. *in marg. a Sal. eodem atramento suppl.*; tuae in sempiternum *Vulg.* d) deutero. XXIII. *in marg. alio atramento subfusco a Sal. suppl.* e) XII. *alio atramento subfusco in marg. a Sal. suppl.* f) ipse diab. *in marg. atramento nigro a Sal. suppl.* g) 12. *in marg. a Sal. suppl.* h) te *in loco raso.* i) *sequitur* C *atramento nigro scriptum.* k) B'. c. l) *sub* Nunc — inchoavimus *linea rubra ducta.* m) *littera initialis* I *minio picta.* n) XIX. *alio atramento subfusco in spatio vacuo relicto suppl.* o) V. *alio atramento subfusco in loco raso.*

1) *Thomae de Celano Vita Francisci secunda c.* 79, 113 *(III, 56)* = *Bonaventurae Vita Francisci c.* V, 5: diabolus, si de suo capillum potest habere in homine, cito illum excrescere facit in trabem. 2) *P.* 458, *l.* 22, *f.* 401[a]. 3) *P.* 459, *l.* 25. 4) *In sermone in die paschae, Opera ed. Mabillon (Parisiis* 1719) *I, col.* 879, *legitur* § 2. *de hoc versu:* Immo, quia rex Israel est, titulum regni non deserat, virgam imperii non deponat, *aliis sequentibus.* 5) *De quo vide supra f.* 410[b, c], *p.* 480 *(et ibid. n.* 3), *ubi* de Polesmo *dicitur.*

bibit nisi aquam et vinum abhorret; et bis fuit minister in ordine fratrum Minorum, scilicet in Gretia et in provintia Ianuensi. Cum autem primus socius non rediret, quia non poterat suffocatus a demone, placuit duobus Bononie residentibus, ut alter eorum in Tusciam iret pro supradicta iam causa necnon et ad socium inquirendum. Cumque pervenisset ad supradictum iam locum et paululum processisset, de tecto cuiusdam parve ecclesie proiecit diabolus magnum lapidem super caput scolaris istius et fregit cerebrum eius, et statim cecidit mortuus et fuit sepultus ibidem iuxta ecclesiam illam. Cum autem nec iste rediret, quia non poterat, tertius scolaris ordinem est ingressus, nesciens, quid sociis accidisset. Iste fuit frater Petrus de Cora, a cuius ore audivi historiam, quam nunc scribo. Qui cum adhuc esset Bononie in noviciatu existens, associavit quendam fratrem sacerdotem in villa Polesni pro confessionibus audi*endis. Cum autem frater qui erat sacerdos [*f. 450b.] sederet in ecclesia in confessionibus occupatus, et novitius[a] ille exterius cum hominibus loqueretur, quidam demoniacus supervenit, qui crudelis et terribilis videbatur. Cui frater Petrus dixit: 'In hoc vere cognoscam, quod demonium habes, si Latinis verbis sciveris mecum loqui[1] et si dixeris michi de tribus scolaribus, qui socii extiterunt, qualiter quilibet eorum ordinaverit facta sua'. Tunc demon exorsus est loqui et Latinis verbis optime loquebatur, ita ut frater Petrus vehementissime miraretur, cum videret rusticum et ruralem hominem sic loquentem et talia perorantem. Et cum instaret de tribus sociis inquirendo, dixit, quod ipse fuit qui duos sic occiderat, sicut superius est narratum. Cum autem de tertio inquisisset, dixit: 'Nescio, quid de tertio socio factum sit, quia fugit et recessit a me'. Et adiecit: 'Fugere quidem poterit, sed non effugere, quia revera ad talem portum deducam eum, *quod, quicumque audierit, tinnient ambe aures eius*'. [1 Reg. 3, 11.] Interrogavit igitur frater Petrus homines regionis illius, si verum dicebat demon de cadavere scolaris ibi reperto. Et confessi sunt, quod ad litteram ita fuerat, ut diabolus testabatur. Cum autem de alio socio diligenter fecisset inquiri, repperit similiter verum esse. Quid plura? Crevit iste in ordine fratrum Minorum et factus est homo valde litteratus et multum in canonico iure peritus, et etiam totam Bibliam in Gallico vulgari legisset[b]. *Cumque diei succederet dies, additus est annus ad annum*, [2. Par. 21, 19. Is. 29, 1.] et factus fuit minister in provincia Ianuensi et in Sicilia et in Tuscia[2] VII annis; et fuit homo suspitiosus, qui multos[c] libenter vituperabat et confundebat, ut eos posset tenere sub baculo; *quos vole*bat exaltabat et quos volebat humiliabat*; [Dan. 5, 19. *f. 450c.] homo versipellis, callidus et malitiosus et subdola vulpes, vilis et abiectus ypocrita, homo pestifer et maledictus, et quem papa Alexander IIII. terribiliter habebat exosum et detestabatur ad mortem. Fuerat enim filius cuiusdam sacerdotis de diocesi sua[3], cum adhuc esset in minori offitio constitutus[4]. Meus minister et custos, cum adhuc habitarem in Tuscia[5], fuit. Sed postquam recessi inde, multa commisit turpia et enormia, que non sunt digna relatu, pro quibus optime fuit punitus a fratribus; et pluribus vicibus ordinem est egressus et malo fine terminavit vitam suam, sicut eius merita exigebant. Et sic que demon de eo predixerat vera[d] fuisse videntur. Hinc Ecclesiasticus dixit VII*: *Noli facere mala, et non te apprehendent*. [*v. 1.] Et iterum dicit ibidem*: *Ne*[e] *semines mala in sulcis iniustitie, et non metes ea in septuplum*[f]. [*v. 3.]

a) o *in loco raso.* b) *sic c.* c) mulos (?) *corr.* multos *c.* d) fuisse vid. vera *corr.* vera fuisse vid. *c.* e) Non *Vulg.* f) *sequitur* ℭ *nigro atramento scriptum.*

1) *Cf. supra f.* 446[d], *p.* 568, *l.* 22. 23. 2) *Cf. supra f.* 339[d]. 340[a], *p.* 312 *sq.* 3) *Alexander IV. natus erat in castro Jenne prope Subiaco sito dioceseos Anagninae, sed ortus erat e gente comitum Signiae. Et Cori oppidum in diocesi Signensi situm est.* 4) *Scil. Alexander papa.* 5) *A.* 1239—1247. *Sal. in Tuscia habitavit.*

---

Igitur[b] hec omnia supradicta diximus occasione illius fratris, qui fuit deceptus a demone, cui diabolus apparebat et promittebat papatum[1]; que possunt utilia esse ad diaboli astutias et malitias cognoscendas, quia non intendit ludere, sed decipere [*1. Tim. 2, 4.*] et ad interitum trahere; et sicut de Deo dicitur, quod *vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire*, ita diabolus vult omnes ad infernum perducere et in errore manere. Et ideo *non*[c] *credas eis*, scilicet demonibus, *cum locuti fuerint* [**v. 6.*] *tibi bona*, ut dicit Iere. XII*. Igitur quantum ad presens de hac materia satis sit dictum. I a m[d] n u n c a d p r i s t i n a m m a t e r i a m r e v e r t a m u r e t q u e d i c e n d a s u n t p r o s e q u a m u r.

[**f. 450d.* 1285.] *Anno siquidem Domini M⁰CC⁰LXXXV⁰, indictione XIII[a], quem millesimum [*Mart.*] superius etiam inchoavimus, totus mensis Marcii pulicibus plenus fuit, et ita abundaverunt pulices per totum mensem illum, quod, si essent in media estate, superflui viderentur et essent. Et ideo frequenter illorum versuum recordabar, qui dici consueverunt:

*In x finita tria sunt animalia dira:* Versus.
*Sunt pulices fortes, cimices culicumque cohortes,*
*Nos cruciant penis estivo tempore sevis.*
*Sed pulices saltu fugiunt culicesque volatu,*
*Et cimices pravi nequeunt fetore necari.*

[*Eccli. 10, 9.*] Hinc beatus[b] Augustinus dixit[2] loquens miserrimo homini et superbo: *Quid superbis*[e] *terra et cinis? Impera pulicibus et dormi.* Item eodem millesimo[f] septima die [*Mart. 7.*] intrante Martio, die sabbati[3], circa horam vespertinam horribilia et terribilia tonitrua audita fuerunt, et lampades et corruscationes[g] videbantur; et subito cecidit maxima grando, et nix mixta pariter ferebatur, et destruxit viridaria et arbores pomiferas et specialiter amigdalas et malagranata[h] et ficus primitivas, scilicet [**7, 1.*] prima ficulnearum poma. De quibus dixit Micheas VI*: *Precoquas ficus desideravit anima mea.* Item eodem millesimo apud Mediolanum celebratum est generale [*Maii 13.*] capitulum ordinis fratrum Minorum in festo pentecostes[i·4], quod fuit XIII[a] die intrante Maio; et absoluti plures ministri fuerunt, et constitutiones aliter ordi- [**f. CCCCLIa.*] nate[5], *quibus additum fuit et demptum. Et frater Petrus[6], minister Aquitanie,

a) *signa compendii primi versus huius columnae abscisa, ut nunc legatur* q isolito tpr *pro* q̄ isolito tpr. b) *penna mutata.* c) ne *Vulg.* d) *linea rubra subducta sub* Iam — prosequamur. e) superbit *Vulg. Eccli.* 10, 9. f) M̊. *c.* g) *sic c.* h) *sic c. h. l.;* malogranata *supra p.* 516, *l.* 19. 20. i) pent̄. *c.*

1) *Supra f.* 446[a—c], *p.* 566 *sq.* 2) *Nescio ubi.* 3) *Mart.* 7. *anno* 1285. *fuit dies Mercurii. Dies Mart.* 3. *fuit sabbatum.* 4) *Cf. supra f.* 426[a], *p.* 520. 5) *Vide constitutiones editas a Fr. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 53 — 56. *Sed ex hoc loco concludendum est et in constitutionibus capituli Narbonensis a.* 1260. *quaedam in hoc capitulo mutata esse.* 6) *Cf. Catal. ministrorum generalium, Analecta Francisc. III, p.* 702 *(et infra), ubi hic p.* 701. *et p.* 702. Guilielmus de Falgario *dicitur. Nec dubium videtur, quin Petrus Guilielmus vocatus sit; cf. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 57, *n.* 4. *Qui a.* 1296. *episcopus Vivariensis creatus Guilielmi nomen habuit. Cf. de eo infra f.* 488[a], *p.* 643, *ubi* Petrus de Falengaria *vocatur.*

*F.* 451[b]. De prelatis generalibus ordinis fratrum Predicatorum[a], qui in hac dictione continentur, scilicet *Dirigimur*, et quod Gregorius simile quasi ponit exemplum.

---

qui erat cathedratus magister[b], vicarius fuit in illo capitulo et habuit multas (1285.) voces, ut esset generalis minister, quia frater Bona-gratia, precedens generalis, obierat; sed prevaluit frater Arlottus de Prato de Tuscia, qui erat cathedratus magister et legebat Parisius[1], et factus fuit generalis minister ordinis fratrum Minorum.

Item[c] eodem millesimo celebratum fuit[d] similiter generale capitulum ordinis fratrum Predicatorum apud Bononiam. Et quia etiam ipsi erant acephali, electus (*Maii* 12). est frater Munio quidam Hispanus, ut ordinis Predicatorum fratrum esset magister[2]. Et nota, quod, ubi[e] nos fratres Minores appellamus generales ministros, ipsi appellant[f] magistros. Habent enim respectum ad illud dominicum verbum: *Unus est* (*Matth.* 23, 8—10.) *enim magister vester, qui in celis est, Christus* dominus. Nos vero respectum habemus ad illa dominica verba, quibus apostolos instruebat dicens: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis,* Mat. XVIII*. (*20, 28.) Et iterum Luc. XXII*: *Ego autem in medio vestrum sum sicut ministrator.* (**v.* 27.) Hospitalarii appellant preceptores maiores suos, qui super alios dominium habent, iuxta verbum Petri, quod Domino dixit Luc. V*: *Preceptor, per totam noctem laborantes nichil* (**v.* 5.) *cepimus* et cet. Omnes isti bene dicunt, quia et differentia est in vocabulis, et ad Deum omnia reducuntur[g]. Monachi appellant abbates iuxta verbum apostoli: *clamantem: Abba pater.* (*Gal.* 4, 6.) Nam idem est abba quod pater. Nota etiam, quod fratres Predicatores plures habuerunt magistros de ultramontanis quam de cismontanis. Ratio *forte est, quia primus eorum ultramontanus fuit, scilicet beatus Dominicus, (**f.* 451[b].) qui fuit Hispanus. Nos vero plures habuimus de Italia quam de partibus ultramontanis. Et hoc propter tria: primo, quia beatus Franciscus de Italia fuit. Secundo, quia prevalent voces istorum qui de Italia sunt. Tertio, quia melius de regimine sciunt. Timent[c] enim Italici, ne, si Gallici haberent dominium ordinis, quod nimis de religionis rigore laxarent. Et nota, quod illi dolent, si habemus magistros cathedratos, id est Parisius conventatos. Nos vero quantum possumus laboramus, ne habeant generales ministros, propter causas superius assignatas. Hic sagacitatem Philistinorum ad memoriam revoca, de qua I. Reg. XIII.* habetur, ubi (**v.* 19.) dicitur: *Porro faber ferrarius non inveniebatur in Israel. Caverant enim Philistiim* et cet.[h] Nota, quod cuidam spirituali fratri de ordine Predicatorum revelatum fuit in visione, quod tot habituri essent generales magistros, quot littere in hac dictione habentur[g]: *Dirigimur,* que novem littere sunt. Quod si verum est, non nisi due supersunt, scilicet u et r. Tolle ergo litteram primam: habes Dominicum. Tolle secundam: habes Iordanum. Tolle tertiam: habes Raimundum. Pone quartam: habes Iohannem. Pone quintam: habes Gumbertum[3]. Pone sextam: habes Iohannem iterum. Pone septimam: habes Munionem, qui nunc preest[4]. Quasi simile exemplum beatus Gregorius in

a) *signa compendii primi versus huius columnae abscisa, ut nunc legatur* platis gnalibꝫ ordis frm pdicatoꝶ *pro* platis gn̈alibus ordıs frm̄ pdicatorum. b) mīst᷑ (minister) *corr.* magister *c.,* a *superscripto,* g *in marg. suppleto.* c) *penna mutata.* d) fuit *in marg. a Sal. suppl.* e) ú *c.; forte* uti *Sal. scribere voluit.* f) *sic c. h. l.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.*

1) *Cf. supra f.* 297[c], *p.* 210. 2) *Cf. Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 430; *Bernard. Guidonis, Martene, Ampl. coll. VI, col.* 409; *Tolomei Luc. Annales, 'Docum. di storia Italiana' VI, p.* 94. 3) *Humbertus potius vocabatur.* 4) *Sed visio fefellit bonum fratrem, nam Munioni successit Stephanus Bisuntinus, huic Nicolaus de Trivisio, tunc multi alii.*

*F.* 451[c]. De multiplicitate guerrarum, et de epistola quam rex Tartarorum misit Ungarie regi post pacem cum eo factam.

*F.* 451[d]. Quod rex Francie cum magno exercitu in Hispaniam[a] ivit contra Petrum Aragonie regem. Et quod Mutinenses in hoc millesimo duabus vicibus mutuo sunt congressi.

---

Dialogo ponit, libro III°[1]. Cum enim quidam episcopus[2] in extremis laboraret, et clerici sui inquirerent ab eo, quem episcopum habituri essent post ipsum, tale eis dedit responsum: *Post Constantium mulionem, post mulionem fullonem*[b], *post fullonem* *f. 451c. *nullum*[3]. *O te, Aquine, et hoc*[c] *habes.* Et omnia supradicta vera reperta sunt, sicut beatus Gregorius exponendo demonstrat. Et nota, quod abbas Ioachim, cui Deus revelavit futura, dixit[4], quod ordo Predicatorum debebat pati cum ordine clericorum, ordo vero Minorum durare usque ad finem.

1285. (*Maio*). Item eodem millesimo supraposito, cum ista duo generalia capitula celebrabantur, de quibus iam dictum est supra[5], Guillielmus[d] marchio Montis-ferrati cum adiutorio illorum de Turre de Mediolano et cum aliis suis amicis contra Mediolanenses qui erant in civitate maximum conduxit exercitum. Mutinenses etiam maximam inter se guerram habebant et pluries mutuo sunt congressi[6]. Tartari nichilo- (*Ian.*) minus totam Ungáriam invaserunt et simul omnia cedibus, incendiis et rapinis dissipaverunt[7]. Et in illo discursu interfecerunt omnes fratres unius loci ordinis fratrum Predicatorum, exceptis duobus, qui in latibulis evaserunt. Tandem cum rege Ungárie[8] Tartari pacem fecerunt. Cui etiam rex Tartarorum misit epistolam talia continentem[9]:

*David*[e] *Iohannis rex Tharsis et insule orientalis et gentis incluse Ungarorum regi gratiam suam et genti sue, quam sibi trinus et unus. Sicut placuit Domino, cor nostrum elevatum est super omne quod dicitur homo terrenus, et thronus noster super colla rebellium exaltatus, ita quod baltheum lumborum nostrorum adorent reges terre preter regem Francie, quem Dominus in dialogo fidelem et catholicum nominat. Et dixit michi: 'Ne extendas in eum manus tuas!*[10]*' Gladius noster inimicos crucifixi devorabit, et reliquias* *f. 451d. *eorum equi nostri et iumenta manducabunt. Pedes dromedariorum nostrorum et camelorum ita iunguntur, propter asperitatem quam contraxerunt, hyemalibus annis castra movemus. Pax sit omnibus! Pro balsamo vinum, pro auro obriço triticum nobis mittant, quoniam peregrini sumus a sedibus nostris, stella duce vocati. Dominum nostrum Balthasar et cognatos nostros Gaspar et Melchior intendimus ad propria deportare*[11].

a) *signa compendii primi versus huius columnae abscisa, ut legatur nunc:* Qd . . . fracie cu mag excitu i hispania *pro* Qd' . . . fracie cu mag̈ ex'citu ī hispania. b) fulonem *corr.* fullonem *c.* c) et hoc *in loco raso.* d) Guill's *c.* e) *littera initialis* D *minio picta.*

1) *Cap.* 8. 2) *Constantius Aquinae civitatis.* 3) post full. nullum *desunt in Dialogorum edd.* 4) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam c.* 15, *ed. Colon.* 1577. *p.* 174: Pariet geminos ordines . . ., quorum maior serviet minori, primogenitus scilicet iuniori, pro eo quod oportebit illum minui, pati scilicet cum ordine clericali, et alium crescere cum ordine spirituali. 5) *F.* 450[d], *p.* 578 *sq.*, *l.* 31 *sqq.* 6) *Cf. infra f.* 451[d]. 452[a], *p.* 581 *sq.* 7) *Cf. Ann. S. Rudberti Salisburg., SS. IX, p.* 809; *Cont. Vindobon., ib. p.* 713; *Herm. Cont. Altah., SS. XVII, p.* 414, *etc.* 8) *Ladislao IV. Gelu ac nive coacti Tartari et victi regressi sunt.* 9) *De qua epistola vide R. Röhricht, Regesta regni Hierosol. p.* 381, *nr.* 1459. 10) *Cf. Iob* 1, 12: in eum ne extendas manum tuam, *etc.* 11) *Cf. Ottocar., 'Österreich. Reimchronik' v.* 23695 *sqq., 'Deutsche Chron.' V, p.* 312; *Fr. Zarncke in 'Abhandl. der Kgl. Sächs. Ges. der Wiss.' XIX ('Phil.-hist. Kl.' VIII), p.* 19—22, 101 *sq.*

*F.* CCCCLII[a]. De commutatione captivorum, quam fecerunt Mutinenses inter se apud Herberie castrum.
De mille quingentis de Mutina interfectis.

---

Cum[a] autem hec omnia prelia fierent, recordabar verbi domini Iesu, quod discipulis[b] suis dixerat Mat. XXIII*: *Audituri*[c] *enim estis prelia et opiniones preliorum. Videte, ne turbemini. Oportet enim hec fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem et regnum in regnum.* [*24, 6. 7.] Item recordabar illius verbi, quod Deus antiquitus dixit Gen. VIII*: *Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Cunctis diebus terre sementis et messis, frigus et estus, estas et hyens*[d], *nox et dies non requiescent.* [*v. 21. 22.] Item millesimo[e] supraposito rex Francie post mortem [1285. *(Ian. ex.)*] patrui sui regis Karoli copiosum exercitum et quasi innumerabilem conduxit in Hispaniam contra Petrum Aragonum, volens ipsum omnino destruere. Talia sunt hodie in festo sancti Xisti[1] M°CC°LXXXV°; finis ignoratur istorum. Nam *varius est* [*Aug.* 6.] *eventus belli, et nunc istum*[f], *nunc illum consumit gladius,* ut habetur II. Reg. XII*[g]. [*11, 25.]

Item millesimo supraposito Mutinenses exteriores cum interioribus apud Mon- [1284. *(Sept. 19)*] tale habuerunt durissimum bellum[2], et pugnatum est acriter ab utraque parte, et multi corruerunt vulnerati in bello et mortui sunt, et multi capti fuerunt. Eodem etiam millesimo[e] ortum est bellum iterum inter eos *apud Gorçanum[3], et idem [*f. CCCCLII a.] accidit eis, quia ex utraque parte facta est strages magna, et multi corruentes [1285. *(Ian. in.)*] de populo mortui sunt et de militibus etiam[h]. Verumtamen interiores Mutinenses, scilicet qui civitatem inhabitant, gloriati sunt, quod semper in istis duobus preliis superiores fuerunt[4]. Quapropter ex victoria sumpta audacia eodem millesimo iverunt et conbusserunt Balugulam, qui est in montibus Mutinensium burgus. Item millesimo supraposito de communi concordia venerunt milites et pedites de civitate Mutine ad castrum Herberie, quod est in strata publica in episcopatu Regino, et illi de Saxolo fecerunt similiter; tamen non miscuerunt se simul, sed separati steterunt. Et fuit ibi potestas Reginus[5] cum XII ambaxatoribus de Regio. Et fuerunt ibi similiter fratres Minores et Predicatores; et fecerunt ibi commutationem et relaxationem captivorum, ut quelibet pars reciperet et rehaberet suos. Et fuerunt omnes ex utraque parte quadringenti. Factum est autem hoc in vigilia sancti Petri ad Vincula, id est ultima die Iulii; quod diu ante tractatum fuerat[6]. [*Iul.* 31.]

a) *hoc loco non versus novus coeptus, sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.* b) di. *c.* c) *a syllabis* turi *penna mutata.* d) *sic c.* e) M̊. *c.* f) *cf. supra p.* 212, *n.* b. g) *sic c. pro* XI, *ut supra p.* 212, *l.* 7. h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Difficile credi potest hoc loco fratrem Sal. festum die Aug.* 6. *vulgo celebratum dixisse, cum iam supra f.* 445[b], *p.* 564. *pateat fratrem Sal. obitum Philippi IV. regis Franciae et Petri regis Arragoniae (*† *Nov.* 10*) scivisse, cum illud folium scriberet, cum etiam f.* 455. *paulo ante nativitatem Domini scriptum esse dixerit. Attamen mense Decembri (vel Novembri) aliud festum Sixti in Italia celebratum esse nusquam reperi, atque etiam, si Sal. haec mense Decembri scripsisset, valde mirum est, quod nihil dixerit de clade regis Franciae in Arragonia accepta et de obitu eius, de quibus demum f.* 457[b. c]. *retulit. Quod non alio modo explicari poterit, nisi ut credas paginam* 445[a. b]. *post hoc folium a Sal. rescriptam esse.* 2) *De hoc proelio a.* 1284. *Sept.* 19 *(non a.* 1285*) commisso, in quo Mutinenses intrinseci victi sunt, Sal. iam supra f.* 433[c. d], *p.* 538. *multa retulit.* 3) *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 80. 4) *Sed supra f.* 433[d], *p.* 538. *ipsi in proelio apud Montale commisso se superatos esse dixerunt.* 5) *Andriolus de Golferamis vel de Gulforanis; cf. Alberti Milioli Liber de temp. c.* 309. *et Cont. Reg., SS. XXXI, p.* 571 *sq.* 6) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 698.

---

1285. Nichilominus tamen guerra valida et mortalis duravit inter eos. Et in[a] ista guerra Mutinensium tam ex parte interiorum quam ex parte exteriorum, qui habitant in Saxolo, mortui sunt mille quingenti. Inter quos principales fuerunt isti, qui subsecuntur, scilicet domnus[b] Matheus de Monte-cúculo, domnus Guilielminus de Monte-vejo[c], domnus Pontius Provincialis, capitaneus soldaliciorum interiorum, domnus Gerardus Rangonus, domnus Ghirardinus de Boschettis, domnus Iohannes
*f. 452b. *de Rosa, domnus Archipresbiter de Baçoara de Presulis, domnus Rainerius de Dentibus de Balugula, Raimunduçus de Garxonibus, domnus Nordulus de Liviçano, domnus Nevus de Liviçano, domnus Giliolus de Poltoneriis, Bartholomeus de Campilio, domnus Thomas de Lovoléto, Ardecio de Lovoléto, domnus Niger de Lecca-terra. Hic fuit optimus preliator et lanceé vibrator et proiector. Item Karentanus de Carentánis, Mutinensis de Riciis, Çacharias de Tripino, Franciscus de Speçano, Thomas de Speçano. Explicit cathalogus Mutinensium interfectorum, qui mortui sunt in bello tempore valide guerre, quam inter se propter suam stultitiam habuerunt. Ipsi viderint!

Nunc[d] de Ianuensibus aliquid est dicendum. Domnus Obertus de Spinola
*Iun. 8.* in Ianua dominatur, et anno Domini M⁰CC⁰LXXXV⁰ octavo die intrante Iunio cum centum[1] galeis ivit ad portum Pisanum, volens ipsum expugnare et capere; et Lucenses venerant contra Pisanos cum exercitu suo ad Ripam-fractam, ubi est castrum Pisanorum iuxta fluvium Hauserith, et destruebant territorium Pisanorum, scilicet segetes et vineas, et domos conburebant[2]. Et precedenti millesimo
1284. Ianuenses et Pisani bis habuerant conflictum ad invicem bello marino[3]. Et Pisani succubuerant, ita ut ex parte Pisanorum inter mortuos et captivos caderent decem milia, ex Ianuensibus vero ducenti. Et nota, quod supradictus domnus Obertus dominium civitatis Ianue violenter XII annis tenuerat[4] et contra voluntatem Gri-
*f. 452c. 1285. mandorum, qui ex parte ecclesie erant. *Item[e] millesimo supraposito misit papa Honorius IIII, ut Lucenses a guerra Pisanorum cessarent, qui obsederant Ripamfractam castrum Pisanorum, quod est iuxta fluvium Hauserith; et excommunicavit omnes qui decetero contra Pisanos hostiliter arma moverent[5], eó quod committunt se Pisani protectioni et defensioni ecclesie. Nam *ubi abundavit delictum, superabun-*
*v. 20. *davit et[f] gratia*, ut dicit apostolus ad Ro. V*. Item millesimo[g] supraposito inchoata est fundari ecclesia fratrum Minorum de Regio. Et frater Gilinus de Con-

a) i (in) *in marg. a Sal. suppl.* b) Dns *cum littera maiuscula* D *semper h. l. c.* c) *sic cum* j *longo c.* d) *littera initialis* N *minio picta.* e) *penna cum nova pagina mutata.* f) et *deest Vulg.* g) M̊. *c.*

1) *Sexaginta quinque dicit Iacobus Auric, Ann. Ianuenses, SS. XVIII, p.* 311, *ubi melius haec narrata sunt.* 2) *Cf. Tolomei Ann. ed. C. Minutoli, 'Doc. di storia Ital.' VI, p.* 94. 3) *Cf. supra f.* 431[b]—433[b], *p.* 532 *sqq.* 4) *Iam a.* 1270. *Oct.* 28. *Obertus Spinula et Obertus Auric capitanei creati sunt, qui a.* 1273. *iterum* civitatis regimen assumpsere; *Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 270. 274. 5) *De hac re in epistolis Honorii papae nihil reperitur: cf. B. Pawlicki, 'Papst Honorius IV.' p.* 97; *supra f.* 433[a], *p.* 536. *Sed et Iac. Auric, Ann. Ian. p.* 312, *dicit papam legato ad Lucenses et Florentinos misso prohibuisse, ne* super terram Pisanorum accedere deberent.

*F.* 452$^{d}$. De signis que fiunt in sole et luna et stellis et de comete stella.
*F.* CCCCLIII$^{a}$. De operibus Parmensium.

---

rado de Regio primum lapidem posuit ibi in pilastro anteriori iuxta viam que est prope domum ecclesie sancti Iacobi, in VI$^{a}$ feria infra octavam pentecostes[a], scilicet [*Maii* 18.] XVIII$^{a}$ die mensis Maii, XV$^{0}$ Kal. Iunii. Item eodem millesimo totus mensis Maii pluviosus fuit, ita ut qualibet die plueret, et rustici turbabantur, eo quod laborare non poterant, et fratribus Minoribus imputabant, eo quod fundando ecclesiam suam mortuorum corpora exhumassent. Et non fuit illo anno annue messis plenitudo, quia frumentum alicubi est destructum[1], partim a tempestate, partim ab alia calamitate. Sed et tempore estivo pluvia non descendit, et fuit siccitas et ariditas magna; nec fuit holerum abundantia, eo quod orti non erant irrigui nec a pluvia madefacti. Caristia fuit cucurbitarum et minuttorum[b] et vini[2] et olei et raparum atque castanearum et aliorum fructuum multiplicium. Item millesimo supraposito obscuratus est sol circa horam vespertinam secunda feria, quarta [*Iun.* 4.] die intrante Iunio[3]. *Et fuit parva eclipsis et a paucis visa, quia celum nubilo- [**f.* 452$^{d}$.] sum erat die illa. De istis obscurationibus solis et lune atque stellarum sciendum est, quod pluribus vicibus vidi eas, postquam ordinem fratrum Minorum intravi; que ideo fiunt, non solum quia Dominus ita predixit, cum ait Luc. XXIII*: [*21, 25.] *Erunt signa in sole et luna et stellis,* verum etiam et quia aliud[c] portendunt sive demonstrant fore futurum. Verumtamen inter alias obscurationes solis, que diebus meis facte sunt, illa maior fuit, que accidit anno Domini M$^{0}$CC$^{0}$XXXIX$^{0}$, de qua [1239. *(Iun. 3).*] sufficienter descripsi superius CC$^{a}$LXX$^{a}$ nona carta[4], et illa in luna maior[5], quando primo anno pontificatus pape Gregorii decimi in Maio circa matutinum signum [1272. *Maio.*] crucis apparuit in luna, et diu duravit illa nocte apparitio ista, et a multis visa fuit in diversis partibus mundi. Accidit autem istud signum in luna anno Domini M$^{0}$CC$^{0}$LXXII$^{0}$, indictione XV$^{a}$. Porro inter alia magna signa stellarum illud prevaluit, quod sub papa Urbano IIII. ostensum est toti mundo. Nam anno quo [1264.] mortuus est stella cometa apparuit in celo ad modum facule circa festum sancti [*Iul.* 23.] Apollinaris et duravit usque ad mortem pape. De qua apparitione similiter supe- [*(Oct.* 2*).*] rius dixi CCCC6.[6] carta, ibi: *Anno Domini M$^{o}$CC$^{o}$LXIIII$^{o}$.* De hac stella Ysidorus[7] dicit: *Comis stella est, eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus syderis, quando apparuerit, aut *pestilentiam aut famem aut bella significat. Cometes* [**f.* CCCCLIII$^{a}$.] *autem Latine crinite appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt; quas toici*[d] *dicunt esse ultra XXX, quarum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.*

De[e] operibus Parmensium dicendum videtur hoc loco.

Item millesimo supraposito Parmenses inchoaverunt unum palatium magnum [1285.] et pulcrum iuxta plateam novam et fecerunt fieri portam Sancti Benedicti et in-

a) pent. *c.* b) *sic* (minut torum) *c.* c) *sic* (a$^{d}$) *c.; coniceres* aliquid (ad *a Sal. saepe scriptum*), *ut ed. Parm. habet.* d) *sic c.;* Stoici *Isid.* e) *sub* De — loco *linea rubra ducta.*

1) *Ann. Parm. mai. p.* 698: valuit starium frumenti III sol. imperial. *(tempore verno, ut videtur); ib. p.* 699: starium frumenti valuit V sol. imperial. *(post messem, ut videtur).* 2) *Ann. Parm. mai. p.* 699: optimi et sanisimi vini valuit mensura X sol. imperial. 3) *Vere hoc die eclipsis solis fuit.* 4) *P.* 164. 5) *Non eclipsis lunae tunc facta est.* 6) *Potius f.* 405$^{d}$, *supra p.* 469. 7) *Etymol. III,* 71, 16. 17, *Opera ed. Arevalus III, p.* 163.

*F.* 453c. De magna mortalitate hominum que in diversis partibus mundi fuit. De operibus Parmensium iterum dicitur hic.

---

1285. choaverunt pontem lapideum super Lenciam[1], qui est fluvius qui discurrit per publicam stratam inter Regium et Parmam, ad quinque miliaria iuxta Parmam. Et fecerunt fieri unam magnam campanam pro turre communis, quia precedens fuerat fracta. Et quia propter defectum metalli caruit ansis sive auribus, ut ligari et appendi non posset, secundo fusa fuit a predicto magistro[2]; et fuit pulcherrima, sed caruit bono sono propter aliquem defectum, quem creditur habuisse[a]. Et ita Parmenses miserunt Pisas pro bono magistro, ut bonam campanam faceret eis. Et venit magister ad Parmenses de Pisis sicut magnus baro indutus sollemniter, et habitavit in loco fratrum Predicatorum[3], et ibi fudit campanam Parmensium et adhibuit omne studium, quod potuit adhibere et scivit, quia habuit metallum de novo et in magna copia, sicut voluit, abundanter. Et fecit formam pulcherrimam, et fuit solitarius, ne[b] molestaretur ab aliquo. Insuper fudit eam super funda-
*f. 453b. mentum ecclesie Predicatorum, que iam *erat fundata[4]. Timebat enim, ne metallum prosiliret de forma descendendo inferius; nec sic campana fusa bona inventa fuit, nec quantum ad formam nec quantum ad bonum sonum[5]. Et in hoc punivit Deus Parmenses, quia volebant habere unam talem campanam, que in Burgo Sancti Donini et in Regio audiretur, et vix poterat audiri per Parmam. Unde illud
*r. 34. Dan. 4, 14. Dan. IIII*: *Gradientes in superbia potens est*[c] *humiliare*, scilicet *excelsus*, qui *in regno hominum dominatur*. Et expenderunt Parmenses illo anno in campanis faciendis imperialium mille libras, nec bonam campanam aliquam habuerunt. In loco autem fratrum Predicatorum apud Parmam non habitabant tunc temporis nisi IIIIor fratres ad locum custodiendum. Recesserant enim de Parma fratres Predicatores occasione cuiusdam domine, quam tamquam hereticam conburi fecerant, que dicebatur Halina[6]; nec reversi erant adhuc, ut habitarent ibidem. Volebant enim a Parmensibus rogari cum honore reverti. Et Parmenses parum curabant de eis, quia circa religiosos indevoti semper existunt et duri[7].

Item millesimo supraposito fecerunt Parmenses magnum murum iuxta fluvium Parme, post ecclesiam sancte Marie de Templo, a ponte Domine Egidie versus pontem lapideum, per quem publica strata decurrit, et merces venduntur. Item millesimo[d] supraposito fecerunt duas turres in ripa fluminis Tari, ab utraque ripa unam, ubi fluvius ingreditur Padum. Et posuerunt ibi catenam ferream ab una
*f. 453c. turre ad aliam, ne quis possit *ingredi vel egredi cum mercibus absque Parmensium voluntate. Idipsum fecerunt in fluvio Lencie, ubi Lencia apud Ençanum ingreditur Padum, et idem in egressu fluminis Parme apud Colurnium sive Coparmulim[8]. Item millesimo[d] supraposito in villa Pupilii, que est in episcopatu Parmensi, infra tres menses LXXX homines mortui sunt. Nam ista est regula generalis sive argumentum probatum, ut, quotiens boum precedit mortalitas, totiens sequenti anno hominum mortalitas subsequatur[9]. Et eodem millesimo in urbe Romana maxima fuit mortalitas et infirmitas[10], ita ut mitrati inter abbates et epi-

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) nec, c *expunctum c.* c) potest *Vulg.* d) M̊. *c.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 698. 2) *Nullus magister praedictus est. Infra f.* 484c. *hic magister etiam Pisanus fuisse dicitur.* 3) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 699. 4) *Cf. infra f.* 459a, *p.* 597. 5) *Eadem iterum infra f.* 484c. d. *non eodem modo narrata sunt.* 6) *Cf. supra f.* 421a. b, *p.* 507; *infra f.* 459a. 481a. 7) *Cf. infra f.* 458c. d, *p.* 596. 8) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 698. 9) *Eadem verba vide supra f.* 424b, *p.* 515. 10) *Quae et Lucae fuit; Tolomei Luc. Ann., 'Doc. di storia Ital.' VI, p.* 94. *Cf. infra f.* 457a.

*F. 453[d].* Quo anno beatus Franciscus inchoavit ordinem fratrum[a] Minorum.
De nive magna, que dicitur sancte Agathe.
Quo anno fuit incepta religio vetus de Parma.

---

scopos a pascha usque ad assumptionem beate virginis sub papa Honorio quarto *1285. Mart. 25. Aug. 15.* $XXIIII^{or}$ morerentur. Item millesimo[b] suprapositο statuerunt Parmenses, quod pons lapideus fieret super fluvium Tari, qui distat a Parma per miliaria V, per stratam publicam, per quam itur ad Burgum Sancti Donini. Et eodem millesimo fecerunt fieri unam turrim in castro Grondule, quod habent in Alpibus prope Pontem-tremulum ad miliaria tria. Ut autem de operibus Parmensium melius explicemus, oportet nos ad tempora anteriora reverti et dicere que iam diu facta fuerunt, ante scilicet quam nati essemus[1].

Anno[c] siquidem dominice incarnationis M°C°XCVI° Parmense baptisterium *1196.* fuit inceptum, et pater meus, ut ab ore eius audivi, in fundamento eius lapides posuit in signum[d] memorialis et bone recordationis in posterum[2]. Nam inter baptisterium et domum meam nulla interpositio habebatur. Pater meus domnus Guido de Adam dicebatur, et ego filius suus frater Salinbene[e] de ordine fratrum Minorum.

**f. 453[d].* *Anno Domini M°C°XCIX° fuit sturmum de Burgo Sancti Donini contra Placen- *1199.* tinos et Mediolanenses et eorum partem cum carrociis, et tunc fuerunt disconficti[3]. *(Maii 19).*

Anno[f] Domini M°CC°VII° facta fuit mora pontis lapidei fluminis Parme[4]; et *1207.* fuit nix magna, que nix sancte Agathe appellatur, pro eo quod in festo eius *Febr. 5.* descendit, et a posteris reducitur ad memoriam, quia usque ad hominis staturam grandis fuit. Et eodem millesimo inchoavit beatus Franciscus ordinem fratrum Minorum sub papa Innocentio tertio, decimo anno pontificatus ipsius, et vixit in eo XX annis completis[5].

Anno Domini M°CC°X° facte fuerunt fovee de Sancta Cruce de Parma; et *1210.* imperator Octo venit Parmam. *(Apr.)*

Anno Domini M°CC°XI° facta fuit primo moneta denariorum parvorum Par- *1211.* mensium. Et in hoc anno fuit incepta domus religionis veteris de Parma.

Anno Domini millesimo CC°XIII° soli Cremonenses ceperunt carrocium Me- *1213. (Iun. 2).* diolanensium[6].

Anno[f] Domini M°CC°XV° domnus Robertus Manfredi Pii de Mutina potestas *1215.* Parme fuit. Et hoc anno Parmenses et Cremonenses obsederunt Castrum-novum *(Aug.)* Placentinorum[7].

Anno[f] Domini M°CC°XVI° gelavit Padus[8]. *1216.*

Anno Domini M°CC°XVII°[9] fuit exercitus de Çubello. *1218. (Iun. 7).*

Anno[f] Domini M°CC°XXI° domnus Torellus de Strata de Papia potestas *1221.* Parme fuit. Et tunc fuit inceptum palatium novum communis Parme[10].

a) f. *c.* b) .M. *c.* c) *littera initialis* A *minio picta.* d) in signum *a Sal. in marg. suppl.* e) *sic h. l. c.* f) *abhinc non versus novus coeptus in c., sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.*

1) *Ad sequentia excerpta Annalium Parmensium, quos Sal. a fratribus Minoribus Parmensibus accepisse videtur, cf. Ann. Parm. mai. p.* 665 *sqq., his propinquos.* 2) *Cf. supra f.* 222[d], *p.* 37. 3) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 24. *et quae n.* 5. *adnotavi.* 4) *Hoc habent Ann. Parm. mai. p.* 666. *ad a.* 1208. 5) *Eadem vide supra f.* 215[d]. 221[d], *p.* 21. 35. 6) *Cf. supra f.* 219[d], *p.* 30. 7) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 51 *sq.* 8) *Cf. supra f.* 220[d]. 221[a], *p.* 33. 9) *Potius a.* 1218. *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 65 *sq.; supra f.* 221[a], *p.* 33. 10) *Cf. supra f.* 425[d], *p.* 519.

*F.* CCCCLIIII[a]. De morte Manfredi Turte[a] de Alberghettis.
De domno Malatesta de Arimino, quem quidam interficere voluerunt.
*F.* 454[b]. De statuto quod contra venditores piscium Regini fecerunt propter eorum stultitiam.

---

1223. Anno[b] Domini M°CC°XXIII° domnus Henricus Advocatus de Cremona
1222. potestas Parme fuit. Et hoc anno in introitu sui regiminis fuit terremotus magnus
*Dec. 25.* **f.* CCCCLIIII[a]. in nativitate Domini[1], qui *a posteris ad memoriam frequenter reducitur.
1224. Anno[b] Domini M°CC°XXIIII° domnus Manfredus de Cornaçano potestas
*(Maii 22).* Parme fuit. Et hoc anno obiit Opiço Parmensis episcopus, qui fuit de Lavania
et barbanus pape Innocentii quarti[2].
1226. *(Maii 18).* Anno[b] Domini M°CC°XXVI° Fredericus imperator venit Parmam.
1227. Anno[b] Domini M°CC°XXVII° domnus Torellus de Strata de Papia potestas
Parme iterum fuit. Et tunc inchoatum est castrum Torelli contra Burgum Sancti
Donini, eo quod Burgenses Parmensibus obedire nolebant. Sed quia Burgenses
venerunt ad precepta communis Parme, ideo Parmenses ab edificatione castri cessa-
verunt[3]. Huc usque de operibus Parmensium sic est dictum. Alibi forte alia
dicemus[4], cum dicenda occurrerint, et videbimus expedire. Nunc prosequamur
millesimum superius inchoatum.
1285. *(Maii 2).* Item[b] millesimo[c] supraposito, scilicet CC°LXXXV°, Manfredus Turta de
Alberghettis de Faventia mortuus est in villa Seçarie, que a Faventia per V miliaria
distat, et a consanguineis suis[5] cum filio suo[6] fuit occisus, dum cum eis prandéret.
veniens de Ravenna. Et eodem millesimo[c] contra domnum Malatestam de Ari-
mino insurrexerunt nepotes comitis Tadei de Bono-comite et percusserunt eum,
volentes eum occidere, in civitate Cesene iuxta domum Heremitanorum; quorum
benefitio evasit, quia porta eorum erat aperta. Item millesimo supraposito
statutum est in pleno consilio[d] Reginorum, quod venditores piscium non vendant
pisces ab initio quadragesime[e] usque post pascha, sub banno et pena XXV libra-
**f.* 454[b]. rum boninorum[f], et quod *nullus emat, sub pena X librarum boninorum[f]. Quod
statutum optime fuit servatum. Causa autem huius statuti faciendi fuit, quia,
quando milites et iudices inquirebant ab aliquo piscatore: 'Pro quanto pretio dabis
tu istum piscem?' ille bis et ter inquisitus respondere dedignabatur. Quin immo
avertebat faciem et loquebatur socio suo dicens: 'Compater, pone cavagnam sive
**v. 19.* cistam in illo loco!' Unde illud Prover. XXIX*: *Servus verbis non potest erudiri,
quia quod dicis intelligit et respondere contemnit.* Volebant preterea de una parvula
tinca vel anguilla tres vel IIII[or] grossos. Cumque viderent piscatores et piscium
venditores, quod ita firmiter et stricte servabatur statutum contra eos factum, et
quod damnificabantur ex hoc — nam pisces eorum omnes numerati fuerunt et positi
in vivariis usque post pascha —, venerunt ad fratres Minores et rogaverunt eos.

a) tute de albghettis, *signis compendii abscisis, c. pro* tūte de alb̊ghettis. b) *abhinc non versus novus coeptus in c., sed tantum* ℭ *minio scriptum praecedit.* c) .M̊. *c.* d) *sequitur vox erasa.* e) XL[e] *c.* f) *sic c., non* bononinorum.

1) *Cf. supra f.* 221[c], *p.* 34. 2) qui fuit — quarti *Sal. procul dubio addidit; cf. supra f.* 233[a]. 236[c], *p.* 61. 69. 3) *Eadem vide supra f.* 425[d], *p.* 519. 4) *Infra f.* 484[c. d]. 5) *Francisco filio Albergetti de Manfredis et Ugolino filio Alberici de Manfredis; Petrus Cantinelli p.* 54, *cuius narratio omnino convenit cum hac.* 6) *Albergetto.*

*F.* 454[c]. Quod illi de Saxolo mulieres Mutinensium de civitate ceperunt consilio domni Burigardi, et ipse eodem mense a Mutinensibus captus fuit cum quibusdam aliis de parte sua[a].

*F.* 454[d]. Quod Mutinenses mutuo de pace inter se facienda tractare ceperunt.

---

ut rogarent potestatem[1] et capitaneum[2] et ancianos et totum consilium de istius 1285.
relaxatione statuti, et ipsi volebant promittere, quod rationabiliter et discrete et
curialiter et pro bono mercato venderent omnibus volentibus emere pisces suos.
Sed nec sic fuit relaxatum statutum iuxta verbum quod de Esau dicit apostolus
ad Hebreos XII*: *Non enim invenit ultra*[b] *penitentie locum, quamquam cum lacrimis* *v. 17.
*inquisisset eam.* Minabantur etiam Regini consimiliter becariis[c] paschali tempore
se facturos, nisi curialiter et rationabiliter carnales[d] venderent in macello. Quod
audientes beccarii[c] fecerunt quod docet sapiens in Prover. XIX*[e]: *Pestilente flagel-* *v. 25.
*lato stultus sapientior erit. Si autem corripueris sapien*tem, intelliget disciplinam.* *f. 454c.
Domnus Ghirardus Varolus, quidam iudex de Regio, fuit[f] primus qui stultitiam
piscatorum in consilio divulgavit, et ad dictum eius statutum huiusmodi factum
fuit. Fecit enim quod dicit sapiens in Prover. XXVI*: *Responde stulto iuxta stulti-* *v. 5.
*tiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.*

Item[g] millesimo supraposito, scilicet CC⁰LXXXV⁰, ceperunt illi de Saxolo
CCCtas mulieres illorum de civitate Mutine, que egresse erant ad vineas ad colli-
gendas uvas, et duxerunt eas Saxolum et posuerunt in carcere. Quod factum fuit
in die Martis, quarta die in principio mensis Septembris, sed cito dimisse sunt, *Sept. 4.*
quia Mutinenses de civitate ceperunt similiter illas illorum de Saxolo. Item
millesimo[h] supraposito, XXIa die mensis Septembris, in festo sancti Mathei apo- *Sept. 21.*
stoli capti sunt XXIIIIor illorum de Saxolo a Mutinensibus interioribus, qui erant
in Herberia. Et ceperunt eos in villa Cortexelle, que distat a castro Herberie
per miliare et dimidium miliaris. Inter quos fuerunt precipui domnus Burigardus,
qui erat magister militie illorum de Saxolo et probus in armis et doctus ad bellum.
Hic fuit de Vapinco, que in provincia Provincie parva civitas est. Hic est qui
consilium dederat, quod mulieres caperentur et ponerentur in carcere. Et ipse
eodem mense captus est et adductus ad carcerem in Mutina civitate. Alius pre-
cipuus fuit comes Lesnardus de Crema. Omnes alii Gallici fuerunt preter unum
Mutinensem[i]. Et nota, ut *dixerunt postea Mutinenses interiores, quod, si domnus *f. 454d.
Burigardus in principio, quando venit in adiutorium illorum de Saxolo, venisset
ad civitatem, disposuerant fugam arripere et civitatem relinquere, tantus timor
irruerat super illos[3]. Sed Dominus melius ordinavit et fecit, quia VII⁰ die in-
trante Octobre, in die dominica infra octavam beati Francisci factum est compro- *Oct. 7.*
missum de pace facienda inter Mutinenses de Saxolo et Mutinenses de civitate.
Et domnus Guido de Corigia et domnus Matheus, frater suus, fuerunt principales
ad istam pacem componendam et ordinandam[4]. Et domnus Mastinus de Sancto
Vitale de Parma multum laboravit ad hoc, ut pacem Mutinenses haberent. Et

a) *huius versus in summa columna* 454[d]. *scripti signa compendii et litterarum superiores partes abscisa in c., ut nunc legatur* capt . . . cu qb3da . . . pate *pro* capt9 . . . cu q̇busda . . . pāte. b) ultra *deest Vulg.* c) *sic h. l. c.* d) *sic c.* e) XIX. *post in spatio vacuo relicto a Sal. suppletum esse videtur.* f) *sequitur* q̇ (qui) *expunctum et linea post perducta deletum.* g) *non versus novus hoc loco coeptus in c., sed tantum* ℭ *atramento nigro scriptum praecedit.* h) .M̊. *c.* i) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Albertum de Bostolis Aretinum.* 2) *Tegam de Bondemontibus Florentinum.* 3) *Cf. Luc.* 1, 12: timor irruit super eum. 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 699.

*F.* CCCCLV[a]. Quod domnus Guido de Corigia et domnus Matheus, frater suus, intromittebant se de pace Mutinensium facienda.

*F.* 455[b]. Quod domnus Guido de Corigia domnum Burigardum multipliciter honoravit.

---

1285. frater Petrus de Culiculo de Parma ex ordine fratrum Minorum et lector in Mutinensi conventu similiter fideliter laboravit eundo Parmam ad dominos supradictos et redeundo Saxolum et Mutinam et referendo verba istorum tamquam nuntius et mediator existens. Siquidem de voluntate erat tam illorum de civitate quam illorum de Saxolo, ut pax modis omnibus haberetur. Attenuati enim erant paupertate et miseria ex utraque parte et magnis debitis obligati. Nam marsupia eorum evacuaverant et exhauserant tam Tusci quam Gallici atque Romagnoli et multe alie nationes occasione stipendii, quod dabatur eisdem. Ego etiam frater Salinbene[a] de Parma ex ordine fratrum Minorum illo tempore associavi fratrem Petrum *f. CCCCLV^a.* de *Culiculo eundo Saxolum ad domnum Manfredinum et rogando tam ipsum quam alios maiores exterioris partis, ut quantum erat ex parte sua pacem non re- *v. 18.* cusarent, iuxta verbum apostoli ad Ro. XII*: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Qui responderunt michi curialiter et benigne, quod omnino cum concivibus suis pacem habere volebant et parati erant stare ad mandatum illorum qui de pace facienda se intromittebant, etiam si gravia eis viderentur et essent[1]. Ivi diebus illis Carpum, ut facerem ibi festum beati *Oct. 4.* Francisci. Cumque pervenissem illuc, inveni nuntios secretarios marchionis Hestensis[2] congregatos in plebe[3], et eadem hora supervenerunt domnus Guido de Corigia et domnus Matheus, frater suus, qui veniebant de Parma. Et statim *Prov. 20, 18.* fuerunt ad habendum consilium, ut de pace tractarent. Et quia *cogitationes consiliis roborantur,* iterum de nocte aliud fecerunt colloquium et consilium firmaverunt, quod nullus de Carpensibus scivit preter archipresbiterum plebis. Et summo diluculo nuntii marchionis Ferariam sunt reversi, et domnus Guido et domnus Matheus iverunt Mutinam et ceperunt de pace tractare. Post paucos vero dies iverunt Parmam duo predicti fratres et rogaverunt potestatem[4] et capitaneum[5] et totum consilium, quod placeret eis, quod de ista pace Mutinensium se intromitterent, quia de eorum licentia facere eam volebant. Et placuit[b] potestati et capitaneo et toti consilio generali. Tunc accepit domnus *f. 455^b.* Guido[c] a Parmensibus mutuo mille libras, et domnus Matheus toti*dem a Reginis, ut darent stipendium suum soldadheriis qui in Mutina erant et licentiarent eos, ut postea cum maiori tranquillitate de pace tractarent. Et protelata est ista pax per multos dies. Erat enim valde intricata. Et domnum Burigardum, quem in compedibus Mutinenses habebant, et comitem Lesnardum cum aliquibus aliis miserunt Regium, et XV diebus in compedibus fuerunt ibi detenti in Regino palatio[d]. Postea venit domnus Guido de Corigia et accepit domnum Burigardum et duxit eum Corigiam, que est villa in episcopatu Regino, et honoravit eum ibi. Postmodum duxit eum ad Castrum-novum, quod est in episcopatu Parmensi, ubi habet possessiones suas tam ipse quam frater suus domnus Matheus de Corigia, et ibi similiter eum magnifice honoravit faciendo sibi convivia et dando cibaria

a) *sic h. l. c.* b) placui *corr.* placuit *c.* c) guido *in marg. a Sal. suppl.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Etiam Ann. Parm. mai. p.* 698. *tradunt Manfredinum de Saxolo pacem omnino facere voluisse.* 2) *Opizonis II.* 3) *I. e. in ecclesia parochiali, Italice* pieve. 4) *Bonavoltam de Malavoltis Bononiensem.* 5) *Liazarum de Liazaris Pistoriensem; Ann. Parm. mai. p.* 699.

*F.* 455[c]. De devotionibus domni Burigardi, quas habuit erga Deum.
Quod domnus Matheus et domnus Guido de Corigia Mutinensibus se ostenderunt iratos, pro eo quod ad faciendum pacem non bene voluntarii videbantur.
*F.* 455[d]. Quod de pace Lombardorum non est sperandum.

---

delicata. Et dixit domnus Burigardus domno Guidoni: 'Etiam *si tradidero meipsum* 1285. *Tob.* 9, 2.
*servum tibi, non ero condignus providentie tue*'. Et adiecit: 'Liberastis me de carcere
Mutinensium, domne Guido, et eripuistis me de manibus inimicorum meorum et
insidiantium michi[1], *qui querebant animam* meam[2], propterea omni tempore, quo
ingruerit bellum contra vos[3], ubicumque fueritis, toto tempore vite mee paratum
me invenietis ad servitium et adiutorium vestrum'. Tunc domnus Guido regratiatus
est ei et dimisit eum abire cum pace, deducendo ipsum usque ad congruum locum.
Et ivit[4] Saxolum, et ab illis de Saxolo alacriter fuit receptus et visus et cum
ma*gno honore, ac si angelum Dei vidissent. Et nota, quod erga Deum domnus *f. 455c.
Burigardus aliquas habuit bonitates. Usque adeo enim fuit Deo devotus, quod
semper in curia sua habebat proprium capellanum, ut vidi oculis meis, qui ei qualibet die missam dicebat et celebrabat divina. Quando fuit Regii[5], fratribus Minoribus misit unum magnum duplerium[6] ad illuminandum et honorandum dominicum
corpus, quando elevatur et populo demonstratur in missa[a]. Quando autem domnus
Burigardus Saxolum rediit, tunc desperatum est de pace fienda, et ceperunt illi de
Saxolo castrum suum fortificare. Domnus vero Matheus de Corigia in consilio Mutinensium multa verba dixit in favorem illorum de Saxolo et splendide peroravit
allegando pro eis, et ostendit se valde iratum Mutinensibus, eo quod nolebant concives suos de Saxolo ad pacem recipere[7], et quia a festo beati Francisci usque ad *Oct.* 4.
festum sancte Lucie occupati steterant ipsi duo fratres in tractando predictam *Dec.* 13.
pacem. Insuper domnum Guidonem elegerant Mutinenses in suum potestatem pro
anno sequenti[8], qui etiam preceperat, quod omnia castra et fortitudines, que in
episcopatu Mutinensium erant, destrui deberent, sicut in compositione pacis fuerat
ordinatum[b]. Recessit itaque a Mutinensibus domnus Matheus terribiliter iratus
propter causas superius assignatas, dicens, quod iret ad habitandum cum illis de
Saxolo, ex quo pro bono suo eum exaudire nolebant. Domnus etiam Guido, frater
suus, consimiliter fecit dicens, quod esset cum domno Opiçone Parmensi episcopo,
qui partem illorum de Saxolo tenebat[9], et Mutinenses impugnaret toto tempore *vite *f. 455d.
sue, quousque pax in Mutina haberetur. Et recordatus sum Moysi et Áaron, de
quibus dicitur, quod a Pharaone[c] recesserunt irati, Exodi. XI*. Quod conside- *v. 9.
rantes Mutinenses cognoverunt se male fecisse, quia seminaverant agros et edifi-

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) ph'one *c.*

1) *Cf. Ps.* 30, 16: Eripe me de manu inimicorum meorum; *Baruch* 4, 18: vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum; *Gen.* 37, 22. *etc. Eccli.* 28, 30: in conspectu inimicorum insidiantium tibi. 2) *Exod.* 4, 19: qui quaerebant animam tuam; *Ps.* 39, 15: qui quaerunt animam meam; *cf. supra p.* 555, *n.* 2. 3) *Exod.* 1, 10: si ingruerit contra nos bellum. 4) *Scil. Burigardus; vide infra l.* 20. 5) *Vide supra p.* 588, *l.* 38. 6) *Italice nunc* doppiere, Armleuchter. 7) *Ann. Parm. mai. p.* 689: domnus Guido et domnus Matheus de Corigia . . . . tulerunt sententiam pacis inter ipsas partes, sed pars de Boschetis *(Mutinensium intrinsecorum)* non fuit visa velle tenere dictam sententiam; *cf. etiam infra f.* 463[b. c]. 8) *Tamen a.* 1286. *alius vir potestas Mutinensis fuit.* 9) *Cf. infra f.* 487[d].

*v. 10. *F.* CCCCLVI[a]. Exemplum notabile et dignum relatu super illo verbo Eccli. XII*:
*v. 31. *Non credas inimico tuo in eternum,* et super illo Eccli. XI*:
*Non omnem hominem inducas in domum tuam.* De quo similiter
require infra carta DVI[1].

---

1285. caverant domos per episcopatum, sed de fructu nativitatis[2] non sperabatur, si
guerra duraret. Et miserunt dicendo, quod volebant omnino facere pacem cum
*v. 4. concivibus suis. Unde impletum est illud Ecclesiastes VII*: *Melior est ira risu,*
Dec. *quia per tristitiam vultus animus corrigitur delinquentis.* Talia sunt hodie parum ante
nativitatem Christi, finis ignoratur istorum. Verumtamen de pace Lombardorum
parum confido, quia sic est de pace eorum, sicut de ludo puerorum, quando ponunt
et superponunt manus super genua sua, quia, dum quilibet vult victor existere,
extrahit manum de inferiori parte et superponit alterius manui ipsum percutiendo,
et sic se existimat habere victoriam. Sed

*victorem a victo superari sepe videmus*[3].

Unde illud: *Ratio preteriti scire futura facit*[4].

Patet quod dicimus[a]: Vidi diebus meis, quod Parmenses qui ex parte imperii
1253. erant in Burgo Sancti Donini rogaverunt concives suos Parmenses qui erant in
civitate, quod reciperent eos ad pacem, et factum fuit ita[b]. Qui ingressi volebant
cum parte ecclesiastica de pari contendere[5]. Et sic multiplicatis litigiis hinc inde
1266. *35, 13. iterum fuerunt expulsi iuxta verbum quod scriptum est Ps.*: *Expulsi sunt nec*
*potuerunt stare.* Simile accidit Bononiensibus[6], Mutinensibus[7] et Reginis[8], simile
*f. CCCCLVI[a]. etiam Cremonensibus[b]. Nam cum hi qui ex parte imperii erant in Cremona cum
1265. (Dec.) magna alacritate *et honore recepissent concives suos, ipsi post unum mensem fraudu-
1266. (Apr.) lenter et malitiose mala reddiderunt pro bonis, quia pars ecclesiastica aliam partem
*v. 4. 5. turpiter expulit et fugavit[9]. Ideo optimum consilium datur a Ieremia IX*: *Unusquisque*
*se a proximo suo custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduliam, quia omnis frater*
*supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet, et vir fratrem deridebit et*
*veritatem non loquetur*[c]. *Docuerunt enim linguam suam loqui mendatium, ut inique agerent,*
*v. 10–12. *laboraverunt.* Hinc Ecclesiasticus dixit XII*: *Non credas inimico tuo in eternum. Sicut enim*
*attramentum*[d] — sive *eramentum*[e] — *eruginat nequitia illius. Et si humiliatus vadat*
*curvus, abice*[f] *animum tuum et custodi te ab illo. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad*

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) loquentur *Vulg.*
d) *sic c.* e) *sic Vulg.* f) adice *Vulg.*

1) *Quae in deperdita parte extrema huius libri exstabat.* 2) *Ps.* 107, 36: Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas et fecerunt fructum nativitatis. 3) *Versus est Catonis Dist. II,* 10, *iam supra f.* 376[a], *p.* 397. *laudatus.* 4) *Idem versus iam supra f.* 423[a], *p.* 512. *allatus est.* 5) *Pars imperii a.* 1253. *Maii* 20. *in civitatem Parmensem recepta, a.* 1266. *Mart.* 28. *expulsa est. Cf. supra f.* 364[b], *p.* 371, *ubi et verba hoc loco repetita leguntur.* 6) *A.* 1279. *pace Aug.* 17. *facta pars imperialis in civitatem recepta eodem anno Dec.* 22. *iterum expulsa est; cf. supra f.* 418[c]. 419[c. d], *p.* 501. 504. 7) *Cum pars ecclesiastica (Aigones) a.* 1250. *Dec.* 15. *recepta esset in civitatem, a.* 1264. *Dec.* 14. *milites imperiales (Grasulfi) expulsi sunt. Cf. supra f.* 405[d]. 406[a], *p.* 469. 8) *Inter partem imperialem a.* 1265. *expulsam et partem ecclesiasticam quidem a.* 1266. *Sept.* 3. *pax facta est, sed a.* 1270. *Sept. pars imperii expulsa. Cf. Alb. Milioli Liber de temp. c.* 275. 279, *p.* 532. 537; *supra f.* 407[c]. 411[c], *p.* 473. 483. 9) *Pars ecclesiastica fere mense Decembri a.* 1266. *in civitatem Cremonensem recepta eiecit a.* 1267. *Apr. partem imperialem. Cf. supra f.* 408[a], *p.* 474.

*F. 456c.* De perversitatibus imperatoris Frederici.

*dexteram tuam, ne*[a] *conversus stet in loco tuo, ne forte conversus in locum tuum inquirat cathedram tuam, et in novissimo cognoscas*[b] *verba mea et in sermonibus meis stimuleris.* Ideo sapienter respondit serpens cuidam, qui volebat cum eo facere pacem post magnas iniurias ex utraque parte alteri eorum illatas, sicut patet in quodam exemplo[1], quod frequenter solitus sum dicere et audire[c]. Dicitur enim, quod quidam magnus dominus viridarium habebat pulcherrimum, plenum omnibus fructibus bonis, qui pulcri sunt ad videndum et suaves ac dulces ad degustandum. Cum autem custos viridarii quadam die repperisset ibi serpentem, cum ligone persecutus est eum usque ad latibulum suum, volens eum occidere. Serpens vero stans in caverne foramine *taliter allocutus est hominem dicens: 'Noli me occidere, *f. 456b. sed potius parce michi. Nullum enim damnum consequeris, si in isto viridario habitavero tecum. Comedam enim de fructibus qui cadendo marcescunt, et lucraberis inde amicum, quia solatium ero allocutionis et laboris et tedii tui'[d]. Cum autem serpens taliter perorasset, visum fuit homini, quod rationabiliter diceret verba sua. Et dixit serpenti: 'Non solum ista tibi concedo, de quibus rogasti me, verum etiam ducam te in domum meam et ibi de cibis mense mee pascam te, quousque volueris mecum esse'. Et sic factum fuit multis diebus. Cum autem quadam die absens esset homo, surrexit serpens et filium eius interfecit, qui parvulus dormiebat in cuna, et aufugit rediens ad cavernam, in qua in viridario tuebatur. Rediens homo domum invenit filium mortuum et serpentem fugisse. Et post dolorem et planctum cum ligóne cepit serpentem inquirere, volens de eo ulcisci. Serpens vero conscius mali quod fecerat diligenter sibi cavebat. Tamen finaliter quadam die invenit homo dormire serpentem, et ante quam perveniret ad latibulum suum, magnam partem caude amputavit serpentis, et sic mitigatus est dolor[2] eius de morte filii sui[d]. Post multos vero dies, cum iterum repperisset homo serpentem, dixit ei: 'Volumus facere pacem?' 'Non', dixit serpens, 'quia tu nunquam posses me diligere, quando reduceres ad memoriam mortem filii tui, nec similiter ego te, quando viderem michi caudam a te ita deformiter amputatam. Quilibet ergo faciat factum suum, sicut melius novit, quod consultius erit atque utilius tam tibi quam michi'. Igitur istas partes et divisiones et maledictiones Federicus[e] imperator in Italia *seminavit, que usque hodie durant, nec finiri nec *f. 456c. terminari possunt propter hominum pravitatem et diaboli iniquitatem, qui hominis dicitur inimicus *et superseminavit ziçania in medio tritici et abiit.* Mat. XIII*. Si *v. 25. queritur, quo abiit, audi Apoc. XII*: *committere bellum*[f] *cum reliquis qui sunt*[g] *de* *v. 17. *semine eius.* Fredericus vero de hoc mundo recessit, qui, et si habuit aliquas bonitates,. habuit similiter et multas pravitates atque perversitates, ut in supposito patet exemplo. Cum enim quodam tempore esset excommunicatus a papa Gregorio nono et pervenisset ad quandam terram, in qua erat patriarcha Aquilegiensis, 1239. qui fuit pulcher homo et barbanus sancte Elisabeth langravie[3], domnus Berthol-

a) ne — tuo *deest Vulg.* b) agnoscas *Vulg.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *sic h. l. c.* f) facere praelium *Vulg.* g) qui sunt *deest Vulg.*

1) *Quae fabula diversis modis saepe narrata invenitur, ut Hervieux, 'Les fabulistes Latins' II, p.* 150 *sq.* 194 *sq. V, p.* 199. *etc., breviter narrata est etiam in Dialogo creaturarum c.* 108, *Th. Grässe, 'Fabelbücher des Mittelalters, Bibl. des Litter. Vereins zu Stuttgart' CXLVIII, p.* 260. *Etiam Sal. supra f.* 243*c, p.* 89. *iam eiusdem fabellae mentionem fecit.* 2) *Eccli.* 38, 7: In his curans mitigabit dolorem. 3) *Bertholdus patriarcha fuit filius Bertholdi IV. ducis Meraniae et frater Gertrudis matris Elisabeth lantgraviae.*

*F.* 456[d]. Quod Mutinenses[a] obsederunt et ceperunt castrum Magrete, et de miraculo quod beata virgo demonstravit ibidem.

*F.* CCCCLVII[a]. Quod curia pape in civitate Tiburtina habitavit hoc anno, et quod[b] magna infirmitas fuit ibidem.

---

1239. dus, quem vidi et cognovi, misit ei dicendo, quod veniret ad audiendum secum missam. Patriarcha vero, ante quam nuntium imperatoris vidisset, cum cognovisset hec omnia, vocato barbitonsore fecit sibi minui[1], et discubuit et cepit prandere; et misit imperatori dicendo, quod ad eum ire non poterat ad audiendum missam, cum esset minutus et comedendo discumberet[c]. Qui iterum misit ei dicendo, quod omni occasione postposita veniret ad ipsum. Ille vero volens redimere vexationem suam humiliter acquievit. Et veniens missam audivit cum eo. Hinc Constantinus imperator legitur dixisse[2]: *Qui conatur perpetrare quod malum est, captivare utique studet bonitatem.* Hinc Iohannes et Paulus de apostata Iuliano dixerunt: *Ex*
**f.* 456[b]. *quo Iulianus semel a facie Dei proiectus est, co*natur et alios secum ad interitum trahere*[d, 3].
*Maii* 15. Hec in marchia Trivisina facta sunt in civitate Vincentie in festo pentecostes[4]. Alias pravitates Friderici imperatoris condam superius posui[5], similiter et in alia cronica breviori diligenter eas descripsi[6], sed non omnes, erant enim multe valde[e, 7]. Verumtamen sciendum, quod non fuit ita crudelis sicut Icilinus de Romano[8], qui multis temporibus dominium habuit marchie Trivisine. Sciendum etiam, quod aliquando fuit
*Exod.* 1, 19. multum solatiosus homo[9], sed multos habuit insidiatores et mordaces, *qui querebant animam* eius[10], volentes eum occidere, maxime in Apulia et Sicilia atque in toto regno.

### De Mutinensibus[f].

1285. Item[g] in hoc M⁰CC⁰LXXXV⁰ Mutinenses exteriores obsederunt castrum de Magreta, quod est in episcopatu Mutinensium. Et quia debile erat et male munitum, quia pauci defensores erant in eo, ideo cito ceperunt eum[h]. Tunc Niger de Lecca-terra, de quo superius dixi in cathalogo Mutinensium[11], ingressus ecclesiam beate virginis, que erat in castro, posuit ibi ignem, volens eam conburere, et dixit: 'Modo defende te, sancta Maria, si potes'. Quo verbo malitiose et iniuriose prolato statim ingressa est lancea vibrata ab alio per manbergam ipsius et percussit cor eius, et statim cecidit mortuus. Et quia certum est, quod sui lanceam non vibrassent, maxime contra eum, creditur a Mercurio fuisse percussus, tum quia in-
**f.* CCCCLVII[a]. iuriarum virginis gloriose ultor consuevit existere, tum etiam quia Iu*lianum Apo-

a) Mutinef *c.* b) ꝗ (quod) *a Sal. in marg. suppl.* c) disꝯberet *c.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* f) *linea rubra subducta sub* De Mutin. g) *penna mutata.* h) *sic c.*

1) *Scil. sanguinem.* 2) *In Gestis Silvestri I. papae, Mombritius, Sanctuarium II, f.* 281. 3) *Passio Iohannis et Pauli* § 7, *Acta SS. Iun. VII (ed. 2), p.* 140: quia *(Iulianus)* semel a facie Dei proiectus est, vult et alios secum in interitum devenire. 4) *A.* 1239. *Maii* 15. *Cf. Gregorii IX. epistolam datam a.* 1240. *Ind. 7, MG. Epist. pont. Rom. sel. I, p.* 678 *sq., nr.* 780; *Reg. Imp. V, nr.* 2439 a. c. 5) *F.* 222[b], *p.* 31. *maxime, sed et alios locos in mente Sal. habuisse potest.* 6) *Supra f.* 295[b], *p.* 204: in alia cronica . . ., in qua XII scelera Friderici imperatoris descripsi; *f.* 353[b], *p.* 344: in alia cronica . . ., ubi descripsimus XII scelera Friderici. 7) *Cf. supra p.* 470, *n.* 5. 8) *Cf. supra f.* 357[a, b], *p.* 354. 9) *Cf. supra f.* 354[d]. 355[a], *p.* 348. 10) *Cf. supra p.* 555, *n.* 2. *et p.* 589, *n.* 2. 11) *F.* 452[b], *p.* 582.

statam cum lancea in bello interfecit Persarum[1]; et iste Niger de lancea vibranda
fuit multipliciter commendatus et multos cum lancea interfecit. Et impleta est
scriptura que dicit Sap. XI*: *Per que peccat quis, per hec et torquetur.* Et iterum alia *v. 17.
scriptura dicit primo Reg. XXVI*: *Perfodiam eum lancea in terra semel, et secundo opus* *v. 8.
*non erit.* Et iterum alia scriptura dicit Ecclesiastes V*: *Ne temere quid loquaris, neque* *v. 1.
*cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in celo, et tu super terram,*
*idcirco sint pauci sermones tui.* Et iterum Ps.*: *Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.* *74, 6.
Iterum alia scriptura dicit Isaie XXXII*: *Stultus enim fatua loquetur.* Item Eccle- *v. 6.
siastes VII*: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Item Eccli. V†: *Subito* *v. 18. †v. 9.
*enim veniet ira illius, et in tempore vindicte disperdet te.* Item Eccli. VII*: *Noli facere* *v. 1. 3.
*mala, et non te apprehendent. Non semines mala in sulcis iniustitie, et non metes ea*
*in septuplum*[a]. Item Sap. XVI*: *Homo autem occidit per maliciam* animam suam[b], *v. 14.
*et cum exierit spiritus, non revertetur, nec revolabit anima*[c], *que recepta est.*

Item[d] millesimo supraposito habitavit curia Romana, scilicet papa Honorius 1285.
quartus cum cardinalibus suis, in civitate Tyburtina[2]; et fuit ibi mortalitas maxima[3],
usque adeo grandis, quod solummodo de forensibus mortui sunt ibi duo milia
hominum. Et habebant fratres Minores frequenter in una die in ecclesia sua
IIIIor funera. Et fuit ibi quidam vetulus ultramontanus electus in episcopum, qui
ibi erat, ut consecraretur, et mortuus est ipse et XXV de familia sua. Au*divi *f. 457b.
hec omnia a ministro Turonie sive Sancti Martini, qui ibi erat. Tunc recordatus
sum illius verbi quod dicit Amos propheta V*: *In omnibus plateis planctus, et in* *v. 16. 17.
*cunctis que foris sunt dicetur: Ve, veh! Et vocabunt agricolam ad luctum et ad*
*planctum eos qui sciunt plangere, et in omnibus viis*[e] *erit planctus.* Et infra VIII*: *v. 3.
*Multi morientur, in omni loco prohicietur*[f] *silentium.* Et nota, ut etiam alibi me
dixisse recordor[4], quod ista est regula generalis et firma, quia, quotienscumque
boum precedit mortalitas, totiens sequenti anno hominum mortalitas subsequatur[g].
Idem post famem, que precedit, accidere consuevit, ut mortalitas hominum simi-
liter subsequatur. Item in hoc millesimo frater Vitalis, minister Bononie[5], in
mense Septembri apud Bononiam ultimum diem clausit. Et XV annis vel XVI *Sept.*
stetit minister[6], et fuit homo parvi valoris quantum ad exteriora. Post cuius de-
cessum congregati fratres in conventu Bononiensi, guardiani scilicet, custodes et
lectores et alii discreti, quibus de iure electio debebatur, in mense Octobre elege- *Oct.*
runt fratrem Bartholomeum de Bononia, ut provincialis esset minister, qui Parisius
magister fuerat conventatus. Et miserunt fratrem Philippum de Boschettis de
Mutina Parisius ad generalem ministrum fratrem Arlottum, ut ministrum confir-

a) septu|lum *c.* b) *sic etiam supra p.* 479, *l.* 31. 32, *cf. ibid. n.* 6. c) revocabit animam *Vulg. et supra f.* 410b, *p.* 479, *l.* 33. d) *penna mutata.* e) *sic et supra p.* 535, *l.* 11; vineis *Vulg.* f) *sic c.* g) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Quod narratur in Vita Basilii, Surius, De prob. sanctorum hist.* (1570) *I, p.* 9, *et in Vita Macarii c.* 4, *Vitae patrum I, Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 416. *Sal. hoc etiam legit in Alberti Milioli Libro de temp. c.* 38, *p.* 393. *exscriptum ex Gotifredi Spec. regum II,* 38, *SS. XXII, p.* 82. *Cf. supra f.* 285d, *p.* 181. 2) *A die Iul.* 10. *ad Oct.* 9. 3) *Cf. supra f.* 453c, *p.* 584 *sq.* 4) *Supra f.* 424b. *et* 453c, *p.* 515. 584. 5) *Iam supra f.* 341c. 426a, *p.* 316. 520. *memoratus.* 6) *Sub cuius ministerio Sal. igitur XV vel XVI annis fuit, cum semper hoc tempore in provincia Bononiensi ordinis Minorum moraretur.*

*F.* 457[c]. De nominibus regum Francie; et quod brevi tempore pars ecclesiastica damnificata est vehementer; et quod hoc anno cecidit turris de Bibianello, que[a] futurum aliquid portendebat.

---

1285. maret electum; et ita fecit. Item in hoc supradicto millesimo Philippus rex
*(Oct. 5).* Francie [in Hispania[b]] ultimum diem clausit in civitate Geronda[1], ubi erat cum
exercitu magno, quem conduxerat contra Petrum Aragonie regem. Multi etiam
**f. 457c.* de exercitu regis mortui sunt, non ab hoste percussi, sed a volunta*te divina, cui
omnia, quando vult, moriuntur et vivunt. Hic fuit filius sancti Lodoyci[c]. Et
portatum fuit corpus regis Philippi Parisius et ibi sepultum; et regnavit Philippus
filius eius pro eo[2]. Et nota, quod moderno tempore omnes reges Francie aut Lodoyci
aut Philippi dicuntur. Nota etiam, quod in brevi tempore pars ecclesiastica damnificata est vehementer et grave habuit detrimentum et durum sustinuit infortunium.
1284. *(Ian. 5).* Et primo, quia captus fuit filius regis Karoli navali bello in mari ab hominibus
Petri Aragonum et in Sicilia detentus in carcere[c. 3]. Secundo, quia rex Karolus
1285. *(Ian. 7).* post breve tempus post captionem filii ultimum diem clausit[c. 4]. Tertio, quia papa
*(Mart. 28).* Martinus quartus eodem anno viam est universe carnis ingressus[c. 5]. Quarto,
*(Oct. 5).* quia rex Francie fecit id ipsum. Et omnia ista quasi in uno anno fuerunt, scilicet
M°CCLXXXV°. Item in isto millesimo supradicto papa Honorius quartus precipiendo mandavit, quod colligerentur decime omnium ecclesiarum usque ad triennium et solverentur et darentur filio regis Karoli pro recuperanda Sicilia de potestate et dominio et servitute Petri Arágonum[6], qui eam contra voluntatem ecclesie detinebat. Item in millesimo[d] supraposito cecidit turris, que erat in Bibianello. Est autem Bibianellum castrum, quod fuit condam comitisse Matildis[7], et est in episcopatu Regino in montibus, ubi sunt IIII[or] castra contigua[8]. Et tantum distat unum ab alio, quantum est iactus unius baliste; quorum primum appellatur Mons-vetus. Secundum Bibianellum, in quo habitat domnus Guido de Canossa cum Bonifacio suo germano[9]. Porro tertium appellatur Mons-Lucilus, in
**f. 457d.* quo non est nisi sancti *ecclesia Leonardi[c]. Quartum vero dicitur Mons-Iohannes,
*cf. Dan. 7, 9.* in quo habitat sacerdos qui vocatur domnus Ghirardus, *senex* et antiquus[e]
*Gen. 35, 29.* *et plenus dierum* et multa bona faciens, et nullus alius ibi preter ipsum cum
famulis suis in sancti Nicholai ecclesia. Et nota, quod ista IIII[or] castra fuerunt optime a militibus et dominabus antiquitus habitata, et turres et palatia fuerunt ibidem, que modo diruta sunt, et casamenta cum fundamentis deserta et solitaria
*Ps. 106, 39.* derelicta. Ipsi viderint! Nam *pauci facti sunt et vexati sunt a tribulatione malorum*
*c. Dec. 13.* *et dolore.* Item in isto millesimo[d] supraposito circa festum sancte Lucie mortuus
est subito in lecto suo sine aliqua precedente infirmitate Barnabas, qui dicebatur

a) *sic* (q) *c.* b) in Hisp. *a Sal. in marg. suppl.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) M̊. *c.* e) antiq9 *c.*

1) *Immo Gerona in Franciam revertens mortuus est Perpiniani.* 2) *Verbis Vulgatae hoc quoque loco Sal. loquitur, ut* 4. *Reg.* 13, 9: regnavitque Ioas filius eius pro eo; 2. *Par.* 12, 16: Et regnavit Abia filius eius pro eo *etc.* 3) *Cf. supra f.* 428[d], *p.* 526. 4) *Cf. supra f.* 445[a], *p.* 564. 5) *Cf. supra f.* 445[d], *p.* 566. 6) *Inter epistolas Honorii IV. hoc mandatum non reperi, sed constat id quod Martinus IV. de decimis colligendis praeceperat a.* 1285. *sub Honorio papa etiam peractum esse.* 7) *Quod Sal. didicit ex Donizonis Vita Mathildis II,* 7. 18, *SS. XII, p.* 393. 402, *et Alberti Milioli Libro de temp. c.* 165, *p.* 440. 443. 8) *Ideo hodie commune, in cuius terra haec quatuor castra olim sita erant, Quattro castella vocatur.* 9) *Hi iam a.* 1286. *Apr.* 5. *occisi sunt; infra f.* 466[b]. *Nota igitur haec ante hunc diem scripta esse.*

*F.* CCCC58[a]. De morte magistri Rolandi episcopi Spoletini, qui multa bona fecit.
*F.* 458[b]. Quod magister Rolandus episcopus Spoletinus fuit inquisitor miraculorum sancti Lodoici.

---

de Regina et de civitate Regio oriundus erat. Hic multum fuit amicus meus. Et fuit solatium clericorum, canonicorum, cardinalium et omnium prelatorum, militum et baronum et omnium qui solatium requirebant, quantum ad verba sua. Nam optime loquebatur Gallice, Tuscice et Lombardice et aliis multis modis, scilicet qualiter pueri cum pueris pueriliter locuntur, qualiter mulieres cum mulieribus et cum commatribus suis familiari colloquio mutuo referunt facta sua. Et sciebat[a] representare modum predicandi antiquorum predicatorum, secundum quod predicabant tempore Alleluie[1], quando intromittebant se de miraculis faciendis, ut diebus [1233.] illis oculis meis vidi. Isti fuerunt frater Iohannes de Vincentia[2], qui Bononie miracula faciebat et de ordine Predicatorum erat. Item frater Bartholomeus similiter de Vincentia[3] de ordine supradicto, *qui Parme miracula faciebat. Frater [*f. CCCC58a.] Iacobinus de Parma[4], qui in Regio miracula faciebat et ideo de Regio dicebatur, et de ordine fratrum Predicatorum erat. Item frater Ghirardus de Mutina[5] ex ordine fratrum Minorum, qui totam Italiam circuibat predicando et miracula faciendo. Frater Leo archiepiscopus Mediolanensis[6] ex ordine Minorum similiter, qui in Mediolano optime predicabat. Et multi alii, quos vidi et cognovi, quorum memoria sit cum Deo! Amen.

Item in millesimo suprapposito mortuus est magister Rolandus de Parma, cuius [1285. (Apr. 3).] pater dictus fuit magister Taberna, pulcher homo et curialis et optimus sartor, qui vestimenta nobilium faciebat[b]. Iste magister Rolandus ivit Parisius valde pauper et ibi studuit multis annis in multis scientiis et factus est magnus clericus et plenus litteratura. Et veniens ad curiam pape optime advocabat et factus est pecuniosus et *dives et inclitus valde*. Cum autem papa Nicholaus tertius[c] faceret [2. Par. 32, 27.] cardinales, fecit domnum Gerardum Album de Gainaco[7], que est villa in episco- [1278. (Mart. 12/19).] patu Parmensi, et istum magistrum Rolandum fecit episcopum Spoletinum[8]. Papa [(Maii 10).] vero Martinus quartus assumpsit eum de civitate Spoleti et misit eum in Franciam[9], [1281. (Dec. 23).] ut miracula regis Francie sancti Lodoyci bone memorie diligenter inquireret, quem canoniçare volebat et cathalago[d] sanctorum ascribere. Quod offitium exercuit valde bene. Et dixit michi in civitate Regina, quando redibat de Francia, quod[e] [1284.] LXXIIII[or] miracula, que fecerat Deus in diversis infirmis amore regis, servi et amici sui, portabat ad papam, que omnia erant testibus ydoneis approbata et per *auctenticos notarios et sollemnes diligenter conscripta[10]. Et gavisus fuit papa Mar- [*f. 458b.] tinus, cum vidisset hec omnia. Siquidem, ante quam Romanus fieret pontifex, primus fuit qui miracula regis Francie cepit inquirere, sed postquam factus fuit papa, substituit sibi istum. Tunc remuneravit papa magistrum Rolandum de suo labore dando sibi episcopatum in Francia meliorem, ad quem morte preventus [1285. (Apr. 3).]

a) sciebat *c.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) tertius *a Sal. in marg. suppl.* d) *sic c. h. l.* e) qd' (quod) *in marg. a Sal. suppl.*

1) *A.* 1233. *Cf. supra f.* 237[a] *sqq., p.* 70 *sqq.* 2) *De quo vide supra f.* 237[d]—240[b]. 242[a], *p.* 72—79. 83. 3) *De quo vide supra f.* 238[b]. 405[a], *p.* 73 *sq.* 467. 4) *De quo vide supra f.* 237[d]—239[c], *p.* 72—77. 5) *De quo supra f.* 238[b]—239[c]. 246[a]. 250[d]. 251[a]. 278[a. b], *p.* 73—77. 96. 105 *sq.* 162. 6) *De quo supra f.* 238[b. c. d], *p.* 74. 7) *Scil. cardinalem a.* 1278. *Mart.* 12. *vel* 19; *cf. supra p.* 508, *n.* 6. 8) *A.* 1278. *Maii* 10; *Potthast nr.* 21317. 9) *Cf. supra p.* 486, *n.* 1. 10) *Eadem iam supra f.* 413[a], *p.* 486. *narrata sunt.*

*F.* 458[c]. Quod domnus Rolandus Taberna religiosis de Parma semper durus fuit et rusticus.

*F.* 458[d]. De Parmensibus, qui religiosis de Parma semper duri fuerunt et indevoti.

---

1285. (*Mart. 28*). non potuit pervenire. Sed et papa eodem anno ultimum diem clausit et regem Francie sanctum Lodoycum bone memorie, sicut optaverat, canoniçare non potuit. Forte alii summo pontifici ista canoniçatio reservatur. Iste magister Rolandus episcopus Spoletinus fecit in Parma aliqua opera utcumque digna relatu. Nam ad ecclesiam sancti Sepulchri, ubi habitant fratres de Sancta Felicula, fecit fieri suis expensis pulcram capellam prope stratam, in columnis marmoreis elevatam, quam etiam dotavit decenter, ut ibi missa de mortuis pro animabus patris et matris sue et omnium propinquorum suorum, qui ibi sepulti sunt, decetero congruis diebus et temporibus celebretur[a]. Item iuxta maiorem ecclesiam, que est virginis[b] gloriose, et iuxta introitum Sancti Iohannis[c] evangeliste, ubi habitant monachi, emit casamentum domni Gerardi condam de Corigia, qui fuit pater domni Guidonis et domni Mathei, et fecit ibi fieri magna muralia pro palatio faciendo. Et ibi retro emit domos illorum de Boveriis et fecit ibi fieri muralia et viridaria et cum diversis mansionibus habitacula, ut, cum veniret Parmam, requiesceret ibi et habitaret in
*f. 458c. eis[d]. Item rogatus a fratribus Humiliatis de Palude, qui habitant *Parme extra portam Sancti Benedicti, voluit emere locum eorum cum toto territorio, quod ibi habebant, ut dixit michi, et dare eis mille libras imperialium, ut habitaret ibi estivo tempore vel quandocumque sibi placeret. Sed quia ducentas libras imperialium volebant adhuc plus quam ille dare vellet, dimissa est venditio et emptio supra-
*v. 33. dicta, quia *qui vehementer emungit, elicit sanguinem*, ut dicitur in Prover. XXX*[a]. Item iuxta Gainacum emit magnas possessiones, scilicet totam villam Sençanesii, que condam fuit domni Thomasii Hugonis de Armario et postea Antonini de Buxolis, a quo emit eam, et dedit eam fratribus ultramontanis, qui sunt de ordine Carturiensium[e], et assimilantur fratribus Predicatoribus quantum ad habitum nigrum, ut vidi oculis meis, quia ad ecclesiam fratrum Minorum venerunt in festo
*Aug. 15.* assumptionis beate virginis ad audiendum missam. Venerant enim Parmam, ut intrarent in corporalem possessionem sibi donatam[1]. Et nota, quod domnus Rolandus Taberna, de quo supra diximus, religiosis[2] de Parma semper durus fuit et rusticus et nunquam familiaris neque humanus et nichil eis neque in morte de suo reliquit. Et hanc proprietatem et maledictionem habent communiter pro maiori parte omnes Parmenses, tam clerici quam laici, tam viri quam mulieres, tam nobiles quam ignobiles, ut religiosis et aliis servis Dei, tam suis quam extraneis, indevoti semper existant et duri atque crudeles[3]; quod pessimum signum ire Dei super eos
*I, 5, 8. esse videtur, quia ad Timotheum* apostolus dicit: *Qui*[f] *suorum et maxime domesti-*
*f. 458d. *corum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior*[d]. *Item Dominus de
*v. 8. servis suis dicit Zacharie II*: *Qui enim tetigerit vos, tangit*[g] *pupillam oculi mei*. Et
*v. 49. in Eze. XVI.* Dominus dicit loquens de Ierusalem, quod Parmensibus convenit et adaptari potest propter eorum duritiam et inmisericordiam erga pauperes servos Dei. Dicit enim: *Ecce hec fuit iniquitas Sodome sororis tue: Superbia, saturitas panis et abundantia et otium ipsius et filiarum eius. Et manum egeno et pauperi non por-*

a) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) ugis (*pro* ugis) *c.* c) Io. *c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *sic c.* f) Si quis autem *Vulg.* g) *cf. supra p.* 533, *n.* a.

1) *Quos Rolandus bonis suis heredes instituisse dicitur Ughelli-Coleti, Italia sacra I, col.* 1263, § 41. *Cf. E. Michael, 'Salimbene u. seine Chronik' p.* 71 *sq.* 2) *Fratribus Minoribus scilicet (et Praedicatoribus).* 3) *Quod Sal. iam supra f.* 453[b], *p.* 584. *dixit.*

*F.* CCCC59[a]. Quod domnus Gerardus Albus, Romane curie cardinalis, Parmensibus multa bona fecit.

---

*rigebant*[a]. Et ideo ego frater Salinbene[b] de Parma XLVIII[0] annis fui in ordine fratrum Minorum[1] et nunquam volui cum Parmensibus habitare propter indevotionem eorum, quam erga servos Dei habere videntur et habent. Non enim curant illis benefacere, cum quandoque optime possent et scirent, si voluntas adesset, quia histrionibus, ioculatoribus et mimis bene faciunt larga manu et militibus qui dicunter de curia multa quandoque dederunt, ut vidi oculis meis. Certe, si ita grandis civitas esset in Francia, ut est Parma in Lombardia, convenienter et decenter centum fratres Minores viverent et habitarent ibi habendo omnia necessaria abundanter.

Item in hoc millesimo supraposito domnus Gerardus Albus, Romane curie cardinalis, qui est de Parma[2], fecit helemosinam fratribus Minoribus dando conventui XX libras imperialium et totidem fratribus, qui nuntii extiterunt eundo ad ipsum ad curiam, ubi erat; qui similiter de Parma fuerunt, scilicet frater Ghirardinus[b] Rangonus et frater Franciscus Tornilius, quorum quilibet habuit imperialium X libras. Et XV misit domno Guilielmo[b] Rangono de Parma ob gratiam fratris Gerardini[b], qui filius eius erat. Et misit cardinalis, ut domnus Guil*lielmus[b] Rangonus iret ad habitandum cum eo; et ivit et in curia sua magnus factus est vehementer[3]. Item supradictus cardinalis unum dormitorium valde bonum et pulchrum fieri fecit suis expensis dominabus religionis veteris de Parma, eo quod sororem suam germanam in monasterio illo haberet[a]. Item centum libras imperialium dedit matrici ecclesie de Parma, que est beate virginis gloriose, pro una bona campana ad honorem eius fienda, que facta fuit bona et optima et sonora[a. 4]. Item fratribus Predicatoribus de Parma dedit ducentas imperialium libras pro eorum ecclesia construenda, quam post reditum Babilonice captivitatis edificant[5], id est postquam cum Parmensibus reconciliati sunt post mortem domine Haline, cuius occasione de Parma recesserant et extra Parmam steterant multis annis[6].

1285.

*f. CCCC59a.

## De morte Petri regis Aragonie[c].

Item millesimo supraposito in vigilia beati Martini Petrus rex Aragonie morte propria[7] ultimum diem clausit, quem guardianus fratrum Minorum in confessione audivit, et in Villa-nova in loco fratrum Minorum fuit sepultus. Et missi fuerunt nuntii ad papam Honorium quartum pro concordia facienda inter filios[8] Petri Arágonum et filios regis Francie, qui consanguinei esse dicuntur[9]. Et dux Austerich de ista concordia se intromittebat, eo quod sororem Petri Arágonum haberet uxorem[10].

1285. *Nov.* 10.

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) *sic h. l. c.* c) *sub* De — Arag. *linea rubra ducta.*

1) *Cum Sal. a.* 1238. *Febr.* 4. *in ordinem Minorum receptus sit, hoc folium iam a.* 1286. *scriptum esse conici posset (post Febr.* 4 ?). 2) *Cf. supra f.* 421[c]. 425[d], *p.* 508. 519. 3) *Gen.* 26, 13: donec magnus vehementer effectus est; *Apoc.* 16, 21: quoniam *(grando)* magna facta est vehementer. 4) *Cf. infra f.* 484[c]. 5) *Cf. supra f.* 453[a. b], *p.* 584. 6) *Ab a.* 1279. *Oct.* 30. *Cf. supra f.* 418[c]. 421[a. b]. 453[b], *p.* 501. 507. 584. *Demum a.* 1287. *Praedicatores Parmam reversi sunt, ut infra f.* 481[a]. *narratur.* 7) *Ex vulnere in obsidione Geronae accepto, quod Sal. nescivisse apparet.* 8) *Alfonsum et Iacobum.* 9) *Philippus III. rex Franciae habuit uxorem Isabellam sororem Petri III. regis Arragonum, matrem Philippi IV. regis Franciae.* 10) *Error gravis. Ducem Austerich sane Sal. vocat*

*F.* 459[b]. De morte Petri Aragonie regis et de probitatibus eius.

De commendatione Petri Aragonie regis, que in exemplo supposito demonstratur[a].

*f. 459b. *Luc.* 11, 21. *Iste[b] Petrus rex Aragonie fuit homo magnifici cordis[1] et *fortis armatus* et doctus ad bellum. Nam homo fuit magne audatie et multa presumpsit, ut patet in negotio regni Sicilie, quod contra regem Karolum et papam Martinum ausus fuit invadere. Patet etiam hoc ipsum in alio exemplo, isto videlicet quod subicimus[c]. In confinibus Provincie et Hispanie mons altissimus éminet, qui ab illis qui partes illas inhabitant mons Canigosus appellatur, quem nos montem Caliginosum possumus appellare. Hic mons navigantibus per mare, cum veniunt, primus apparet, cum vero recedunt, ultima terra est, post quam aliquam videre non possunt. In isto monte nunquam habitavit homo, nec filius hominis super eum ausus fuit ascendere propter eius nimiam altitudinem et propter dificultatem[d] itineris et laboris. Circa[e] radices vero montis istius habitatores existunt. Cum autem[f] Petrus Arágonum super istum montem[g] cogitasset ascendere, volens experiri atque cognoscere, quid in montis cacumine haberetur, vocatis duobus militibus, amicis necessariis, quos intime diligebat, exposuit illis quod facere disponebat. Qui gavisi sunt et promiserunt ei, quod non solum tenerent secretum, verum etiam, quod nunquam separarentur ab eo. Assumptis ergo victualibus et congruentibus armis, dimissis equis ad montis radices, ubi habitatores existunt, ceperunt pedestres paulatine[h] ascendere. Et cum iam multum superius ascendissent, ceperunt audire tonitrua horribilia et terribilia valde. Insuper corruscationes[d] et fulgura apparebant, grandines et tempe*states descendebant, ex quibus omnibus pavefacti, cadentes in terram, velut exanimes facti sunt *pre timore et expectatione, que superveneral* illis. Petrus vero, qui robustior erat et fortior et qui desiderium cordis[2] sui complere volebat, confortabat eos, ne deficerent in afflictionibus et terroribus illis, dicens, quoniam labor iste adhuc ad honorem eorum et gloriam redundaret. Et dabat eis comedere et cum eis pariter comedebat[i]. Et post recreationem et fatigationem itineris et laboris iterum hortabatur eos, ut secum valenter ascenderent. Et sic multis vicibus factum est atque dictum. Tandem illi duo socii Petri regis ceperunt deficere, ita quod pre nimia lassitudine itineris et tonitruorum timore vix poterant respirare. Tunc Petrus rogavit eos, ut expectarent eum usque ad vesperam diei sequentis, et si tunc non rediret ad eos, de monte descenderent et irent quo vellent[c]. Ascendit igitur Petrus cum magno labore solus. Et cum in cacumine montis fuit, lacum invenit ibidem. In quem cum lapidem proiecisset, egressus est ex eo draco horribilis et magne magnitudinis et cepit per aera volitare, ex cuius flatu obtenebratus et obscuratus est aer[c]. Post hec Petrus descendit ad socios et quicquid[k] viderat et fecerat totum sociis retulit, exposuit et narravit. Et descendentibus illis de monte precepit eis, ut quibus vellent hec omnia divulgarent[l]. Videtur michi, quod hoc opus Petri

(Margin: *f. 459c. beside "tiones"; *Luc.* 21, 26. beside "omnibus pavefacti".)

a) *sub* De — demonstr. *linea rubra ducta.* b) *littera initialis* I *minio picta.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sic c.* e) *penna mutata.* f) a (autem) *a Sal. superscr.* g) mote *c.* h) *sic c.; cf. supra p.* 385, *l.* 34. i) comedat *c.* k) qq̄d (quiquid) *c.* l) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

*ducem Austriae. Neque vero Albertus I. neque Rudolfus II. duces Austriae sororem Petri uxorem habuerunt neque de hac concordia studuerunt, quod sciamus. Sed Eduardus I. rex Angliae, qui uxorem habebat Alienoram sororem Alfonsi X. regis Castellae, maxime opem dedit, ut haec pax componeretur.* 1) *Cf. supra p.* 329, *n.* 5. 2) *Ps.* 20, 3: Desiderium cordis eius.

*F.* 459[d]. De commendatione Karoli regis et de probitatibus eius.
*F.* CCCCLX[a]. De vita mundi, quam beatus Augustinus valde bene descripsit.

---

Aragonum possit connumerari cum operibus Alexandri, qui in multis terribilibus negotiis et operibus voluit experiri, ut laudem in poste*rum mereretur. *f. 459[d].

### De commendatione Karoli[a].

De[b] rege Karolo est sciendum, quod fuit homo magnifici cordis et *fortis* (*Luc.* 11, 21.) *armatus* et doctus ad bellum[1], et qui multis se periculis exponebat, ut faceret sibi nomen; quod patuit multis exemplis evidentibus et probatis. Et primo, quando Manfredum principem regni Sicilie interfecit, qui fuerat filius Frederici imperatoris (1266.) condam. Secundo, quando interfecit Conradinum filium Conradi filii Frederici (1268.) imperatoris condam supradicti. Et sic in multis aliis preliis promeruit sibi nomen[c]. Hic cum quadam die audivisset, quod quidam miles de Campania, que est inter Romam et Terram Laboris, omnes superabat in singulari certamine, tam Gallicos quam Lombardos, precepit principi filio suo[2], ut diem pugne ordinare deberet et divulgaret, quod quidam novus miles cum milite de Campania pugnare volebat. Quod cum filius suus audisset, dissuasit patri quantum scivit et potuit, dicens, quod miles ille fortissimus erat atque robustus et doctus ad bellum, et *quia excelso alius excelsior est, et super hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper universe terre rex imperat servienti,* Eccle. V*. (*v. 7. 8.) Noluit pater acquiescere deprecanti nec filium exaudire, sed statuit diem pugne. In quo cum quilibet ex parte sua paratus staret ad pugnam, post tertium sonitum tube ceperunt discurrere et pariter sunt congressi. Et ita fortiter *fortis impegit in fortem,* (*Ier.* 46, 12.) quod mirati sunt universi, nec tamen de dextrariis ceciderunt, nec motus est aliquis de sella dextrarii sui. Percussit tamen unus alium in facie ita valide, quod lancea utriusque *totaliter est (*f. CCCCLX[a].) confracta a cuspide usque ad manum militis utriusque. Voluit postea rex Karolus cum clava pugnare, et de voluntate sua sustinuit primum ictum. Miles vero de Campania ita insiluit super eum, sicut nisus super aviculam vel sicut accipiter insilit in anátem. Et cum ambabus manibus tenens clavam ita fortiter super caput eius percussit, quod, si solidum ictum dedisset, nulli dubium, quod mortuus cecidisset. Descendit tamen ictus a capite per humerum super costas eius. Et super sellam equi habuit firmum ictum ita validum, quod equus[d] genuflexit, et Karolus totus alienatus duas habuit costas fractas. Cum autem princeps filius suus cum aliis militibus duxisset eum ad tentorium suum et removisset arma ab eo, cognoverunt milites[e], quod rex Karolus esset, et mirati sunt valde. Quod cum miles Campaninus audisset, timuit vehementer. Et statim ascendit dextrarium suum et arripuit fugam, et sic in marchia Anchonitana latuit multo tempore[f]. Karolus vero, postquam reversus est ad seipsum, quia ex percussione totus fuerat alienatus, quesivit a filio, si adhuc miles expectabat in campo, quia volebat probare ipsum cum clava percutere[g] sua vice. Cui filius dixit: 'Stetis in pace, quia medici dicunt, quod duas costas corporis fractas habetis'[f]. Hec omnia passus est

a) *sub* De — Karoli *linea rubra ducta.* b) *littera initialis* D *minio picta.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) eq[9] *c.* e) *abhinc multae litterae huius columnae, quae ex parte evanuerant, postea atramento super eas ducto renovatae sunt, ita tamen, ut nullam lectionem mutatam esse appareat.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic c.; coniceres* percutiendo.

1) *Eadem dixit supra f.* 459[b], *p.* 598, *l.* 4. 5. *de Petro rege.* 2) *Karolo.*

Gen. 10, 9. *F.* 460^b^. Quod IIII^or^ moderno tempore fuerunt robusti coram Domino venatores, id est hominum oppres[sores].

*F.* 460^c^. De mundi vita secundum Primátem.

---

rex Karolus atque sustinuit pro conservando Gallicorum honore. Nolebat enim, quod aliquis Lombardus in fortitudine fortior Gallicis diceretur. Et nota, quod
*f. 460b. isti IIII^or^, de quibus dictum est supra, fuerunt robusti *coram Domino venatores[1], id est hominum oppressores. Nam papa Martinus obstinato animo Romagnolam voluit subiugare[2], et obtinuit quod volebat. In qua obtinenda multi in ore gladii ceciderunt, et multi denarii aurei sunt expensi. Rex Karolus contra principem Manfredum et contra Conradinum conduxit exercitum et prevaluit contra eos. Et Petrus rex Aragonie contra Karolum in Sicilia dimicavit et regnum occupavit et invasit Apulie. Rex vero Francie in ultionem patrui sui Karoli cum magno
1285. Gallicorum exercitu contra Petrum Aragonum in Hispaniam est profectus. Et tamen in uno et eodem anno viam sunt universe carnis ingressi. Ideo de vita
Augustinus. mundi sic loquitur Augustinus[3]: *O vita, quantos decepisti, quantos seduxisti, quantos exceeasti. Que dum fugis, nichil es, cum videris, umbra es, cum exaltaris, fumus es. Dulcis stultis, amara sapientibus. Qui te amant, non te cognoscunt; et qui te odiunt, ipsi te intelligunt. Timenda es, fugienda es, quasi umbra es et velut somnia periculosa es. Brevis es, vera non es. Via es, aliis longa, aliis lata, aliis angusta, aliis leta, aliis mesta. Interroganda et non credenda. Misera es, mortalis es et deceptrix es. Curre, curre, sapiens, fuge quod fugiendum est! Sic est vita ista, quasi si sit homo in domo aliena. Nescit, qua die vel qua hora dicatur ei: Exi foras, quia non est tua domus, in qua es. O seculi vanitas, que tanta nobis promisisti et nos decepisti. Qui tibi amicus esse voluerit, inimicus Dei*
*f. 460c. *constituitur. Amicicia huius mundi inimica est Deo. Caro, *cur perdis animam? Quid nichil desideras nisi Deo servire? Peccatum, ante quam geritur, dulcius est melle, post vero lutum amarius felle.* Hucusque Augustinus. Primás vero in suo tractatu de vita mundi optime est locutus dicens[a. 4]:

1 *Heu! heu!*[b] *mundi vita,*
*quare me delectas ita?*
*Cum non possis mecum stare,*
*quid me cogis te amare?*

2 *Heu*[c]*! vita fugitiva,*
*omni fera plus nociva!*
*Cum tenere non te queam,*
*cur seducis mentem meam?*

3 *Heu*[c]*! vita, mors vocanda,*
*odienda, non amanda,*
*cum in te sint nulla bona,*
*cur expecto tua dona?*

4 *Vita mundi res morbosa,*
*magis fragilis quam rosa,*
*cum sis semper erumnosa,*
*cur es michi gratiosa?*

5 *Vita mundi res laboris,*
*anxia, plena timoris,*
*cum sis semper in langore,*
*cur per te sum in labore?*

6 *Vita mundi*[d] *mors futura,*
*incessanter ruitura,*
*cum in brevi sis mansura,*
*quid est michi de te cura?*

a) *sequentes versus non separati sunt in c., sed continuo scripti, ante strophas* 3. 4. *et alias infra dictas* ℭ *minio pictum.* b) mala *aliquot edd. male addunt; legendum est enim, ut moris est in versibus rythmicis,* He-u! he-u. c) Heu heu *aliquot edd. male; vide n.* b. d) mdi *c.*

1) *Gen.* 10, 9: et erat robustus venator coram Domino. 2) *Cf. supra f.* 362^a^. 421^d^. 422^a^. 424^d^, *p.* 369. 509. 516. 3) *Ad fratres in eremo sermo* 49, *Opera ed. Maur.* (1731) *VI, App. col.* 362, *qui liber Augustino male addictus est. Sal. exscripsit codicem multis locis interpolatum et immutatum, quales patres Maurini viderunt.* 4) *Sequens carmen ediderunt Eug. de Levis, Anecdota sacra p.* 119—121; *Edélestand du Méril, 'Poésies populaires Latines du moyen âge' (Paris* 1847*) p.* 108—114. *ex cod. Parisino Lat. nr.* 2389, *saec. XII;*

7 *Vita mundi res caduca,*
*vilior una festuca,*
*venenosa plus serpente,*
*quid in mea manes mente?*

8 *Vita mundi res maligna,*
*ut ameris, nunquam digna,*
*quid putas tibi prodesse,*
*si me ducas ad non esse?*

9 *Vita mundi*[a] *res crudelis,*
*arrogans et infidelis,*
*quem*[b] *tu putas maculare*[c],
*si compellas me peccare?*[d]

10 *Vita mundi*[a] *res misella,*
*scelerum cunctorum cella,*
*fornicatrix et avara,*
*cur haberis ita cara?*

11 *Vita mundi*[e] *pestis dura,*
*vita mendax et periura,*
*cum tu sis sine mensura,*
*quid requiris in me iura?*

12 *Vita mundi res acerba,*
*vita levis et superba,*
*cum sis nimis iracunda,*
*quid me petis furibunda?*

13 *Vita mun*di res deserta,*
*vita falax*[f] *et incerta,*
*cum tu sis vermis et cinis,*
*quid in me quicquam definis?*

14 *Vita mundi res polluta,*
*garrula, vaga, soluta,*
*cum sis tota plena nugis,*
*contra me cur stulta rugis?*

15 *Vita mundi vita follix*[g],
*vita brevis*[h] *atque mollis,*
*cum tu sis iners et rudis,*
*mentem meam cur deludis?*

16 *Vita*[i] *mundi res inmunda,*
*solis impiis iocunda,*
*nutrimentum vitiorum,*
*quid habes in te decorum?*

17 *Vita mundi res lasciva,*
*ebria, ceca, captiva,*
*inmundicie lagena,*
*quare crederis amena?*

18 *Vita mundi res molesta,*
*vita turpis et incesta,*
*cum sis nimis inhonesta,*
*me quid appetis infesta?*

19 *Vita mundi res mendica,*
*impotens et impudica,*
*cum sis bonis inimica,*
*me quid petis ut amica?*

20 *Vita mundi res amara,*
*vita brevis et ignara,*
*cum sis tota plena dolo,*
*cur in te vivere volo*[k]*?*

21 *Vita mundi nulla vita,*
*in erumna semper sita,*
*cum tu semper moriaris,* *f. 460d.
*quid in me stare conaris?*

22 *Vita mundi*[e] *pestis*[l] *feda,*
*animarum sera preda,*
*cum sis michi pondus grave,*
*ne me tangas, queso, care!*

23 *Desine*[m] *michi placere,*
*noli michi congaudere,*
*desine me conturbare,*
*noli, precor*[n], *me amare!*

a) m̄di *c.* b) quid *edd.* c) adiuvare *edd.* d) *hoc loco punctum, non signum interrogationis in c.* e) mundi *in marg. a Sal. suppl.* f) *sic c.* g) *sic c.; i. e.* follis. h) vilis *edd.* i) *praecedit* ℂ *minio scriptum.* k) nolo *in c. scriptum esse videtur.* l) uestis *mihi legere visus sum, sed prima littera macula obruta est in c.* m) *huic verbo* ℂ *atramento nigro scriptum praemissum.* n) cor *et* ama *liquore sulphureo obruta legere nequivi.*

*Daniel, Thes. hymnologicus IV, p.* 194—198; *F. Mone, 'Lateinische Hymnen des Mittelalters' I (Freiburg i. B.* 1853*) p.* 411—415, *nr.* 298, *usus codice Reichenaugensi nr.* 36, *saec. XIV; cf. B. Hauréau in 'Journal des savants'* 1882. *p.* 283—285; *ibid.* 1887. *p.* 552. *Duas strophas tantum edidit Leyser, Hist. poet. p.* 423. *Cf. Chevalier, Repert. hymnolog. nr.* 7730 *(I, p.* 463*). Ad textum optimum fratris Salimbene nihil fere ex innumera lectione varia adnotavi, nisi ubi ille mendum habere videtur, adscripto 'edd.' pro quacumque editione. Numeros stropharum addidi.*

*F. 461b.* Quod heredes domni Ghiberti de Gente de villa Campiginis a Parmensibus sunt expulsi.

---

24 *Tua cuncta blandimenta*
*reputo quasi tormenta,*
*et idcirco ne sis lenta,*
*me dimitte, fraudulenta!*

25 *Execro tuum amorem,*
*renuo tuum favorem,*
*desero tuum honorem,*
*non amo tuum decorem.*

26 *Ego te nunquam amabo*
*et in te nunquam sperabo,*
*contra te semper pugnabo,*
*ad te nunquam *proximabo.* (*f. CCCCLXIa.)

27 *Per*[a] *te ipsam tibi iuro:*
*dona tua nichil curo,*
*quia tu nil potes dare*
*nisi penas et plorare.*

28 *Ergo*[b] *vita tediosa,*
*amor mundi, reprobosa*[c],
*cur sectaris fugientem,*
*cur non spernis te spernentem?*

29 *Vita*[b] *mundi carnis amor,*
*contra quem meus est clamor,*
*quare non rerecundaris*[d],
*quod invitum amplexaris?*

30 *Erubesce*[b] *iam et crede,*
*a me citius recede,*
*et ni cedas cum amore,*
*te depellam cum dolore.*

31 *Pellam te de corde meo*
*adiuvante Christo deo,*
*nec permittam te redire,*
*si deberes interire.*

(*f. 461b.)

32 *Ne*[a] *mireris pestis dira,*
*si te persequor cum ira,*
*quia tu michi fecisti*
*quicquid mali potuisti.*

33 *Visum mentis obscurasti*
*et auditum minorasti,*
*omnem sensum conturbasti,*
*manus quoque religasti.*

34 *Me temptabas suffocare*
*et optabas devorare,*
*si volebam respirare,*
*tu nolebas locum dare.*

35 *Pudet me culpas narrare,*
*quas monebas perpetrare,*
*sed cum tibi non parebam,*
*iram tuam sentiebam.*

36 *Si quid boni faciebam,*
*te contrariam habebam,*
*et cum tibi occurrebam,*
*nullum bonum faciebam.*

37 *Si volebam ieiunare,*
*me dicebas egrotare*
*et monebas manducare,*
*nisi vellem peiorare.*

38 *Si quid dabam indigenti,*
*resistebas mee menti*
*dicens: 'noli tua dare,*
*ne cogaris mendicare'.*

39 *Si laudabam paupertatem,*
*hanc dicebas falsitatem:*
*'melius est congregare,*
*ut egenis possis dare'.*

40 *Si volebam culpas flere,*
*quas suaseras*[e] *audere,*
*tu dicebas, quod per fletus*
*fierem stultus et cecus.*

41 *Si studebam revocare*
*quos videbam oberra*re,*
*non cessabas musitare:*
*'sufficit temet salvare'.*

42 *Si peccantem arguebam,*
*te dicentem audiebam:*
*'hos ad odium accendis*
*contra te, quos reprehendis'.*

a) *huic verbo* ℭ *atramento nigro scriptum praemissum.* b) *huic verbo* ℭ *minio scriptum praemissum.* c) reprosa *c.* d) ueɔdaris *c.* e) me suaseras *edd., sed* su-aseras *legendum est.*

*F.* 461[c]. De defectibus domni Ghiberti de Gente.
[Require[a] similiter supra carta CCC97 [1]].

---

43 *Si studebam obedire,*
*sic temptabas contraire:*
*'quibus debes maior esse*
*subici non est necesse'.*

44 *Si*[b] *morabar in legendo,*
*stimulabas me dicendo:*
*'vade magis operari,*
*unde possis substentari'.*

45 *Si*[b] *volebam laborare,*
*tu monebas me pausare,*
*ne corpus debilitarem,*
*si laboribus instarem.*

46 *Si*[b] *nolebam litigare,*
*sic temptabas animare:*
*'omnibus despectus eris,*
*si tu cuncta patieris'.*

47 *Si dormire*[c] *vellem parum,*
*tu volebas*[d] *me ignarum,*
*quoniam cito lippírem,*
*abundanter ni dormirem.*

48 *Si volebam parcus esse,*
*dicebas: 'non est necesse,*
*quia, si dispensas parum,*
*multi dicent te avarum'.*

49 *Si dicebam largus esse*[e]*,*
*tu dicebas: 'esto parcus,*
*quia cito dilabuntur*
*que de longe conquiruntur'.*

50 *Toto*[b] *corde te refuto*
*nec sententiam commúto,*
*cum sis tota plena sorde,*
*te refúto toto corde.*

51 *Ergo vita res inepta,*
*solis fatuis accepta,*
*mortem volo plus subire*
*tibi, vita, quam servire.*

Item millesimo supraposito, scilicet CC⁰LXXXV⁰, de villa Campaginis[f] heredes 1285.
domni Ghiberti de Gente, filii[2] et nepotes, a Parmensibus totaliter sunt expulsi[g]. Fuit autem causa expulsionis eorum de villa Campiginis non solum vetus paternum odium, scilicet domni Ghiberti de Gente, verum etiam et novum odium filiorum. Nam de paterno odio dici potest quod habetur Eze. XVIII[*]: *Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt.* Ideo dicit [*]Ecclesiasticus XLI[†]: *De patre impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.* De odio filiorum novo ipsi filii possunt dicere quod habetur primo Reg. XII⁰[*]: *Addidimus enim universis peccatis nostris malum.* Porro de defectibus domni Ghiberti de Gente, propter quos Parmenses eum odio habuerunt, sufficienter superius dictum fuit carta CCC[a]97 [1], sed aliqui remanserunt, qui penitus non sunt silentio occultandi. Nam cum tempore quo civitatis Parme dominium possidebat, cum[h] misisset 1254.
papa Innocentius IIII, qui tunc temporis Neapolim[i] habitabat[3], quod domnus Bertholinus Tavernerius[4] iret ad eum, eo quod dominam Hélenam, neptem suam[5],

* *v.* 2. * *f.* 461[c]. † *v.* 10. * *v.* 19.

a) Req. — CCC97. *alio subfusco atramento posterius quam praecedentia a Sal. addita.* b) *huic verbo* ℂ *minio scriptum praemissum.* c) *a* ||mire *penna mutata.* d) *lege* vocabas *ut edd.* e) *lege:* Si volebam esse largus *ut edd.* f) *sic h. l. c. pro* Campiginis *solo errore fratris Salimbene, ut censeo, scriptum.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) *sic iterum c.,* cum *aut hoc loco aut ante* tempore *delendum.* i) *sic c.*

1) *Etiam f.* 396[b. c]. 398[a. b], *p.* 448—452. 2) *Pino et Lombardinus. Infra f.* 463[a], *p.* 607. *haec luculentius narrata sunt. Tamen a.* 1287. *hi iterum in villa Campigine erant; cf. Ann. Parm. mai. p.* 702; *infra f.* 486[b]. 3) *Quo a.* 1254. *Oct.* 27. *advenit; cf. Nicolaus de Carbio, Vita Innoc. c.* 41, *'Archivio della R. Società Romana' XXI, p.* 118. 4) *Filius Bertholi Tabernerii; supra f.* 398[b], *p.* 452. 5) *Scil. Innocentii papae.*

1254. haberet uxorem, et quia volebat eum Neapolitane civitatis facere potestatem, et domnus Bertholinus petisset eundi licentiam a domno Ghiberto de Gente, et ille dedisset, subtraxit postmodum sibi licentiam prius datam, postquam ad eundum omnem fecerat apparatum cum magna copia expensarum. Insuper posuit eum in confinibus in villa Nuceti, in qua possessiones suas habebat, in qua mente suspensa multis diebus et noctibus habitavit[1] cum timore et expectatione inimicorum suorum insidiantium sibi[2] et maxime Pelavicini, cui erat exosus, et qui tunc temporis dominium Cremone tenebat. Cum autem de nocte aliquos audiebat rumores, quos frequenter audivit, cum dextrario egrediebatur ad campos et per totam noctem, quam ducebat insomnem[3], quasi paratus ad fugam expectabat sub divo[a]. Videns vero domnus Bertholinus, quod domnus Ghibertus de Gente non faciebat sibi misericordiam, ut eum

*f. 461d. ad Parmensem, sicut sibi promiserat, reduceret civitatem, ru*pit confines et ivit ad papam Innocentium quartum, qui miserat pro eo, et fecit eum potestatem Neapolitane

*(Dec. 7).* civitatis et dominum. Et sub eo papa ultimum diem clausit ibidem et fuit sepultus in maiori ecclesia civitatis illius. Et beneficio potestatis domni Bertholini factus

*(Dec. 12).* est Alexander papa IIII, quia retinuit cardinales, ne possent de civitate exire, quousque successoris electio haberetur[4]. Papa vero Alexander non fuit ingratus de tanto beneficio sibi facto, immo usque ad diem mortis sue de camera sua providit domno Bertholino[5]; cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace, quia curialis homo fuit et valens et potens et intimus meus amicus[b]. Et dictum fuit, quod Ubertus Pelavicinus fecit eum interfici mediante veneno. Domnus vero Ghibertus de Gente fecit possessiones eius destrui et palatia dirui, pro eo quod recesserat de confinibus eundo ad papam, qui miserat pro eo. Que ex parte domni Ghiberti fuit magna non solum rusticitas, verum etiam et stultitia, quia, ubi maior precipit, et minor contradicit, non est audiendus inferior. Hinc apostoli princi-

*4, 19. pibus sacerdotum dixisse leguntur Act. III*[c]: *Si iustum est coram Deo*[d] *vos potius*

*Act.* 5, 29. *audire quam Deum, vos ipsi*[e] *iudicate.* Nota vero[f], quod *obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Et ideo propheta, qui venerat de Iuda in Bethel, a leone fuit occisus, quia inobediens ori Domini fuit, nec fuit excusatus, quod homini obedivit, qui eum decepit. Habetur hec historia III. Reg. XIII. Porro de domno Ber-

*f. CCCCLXIIa. tholino non *remanserunt filii nec de domno Iacobo, fratre suo, qui mortuus est post ipsum et divitias suas Templariis dereliquit. Et sic domus domni Bertholi Tabernerii de Parma totaliter est deleta, qui tempore Frederici imperatoris fuerat

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) *sic c. pro* IIII. d) in conspectu Dei *Vulg.* e) vos ipsi *deest Vulg.* f) vero *certo legi nequit in c.*

1) *Haec narratio fratris Sal. sibi ipsi repugnat. Cum dixerit papam Neapoli (post Oct.* 27*) Parmam ad Bertholinum nuntium misisse, hunc ante obitum papae (Dec.* 7*) Neapolim venisse, non remanet longum tempus, quo hic Nuceti morari potuisset.* 2) *Luc.* 21, 26: prae timore et expectatione; *Eccli.* 28, 30: in conspectu inimicorum insidiantium tibi. 3) *Cf. Verg. Aen. IX,* 166 *sq.:* noctem . . . ducit insomnem. 4) *Eadem vide iam supra f.* 398[d], *p.* 453. 5) *Cf. litteras Alexandri IV. papae datas a.* 1255. *Dec.* 2; *'Registres d'Alexandre IV.' I, p.* 266, *nr.* 896; *Reg. Imp. V, nr.* 9027. *Bertholinus Alexandro papae supervixit, unde* mortis sue *non ad Bertholinum, sed ad papam pertinere deberet, licet ex verbis sequentibus* cuius anima *etc. contrarium colligi videatur. Urbanus IV. papa pro possessionibus ab Alexandro papa Bertholino in regno Apuliae donatis, quas Manfredus occupaverat, a.* 1263. *Nov.* 17. *alios redditus ei concessit; 'Registres d'Urbain IV.' t. III, 'Reg. ordinaire' II, p.* 127 *sq., nr.* 1158; *cf. ibid. p.* 129, *nr.* 1161.

*F.* 462[b]. Quod domnus Guido de Polenta sufficienter ultus est et noluit modum excedere. Unde illud[1]: *Est modus in rebus.* Et illud: *prevalet in cunc[tis].*

---

magnus baro[2]. Et ideo de eo congrue potest dici: *Thesaurizat et ignorat cui congregabit* Ps. 38, 7. *ea.* Et iterum: *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria* Ps. 48, 17. 18. *domus eius. Quoniam, cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius*[a]. Item tempore, quo domnus Ghibertus de Gente dominabatur in Parma, dominabatur Pellavicinus similiter in Cremona. Cum autem cum Pellavisino[b] familiare quandoque haberet colloquium, dicebat sibi Pellavicinus: 'Há Deus! non debeo ego Parme habere dominium?' Et sic ensem cum vagina fortiter prohiciebat[c] in terram, volens hoc facto ostendere se iratum. Domnus vero Ghibertus de Gente nolebat ei dominium Parme concedere, quia volebat illud sibi[3], eo quod inde consequebatur non solum honorem, verum etiam et maximum emolumentum. Verumtamen hanc gratiam contulit Pelavicino[b], quia permisit, quod ingrederetur Parmam cum quingentis armatis[4], cum quibus quasi solatiando *non semel neque bis* equitabat per 4. Reg. 6, 10. Parmam. Et erant balistarii cum Pellavicino, quando equitabat per Parmam, qui tenebant balistas extensas, quasi contra aliquos vellent sagittas emittere, ut sic terrerent eos, ut de civitate recederent. Et de hoc gaudebat domnus Ghibertus de Gente, si recessissent quia timebat, ne eum de dominio Parme deponerent, *si remansissent in Parma[a]. Cum autem quadam die per contratam Capitis-pontis *f. 462[b]. Pellavicinus cum suis armatis deberet incedere, in qua marchiones Lupi inhabitant, unus ex eis precepit servienti suo, ut sibi in conca sub porticu sua in strata pedes lavaret, volens ostendere quod tantum de timore Pellavicini quantum de cauda capre curabat. Habitaverant enim condam marchiones Lupi cum marchionibus Pellavicinis in villa que appellatur Soragna[5], que est in episcopatu Parmensi prope Burgum Sancti Donini per miliaria V versus aquilonarem partem, et ob hanc causam inter eos emulatio non modica habebatur. Pellavicinus itaque nunquam, sicut optabat, potuit habere Parme dominium, et domnus Ghibertus de Gente processu temporis perdidit quod habebat[a]. Igitur domnus Ghibertus de 1259. Gente hec et supradicta mala[6] commisit, propter que Parmensibus factus fuit vehementer exosus. Non debet igitur, quicumque dominium habet, inimicis suis inferre omnia mala que potest, quia interdum

*in medio lune mutatur rota fortune*[7].

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sic h. l. c.* c) *sic c.*

1) *Versus, quorum initia Sal. attulit, sunt Horatii Sat. I,* 1, 106:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

*et Henr. Septimell. De divers. fortunae IV,* 95:

Praevalet in cunctis discreta modestia rebus.

2) *Scil. pater Bertholini praedicti; cf. supra f.* 289[b], *p.* 190. 3) *Cf. Ann. Parm. mai. a.* 1259, *p.* 677. 4) *Supra f.* 396[c], *p.* 448. *dixit Sal. Gibertum non permisisse, ut Pellavicinus Parmam intraret.* 5) *Cf. supra f.* 366[c]. 367[b], *p.* 377 *sq.* 6) *Nulla mala Parmensibus a Giberto facta hoc loco Sal. scripsit, sed tantum eum Bertholinum Tabernerium in confinio civitatis posuisse.* 7) *Cf. 'Königsaaler GQ.', Fontes rerum Austriac. I, t. VIII, p.* 220:

Nam rota fortune variatur in ordine lune.

*Fr. Novati, Carmina medii aevi (Firenze* 1883*) p.* 44, *VI, v.* 1:

Cursus fortune variatur in more lune.

---

*r. 1. Ideo Ecclesiasticus dicit VII*: *Noli facere mala, et non te apprehendent.* Et iterum
*r. 3. ibidem*: *Ne*[a] *semines mala in sulcis iniustitie, et non metes ea in septuplum.* Unde
*r. 11. Isaie III*: *Ve impio in malum! retributio manuum eius fiet ei.* Melius fecit domnus
Guido de Polenta, habitator civitatis Ravenne, qui sufficienter ultus est et noluit
excedere modum. Cum enim esset puerulus, et imperator patrem eius obsidem
tenuit in vinculis, procuravit domnus Guido Malabocca, frater comitis Rogerii de
*f. 462c. Bagnacavallo, *quod imperator amputavit ei caput, id est amputari fecit; et ipse,
postquam crevit, Guidoni Malabocce consimiliter fecit. Cum autem processu temporis iret Bagnacavallum cum multis armatis et comitem Rogerium repperisset in
via cum paucis, et persuaderent ei itineris socii, qui cum eo erant, quod de comite
Rogerio modo se totaliter poterat expedire, ut decetero timore careret, respondit
dicens: 'Satis fecimus. Sufficiant nobis illa que facta sunt. Mala enim semper
possunt fieri, sed, cum facta fuerint, revocari non possunt'. Et sic eum libere
abire permisit. Hinc enim Saul legitur dixisse, cum David pepercisset sibi plu-
*26,25. 24,20. ribus vicibus, nolens ipsum occidere, cum bene posset, I. Reg. XXVII*[b]: *Benedictus
tu, fili mi David! Quis enim, cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona?*[1]

De[c] novo autem odio heredum domni Ghiberti de Gente hoc potest dici.
Sciendum, quod habuit quendam filium, qui dictus est Pinó. Iste cum suis pravis
operibus contra heredes domni Giberti[d] de Gente multimode provocavit Parmenses.
1277. Nam primo contra Parmenses Guastallam invasit et cepit et voluit occupare[e]·[2].
Secundo accepit uxorem, quam postea fecit interfici; ex cuius occisione multa mala
super eum Domino faciente postea redundarunt. Hanc voluit in uxorem accipere
pater suus, cum apud Anchonam in confinibus moraretur a Parmensibus factus
*f. 462d. exul[3], sed Pinottus subripuit eam sibi et abstulit patri suo, anticipan*do ipsum,
divitiarum amore et pulcritudine mulieris allectus[e]. Hec[f] dicebatur domina Beatrix et erat de Apulia et morabatur in Anchona, et thesaurum habebat et erat
pulcra domina et alacris et solatiosa et liberalis et curialis, et de ludo scaccorum
et alearum optime noverat. Et morabatur cum Pinó viro suo in Bibianello, quod
fuit castrum olim comitisse Mathildis[4]. Et frequenter veniebat cum aliis domi-
1285. nabus ad locum fratrum Minorum de Monte-falconis deductionis causa, et ut cum
fratribus loqueretur. Et habitabam tunc temporis ibi[5]. Et retulit michi familia-

a) Non *Vulg.* b) *sic pro* XXVI. *c.* c) *littera initialis* D *minio picta.* d) *sic h. l. c.*
e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *penna mutata.*

*Orfinus de regim. et sap. pot., 'Miscellanea di storia Italiana' VII, p.* 49:
Hic dea fortune variatur ymagine lune.
*Cf. etiam versum infra f.* 488$^{c}$. *allatum.* 1) *E memoria hos versus Sal. attulisse videtur, cum duos versus diversorum capitum coniunxerit et falsum numerum capitis dixerit.* 2) *A.* 1277. *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 686, *qui tunc hunc Pino a Parmensibus bannitum esse tradunt.* 3) *Cf. supra f.* 398$^{b}$, *p.* 452. 4) *Cf. supra f.* 457$^{c}$, *p.* 594, *n.* 7. 5) *Hoc a.* 1285. *factum esse patet, quamvis iam hoc tempore se in conventu Montis-falconis fuisse alio loco Sal. non dixerit, nam iam a.* 1286. *Apr.* 5. *Guido de Bibianello, de quo mox retulit, interfectus est, ut infra f.* 466$^{b}$. *narratur. Falso dixit E. Michael, 'Salimbene und seine Chronik' p.* 62 *sq., n.* 3. *eum iam circa a.* 1277. *in conventu Montis-falconis fuisse.*

*F.* 463[b]. De infirmitate[a] murelegorum[b] et mortalitate.
De pace Mutinensium, que ut fieret tractabatur.

---

riter mecum loquendo, quod eam volebant occidere. Et intellexi, de quibus dicebat, 1285. et compassus sum sibi, et docui eam, quod deberet confiteri et in bono statu vivere semper, ut semper esset ad mortem suscipiendam parata, quia testante beato Bernardo nemo debet eo statu vivere, in quo nollet mori[c]. Eo tem- Bernardus[d]. pore recessit Pinó de Bibianello valde iratus contra domnum Guidonem, consanguineum suum[1], ut vidi oculis meis, et duxit secum uxorem suam ad villam Corigie, que est in episcopatu Regino, in qua cum uno plumatio ab uno scutifero, qui Martinellus dicebatur, eam suffocari fecit[2], et in eadem villa fuit sepulta. Et tres filie remanserunt ex ea, que pulchritudinem magnam habent. Et quia scriptum est, quod *Deus inultum abire non patitur,* ut habetur Iob XXIIII*, ideo de infor- *v. 12. tuniis viri sui aliqua sunt dicenda. Nam primo factus est exosus non solum Parmensibus, verum etiam consan*guineis et nepotibus suis[e]. Secundo captus fuit a *f. CCCCLXIII[a]. beruariis de Saxolo[3], qui ei, ut posset evadere, equos et ducentas libras imperialium abstulerunt[e]. Tertio, quia, cum in sui vindictam vellet depredari quendam venientem per Parmensium publicam stratam, miserunt Parmenses ad villam Campiginis, in qua possessiones habebat, et cum bobus arari fecerunt omnia sata eius, id est virides sationes, et terra cooperiri, et XIIII sive XX domos eius diruerunt in villa Campiginis *usque ad fundamentum in* eis[e.4]. Quarto, quia post mortem *Ps.* 136, 7. uxoris prime, quam interfici fecerat, quandam aliam dominam in uxorem accepit, que propter multa impedimenta ex[f] utraque parte uxor sua esse non poterat. Hec dicebatur domina Beatrix sicut et prima, et erat pulcherrima et filia domni Bonacursi, filii domni Iacobini de Palude. Viduam eam desponsavit post mortem primi viri sui domni Attonis de Sesso[c]. Quinto et ultimo, quia iterum cepit aliquos homines, quos tenebat in vinculis et in carcere, volens, quod se redimerent pecuniam sibi dando, qui nunquam offenderant eum nec sibi in aliquo tenebantur[c]. Cum ergo forbannitus Parmensium esset et a malis operibus non cessaret, dedit occasionem Parmensibus, ut tam ipse quam omnes heredes domni Ghiberti de 1285. Gente de villa Campiginis pellerentur[c.5]. Iste Pinottus dictus est similiter domnus Iacobinus, et fuit pulcher homo et magnifici cordis[6], audax et securus et more Parmensium valde superbus. Hic habuit sorores duas, quarum primam habuit uxorem Ghirardus filius domni Bernar*di Rolandi Rubei, que vocata fuit domina *f. 463[b]. Aica. Secunda dicta est domina Mabilia, quam domnus Guido de Corigia accepit uxorem[7], que fuit altera[8] et dedignantis nature; et quando infirmari cepit ultima *infirmitate,* de *qua mortua est,* mortua est subito sine lingua; sed remanserunt ex 1. *Reg.* 13, 14. ea filie plures et filii duo. Porro domnus Lombardinus frater istorum fuit, qui uxorem habuit de Papia dominam pulcherrimam nomine Aldexon, ex qua filios[9] et filias procreavit. Fuit autem domnus Lombardinus primogenitus filius domni

a) *primi versus huius columnae signa compendii abscisa, ut legatur nunc* ifimitate *pro* ifīmitate. b) *sic c. h. l.* c) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* d) B*. *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *penna mutata.*

1) *Infra f.* 486[b]. *Sal. causam indicavit, ob quam Pino contra Guidonem iratus fuerit.* 2) *Cf. infra f.* 486[b.c]. 3) *Partis extrinsecae Mutinensium; quod a.* 1284. *aut a.* 1285. *factum est.* 4) *Hoc etiam a.* 1277. *factum esse conici posset, cum Ann. Parm. mai. p.* 686. *tradant:* omnia sua *(Pinotti)* bona intus et exstra devastata fuerunt, *sed forte ad ea quae a.* 1285. *facta esse supra f.* 461[b], *p.* 603. *dicuntur pertinent.* 5) *A.* 1285; *cf. supra f.* 461[b], *p.* 603. 6) *Cf. supra p.* 329, *n.* 5. 7) *Cf. supra f.* 247[d]. 398[b], *p.* 99. 452. 8) *Est procul dubio verbum Italicum* altéro, hochmütig. 9) *De quibus vide infra f.* 486[b].

*F.* 463[c]. Quod papa Honorius IIII. suo tempore non nisi unum cardinalem fecit.
*F.* 463[d]. Quod Ghirardinus de Ençola fuit a Parmensibus condemnatus tantummodo in pecunia, [quia[a] ultus est opprobrium patris sui].

---

Ghiberti de Gente, quem honorifice militem fecit fieri, cum tunc temporis dominium haberet in Parma[1]. Quilibet enim qui poterat larga manu sibi donabat et hoc pro magna gratia reputabat, si dignabatur accipere. Idem fuit de domno Iacobo釘 Tavernerio, quando factus est miles, tempore quo pater suus domnus Bertholus pro imperatore florebat in Parma[2].
1285. Item millesimo supraposito murilegorum maxima infirmitas et mortalitas fuit. Nam gatti infirmabantur et quasi leprosi et scabiosi efficiebantur et postea moriebantur.
*Oct.* 14. Item millesimo[b] supraposito et in mense Novembris[3], in festo sancti Calixti versus orientalem partem matutinali hora due stelle videbantur coniuncte,
*c. Nov.* 1. et sic apparebant qualibet nocte multis diebus, sed circa festum omnium sanctorum ceperunt disiungi et ab invicem separari. Et tunc pax Mutinensium tractabatur et fieri non poterat, eo quod nimis esset intricata, quia sententia, que dabatur, Mutinensibus intrinsecis non placebat. Mutinenses vero qui erant in Saxolo in
**f.* 463[c]. omnibus *obedientes erant, cognoscentes, quod latores sententie favorabiles eis essent. Latores sententie erant domnus Guido de Corigia et domnus Matheus, suus germanus frater[4]. Item millesimo supraposito papa Honorius quartus ante
*Dec. ex.* festum nativitatis[c] Domini unum cardinalem[5] tantummodo fecit, qui de parentela sua erat, ut suppleret locum cardinalis episcopi Tuscolani[6], qui obierat illo anno. Iste cardinalis noviter factus archiepiscopus fuerat in Sicilia in Monte-regali[d. 7]. Item millesimo[b] supraposito fuit condemnatus Ghirardinus de Ençola a Parmensibus parmensium mille libras[e], et optime solvit eas. Causa autem huius con-
1284. demnationis fuit ista. Pater suus domnus Iacobus de Ençola Mutinensium fuit
*(Apr.)* potestas[8] et ibi infirmatus et mortuus et sepultus ad maiorem ecclesiam, et in tumulo in equo ad modum militis honorifice fuit depictus. Et quia tempore sue potestarie facta fuerunt illa homicidia et maleficia, que fuerunt initia guerre future in Mutina, sive que subsecuta est inter partes, et non fuit inde facta iustitia et
**v.* 18. vindicta, presertim cum Dominus dicat in scriptura Exodi XXII*: *Maleficos non patieris vivere*, provocati Mutinenses, irati, turbati et indignati et videntes mala, que illa occasione venerant super eos[9], eruerunt oculos potestatis depicti et
1285. caccaverunt[f] super tumulum eius[g]. Processu vero temporis miserunt Parmam duos ambaxatores, homines populares, quorum unus in Parmensi consilio dixit
**f.* 463[d]. multa opprobria et convitia contra domnum Iacobum *de Ençola, patrem Ghirar-
**v.* 14. dini iam defunctum; quod erat contra illam scripturam, que dicit Levitici XIX*: *Non maledices surdo, nec coram ceco pones offendiculum*[d]. Provocatus igitur Ghirar-
**v.* 29. dinus de Ençola ex verbis ambaxatoris istius fecit quod dicit scriptura Eccli. I*:

a) *uncis inclusa alio atramento subfusco a Sal. post suppl. c.* b) M̊. *c.* c) nat. *c.* d) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* e) *sic c.* f) *sic* (cac|cauerunt) *c.* g) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *A.* 1253—1259. 2) *Usque ad rebellionem Parmensium a.* 1247; *cf. supra f.* 289[b], *p.* 190. 3) *Octobris potius.* 4) *Cf. supra f.* 454[d]—455[d], *p.* 587 *sqq.* 5) *Iohannem de Buccamatiis. Cf. Martini Oppav. Cont. cod.* 5, *SS. XXII, p.* 482; *Tolomei Luc. Hist. eccl. XXIV,* 14, *Muratori, SS. XI, col.* 1191, *et eiusdem Annales, 'Doc. di storia Ital.' VI, p.* 93. 6) *Ordonii.* 7) *A.* 1278—1285. 8) *A.* 1284. *Ian.—Apr.; cf. supra f.* 435[d], *p.* 544; *'Cronache Modenesi' p.* 80. 9) *Cf.* 2. *Reg.* 19, 7: omnia mala quae venerunt super te; *Baruch* 2, 7: omnia mala haec, quae venerunt super nos.

*F.* CCCCLXIIII[a]. De parentela domni Guidolini de Ençola, qui Parme iuxta maiorem ecclesiam habitabat.

---

*Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iocunditatis.* Cum enim recederet ambaxator ille, qui verba improperii dixerat contra patrem, ivit Ghirardinus post eum per stratam cum quibusdam lascivis iuvenibus et super episcopatum Reginum eum graviter vulneravit et deformavit, non tamen occidit; et ideo fuit a Parmensibus condemnatus. Ideo dicit Ecclesiasticus XI*: *A scintilla una augetur ignis, et* [*v. 34.] *ab uno doloso augetur sanguis.* Item Eccli. XXVIII*: *Multi ceciderunt in ore gladii,* [*v. 22.] *sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.* Hec omnia dicta sunt ad demonstrandum, quod bene fecerunt Parmenses tenendo iustitiam, et male qui eam non tenuerunt in Mutina. Et nota, quod iste domnus Iacobus de Ençola uxorem accepit de Padua quandam dominam viduam, que dicebatur domina Marchisina, quam procuravit sibi domnus Matheus de Corigia, cum Padue esset potestas[a. 1]. Ex hac domina domnus Iacobus habuit magnam pecuniam dotis nomine, quam dedit ad usuram, ex qua in villa Pupilii emit agros et vineas et possessiones magnas, et factus est *dives et inclitus valde.* In Parma vero emit domum meam, [2. Par. 32, 27.] que iuxta baptisterium erat[2], et habuit eam quasi ex dono, id est pro pretio parvi valoris, respectu quo reputabat eam pater meus, et reputanda erat[a]. Postmodum domnus Iacobus factus est miles in porta baptisterii versus plateam, *et ivit Mutinam, [*f. CCCCLXIIIIa.] ut ibi esset potestas, unde a Mutinensibus erat electus, et ante quam compleret ibi [1284.] terminum potestarie sue, terminum vite complevit. Ex quadam infirmitate gutturis mortuus est, quam Greci apoplexiam vocant. [(Apr.)] Cum fratre Iacobino de Portu de Mutina fuit confessus et cum eo ordinavit de anima sua. Decem libras imperialium fratribus Minoribus de Parma reliquit et totidem fratribus Minoribus de Mutina pro anima sua et pro male ablatis incertis. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! Vere de eo potest dici: *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria* [Ps. 48, 17. 18.] *domus eius. Quoniam, cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Et iterum illud Iob XX*[b]: *Cum habuerit quod cupierat*[c], *possidere non poterit.* Ex eo [*v. 20.] remansit filia una Aicha nomine, que primo maritata fuit in Ghirardino de Arcili, sed, postquam remansit vidua, accepit eam in uxorem Icilinus filius condam domni Aimerici de Palude[3], et ex ea filios et filias generavit. Porro frater istius domine supradicte et filius domni Iacobi de Ençola Ghirardinus est dictus, iuvenis largus et liberalis et curialis et honorifice vivens. Avus domni Iacobi dictus est domnus Guidolinus de Ençola, homo stature mediocris, *dives et inclitus valde* et multum [2. Par. 32, 27.] ecclesiasticus, quem mille vicibus vidi. Hic separavit se a ceteris de Ençola, qui habitabant in burgo Sancte Christine, et venit et habitavit iuxta matricem ecclesiam, que est virginis gloriose. In qua qualibet die missam audiebat et totum diurnum offitium atque nocturnum temporibus oportunis. Et tempore, quo in ecclesiastico offitio occupatus non *erat, sedebat cum vicinis suis sub porticu communi [*f. 464b.] iuxta palatium episcopi et loquebatur de Deo vel loquentem de Deo audiebat libenter. Non patiebatur, quod aliquis puer prohiceret[d] lapides contra baptiste-

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) XX. *in spatio vacuo relicto post alio atramento a Sal. suppletum.* c) quae concupierat *Vulg.* d) *sic c.*

1) *A.* 1258. *Iul.—Dec., Rolandin. XI,* 6. 7, *SS. XIX, p.* 129 *sq., et a.* 1269. *et a.* 1280, *Catal. potest. Paduanorum, Muratori, SS. VIII, col.* 379—382. 447 *sq.* 2) *Cf. supra f.* 221[b]. 222[d]. 453[c], *p.* 34. 37. 585. 3) *Qui obiit a.* 1279. *Mart., Alb. Milioli Liber de temp. c.* 294, *p.* 553; *supra f.* 418[b], *p.* 500.

rium vel contra maiorem ecclesiam ad destruendum celaturas et picturas. Quod cum videret, egre ferebat et veloci cursu ibat et cum corigia verberabat eos, ac si pro custodia deputatus fuisset ibidem, cum tamen non faceret hoc nisi pro çelo[a]
Ps. 68, 10. Dei et amore divino, quasi diceret illud propheticum: *Zelus*[a] *domus tue comedit me.* Augustinus. Ubi Augustinus dicit: *Bonus zelus est fervor fidei, quo mens, abiecto humano timore, pro defensione veritatis accenditur.* Porro iste dominus supradictus preter viridarium et turrim et palatium, in quo habitabat, habebat multas alias domos et furnum et cellarium vinarium. Et semel in qualibet ebdomada fiebat pauperibus omnibus, qui de tota civitate venire volebant, caritas generalis de pane
4. Reg. 6, 10. et faba cocta et vino [iuxta[b] domum suam in via], ut vidi oculis meis *non semel neque bis.* Iste dominus supra dictus multum fuit fratrum Minorum amicus et pre-
*v. 7. cipuus benefactor, implens quod Ecclesiasticus docet IIII*: *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Item[c] iste dominus supradictus ex Admissa[d] coniuge, que fuit soror domni Gerardi de Corigia, qui similiter de Dentibus dictus est, qui fuit pater domni[e] Guidonis et domni Mathei[1], duos filios habuit, quos ipsemet milites fecit, cum ad virilem etatem venissent, ut vidi oculis meis, quorum unus dicebatur domnus Matheus et alius domnus Hugo. Et ambo mei speciales amici fuerunt.
1247. *f. 464c. Tempore quo Parma rebellavit contra imperatorem ab imperatore cap*ti fuerunt isti duo fratres et detenti, et processu temporis in loco fratrum Minorum de Parma sepulti. Porro de domno Matheo, qui uxorem habuit dominam Richeldinam, sororem domni Bernardini de Cornaçano, nati sunt filii tres, scilicet domnus Bernardus de Ençola, qui fuit miles et valens homo et Perusinus potestas[2] tempore
1265. quo papa Clemens IIII. habitabat[f] ibidem[g, 3]. Hic fuit meus amicus, quod demonstravit effectu, quia, quando fui Perusii[4], cum esset ibi potestas, statim misit pro me et misit me ad papam[5]. Hic tempestive mortuus est sicut omnes fratres sui, sed remanserunt ex eo filii. Secundus filius domni Mathei, filii domni Guidolini de Ençola, fuit domnus Iacobus potestas Mutinensium, de quo suficienter[h] superius dictum est. Tertius fuit domnus Guido, qui habuit uxorem filiam domni Albertini de Turclis de Feraria, de qua habuit filios plures; inter quos est quidam, qui dicitur Turclus, qui est a Parmensibus forbannitus[6], eo quod sit homo pestifer et maledicta[i] persona. Nam cum in multis facinoribus maculatus esset, adiecit et hoc super alia[7], quia abbatem monasterii de Brixillo sine aliqua culpa sua crudelissime cum lancea interfecit, dum sederet ad mensam et pranderet cum
*v. 11. eo. Et ideo tali homini imprecatur Isaias dicens III*: *Ve impio in malum! retri-*
*v. 13. *butio manuum eius fiet ei.* Et in Eccle. VIII.* dicit sapiens: *Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed sicut umbra transeant qui non timent faciem Domini*[k]. Porro de domno Hugone, filio domni Guidolini de Ençola, qui habuit dominam

a) *sic h. l. c.* b) *uncis inclusa a Sal. in marg. suppleta.* c) *sequentium quaedam, quae evanuerant, atramento superducto renovata sunt.* d) ex ad *post minio renovata.* e) dni *a Sal. in marg. suppl.* f) htat (habitat) *c.* g) dem *in marg. a Sal. suppl.* h) *sic c.* i) maleledcā *c.* k) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.*

1) *Cf. supra f.* 246[c]. 247[d]. 458[b], *p.* 96. 98. 596; *testamentum Gerardi de Corigia factum a.* 1257. *Mart.* 23, *Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' V, App. p.* 53, *nr.* 885. 2) *A.* 1265; *cf. Ann. Mariotti, 'Saggio di memorie istoriche . . . della città di Perugia' I,* 2, *p.* 213. 3) *A.* 1265. *Febr.* 15 — 1266. *Apr.* 19. *Clemens IV. Perusii fuit.* 4) *Perusii fuit Sal., ut videtur, cum Faventia Alvernam iret, ut supra f.* 441[b], *p.* 556. *narravit.* 5) *Sane ad ipsum papam non admissus est, cum non plura de hac re dixerit.* 6) *A.* 1284. *domus Turchii de Henzola a Parmensibus devastata est propter insultum in Bertum Poncioni de Henzola factum et filium eius interfectum; Ann. Parm. mai. p.* 696. 7) *Luc.* 3, 19. 20: de omnibus malis, quae fecit Herodes, adiecit et hoc super omnia.

*F.* 464[d]. De domno Iacobino de Beneceto.
De domno Bernardo Bafulo, qui factus est frater Minor.
*F.* CCCCLXV[a]. Quod frater Bernardus Bafulus fecit se verberari per Parmam, cuius exemplo multi multa bona fecerunt.
De regula de Martorano.

---

Luchesiam de Monasterio sive *de Sancto Marco uxorem, nati sunt duo filii, quo- *f. 464d.
rum unus dictus est domnus Guillielmus[a] et alius domnus Matheus, et due filie,
quarum unam habuit uxorem domnus Iacobinus de Panceriis de Regio, nec habuit
ex ea filios. Aliam habuit domnus Bonacursus de Montilio et multos filios gene-
ravit ex ea. Post hec turbata domina Luchesa[b] contra filios accepit sibi mari-
tum domnum Ghirardinum, filium domni Lanfranci de Piis de Mutina[1], et pro-
cessu temporis mortua est, nec filios ex ea suscepit neque aliquam prolem. Item
domnus Guidolinus de Ençola, avus istorum, qui caritatem pauperibus faciebat,
unam habuit filiam dominam Rikeldinam, que fuit mundana[c] mulier et lasciva,
quam domnus Iacobinus de Beneceto accepit uxorem, et duos filios suscepit ex ea,
quorum unus dictus est Arpus et alius Petrus. Fuit autem domnus Iacobinus de
[Beneceto[d]] miles pulcher et ditissimus valde in possessionibus et domibus et the-
sauro, sed omnia consumpsit et dissipavit in comessationibus et histrionibus et
curialitatibus suis, ita quod filii sui non habebant quid comederent, ut dixit michi
cum fletu Arpus, unus illorum, nisi ab aliis mendicarent. Item domnus
Arpus de Beneceto, germanus frater predicti domni Iacobini, cum domno Bernardo
Bafulo ordinem fratrum Minorum intravit quasi tempore primitivo, quo fratres c. 1221?
Minores in Parma cognosci ceperunt. Erat[e] autem domnus Bernardus Bafulus
miles ditissimus et famosus et multum nominatus in Parma et erat homo magni-
fici cordis[2] et probus armatus *et doctus ad bellum. Hic in principio sui ingressus *f. CCCCLXVa.
in ordinem amore provocatus divino mirabilem demonstravit fervorem opere im-
plendo apostolicum dictum. Dicit enim Hebre.*: *Exeamus* cum Iesu[f] *extra portam*[g], *13, 13.
*improperium eius portantes*[3]. Nam ignorantibus fratribus precepit duobus hominibus
suis, ut unus sederet in equo, et alius ligaret eum ad caudam eiusdem equi, et
verberando per civitatem incederent et via publica graderentur clamando valenter:
'Date latroni, date latroni!'[h] Cumque pervenissent ad porticum Sancti Petri, in
qua milites ex more causa deductionis tempore otii sedere soliti sunt, credentes
eum vere esse latronem, qui pro maleficiis talibus vapularet, ceperunt et ipsi clamare:
'Date latroni, date latroni!' Tunc domnus Bernardus elevata facie[4] dixit ad eos: 'In
veritate bene dixistis: "Date latroni", quia hucusque contra Deum altissimum et
contra animam meam ut latro vixi, et ideo dignus sum talibus verberibus plecti'.
Et his dictis precepit hominibus suis, ut usque extra portam talia operando per-
ficerent iter suum. Cum autem cognovissent qui sedebant sub porticu, quod domnus

a) Guill's *c.* b) *sic h. l. c.* c) m̄||dana *c.* d) arpis *alia manu in loco raso scriptum; Sal. procul dubio* beneceto *scripserat, nam* b *adhuc legi potest.* e) *penna mutata.* f) Ex. igitur ad eum *Vulg.* g) castra *Vulg.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *De his duobus vide Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, p.* 134. *et ad stemma gentis Piorum p.* 162 *sq., ubi apparet a.* 1256. *Girardinum de Piis uxorem habuisse Iacobinam filiam Thomasini Rangoni.* 2) *Cf. supra p.* 329, *n.* 5. 3) *E memoria citavit Sal. hunc versum, ut apparet, cum numerum capitis non attulerit, ideo quaedam verba non recte repetivit.* 4) *Esth.* 15, 10: Cumque elevasset faciem; *cf. Iob* 22, 26.

---

*Luc.* 5, 26. *Eccli.* 7, 12. *Rom.* 9, 18. *Ps.* 76, 11. Bernardus Bafulus esset, ingemuerunt et compuncti corde[1] dixerunt: 'Vere *vidimus mirabilia hodie.* Benedictus Deus, *qui humiliat et exaltat* et *cui*[a] *vult miseretur et quem vult indurat*'. Ad litteram hec fuit inspiratio et *mutatio dextere excelsi,* quia ex hoc exemplo multi animati et provocati seculum dimiserunt. Tunc Bernardus
*f. 465[b]. Vitius cum quibusdam aliis religionem de Martorano inchoavit[b]. *Tunc etiam in
1233. Parma alia religio facta fuit, illorum scilicet qui dicebantur milites Iesu Christi, et in qua non recipiebantur nisi qui prius milites extitissent; et assimilabantur illi fratres istis qui modo Gaudentes a rusticis apellantur[c, 2], excepto quod illi dicebantur milites Iesu Christi, isti milites sancte Marie. Illi erant tantum in Parma, isti in multis civitatibus iam abundant. Sed quia de his regulis superius sum locutus carta CCCC5[3], ideo hic de eis loqui amplius non oportet. Item tempore
*c.* 1221? illo, de quo[d] superius fecimus mentionem, scilicet quando per Parmam domnus Bernardus Bafulus fecit se verberari, duo germani fratres erant, qui fratrum Minorum ordinem intraverunt, quorum unus dicebatur frater Illuminatus, et alius frater Berardus[e] nomen habebat[b]. Isti duo fratres, quia usurarii fuerant, restituerunt usuras et male ablata et amore Dei ducentos pauperes induerunt et ducentas libras imperialium fratribus Minoribus dederunt pro loco eorum construendo, qui
*c.* 1227? tunc temporis noviter hedificabatur in prato communis, ubi nundine fiebant antiquitus, et ubi postmodum tempore carnis privii Parmenses[e] pugnabant cum scutis[4]. Item frater Illuminatus amore provocatus divino ad exemplum fratris Bernardi de Bafulo fecit se per civitatem verberari cum funda denariorum ligata ad collum,
*v. 14. quasi diceret illud Trenorum I*: *Vigilavit iugum iniquitatum mearum in manu Domini*[f]*: circumvolute*[g] *sunt et imposite collo meo.* Talem considerationem deberet[h] habere de
*Iob* 15, 26. *v. 5. †*f.* 465[c]. peccatis suis quicumque ambulavit *adversus* Deum *erecto collo et pingui cervice armatus est,* quia Ecclesiasticus dicit V*: *De propitiatu peccatorum*[i] †*noli esse sine metu*[b]. Igitur de domno Bernardo Bafulo sciendum est, quod habuit unam filiam, que dicta est domina Bernardina, sapiens et discreta, sancta et Deo devota, que in Parmensi monasterio est abbatissa ordinis sancte Clare. Item sciendum est, quod domnus Egidius Bafulus, qui pater supradicti domni Bernardi fuit[k], quando
1204. Constantinopolitana civitas capta est a Latinis, cum gladio percussorio fortiter percussit in portam, ut a fratre Ghirardo Rangone[l, 5] audivi, qui presens erat et vidit. Et tunc cognoverunt Greci, quod completa erat illa prophetia, que sculpta erat in porta. Siquidem multe prophetie ibidem sculpte sunt[m] sive in porta sive in porte columna, que non cognoscuntur, nisi cum fuerint iam complete[6]. Domnus

a) cuius *Vulg.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) *sic c.* d) q̊ (quo) *in marg. a Sal. suppl.* e) parm. *in marg. a Sal. suppl.* f) cius *Vulg.* g) ċ9uolute *c.*; convolutae *Vulg.* h) deb. habere *in marg. a Sal. suppl.* i) *sic iam ter supra; cf. supra f.* 449[b], *p.* 574, *n.* v; propitiato peccato *Vulg.* k) fuit *a Sal. superscr.* l) rangone *a Sal. in marg. suppl.* m) st̄ (sunt) *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Act.* 2, 37: compuncti sunt corde. 2) *Etiam Dante Alighieri, 'Inferno' XXIII, v.* 103. *eos dicit* frati Godenti, *ubi in inferno Loderengum de Andalois, fundatorem huius ordinis, inter hypocritas se vidisse narrat.* 3) *P.* 467 *sq.* 4) *Cf. supra f.* 425[c], *p.* 518. 5) *De quo cf. supra f.* 236[d], *p.* 70. 6) *Eadem supra f.* 437[c], *p.* 546. *dicta sunt. Cf. supra f.* 217[d], *p.* 25.

*F.* 465[d]. De inordinata hieme que fuit hoc anno.
*F.* CCCCLXVI[a]. De gallinarum mortalitate que fuit hoc anno.

---

etiam Bernardus Bafulus, cum esset frater Minor, et cum imperatore Parmenses in exercitu essent contra Mediolanum [1], cucurrit ad ignem, qui accensus erat in burgo Sancte Christine, et stans cum securi in cacumine unius domus ardentis prohiciebat[a] et deiciebat hinc inde lignamina, ne alie domus conburerentur ab igne. Et videbatur ab omnibus et commendabatur ab eis, eo quod prudenter et valenter fecisset. *Et reputatum est ei ad*[b] *iustitiam a generatione*[c] *in generationem* *Ps.* 105, 31.
*usque in sempiternum,* quia usque ad multos annos ista sua probitas ad memoriam est reducta. Post hec ivit ultra mare ad Terram Sanctam et ibi laudabiliter terminavit vitam suam in ordine beati Francisci, qui est ordo fratrum Minorum. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace, quia bene inchoavit et bene finivit. Hec supradicta ideo posui, quia pro maiori parte omnes, de quibus locutus sum, vidi et cognovi, et cito et in brevi de hac vita ad aliam pervenerunt, et cognosco, quod verum dixit David, quando in fine primi *libri Paralipomenon† **f.* 465[d]. †29, 15.
coram Domino loquebatur dicens: *Dies nostri sicut*[d] *umbra sunt*[e] *super terram, et nulla est mora.* Ad idem facit quod dicit beatus Iacobus in epistola sua V*[f]: *Quid*[g] *est* *4, 15.
*vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur*[h]. Igitur miseri peccatores, qui non curant nisi de divitiis et honoribus et voluptatibus huius presentis vite et *ambulant post vanitatem et vani facti sunt,* melius facerent, si contende- *Ier.* 2, 5.
rent *intrare per angustam portam* et si *cogitarent dies antiquos et annos eternos* *Matth.* 7, 13. *Ps.* 76, 6.
*in mente haberent*, et sic a peccatis cessarent. Nam *miseros facit populos*[i] *peccatum,* ut dicit sapiens in Prover. XX*[k]. Hinc Moyses dixit Iudeis Exo. . .†[l]: *Nolite timere!* *14, 34. †20, 20.
*Ut*[m] *enim probaret vos, venit Deus, ut terror illius*[n] *esset in vobis, et non peccaretis* [2]. Sed de hac materia satis sit dictum. Iam enim tempus[o] instat, ut ad cursum nostrum usitatum denuo revertamur. Igitur, si plura facta sunt in millesimo suprapposito, scilicet CC⁰LXXXV⁰, digna relatu, memorie non occurrunt. Hec suprapposita bona fide descripsi previa veritate, pro ut oculis meis vidi.

Explicit[p] de isto millesimo, sequitur de venturo.

Anno Domini millesimo CC⁰LXXXVI⁰, indictione XIIII[a], facta sunt hec sub- 1286.
scripta. In isto anno fuit inordinata hiems [3]. Nam omnia proverbia antiquorum falsa reperta sunt preter unum, quo consuevit dici: 'Februarius curtus peior est omnibus' — subintelligitur 'mensibus anni' —; proverbium hoc verissimum fuit hoc anno, plus quam viderim toto tempore vite mee. Nam in isto Februario septem *Febr.*
vicibus dedit Deus *nivem sicut lanam* et *nebulam sicut cinerem sparsit*[q] [4], et fuit *Ps.* 147, 16.
validum frigus et gelu, ita ut illud propheticum putares impletum *Çacharie **f.* CCCCLXVI[a].

a) *sic c.* b) in *Vulg.* c) in generationem et gener. *Vulg.* d) quasi *Vulg.* e) sunt *deest Vulg.* f) *sic c. pro* IIII. g) Quae *Vulg.* h) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* i) populos *in marg. a Sal. suppl.* k) *sic c. pro* XIIII. l) *spatium numero inserendo vacat in c.* m) Ut — Deus *in loco raso et in marg. post a Sal. scripta.* n) illius *in loco raso.* o) *sequitur littera* (f?) *erasa.* p) *sub* Expl. — venturo *linea rubra subducta.* q) spargit *Vulg.*

1) *Aut a.* 1237. *Nov. aut a.* 1239. *Oct. vel etiam a.* 1245. *Oct. Nov. hoc factum esse videtur.* 2) *Cum Sal. versum hunc e memoria scripsisset, ut patet, cum numerum capitis omiserit, erravit, postea vero Biblia adhibita correxit, ut n.* m. n *apparet, sed numerum supplere oblitus est.* 3) *Ann. Parm. mai. ad a.* 1285 *ex., p.* 699: eo anno non fuit nix neque frigus aliquod. 4) *Ann. Parm. mai. l. l. ad a.* 1286: eo anno fuit nix valde magna circha medium Februarium.

*F. 466b.* De olerum caristia que fuit hoc anno, eo quod non dedit Dominus pluviam super terram.
De morte domni Guidonis de Bibianello.

---

*14, 6. ultimo*: *In die illa non erit lux, sed frigus et gelu.* Hinc Ecclesiasticus dixit
*v. 21. XLIII*: *Gelu sicut salem effundet super terram, et dum flaverit*[a]*, fiet tamquam cacu-*
1286. *mina tribuli.* Et concreata sunt multa apostemata tam in hominibus quam in gallinis, que processu temporis manifestata sunt per effectum. Nam in Cremona et in Placencia et in Parma et in Regio et in multis aliis Italie civitatibus et dyocesibus fuit mortalitas maxima tam hominum quam gallinarum[1]. Et in civitate Cremone uni soli mulieri brevi temporis intervallo mortue sunt XLVIII galline. Et quidam medicus phisicus fecit aliquas aperiri et invenit apostema super cor gallinarum. Erat enim in puncta[b] cordis cuiuslibet galline vescicula[b] quedam. Fecit similiter aperiri mortuum hominem quendam et super cor hominis idem in-
*Maio.* venit. Istis diebus in mense Maii misit magister Iohanninus phisicus, qui habitabat Venetiis, ubi habebat salarium, unam litteram Reginis concivibus suis, ne comederent olera herbarum nec ova nec carnes gallinarum per totum mensem Maii. Et inde accidit, quod pro V[c] denariis parvis una gallina dabatur. Verumtamen alique mulieres sagaces dabant marubium pistum sive tritum et mixtum cum aqua et furfure vel farina gallinis ad manducandum. Et ita benefitio talis antidoti galline liberabantur et mortem evadebant. Revertamur ad principium
*Febr. 2.* hiemis, que tota fuit pulcra et temperata a principio usque ad purificationis festum, quo die descendit pluvia grandis, nec sic proverbium antiquorum locum habere
*f. 466b. †v. 11. *potuit, ut dici posset illud Cant. II†: *Iam hyems transiit, hymber abiit et recessit,*
*147, 17. sed magis illud Ps.*: *A facie*[d] *frigoris eius quis sustinebit?* Et in vere isto anno optime arbores floruerunt, sed descendit pruina, que flores amigdalarum et aliarum arborum pomiferarum nec non et palmites vinearum in multis locis pro magna parte destruxit. Et ita spes de fructuum abundantia quasi frustrata[e] et desperata fuit. Verumtamen multi fuerunt fructus in isto anno et magna fertilitas frumenti, vini et olei et rerum omnium abundantia, et annue messis extitit plenitudo[2], excepto quod ortolanis Deus videbatur iratus. Fuit enim maxima olerum caristia, eo quod non daret Dominus pluviam super terram[3]. De quo multum gaudebant hi qui faciunt salem et qui faciunt lateres pro fornace et pro edifitiis construendis[f]. Et
*Mart. Apr.* nota, quod in toto mense Martii et in toto mense Aprilis pluvia non descendit[4],
*Apr. 23.* excepto quod in festo sancti Georgii ad modum roris descendit pluviuncula que-
*Maii 8.* dam et postmodum in festo sancti Michaelis in Maio; et sic reconciliatus est Deus,
*Iac. 5, 18.* quia postea *celum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum.*

Item[g] millesimo supraposito interfectus fuit domnus Guido de Bibianello et
*Apr. 5.* Bonifatius frater suus in principio Aprilis, $V^{a}$ die, scilicet sexta feria post dominicam de passione, qua die in kalendario scribitur: *Ultima incensio lune paschalis,*

a) *cf. supra f.* 438d, *p.* 550, *n.* b. b) *sic c.* c) pro V *in loco raso.* d) Ante faciem *Vulg.* e) frustata *c.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *non versus novus abhinc coeptus est in c., sed tantum* ℭ *atramento nigro scriptum praecedit.*

1) *Ann. Parm. mai. p.* 701: eo anno fuit magna mortalitas hominum et bestiarum . . . , et maxime de bestiis menutis. 2) *Ier.* 5, 24: plenitudinem annuae messis. 3) 3. *Reg.* 8, 36: da pluviam super terram tuam; *cf.* 3. *Reg.* 17, 14. 4) *Ann. Parm. mai. p.* 701: Et non pluit quasi per totum mensem Martii et usque ad medium Maii, propter quod homines multum timebant.

---

advesperascente iam die[1]. Ibat enim domnus Guido de Regio Bibianellum cum 1286. cognata sua domina Iohannina, uxore Bonifacii fratris sui, qui post eos solus per *tria miliaria sequebatur. Et isti tres non habebant nisi aliquos runcinellos et *f. 466c. erant inermes, nec secum habebant aliquam comitivam[a]. Et interfectores istorum duorum fratrum isti fuerunt[a]: Primus Scarabellus de Canossa, qui domnum Guidonem de equo deiecit et *perfod*it *eum* cum *lancea semel in terra, et secundo opus* 1. *Reg.* 26, 8. *non* fuit. Secundus, qui eum percussit, fuit Açulinus[2] frater[b] abbatis de Canossa[3] et filius domni Guidonis de Albareto[4]. Iste amputavit caput eius. Alii fuerunt Ghibertinus de Mutilena et Guertius de Cortogna et plures alii tam pedites quam equites, qui percusserunt eum multis ictibus et *concid*erunt *vulnere super vulnus,* ita *Iob* 16, 15. ut dicere posset, si viveret et sentiret: *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* *Ps.* 68, 27. Id ipsum fecerunt Bonifacio fratri domni Guidonis, qui subsequebatur. Dominam vero Iohanninam posuerunt super equum, de quo se deiecerat, ut prosterneret se super domnum Guidonem, credens et sperans, quod ob gratiam sui parcerent ei — erat enim eorum propinqua —. Et ambulavit tota die illa solivaga et gemebunda in amaritudine cordis[5] sui pervenitque Bibianellum, quod condam fuit castrum comitisse Mathildis[6], et pessimos divulgavit rumores et amaritudine plenos[a, 7]. Et elevata voce fleverunt[8] amarissime auditores, *donec in eis lacrime defe-* 1. *Reg.* 30, 4. *cerunt.* Et iacuerunt corpora illorum duorum fratrum in illa vasta solitudine illa nocte. Aliqui vero dixerunt, quod Manfredinus filius domni Guercii de Assajjuto[c], qui moratur in villa Cuvilioli, cum audisset hec omnia, *pietate commotus venit *f. 466d. cum quibusdam hominibus et cum plaustro et collegit istorum corpora et coniunxit ea simul et posuit in[d] Templariorum ecclesia, que est in itineris medio quo itur Bibianellum. In crastinum autem venerunt homines de Bibianello et porta- *Apr.* 6. verunt istorum corpora interfectorum et sepelierunt ea cum vestibus et armis suis in sepulchro patrum suorum[9] in loco fratrum Minorum de Monte-falconis[10]. Et dies sabbati erat, in qua cantabatur ad missam loco epistole Ieremie scriptura[e] que dicit Iere. XVIII*: *Fiant uxores eorum absque liberis et vidue, et viri earum*[f] *inter-* *v. 21. 22. *ficiantur morte. Iuvenes eorum confodiantur gladio in prelio; audiatur clamor de domibus eorum.* Et quia domnus Rolandinus de Canossa erat germanus consan-

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) frīs (fratris) *c., quod a Sal. erronee sequente genetivo seducto scriptum esse patet; vide infra p.* 616, *l.* 30. c) *sic cum duobus longis* j *c.* d) ī(in) *a Sal. superscr.* e) scriptă (*pro* script͂a *c.* f) earum *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Cf. Libri de temp. Cont. Regina, SS. XXXI, p.* 572; *Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 11. 2) *Qui supra f.* 430[a], *p.* 529. *non recte* Icilinus, *infra f.* 485[d]. *et in Cont. Regina p.* 572. Açolinus *recte dicitur.* 3) *Rolandi supra p.* 529, *l.* 16. *et infra p.* 616, *l.* 30. *dicti.* 4) *Qui* de Bareto *in Cont. Regina l. l. dicitur.* 5) *Iob* 3, 20. *Eccli.* 4, 6. 7, 12: in amaritudine animae. 6) *Cf. supra f.* 457[c], *p.* 594, *n.* 7. *et f.* 462[d], *p.* 606. 7) *Thren.* 1, 20: amaritudine plena sum. 8) *Gen.* 29, 11: et elevata voce flevit; *Ruth* 1, 9: elevata voce flere coeperunt. 9) 1. *Mach.* 9, 19: sepelierunt eum in sepulcro patrum suorum, *etc.* 10) *In quo Sal. procul dubio tunc habitavit.*

*F.* CCCCLXVII[a]. Quod Regini timebant, ne bellum intestinum haberent, triplici ratione, quando domnus Guido tormentabatur.
*F.* 467[b]. De duabus partibus que erant in Regio.
De origine domni Guidonis de Bibianello.

---

1286. guineus Scarabelli, ideo fuit potestati denuntiatus et accusatus. Nam Scarabellus
alia vice de Regio fuerat forbannitus[1], et ideo, si citatus fuisset, non venisset nec
comparuisset[a]. Misit ergo potestas Reginus domnus Bonifacius marchio de Lupis
de Parma[2] pro domno Rolandino, et venit[3] ad eum cum armatorum maxima multi-
tudine[a]. Cum autem potestas cognovisset, quantum ad istud spectabat negotium,
innocentiam suam, dimisit eum in pace abire sine aliqua lesione[a]. Post hec denun-
tiatus et accusatus fuit domnus Guido de Albareto, et comparuit et fuit detentus
per X dies et semel leniter tormentatus et postea dimissus[a, 4]. Et dum tormenta-
*f.CCCCLXVIIa. retur domnus Guido de Albareto, credide*runt Regini se bellum intestinum debere
habere triplici ratione. Et primo occasione illorum duorum fratrum, qui fuerant
interfecti. Secundo occasione istius magni domini, qui tormentabatur. Tertio
occasione partium Reginarum. Nam due partes erant in Regio, quarum una pars
Superior dicebatur. Alia vero dicebatur Inferior[5]. Ambe tamen partes ex parte
ecclesie se esse dicebant et erant. Nam pars imperialis de Regio multis annis
elapsis expulsa ibat vagabunda per mundum. Processu autem temporis aliquan-
tulum sedata est hec discordia Reginorum, et absque timore habitare ceperunt.
Verum in principio, cum domnus Guido tormentari deberet, rogavit eum potestas,
ut amore Dei et sui patienter talia toleraret, presertim cum male libenter talia
sibi inferret, sed oportebat eum sic facere et ratione officii ex parte sua et ratione
culpe domno Guidoni imposite. Cum autem cognosceret domnus Guido, quod pro
honore utriusque hoc faciebat potestas, sustinuit patienter, et quod prius sibi
fuisset acerbum atque amarum, postmodum cognita ratione reputavit iocundum.
Matth. 26, 42. Et dixit potestati: *Si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*
Verumtamen fuerunt qui dicerent, quod supradictus domnus Guido nullum tormen-
*v. 19. tum sustinuit mediante pecunia, cui *obediunt omnia*, Eccle. X*[b]. Nam domnus
*f. 467b. Rolandus abbas Canosse, qui filius eius est, centum libras *imperialium dedit
domno Guidoni de Corigia et totidem potestati Regino, quorum benefitio evasit
iste tormentum. Et quando insonuerunt rumores, quod tormentari debebat, non
permisit potestas, quod aliquis ibi esset nisi ipse cum eo. Et fecit eum aliquam-
diu super unum pesatorium farine sedere et familiariter interim loquebatur cum
eo de his omnibus que acciderant. Cumque descendisset de tali aculeo et in
lecto iaceret in camera, misit pro fratre Iacobo de Palude et retulit ei, qualia
passus fuerat in tormento. Post hec descendit de palatio et ivit ad domum domni
Rolandini de Canossa, que erat iuxta plateam, et erat ibi in solatio tota die man-
ducando, bibendo et iocunde vivendo. Cum autem prius de palatio communis ad
ima descenderet, faciebat se hinc inde a duobus hominibus[c] substentari, volens
per hoc ostendere, quod a potestate fuerat graviter tormentatus. Sed dicitur a

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) X. *in spatio vacuo relicto alio atramento post a Sal. suppl.* c) homin. *in marg. a Sal. suppl.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 699. 2) *Qui a.* 1286. *Ian. — Iun. potestas Reginus fuit; Libri de temp. Cont. Regina p.* 572. 3) *Scil. Rolandinus ad potestatem.* 4) *Cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 572. 5) *Cf. SS. XXXI, p.* 578, *n.* 8. 9; *supra f.* 430[a], *p.* 529.

*F.* 467[c]. De qualitatibus domni Guidonis de Bibianello et de moribus eius, et quod multos habuit inimicos, qui eum infamabant libenter, et quod nimis proprii sensus fuit.

---

Domino Luc. XII*: *Nichil opertum, quod non reveletur, neque absconditum, quod non* *v. 2. *sciatur*[a]. Item Iob XXXVI*: *Simulatores et callidi provocant iram Dei.* Item de his *v. 13. qui iustitiam non faciunt dicitur in libro Sapientie VI*[b]: *Horrende et cito apparebit* *v. 6. 5. *vobis, quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis.* Ideo *iuditium durissimum his qui presunt fiet.* [Quod[c] dignum est, quia Prover. 17*: *Munera de* *v. 23. *sinu impius accipit, ut pervertat semitas iuditii.* Item Prover. 18*: *Accipere personam* *v. 5. *impii* in iuditio *non est bonum, ut declines a veritate iuditii*]. Item de malo iudice dicit sapiens in Prover. [28*[d]: *Qui cognoscit faciem in iuditio, non bene facit, iste et*] *v. 21. *pro bucella panis deserit veritatem.* De domno Guidone de Bibianello sciendum est, quod nobilis homo fuit, quia ex linea paterna ex illis de Canossa. Unde isti qui interfecerunt eum attinebant ei[1]. Ex linea *vero materna de Parma habebat *f. 467c. originem, ita quod filii domni Ghiberti de Gente[2] sui germani consanguinei erant. Item dominam Iohannam, filiam domni Guidonis de Monte, que neptis fuit condam domni Guilielmi de Foliano Regini episcopi, habebat uxorem. Cuius sororem germanam dominam Mariam domnus Iacobinus de Rodelio similiter habebat uxorem. Unde et cognati dicebantur et erant tamquam duarum sororum viri sive mariti[c]. Item domnus Guido de Bibianello fuit pulcher homo et litteratus et homo magni ingenii et magne memorie et magne facundie et bone eloquentie, alacer, iocundus, largus et liberalis et multum familiaris et multum solatiosus et fratrum Minorum amator et precipuus benefactor[e]. Nam fratres Minores in territorio suo, scilicet in nemore quod est ad radicem Montis-falconis, locum habebant, ubi etiam fuit cum fratre suo sepultus, ut superius dictum est[3], in sepulcro patrum suorum[4]. Cuius anima, si fieri potest, per misericordiam Dei requiescat in pace! Amen. Nam, dum viveret, multum ostendebat se meum amicum et fratris mei fratris Guidonis Ade, qui similiter in loco Montis-falconis obiit et habuit sepulturam[f]. Reputabatur tamen domnus Guido de Bibianello ab his qui non diligebant eum malitiosus homo, et imponebant ei multas pravitates, videlicet quod infamator et oblocutor esset servorum Dei, iuxta verbum quod scriptum est Eccli. XI*: *In electis* *v. 33. *imponit*[g] *maculam.* Et talis est carnalium hominum consuetudo, ut libenter servos Dei infament. Credunt enim[h] ex hoc de peccatis suis excusa*tionem habere, si *f. 467d. secum associaverint sanctos viros[c]. Item imponebant ei, quod solitus erat dicere, quod, si esset predestinatus ad vitam eternam habendam, haberet illam, quantumcumque peccaret, et si prescitus ad damnationem eternam, haberet similiter illam, quantumcumque bene faceret. Et ad hoc probandum inducebat illam scripturam Luc. XXII*: *Filius hominis secundum quod diffinitum*[i] *est vadit.* Et hec fuit stultitia *v. 22. sua, quia, quantumcumque diceretur sibi tam a me quam ab aliis fratribus et

a) sciatur *alio atramento in loco raso scriptum. — Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* b) VI. *alio atramento subfusco in spatio vacuo relicto a Sal. post suppl.* c) Quod — quia *in marg. laterali,* Prover. — iuditii *in marg. inferiore columnae* 467[a]. *alio atramento subfusco a Sal. post suppl.* d) 28. *in spatio vacuo relicto,* Qui co *in loco raso,* gnoscit — iste et *in marg. inferiore alio atramento subfusco post a Sal. suppl.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) imponet *Vulg.* h) ẽ (enim) *in marg. a Sal. suppl.* i) definitum *Vulg.*

1) *I. e. cognati eius erant.* 2) *De quibus cf. supra f.* 462[c.d]. 463[a.b], *p.* 606 *sqq.* 3) *F.* 466[d], *p.* 615, *l.* 31. 4) *Cf. supra p.* 615, *n.* 9.

*F.* CCCCLXXIII[a]. Quod impedire salutem animarum sit persequi Christum.

amicis suis, quod caveret sibi, parvipendebat et audire nolebat, sed taliter respon-
debat: 'Scriptum est Eccli. XIX*[a]: *Qui cito credit, levis est corde.* Et iterum
*v. 4. Eccli. XIX*[a]: *Non omni verbo credas.* Et iterum Ecclesiastes VII†[b]: *Cunctis sermo-*
*v. 16. †v. 22. *nibus qui dicuntur ne accomodes cor tuum, ne forte audias servum tuum maledicentem*
*tibi'.* Cui e contrario taliter respondebam, cum doctissimus essem in Biblia, atque
*v. 14. sibi dicebam: 'Scriptum est in[c] Proverbiis, sapiens dicit 28*[d]: *Beatus homo qui*
*v. 27. *semper est pavidus; qui vero mentis est dure*[e], *corruet in malum.* [Et[f] iterum Eccli. 18*:
Ieronimus. *Homo sapiens in omnibus metuit*[g]]. Et beatus Ieronimus dicit[1]: *Pru-*
*denter timetur quicquid potest accidere'.* Et, ut superius dixi, iste audire nolebat,
immo exagitabat caput quasi contemnendo que sibi a me dicebantur. Cui dixi:
*v. 15. 'In[h] Proverbiis scriptum est XII*: *Via stulti recta sibi videtur*[i]; *qui autem sapiens*
*v. 12. *est, audit consilia.* Et iterum in Proverbiis scriptum est 21*[k]: *Excogitat iustus de*
*domo impii, ut detrahat*[1] *impios a malo'.* Cum igitur talia perorassem dicendo:
'Quod meum est, dixi tibi', respondit et dixit: '*Verba sunt plurima multamque in*
*v. 11. †v. 29. *disputando habentia vanitatem,* [Eccle.[m] VI*]. Et iterum Eccli. 43†[n]: *Multa*[o] *dicimus*[p]

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[q]

*f. CCCCLXXIIII[a]. 1286. *que est in provintia Syrie. Secundum, quia non fuit ei[2] satisfactum in curia
pape, nec de petitionibus suis nec etiam de socio provintie. Tertium, quia, quando
ibat ad generalem ministrum[3], qui erat Parisius, ante quam perveniret ad eum,
audivit rumores et nuntios de morte ipsius, et sic ad curiam iterum est reversus,
et quid fecerit, ignoramus. Nam consuetudo cardinalium est [omnium[r]], ut de talibus
parum curent. Habebant preterea[s] tunc temporis cardinales unum talem papam,
qui erat homo podagricus et parvi valoris, homo Romanus, avarus[4] et miser, Iacobus
de Savellis, qui dicebatur papa Honorius quartus. Hic fuit non solum novellarum
religionum non promotor, verum etiam iam promotarum et convalescentium, quan-
tum ex parte sua, maximus dissipator, quoniam sollemnibus ordinibus, sicut ordini
fratrum Minorum et Predicatorum, maximam contumeliam et iniuriam, a quibus-
Eccle. 10, 19. dam prelatis ecclesiarum accipiendo pecuniam, cui *obediunt omnia,* cogitabat et

a) XIX. *in spatio vacuo relicto alio atramento subfusco a Sal. post suppl.* b) VII. *alio atramento subfusco a Sal. in marg. suppl.* c) in *in loco raso.* d) 28. *in spatio vacuo relicto alio atramento subfusco a Sal. post suppl.* e) *litterae* ure *macula tectae legi nequeunt in c.* f) *uncis inclusa alio atramento subfusco a Sal. post in marg. inferiore suppleta.* g) *cf. supra f.* 448[d], *p.* 573, *n.* a. h) I (In) *in loco raso.* i) recta in oculis eius *Vulg.; cf. Prov.* 21, 2: Omnis via viri recta sibi videtur. k) 21. *in spatio vacuo relicto alio atramento subfusco post a Sal. suppl.* l) de *in marg. suppl.,* trahat *in loco raso post a Sal. suppl., cum numerum capitis versus antea e memoria citati, in quo falsum verbum posuerat, suppleret.* m) ecc̄. VI. *in marg. inferiore alio atramento subfusco a Sal. post suppl.* n) 43. *in marg. alio atramento subfusco a Sal. suppl.* o) Multa dicimus *fuerunt prima verba folii* 468, *quae in inferiore marg. folii* 467. *scripta sunt, cum hoc folium extremum sit quaternionis, sunt enim, ut dicimus, custos quaternionis.* p) dicemus *Vulg.* q) *folia* 468—472. *excisa perierunt.* r) omnium *certo legi nequit in c.* s) p̈ *c. ut supra p.* 458, *n.* d.

1) *Cf. supra f.* 448[d], *p.* 573, *n.* 2. 2) *De quodam fratre Minore agi videtur, qui ad Tartaros ire volebat.* 3) *Arlotum, qui obiit Parisiis a.* 1286. *ante pentecosten (Iun. 2).* 4) *Franc. Pipin. IV,* 22, *Muratori, SS. IX, col.* 727: multum captator pecuniarum erat; *Brunett. Lat., Hartwig, 'Quellen u. Forsch. z. ält. Gesch. d. Stadt Florenz' II, p.* 228: fu avarissimo come cane. *Quos locos attulit R. Pawlicki, 'Papst Honorius IV.' (Münster* 1896) *p.* 116, *n.* 4. *Cf. Cont. Angl. fr. Minorum, SS. XXX, p.* 714.

*F.* 473[c]. De Apostolis fratris Ghirardini Segalelli, qui turpia commiserunt et turpia passi sunt.
[Require[a] supra carta CCC17. et CCC24 [1]].

---

disponebat inferre, sicut inferius suo loco scribemus[2]; sed tulit eum Deus de 1287. *(Apr. 3).*
medio[3], et morte preventus non potuit facere que optabat nec opere complere
quod mente tractabat, quia, *qui*[b] *dissipat sepem, mordebit eum coluber,* ut habetur *Eccle.* 10, 8.
Eccli.[c] Hinc Dominus dicit Za. II*: *Qui enim tetigerit vos,* quasi qui *tangit pupillam* *v. 8.
*oculi mei.* Nam[d] magnum impedimentum saluti animarum contulisset iste papa
Honorius, si complevisset quod mente tractaverat. Ideo beatus Bernardus[e] in
prima parte sermonis de epyphania[f, 4] dicit, quod impedire salutem animarum sit
persequi Christum. Ait enim: *Herodiana malitia et Baby***lonica crudelitas est* Bernardus[e]. *f. 473b.
*nascentem velle extinguere religionem et allidere parvulos Israelis. Si quid enim ad salutem pertinens, si
quid religionis oritur, quicumque resistit, quicumque repugnat, plane cum Egyptiis parvulos Israelitici
germinis necare conatur, immo cum Herode nascentem persequitur salvatorem. Et*[5] *nunc, quod gravius
est, ipsi Christum persecuntur qui ab eo utique Christiani dicuntur. 'Amici tui et proximi tui, Deus, ad-* *Ps.* 37, 12.
*versum te apropinquaverunt*[g] *et steterunt'. Coniurasse videtur contra te universitas populi Christiani, a
minimo usque ad maximum, 'a planta pedis usque ad verticem non est sanitas' ulla. Egressa est iniquitas* *Is.* 1, 6.
*a senioribus iudicibus, vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum; non est dicere 'sicut populus sic* *Is.* 24, 2.
*sacerdos', quia non*[h] *sic populus ut sacerdos. Heu, heu! domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua
primi, qui videntur in ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. Arcem Sion occupaverunt,
apprehenderunt munitiones, et universam deinceps libere et potestative tradunt incendio civitatem. Misera
eorum conversatio plebis tue miserabilis subversio est. Dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri,
et questum extimant*[g] *pietatem. Copiosissime siquidem pietatis inveniuntur in suscipienda, immo accipienda
magis, animarum cura, sed hec apud eos cura minor, et de animarum salute novissima cogitatio est. An
vero salvatori animarum gravior ulla esse poterat persecutio?*[i] *Inique agunt et ceteri contra Christum,
multique sunt nostris* **temporibus Antichristi. Merito tamen et crudeliorem eam censet persecutionem pro* *f. 473c.
*acceptis beneficiis et graviorem sentit pro potestate, quam propriis sustinet a ministris. Licet alii quoque
multi circa*[k] *proximorum salutem multifarie, multis in*[l] *modis et variis occasionibus agere videantur. Hec
videt Christus et silet, hec salvator patitur et dissimulat, propterea dissimulemus et nos quoque necesse est,
et sileamus interim maxime de prelatis nostris, magistris ecclesiarum. Sic nimirum, sic placet et ipsis.
Evadant nunc humana iuditia, veniatque semel iuditium grave his qui presunt, et potenter patiantur tor-
menta potentes.* Hucusque Bernardus. Porro de Tartaris require supra carta CCCC[a]LII[a i, 6].
Si quis querat, quare omnia que de Tartaris sunt non posui simul, dico, quia suc-
cessive et fiebant et successive narrabantur michi, et ideo oportuit me ea scribere
modo sub isto millesimo, modo sub alio, sicut fiebant et sicut ad meam noticiam
poterant pervenire. Sic etiam fecit Moyses in libris suis. Non enim omnia que
ad sacrificia et oblationes pertinent posuit simul, sed[m], sicut successive audiebat
a Domino, ita scribebat et interdum alias interserebat hystorias.

Item[n] millesimo supraposito in episcopatu Bononiensi, cum quidam iuvenis 1286.
dives, qui habebat patrem et matrem, noviter duxisset uxorem, primo sero, ante-

a) *uncis inclusa alio atramento subfusco a Sal. post add.* b) q̇ (qui) *in marg. a Sal. suppl.* c) *sic* (ecc̆. *pro* ecc̊.) *c.* d) *penna mutata.* e) B'. *c.* f) epy̆. *c.* g) *sic c.* h) nec *Bern.* i) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* k) contra *Bern.* l) multisque *Bern.* m) ſʒ (sed) *in marg. a Sal. suppl.* n) *non versus novus hoc loco coeptus est in c., sed tantum* ℭ *atramento nigro scriptum praecedit.*

1) *F.* 317[b], *p.* 257. *et f.* 322[c]—323[b], *p.* 269 *sqq. in mente Sal. habuisse videtur.* 2) *F.* 482[d]. 3) *Obiit a.* 1287. *Apr.* 3. *Post hunc igitur diem demum haec scripta sunt. — Cf. Col.* 2, 14: ipsum tulit de medio. 4) *Tantum quae proxime sequuntur ex sermone III. de epiphania Domini* § 3, *Bernardi Opera ed. Mabillon (Paris.* 1719*) I, col.* 809, *exscripta sunt, quae et supra f.* 332[d]. 333[a], *p.* 294. *allata sunt.* 5) *Sequentia omnia exscripta sunt ex Bernardi sermone I. in conversione s. Pauli* § 3, *Opera ed. Mabillon I, col.* 962. 6) *Potius f.* 451[c, d], *p.* 580.

*F.* 473[d]. De fratre Ghirardino Segalello, qui in habitu histrionum incedit et factus est ioculator.

*F.* CCCCLXXIIII[a]. De quodam Brixiensi, quem diabolus decepit et postmodum strangulavit.

---

1286. *Apoc.* 2, 9. quam uxorem cognosceret, tres ribaldos recepit hospitio ex his *qui se dicunt* apostolos *esse et non sunt,* qui suaserunt iuveni, ne uxorem cognosceret nec cum ea
in eodem lecto prima nocte dormiret, nisi quando dicerent ei. Hoc autem ideo
*f. 473d. dicebant, quia volebant iuvenem preve*nire atque decipere et prius cum uxore eius
dormire, sicut factum est, quia omnes tres illa nocte iverunt ad lectum[a] eius,
unus post alium facto modico intervallo, et cognoverunt eam. Cum autem quarta
vice iuvenis sponsus eius vellet eam cognoscere, mirata uxor eius dixit ei: 'Tribus
vicibus in hac nocte carnaliter mecum fuisti et adhuc vis agere opus istud?' Tunc
cognovit iuvenis ab istis ribaldis se esse deceptum, et fecit eos capi et conquestus
est potestati, et ducti sunt ad suspendium, sicut scriptum est in lege Moisi, ubi
*v. 18. †27, 29. Dominus precipit Exo. XXII*: *Maleficos non patieris vivere.* Et Eccli.†: *Qui fodit*
*v. 31. *foveam, cadet*[b] *in eam; et qui laqueum aliis*[c] *parat*[d], *peribit in illo.* Item Eccli. XI*:
*Non omnem hominem inducas in domum tuam. Multe enim sunt insidie dolosi.* Cum
igitur hec omnia audisset domnus Opiço de Sancto Vitale Parmensis episcopus, qui
diu foverat eos occasione fratris Ghirardini Segalelli[1], qui primus eorum fuit, expulit eos de Parma et de toto episcopatu suo, cognoscens, quia viles ribaldi sunt
et truffatores et deceptores et pessimi seductores, de quibus beatus Iohannes[e] in
*v. 7. secunda canonica* dixit: *Multi seductores exierunt in mundum.* Iste Ghirardinus
Segalellus, qui primus eorum fuit, ad tantam dementiam iam devenit, quod in
habitu histrionum incedit et factus ioculator, id est mimus, per plateas et vicos
stultiçando vadit. Habet enim cor vanum[2] et vana sequitur et vana inveniet, nec
Deum timet nec hominem reveretur[3]. De eo et de sequacibus suis supra magnum
tractatum composui et descripsi, carta CCC17[4].

*f. CCCCLXXIIIIa. 1286. *Item millesimo supraposito mortuus est in civitate Regina quidam Brixiensis,
qui prius docuerat pueros Psalterium legere, et simulabat se paupertatem habere,
et ibat mendicando et interdum cum simphoniam cantando[f], ut melius acquirere
posset. Hic imaginatus est diabolico spiritu, quod fames magna esset futura, et
ideo assabat frusta panis et ponebat in scriniis, ut diu conservarêntur contra
famem, quam sperabat fore futuram. Et in sacculis reponebat farinam valde calcatam, quam similiter ponebat in scrineis[g], volens adhibere remedium infortunio
famis, quam, ut diximus, suggerente diabolo sperabat fore futuram. Sed, sicut
dictum fuit illi diviti evangelico, qui congregaverat omnia bona sua, sperans ea in
posterum pacifice possidere: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: que autem*
*v. 20. *parasti cuius erunt,* Luc. XII*, ita accidit miserrimo isti. Nam quodam sero infirmatus est graviter preter solitum. Et cum esset solus in domo, clausit hostium[g]
super se cum repagulo diligenter, et nocte illa fuit a diabolo turpiter suffocatus et
malo modo et inhoneste tractatus. Cumque non appareret in crastinum, ostium[g]

a) lectum *in marg. a Sal. suppl.* b) incidet *Vulg.* c) *sic h. l. c.; supra p.* 374, *l.* 18. alii *ut Vulg.; p.* 462, *l.* 31. alio. d) ponit *Vulg. et supra.* e) Io. *c.* f) *interpretare* cum cantando symphoniam. g) *sic h. l. c.*

1) *Cf. supra f.* 320[d]. 321[a], *p.* 265. 2) *Ps.* 5, 10: cor eorum vanum est. 3) *Luc.* 18, 4: Etsi Deum non timeo nec hominem revereor. 4) *F.* 316[c] — *f.* 333[a]. *Cf. supra p.* 255 *sq., n.* 8.

*F.* 474[b]. Quod supradictus Brixiensis fuit ludibriose tractatus a pueris post mortem ipsius.

*F.* 474[c]. Quod in monasterio sancti Prosperi de Regio hoc anno facta est magna turbatio.

---

deiecerunt violenter homines vicinie cum mulieribus et pueris congregati et eum 1286. mortuum iacentem in terra viderunt. Et invenerunt farinam iam fetidam in saccis in uno scrinio et duo alia scrinia invenerunt plena frustis panis assati. Et invenerunt, quod habebat duas domos in civitate Regina in diversis viciniis, quas habuit commune Reginum, ut impleretur quod dici usualiter solet: 'Quod non accipit Christus, accipit *fiscus'[a, 1]. **f.* 474[b]. Porro pueri istum miserrimum nudaverunt et ligaverunt torques ligneas ad pedes eius et traxerunt eum per totam civitatem, ita nudum[b] per vicos et plateas, ut omnibus ludibrio esset et causa derisionis. Et mirabile dictu! Non fuerunt instructi ab aliquo, ut facerent ita, nec fuit aliquis, qui ex hoc reprehenderet eos, quod facerent male. Cum autem pervenissent ad hospitale sancti Antonii, fatigati tedio et labore[c] volebant ligare miserabile istud cadaver ad caudam plaustri cuiusdam bubulci, qui casu per viam illam cum bobus currum ducebat. Cum autem vellet prohibere, ne facerent hoc, subito insurrexerunt pueri supra rusticum illum et eum graviter percusserunt. Et sic postea permisit bubulcus, ut pueri facerent quicquid vellent[d]. Egressi sunt igitur de civitate per portam Sancti Stephani et precipitaverunt eum de ponte in glaream Crustunii fluminis vel torrentis. Et descendentes ad eum *congregaverunt* ad *Ios.* 7, 26. *eum magnum acervum lapidum*, cum clamore dicentes: 'Fames et avaritia tua tecum in infernum descendant cum miseria tua pariter usque *in eternum et ultra!*' *Mich.* 4, 5. Et inde continuo exivit proverbium, ut personis miserabilibus diceretur a multis: 'Cavete vobis, ne furorem puerorum propter vestram miseriam incurratis'[d]. Et nota, quod pueri sunt liberales, et senes sunt tenaces. Ideo dixit Seneca[2]: *Monstro similis est senilis avaritia. Quid enim stultius quam cum deficiente* Seneca. *via augere viaticum?* Inde et Marcialis Cecus[3]:

*Miramur iuvenes largos vetulosque te*naces,* Marcialis. **f.* 474[c].
*Illis cum multum, his breve restet iter.*

De Reginis dicendum[e].

Item millesimo supraposito facta est magna turbatio in monasterio sancti 1286. Prosperi de Regio occasione guerrarum. Et erat tunc temporis XVII[us] abbas[4] domnus Guillielmus[f] de Lupicinis, bonus quidem homo, quantum ad Deum spectat et hominis[g] honestatem, sed quantum ad seculum simplex, rusticus et avarus.

a) *penna cum columna nova mutata. — Sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) *sic distinctum in c. ut scripsi.* c) *sequitur* 7 (et) *expunctum.* d) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* e) *linea rubra subducta sub* De — dicendum. f) Guill's *c.* g) hois *bis scriptum, alterum expunctum et linea perducta deletum.*

1) *Est dictum Augustini repetitum a Gratiano in Decreto l. II, C.* 16, *q.* 7, *c.* 8: Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. 2) *Pseudo-Seneca de moribus* § 18, *Senecae Opera ed. Fr. Haase III, p.* 462. *Iam supra f.* 342[a], *p.* 317. *hic locus iisdem verbis a vero textu recedentibus laudatus est.* 3) *Sequentes versus Godefridi Winton. vide iam supra f.* 342[a]. *cum praecedente loco Pseudo-Senecae allatos et p.* 317, *n.* 3. 4) *Apparet fratrem Sal. legisse catalogum abbatum S. Prosperi, quem Albertus Milioli descripsit in Cron. imp. c.* 188, *SS. XXXI, p.* 664 *sq., ubi:* Guilielmus de Lupicinis XVII.

Male etiam quantum ad victum tractabat monachos suos, et ideo eos postea habuit
1286. proditores[a]. Nam Bonifacius filius Gerardi Boiardi de Herberia consentientibus
aliquibus monachis, qui bene cum abbate non stabant, eo quod non bene quantum
*Iun. 2.* ad victualia tractabantur ab eo, primo cepit monasterium in festo pentecostes[b]
hora prandii et expoliavit et que voluit asportavit et recessit. Et abbas[c] arripuit
fugam et venit ad domum fratrum Minorum et fuit ibi tota die et nocte sequenti,
*Iun. 3.* et postea ivit ad domum fratris sui germani, qui dicitur Senebaldus, et habitavit
ibi suspensa mente et pavido corde[1] diebus aliquibus[a]. Secundo supradictus Bonifacius grantias monasterii tempore messis triticeé occupavit, scilicet Mijarinam[d] et
alias grantias, et postmodum Fossolam tenuit violenter. Et Domum-mattam obsedit et cepit atque conbussit et unum hominem ibi interfecit, eo quod defenderet
*Luc. 10, 30.* boves suos et nollet[e] eis dare. Alium vero graviter vulneraverunt *et plagis impositis abierunt semivivo relicto*[a]. Et nota, quod hec omnia predicta fuerunt abbati,
ante quam fierent. Sed propter simplicitatem et avaritiam suam noluit obviare
*f. 474d. nec sibi cavere. *Minus enim *iacula feriunt que previdentur, et nos tolerabilius mundi
mala suscipimus, si contra hec per providentie clippeum munimur*[a, 2]. Videntes autem
amici abbatis, quod piger erat ad precavendum sibi, gratis venerunt, non rogati
ab eo, XL boni viri de Regio et custodierunt monasterium sancti Prosperi tota
*Iun. 1/2. Iun. 2.* nocte precedente diem pentecostes[f]. Cum autem hora prandii advenisset, non est
eis regratiatus de custodia, quam fecerant tota nocte, nec invitavit eos ad prandium, sed permisit eos ad proprias domos ire, ut ibi pranderent. Ipse vero ivit
ad palatium suum cum quibusdam suis scutiferis et domicellis, ut ibi pranderet.
Et ecce, dum comederet et crederet omnia esse pacata, subito audivit tintinabulum
campanilis, quod a monachis proditoribus pulsabatur. Seculares vero inimici abbatis
celeriter de latibulis prodeuntes in monasterium irruerunt, volentes abbatem gladio
iugulare et abbatem alium noviter procreare. Sed abbas divina misericordia faciente precipitavit se de quodam solario valde parvo, quod perambulatorium vocant,
et postea transivit per foveas et venit, ut iam superius dictum fuit, ad domum
fratrum Minorum pavidus et tremens sicut iuncus in aqua. Ibi omnes amici sui,
qui veniebant ad visitandum eum, maledicebant sibi et convitia et maledicta congeminabant super eum, dicentes, quod propter rusticitatem et avaritiam suam sibi
talia accidissent. Ipse vero hec omnia patientissime sustinebat, cognoscens se culpabilem
*Maio.* extitisse[3]. Item precedenti mense, scilicet in Maio, ante quam abbati talia accidissent . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .[g]

*f. CCCCSO[a]. [h] **riis*[4] *ministrentur, que etiam excommunicatis et ab ecclesia precisis dari possunt tempore*

a) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* b) pent. *c.* c) abbas *in marg. a Sal. suppl.* d) *sic cum* j *longo c.* e) nolet *corr.* nollet *c.* f) pent. *c.* — *Sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *folia* 475—479. *excisa perierunt.* h) *folium* 480, *antequam codex disiungeretur, inter f.* 490. *et* 491. *insutum erat, numerus* 80 *erasus est et recenti manu superscr.* 92.

1) *Deut.* 20, 8. *et* 2. *Paral.* 13, 7: corde pavido. 2) *Haec sunt verba Gregorii M. papae, quae iam supra f.* 310[a]. 365[b], *p.* 240. 374. *et iterum infra f.* 488[a]. *allata sunt.* 3) *De his rebus cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 572 *sq.; Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 11 *sq.; Ann. Parm. mai. p.* 700. 4) *Sequens fragmentum est litterarum Rudolfi regis a.* 1286, *ut videtur, datarum, ut Sal. infra p.* 624, *l.* 10. 11. *dicit, quae alibi non traditae sunt; Reg. Imp. VI, nr.* 2024. *E. Winkelmann, Acta imperii inedita II, p.* 122 *sq. nr.* 162, *hoc fragmentum ex editione Parmensi, in qua nimis mutilum editum erat, repetivit.*

*F.* 480[b]. De causa turbationis inter ordinem Cisterciensium[a] et fratrum Minorum.
*F.* 480[c]. De amore imperatoris Rodulfi erga ordinem fratrum Minorum, et quod eius rogatu Cystercienses[a] destruxerunt constitutionem quam fecerant contra eos.

---

*necessitatis. Iam enim in illis impletum est illud evangelicum: 'Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet'* (Matth. 8, 20.)*, immo compatiendum; etiam iidem fratres Minores in divinis offitiis et predicationibus vitantur sicut*[b] *excommunicati a personis dicti ordinis Cysterciensis*[c] *in universale ecclesie scandalum et iacturam: que omnia a multis sapientibus et prudentibus iudicantur ab invidie et odii fomite processisse. Cum ergo predictum ordinem Cysterciensem*[c] *semper dilexerimus et foverimus specialiter, mandamus vobis singulis et universis stricte precipientes, quatinus*[d] *vice nostra ad loca et monasteria singula dicti ordinis in districtu vobis commisso accedatis, abbates et abbatias et conventus eorum admonentes et eisdem in persona nostra supplicantes, ut infra mensem post receptionem presentium constitutiones suas sic improvide editas et in scandalum ecclesie promulgatas provide revocent cum effectu. Alioquin eumdem ordinem ex nunc omni [grati]a*[e] *et indulgentia cuiuscumque privilegii [vel*[f]*] confirmationis a nobis vel a nostris*[g] *predecessoribus concessa [cassa]mus*[h] *penitus per presentes litteras*[i] *[precipient]es*[k] *vobis districte, ut . . . . .*[l] *et pedagia et telonea . . . . .*[m] *a personis dicti ordinis sicut ab*[n] *aliis recipiatis et [alia*[o]*] ab eisdem exigatis, que ipsis ratione privilegii sunt concessa. Verum, licet multa per nostras legittimas sanctiones preter rationem in favorem religionis [fuerint*[p]*] edita et statuta,* **ac inmensitas donationis piis locis et religiosis optima sit mensura, nisi pre-* (*f. 480[b].) *dictas constitutiones, in quibus error expressus contineri videtur, infra mensem, sicut dictum est, faciat*[q] *revocari, statuimus et decernimus, quod decetero nullus dux, marchio, comes, nobilis, civis vel alius quicumque ad nostrum imperium pertinens de suis possessionibus vel rebus mobilibus eidem ordini Cysterciensi*[c] *possit dare vel aliquo alienationis titulo in eos transferre dicta bona sine nostro expresso consensu, maxime propter superbiam et arrogantiam eorum*[r] *que verissime multitudinis possessiones, in quibus idem dictus ordo noscitur*[s] *abundare. Et si secus factum fuerit, donationes et alienationes ex presenti statuto et decreto iudicamus irritas et inanes, precipientes vobis singulis et universis, quod imperiali maiestate ipsas revocetis et in usum nostre camere teneatis, presentes litteras seu statutum vel decretum per singulas civitates et oppida publicando* et cet. *Datum*[t] et cet.

Causa autem, quare fratres Cysterciensis ordinis turbati sunt contra fratres Minores, propter quam constitutionem tam duram fecerunt contra eos, sicut postea didici, ista fuit[u]. Quidam frater Minor exivit de ordine nostro et ordinem Cysterciensium est ingressus, qui usque ádeo bene se habuit, quod in quodam magno monasterio fecerunt eum abbatem. Fratres vero Minores *emulationem habentes, sed non secundum scientiam* (Rom. 10, 2.) in hac parte, et timentes, ne alii exemplo illius fratris in posterum essent ab ordine recessuri, ceperunt illum et ad *priorem ordinem re- (*f. 480[c].) duxerunt et *sustentaverunt eum pane tribulationis et aqua angustie* (3. Reg. 22, 27.). Quod cognoscentes Cystercienses turbati vehementer et indignati sunt contra Minores fratres. Et hoc

a) *sic h. l. c.* b) *sequitur* persone *expunctum et linea perducta deletum.* c) cyst'. *c.* d) q⁹ *c.* e) ::a *tantum legi potest in c.,* grā *scriptum fuisse conieci. Nam hic locus usque ad finem huius columnae liquore sulphureo superlito laesus est.* f) vel *legi nequit.* g) vel a nostris *haud certo legi possunt.* h) cassa *certo legi nequit.* i) litteras *certo legi nequit.* k) precipient *conieci, non legi.* l) *vox fere sex litterarum legi nequit, forte* tributa. m) *una vox legi nequit.* n) ab *bis scriptum, alterum deletum.* o) alia *certo legi nequit.* p) fuerint *legi nequit.* q) *sic c.;* faciant *legendum esse videtur.* r) *hoc loco plura verba omissa esse videntur.* s) dr (dicitur) *expunctum, et in marg. a Sal. scriptum* nosci[tur], tur *abscisum.* t) Dat. *c.* u) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

propter V rationes: Quarum prima fuit, quia graviter puniebant non puniendum.
Secunda, quia ab ordine nostro iam fuerat absolutus. Tertia, quia in habitu suo
ceperunt eum. Quarta, quia in ordine eorum magnam prelationem habebat, cum
abbas esset. Quinta et ultima, quia usque ádeo se bene habebat in ordine eorum
quo ad vitam et scientiam et bonos mores, quod acceptus erat eis, existens omnibus
1286? gratiosus[a]. Audiens autem domnus Rodulfus, qui ad imperium habendum legit-
time est electus, quique ordinem fratrum Minorum amore Dei et beati Francisci
intime diligit et promovet cum effectu, quod Cystercienses constitutionem tam
duram tamque crudelem fecerant contra eos, egre tulit nimis et scripsit pro eis
*v. 8. epistolam supradictam, quasi vellet implere dominicum verbum illud Zacharie II*:
*Qui enim tetigerit vos, tangit*[b] *pupillam oculi mei*[a]. Revera[c] iste rex Rodulfus fuit
*v. 10. 11. ille propinquus[d], de quo dicit sapiens in Prover. XXIII*: *Ne attingas terminos par-
vulorum*[1] *et agrum pupillorum ne introeas: propinquus*[d] *enim illorum fortis est, et ipse
iudicabit contra te causam illorum.* Cystercienses vero, postquam audiverunt epi-
stolam supradictam, celeriter constitutionem, quam fecerant, retractaverunt et de-
struxerunt, et ordinaverunt, quod fratres Minores in eorum domibus familiariter
reciperentur et caritative et curialiter et benigne, non solum propterea, ut damnum
*f. 480d. vita*rent, quod incurrere poterant, sicut ille qui misit epistolam eis fuerat commi-
natus, verum etiam ut tanto domino obedirent iuxta illud apostolicum dictum
*v. 1. Ro. XIII*: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Porro de dilectione
domni Rodulfi imperatoris erga ordinem fratrum Minorum require supra, quomodo
concessit palatium suum, quod habebat in civitate Regina, fratribus Minoribus de
Regio pro loco eorum edificando, et quomodo promisit se eis adhuc maiora datu-
rum, carta CCCCIII[2]. Consimilem emulationem habuit frater Bonagratia,
quando erat minister provincialis in provintia Bononie, contra monasterium Nonan-
tulanum, quod est in territorio Mutinensi. Nam quidam frater Guidolinus Ferariensis
exivit ordinem fratrum Minorum et intravit ordinem sancti Benedicti, qui est
monachorum Nigrorum, ubi in Nonantulano monasterio usque adeo bene se et
1275 6. laudabiliter habuit, quod factus est omnibus gratiosus, et elegerunt ipsum abbatem
monasterii supradicti[3]. Cuius rei causa magnam altercationem habuerunt fratres

a) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* b) *cf. supra p.* 533, *n.* a *et p.* 596, *n.* f *et p.* 619, *l.* 7.
c) *penna mutata.* d) propinq⁹ *c.*

1) *Nota parvulos, ubicumque dicuntur in Biblia, fratri Salimbene esse fratres Minores: cf. supra f.* 384[a], *p.* 415, *n.* 1. 2) *P.* 463 *sq.* 3) *Postquam Landulfus abbas a.* 1275. *(post Nov.* 17*?) interfectus esset (Alex. Tassoni et Bonif. Morani Cron., 'Cronache Modenesi' p.* 77, *secundum quos Landulfus iam ante mensem Iulii a.* 1275. *interfectus est), Guido abbas electus est; cf. Gir. Tiraboschi, 'Storia dell' aug. abbadia di S. Silvestro di Nonantola' I, p.* 135—140; *litteras Honorii IV. papae datas a.* 1286. *Iul.* 5*, editas ab eodem II, p.* 397 *sq., nr.* 488 *(Potthast nr.* 22490*), in quibus narratur monachos Nonantulanos Iohannem XXI. papam (a.* 1276. *Sept.* 8 — 1277. *Maii* 20*) adiisse, ut electionem Guidonis confirmaret, qui papa tribus iudicibus delegatis electionem examinandam commisit, sed,* licet per predictam examinationem compertum fuerit predictam electionem fuisse de persona *(Guidonis)* canonice celebratam, postea tamen quedam impedimenti obstacula *(a Bonagratia, ut Sal. narrat, opposita)* emerserunt, propter que huiusmodi istius electionis negotium est protractum, dictumque monasterium *(Nonantulanum)* per X annos et amplius viduitatis incommoda noscitur pertulisse.

*F.* CCCC81[a]. De privilegio obtento a papa Nicholao IIII°, quod nullus egressus ex ordine Minorum possit ad prelationem aliquam promoveri.
*F.* 481[b]. Quod fratres Predicatores reversi sunt ad habitandum in Parma[a]. De duobus monachis monasterii sancti Prosperi interfectis, et de stultitia Reginorum.

---

Minores et monachi illi coram domno Iohanne Gaietano, qui tunc temporis erat fratrum Minorum ordinis gubernator, postea papa Nicholaus III. est vocatus. Et obtinuerunt fratres[b] Minores cum magna violentia, quod non fuit abbas. Et monachi illi expenderunt decem milia imperialium libras[1], ut eum possent habere abbatem. Cumque non possent obtinere, videntes, quod laboraverunt in cassum, non elegerunt alium abbatem, sed fecerunt eum dominum abbatie, tamquam si
vere *abbas esset eorum[2]. Ecce quomodo diligebant eum monachi illi! Ipse vero *f. CCCC81[a].
similitudinem antiqui Ioseph tenuit, qui fratribus suis malum pro malo reddere noluit, cum posset et occasionem haberet, quin potius eis bene facere studuit, iam
prefigurans et implens apostolicum illud Ro. XIII*[c]: *Nulli malum pro malo red-* *12, 17.
*dentes.* Et iterum*: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Ad idem facit *12, 21.
quod dicit Ecclesiasticus X*: *Omnis iniurie proximi ne memineris et nichil agas in* *v. 6.
*operibus iniurie.* Quod bene implebat iste frater Guidolinus. Ita enim libenter videbat[d] et recipiebat[d] fratres Minores in Nonantulano monasterio sicut angelos Dei, et rogavit fratres, quod semper in illo monasterio cum monasterii expensis duos scriptores haberent propter copiam librorum, que ibi est, ad originalia sanctorum[e] plenissime describenda[f]. Iste frater Guidolinus intimus meus amicus fuit, quando in conventu Ravenne habitavimus simul[3]. Et nota, quod fratres Minores
obtinuerunt privilegium[4] a papa Nicholao quarto, qui de ordine eorum erat, quod 1288.
nullus, qui ordinem eorum exiret, posset in perpetuum in altero ordine ad prelationem aliquam promovéri.

Anno Domini M°CC°LXXXVII°, indictione XV[a], reversi sunt fratres Predicatores 1287.
ad habitandum in Parma, de qua voluntarie exiverant[5] occasione cuiusdam mulieris heretice, que domina Halina dicebatur, quam conburi fecerant. Reversi sunt
autem in cathedra sancti Petri. Et egressi sunt obviam eis cum tubis et vexillis *Febr.* 22.
Parmenses aliqui et religiosi et honorifice receperunt et introduxerunt eos[6].

Item millesimo supraposito interfecti fu*erunt duo monachi monasterii sancti *f. 481[b].
Prosperi de Regio[7], facta iam pace inter Lupicinos et Bojardos[g, 8]. Isti fuerunt

a) a *(ut infra l. 28) abscisum.* b) *penna mutata.* c) *sic* XIII. *ex* XII. *correctum videtur esse, pro* XII. d) *post alia manu male mutatum in* uidebat~ *et* recipiebat~ (videbantur *et* recipiebantur). e) *sic* (sco2ꝝ) *c., non* scriptorum, *ut ed. Parm. habet.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) *sic cum longo* j *c.* — *Sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Tiraboschi l. l. I, p.* 136. *affert tabulam Nonantulanam datam a.* 1281. *Sept.* 3, *in qua legitur:* propter debita contracta occasione petendi confirmationem d. Guidonis electi in abbatem. 2) *A.* 1286. *Iul.* 5. *litteris supra p.* 624, *n.* 3. *laudatis Honorius IV. papa Guidoni* plenam, generalem et liberam administrationem *monasterii Nonantulani concessit, quam demum Clemens V. papa a.* 1306. *Febr.* 18. *ei abstulit, Tiraboschi l. l. II, p.* 402 *sq., nr.* 494. 3) *Cf. supra p.* 428, *n.* 1. 480, *n.* 5. 4) *Datum a.* 1288. *Maii* 14, *Potthast nr.* 22707. *Nota igitur post hunc diem haec scripta esse.* 5) *A.* 1279; *cf. supra f.* 418[c]. 421[a, b]. 453[b]. 459[a], *p.* 501. 507. 584. 597. 6) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 702, *ubi legendum* die sabbati (*pro* Veneris) VII. exeunte Febr. 7) *Sagacius de Gazata ad a.* 1286, *col.* 11: Dictis vero duobus monachis per abbatem gratia restituta collata est ecclesia Pratis-fontane, et cum post cenam semel a monasterio exissent, occisi sunt in Mancassali per Luisinos. 8) *Quae*

*F.* 481[c]. De commendatione quadragesimalis temporis, in quo insistendum est operibus pietatis, nec sunt in eo ducende choree, nec dissolutiones inhoneste faciende.

---

illi monachi, qui proditionem fecerant tam abbatis quam monasterii sancti Pro-
1287. speri[1]. Processu autem temporis et parum post in ultionem istorum duorum mona-
chorum interfectus fuit quidam alius monachus[2] monasterii supradicti, qui ibat ad
curiam procurator factus ab abbate[3] cum quodam alio sacerdote. Iste monachus
fuit filius fratris Gifredi Gaudentis[4] de Mutis de Regio. Qui dixit his qui vulne-
raverunt eum: 'Quinam estis vos?' Et responderunt dicentes: 'Nos sumus procu-
ratores illorum duorum monachorum, qui paucis diebus elapsis interfecti fuerunt,
*Luc.* 10, 30. et missi sumus, ut vicem reddamus pro vice'. Et sic *plagis impositis abierunt semi-
*vivo relicto.* Portatus vero ad domum parentum suorum, bene confessus obdormivit
in Domino; post paucos vero dies mater istius monachi ex nimia tristitia infirmata
ultimum diem clausit.

1287. *Febr.* 18. Item millesimo supraposito in carnis privio non luserunt Regini secundum
morem aliarum civitatum Christianorum, que omnes tali tempore ubique stultiçant et
infatuantur, sed sub silentio permanserunt, veluti si mortuos suos flerent. In qua-
dragesima[a,5] vero, quando est tempus Deo dicatum, ceperunt ludere, quando est
2. *Cor.* 6, 2. *tempus acceptabile* et *dies salutis*, tempus elemosinas faciendi et operibus pietatis
**v.* 7. insistendi iuxta illud Ys. L8*: *Frange esurienti panem tuum* et cet. Item tempus
**f.* 481[c]. confitendi, predicationes audiendi, ecclesiarum *limina visitandi, orandi, ieiunandi et
flendi, sicut scripture dicunt, que tali tempore in ecclesia recitantur, iuxta illud
**v.* 12. Ioelis II*: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu*[b] *et plantu*[c]
**v.* 7. *Ioel* 2, 17. et cet. Item Ys. LV*: *Derelinquat impius viam suam* et cet. Item: *Inter vestibulum*
**v.* 21. *et altare plorabant*[d] *sacerdotes* et cet. Et Dominus[e] Luc. VI*: *Beati qui nunc fletis,*
*quia ridebitis.* Hinc quidam per contrarium dixit[6]:

*Qui modo non fletis, flendi dum tempus habetis,* Versus.
*Eterno luctu*[f] *lugebitis et sine fructu.*

**v.* 25. Hinc Dominus dixit Luc. VI*: *Ve vobis, qui ridetis nunc, quoniam*[g] *lugebitis et flebitis.*
**v.* 1. Hinc beatus Iacobus dicit V*: *Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis que*
*4, 9. *advenient vobis.* Et iterum*: *Miseri estote et lugete! Risus vester in luctum conver-*
**v.* 2. *tatur et gaudium in merorem.* Hinc Salomon[h] ait Eccle. II*: *Risum reputari errorem*
**v.* 5. *et gaudio dixi: Quid frustra deciperis?* Et iterum Eccle. 7*: *Cor sapientum ubi tris-*
**v.* 13. *titia, et cor stultorum ubi leticia.* Et iterum Iob XXI*: *Ducunt in bonis dies suos et*
**v.* 8. 9. *in puncto ad inferna descendunt.* Ideo utile consilium dat Ecclesiasticus dicens V*:
*Ne*[i] *tardes converti ad Dominum et ne diferas*[k] *de die in diem; subito enim veniet*

a) .XL.[a] *c.* b) et in fletu et in planctu *Vulg.* c) *sic c.* d) plobant *c.*; plorabunt *Vulg.* e) *supple* dicit. f) luctu *in marg. a Sal. suppl.* g) quia *Vulg.* h) sal'an *c.* i) Non *Vulg.* k) *sic c.*

*pax facta est a.* 1286. *Nov.* 27. *(vel* 26*)*; *Libri de temp. Cont. Regina p.* 573; *Sagacius col.* 12. 1) *Vide supra f.* 474[c,d], *p.* 622. 2) *Iohanninus de Mutis, Guilielmi abbatis consanguineus; Sagacius col.* 11 *sq.* 3) *Sagacius col.* 12: in Situla prope Macretam *(scil. interfectus est)*, dum mitteretur Pistorium per dictum abbatem. 4) *Fratris de ordine Gaudentium, militum S. Mariae.* 5) *Febr.* 19 — *Apr.* 5. 6) *Hi versus leguntur in codice Valentianensi nr.* 89, *saec. XIII, Mangeart, 'Catalogue des mss. de la bibl. de Valenciennes' p.* 76, *ubi* flebit . . . habebit *et* lugebit tunc sine fructu.

*F.* 481[d]. De quodam episcopo, qui in deserto XLIX annis fecit penitentiam, ex eo quod semel metu tormentorum Christum negaverat.
*F.* CCCC82[a]. Quod apostolus specificavit quedam signa malorum Christianorum, qui erunt circa tempora Antichristi.

---

*ira eius*[a] *et disperdet te.* Et iterum Eccli. V*: *De propitiatu peccatorum*[b] *noli esse* *v. 5. *sine metu.* Nota ergo exemplum[1] illius episcopi, qui tempore persecu- Exemplum. tionis metu tormentorum negaverat Christum et penitentia ductus ivit ad desertum et fecit ibi penitentiam de peccato negationis XLIX annis, in quibus, sicut ipse dixit, non fuit certificatus de venia nisi illa die, qua ivit ad eum quidam sanctus pater, qui eum sepelivit. Igitur in quadragesima[c] maiori non instituerunt Regini operibus pietatis nec fecerunt bona superius memorata, sed *ambulaverunt post vani-* *Ier.* 2,5. *tatem et vani facti sunt.* Et cum Dominus pro*hibeat Deutero. XXII†: *Non induetur* *f. 481[d]. †v. 5. *mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea. Abominabilis enim apud Deum est qui facit hec,* ipsi totum fecerunt contrarium et ambulaverunt post adinventiones suas[2]. Acceperunt enim a dominabus mutuo vestes muliebres plures eorum, quibus induti ceperunt ludere et per civitatem cum hastiludio discurrebant. Et ut mulieres melius apparerent, cum cerusa dealbabant larvas, quas suis vultibus apponebant, non attendentes penam, que talibus est promissa. Dicit enim scriptura de peccatoribus loquens: *Omnes vultus redigentur in ollam. Et facies eorum ut*[d] *nigredo olle.* *Ioel* 2, 6. *Nahum* 2, 10. Et Tren. IIII*: *Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in* *v. 8. *plateis.* Ve miseris Christianis, qui nituntur convertere ecclesiasticum cultum in dissolutionem et vaniloquium[3]. Et cum omnis Christi actio Christiani sit instructio, potius volunt sequi diabolum quam Christum dominum imitari, cum apostolus dicat ad Ephe. V*: *Estote imitatores Dei sicut filii karissimi et ambulate in* *v. 1. 2. *dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.* Certe Christus Deus noster docuit nos quadragesima[c] ieiunare, sicut scriptura tradit, et sicut venerabiles patres Romani pontifices ordinaverunt et alii ecclesiastici viri exemplo domini salvatoris. Unde illud: *Lex et prophete primitus hoc pretulerunt, postmodum Christus sacravit omnium rex atque factor temporum.* Sed quidam miseri Christiani in civitatibus Lombardie nec ieiunant nec de peccatis suis in maiori quadragesima[c] confitentur. Et quia tunc temporis carnes in macello inveniri non possunt, ideo carnes gal*linarum *f. CCCC82[a]. atque caponum comedunt in occulto, et postea tota die super sextoria[4] iacent sub porticibus et plateis[e] et ludunt ad açardum, aleas et taxillos, et ibi blasfemant Deum et beatam virginem, matrem eius. Et credunt isti tales, *quod possint*[f] *mutare* *Dan.* 7, 25. *tempora et leges,* ut carnaliter vivant, dicentes illud Ys. XXI*: *Ecce gaudium et* *22, 13. *letitia. Occidere vitulos et iugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum. Comedamus et bibamus, cras enim moriemur.* Hinc Eze. ait XVI*: *Ecce hec fuit iniquitas Sodome,* *v. 49. 50. *sororis tue: Superbia, saturitas*[g] *panis et abundantia et ocium ipsius et filiarum eius, et manum egeno et pauperi non porigebant*[h]. *Et elevate sunt et fecerunt abominationes*

a) illius *Vulg.* b) *cf. supra p.* 612, *n.* i. c) .XL. *c.* d) sicut *Vulg.* e) *sic c., sed* in plateis *scribere debuisset.* f) possit *Vulg.* g) *penna mutata.* h) *sic c.*

1) *Quod Sal. legit in Vitis patrum VI,* 3, 12, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 1011. 2) *Cf. Ps.* 80, 13: ibunt in adinventionibus suis. 3) *Cf.* 1. *Tim.* 1, 6: conversi sunt in vaniloquium. 4) *Cf. supra p.* 107, *n.* 6. *Quod verbum ductum videtur esse a (hora) sexta (siesta), qua quiescere homines Itali solebant.*

*F.* 482[b]. De quibusdam molendinariis de Regio, qui in habitu fratrum Minorum in publica strata tempore carnis privii faciebant choreas.

*F.* 482[c]. De morte pape Honorii quarti et de causis mortis ipsius. Fuit enim percussus a Deo, qui superbos et stulticantes humiliat. Ideo ordo [*Ps.* 40, 12.] fratrum Minorum sive beatus Franciscus potest dicere Deo: *In hoc cognovi, quoniam voluisti me, quoniam non gau[debit].*

---

*coram me; et abstuli eas, sicut vidisti*[a]. Sic fiet miseris Christianis, quia tollentur de hoc mundo et ponentur in inferno, nisi penitentiam egerint. Unde Dominus [*v. 5.] Luc. XIII*: *Si non*[b] *penitentiam egeritis, omnes simul*[c] *peribitis.* Nota, quod apostolus specificavit quedam signa malorum Christianorum, qui erunt circa tempora Antichristi, que videntur in istis esse qui diebus nostris sine verecundia peccant. [*v. 1. †v. 1.] Ait enim ad Timo. prima IIII*: *Spiritus manifeste dicit* et cet. Et in secunda 3†: *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa* et cet. Et nota, quod propter multa mala que fecerunt Iudei Dominus conqueritur de eis et [*v. 30.] amovit eos a facie sua[1], sicut Ieremias dicit XXXII*: *Erant enim filii Israel et filii Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua* et cet. Vide in [*v. 20. 21.] Biblia. Ergo[d], sicut dicit apostolus ad Ro. XI*: *Noli altum sapere,* Christiane, *sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Sed [*f. 482b.] nec sic miseri peccatores exemplo *aliorum volunt sibi cavere, presertim cum dicat [*24, 30—32.] scriptura Prover. XXII*[e]: *Per agrum hominis pigri transivi et per vineam viri stulti, et ecce totum repleverant urtice, operuerant superficiem eius spine, et maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo et exemplo didici disciplinam.*

Item: *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.* Versus.
*Et tua res agitur, paries cum proximus ardet*[2].

Quod Reginis non profuit. Viderunt enim mala Mutinensium vicinorum suorum et sibi cavere neglexerunt. Insuper et multa commiserunt, que fuerunt preambula ad mala, que postea venerunt super eos[3], sicut iam descripsimus et adhuc inferius describemus. Nam in precedentibus annis ab isto millesimo quidam molendinarii de Regio cum quadam calliditate et malicia petierunt et obtinuerunt a fratribus Minoribus aliquas tunicas habituales et veteres, quas dicebant se velle ponere sub labore et instrumento fullonis, ut inde meliores efficerentur; cum quibus postea tempore carnisprivii in habitu fratrum Minorum advesperascente iam die in strata publica choreicando cantabant. Et hanc stultitiam faciebant insti- [*Eccli.* 11, 33.] gante diabolo, qui volebat, quod *ponerent maculam in electis,* ut fratres Minores a transeuntibus crederentur qui talia faciebant, et sic ordini in scandalum et in de- [*v. 30—32.] decus *redundaret. Sed dicit Ecclesiasticus XX7.* quod istis evenit: *Facienti nequissimum*[f] *consilium super ipsum devolvetur, et non agnoscet, unde adveniet*[g] *illi illusio et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur*[h] *casu iustorum, dolor autem consumet illos, ante quam moriantur.* Quod [*f. 482c.] revera in istis molendinariis, *qui talia fecerunt, postea fuit impletum. Nam potestas

a) *sequitur* ℂ *atramento nigro scriptum.* b) sed si poen. non *Vulg.* c) similiter *Vulg.* d) *penna mutata.* e) *sic c. pro* XXIIII, *ut recte bis supra p.* 418. *et* 542. f) nequissim *c.* g) *sic et supra p.* 374, *l.* 19. *et p.* 455, *l.* 4; *cf. p.* 374, *n.* g. h) *sic c.*

1) 2. *Reg.* 7, 15: quem amovi a facie mea. 2) *Iidem versus ter iam supra f.* 385[b]. 434[d]. 446[b], *p.* 418. 542. 567. *allati sunt, bis p.* 418. *et* 542. *etiam cum versibus Proverbiorum hoc loco praecedentibus.* 3) *Cf. supra p.* 608, *n.* 9.

*F.* 482[d]. Require supra de morte pape Innocentii quarti carta . . .[1]

---

Reginus, qui tunc temporis erat, cum audisset hec omnia, turbatus valde quasi pro zelo ordinis fratrum Minorum, et quia sibi ex offitio incumbebat, acriter eos punivit tam in pecunia quam banno perpetuo supponendo, ut alii in posterum similia facere non auderent, iuxta illud Prover. XIX*: *Pestillente*[a] *flagellato stultus sapientior* *r. 25. *erit.* Hinc sapiens ait Prover. XXII*: *Non facias violentiam pauperi, quia pauper* *r. 22. 23. *est, neque conteras egenum in porta, quia Dominus iudicabit causam eius et configet eos qui confixerunt animam eius.* Et infra XXIII*: *Ne attingas terminos parvulorum*[2] *r. 10. 11. *et agrum pupillorum ne introeas. Propinquus*[b] *enim eorum*[c] *fortis est, et ipse iudicabit contra te causam illorum.* Et in Iob IIII.* sic habetur: *Vidi eos qui operantur iniqui-* *r. 8. 9. *tatem, qui*[d] *seminant dolores et metunt eos, flante Deo perisse*[a] *et spiritu ire eius esse consumptos.*

Item[e] millesimo supraposito, scilicet anno Domini M°CC°LXXXVII°, tertia 1287. die Aprilis, scilicet in cena Domini, mortuus est papa Honorius IIII. et sequenti *Apr. 3.* die parasceue sepultus. Homo podragricus[f] fuit, Iacobus de Savellis prius dice- *Apr. 4.* batur, civis Romanus et ex numero cardinalium fuerat assumptus[3]. Duobus annis integris sedit. Solummodo unum cardinalem[4] fecit, quem misit in Alemaniam, ut inde domnum Rodulfum ad imperium electum adduceret, sicut credebatur a vulgo, 1286. volens eum in imperio coronare[5]; sed mortuus est papa, et Rodulfus sine imperii 1287. corona remansit. Per quod apparet voluntatis esse divine, ut in re publica nullus decetero imperator *consurgat, quia de Frederico secundo dictum fuit ab his qui *f. 482d. prophetico spiritu futura predicunt[6]: *In ipso quoque finietur imperium, quia, etsi successores sibi fuerint, imperiali tamen vocabulo ex Romano fastigio privabuntur.* Fuit et alia causa mortis summi pontificis pape Honorii quarti. Voluit enim insurgere contra ordinem fratrum Minorum et fratrum Predicatorum auferendo eis predicationes et confessiones[7] ad instinctum quorumdam prelatorum ultramontanorum, qui expenderunt propter hoc centum milia librarum monete turonensium. Et domnus Mattheus Rubeus, qui erat cardinalis ordinis fratrum Minorum, protector, gubernator et corrector, flendo venit ad fratres et cum lacrimis dixit eis: 'Laboravi, fratres mei, quantum potui, ut averterem summum pontificem a cogitationibus suis[8], et non potui eum revocare a malignitate, quam erga vos habet in corde suo. Quapropter rogate Deum, *qui dissippat*[g] *cogitationes* *Iob 5, 12.*

a) *sic c.* b) Propinq⁹ *c.* c) illorum *Vulg.* d) et *Vulg.* e) *non versus novus hoc loco coeptus in c., sed tantum* C *minio pictum praecedit.* f) *sic c. hoc loco, sed vide supra f.* 473[a], *p.* 618, *l.* 25. g) *sic* (dissip|pat) *c.*

1) *F.* 386[a.b], *p.* 419 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 624, *n.* 1. 3) *Cf. supra f.* 445[d]. 446[a], *p.* 566. 4) *Iohannem de Bucamatiis card. episcopum Tusculanum; cf. supra f.* 463[c], *p.* 608. *Cf. B. Pawlicki, 'Papst Honorius IV.' (Münster* 1896*) p.* 79. 5) *Cf. O. Redlich, 'Rudolf von Habsburg' p.* 694—706. 6) *Sequentia iam ter supra f.* 355[a]. 393[b]. 416[d], *p.* 349. 439. 494 *sq. laudata sunt, semel dicta Sibyllae verba, sed leguntur in calce Pseudo-Ioachimi Interpret. in Ieremiam (Coloniae* 1577*) cap.* 51, *p.* 386. 7) *Cf. supra f.* 473[a], *p.* 618 *sq. Ideo etiam alii fratres Minores averso animo de eo referunt; cf. Cont. Angl. fr. Minorum brevis, SS. XXX, p.* 714. *Nullo iure hoc non verum esse censuit Pawlicki l. l. p.* 108 *sq. Quomodo enim factum est, ut Sal. in hunc papam inveheretur, nisi hic aliquid contra fratres Minores molitus est?* 8) *Ier.* 23, 22: avertissem utique eos a via sua mala et a cogitationibus suis pessimis.

*F.* CCCC83[a]. De captione Carpineti per Nicholaum de Foliano et de expulsione partis de Regio.
*F.* 483[b]. De audatia Monachi de Bibianello et de morte Ugolini de Canossa. De commendatione fratris Benevenuti[a] Montanarii.

---

2.Thess.3,2. 1287. *malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant,* ut vos *liberet ab importunis et malis hominibus.* Rogate etiam beatum Franciscum, ut solita miracula Eccli.46,8. dignetur ostendere contra illos qui ordinem suum turbare nituntur, *ut cognoscant* viventes[1] et omnes qui male faciunt, *quia contra Deum* et servos suos *pugnare non est facile'.* Hec audientes fratres conversi sunt unanimiter ad Dominum deprecandum, ut eis in isto discrimine succurrere dignaretur. Et quia *impossibile est* Ps.101,18. *multorum preces non exaudiri*[2], ut beatus Augustinus dicit, ideo ille qui *respexit in orationem humilium et non sprevit preces*[b] *eorum,* cum papa Honorius in crastinum Apr.4. *f.CCCC83a. cene Domini *prolaturus esset sententiam supradictam, percussit eum Deus in sero Apr.2. *r.10 quarte ferie maioris ebdomade, et mortuus est. Hinc sapiens in Prover. dixit XXIII[e]: *Ne attingas* et cet. Vide supra[3].

(Apr.8). Item[c] millesimo[d] suprapositο Nicholaus de Foliano cepit Carpinetum et Paúlum — duo castra sunt in episcopatu Regino — et posuit ibi homines suos ad custodiam castrorum illorum pro servitio Monachi de Canusio, cuius fratres precedenti anno fuerant interfecti, scilicet domnus Guido de Bibianello et Bonifacius frater eius[4]. In ultionem ergo fratrum suorum Monachus de Canusio, qui in Bibianello habebat (Apr.9). dominium, cum multis armatis suis ivit et intravit Regium quasi violenter, quantum ad custodes porte civitatis; et inchoatum est illa die prelium in civitate Regina. Et potestas[5], qui erat de Cremona, et capitaneus[6], qui erat de Parma, de palatiis (Apr.10). descenderunt et sequenti die accepto salario suo recesserunt et reversi sunt ad civitates suas[7]. Et domnus Mattheus de Foliano et domnus Guido de Tripolis et Monachus de Bibianello et Nicolaus[c] de Foliano isti[f] fuerunt principales, qui Apr.9. civitatis Regii dominium habuerunt. Et Monachus[g] de Bibianello personaliter ivit et posuit ignem in domum domni Rolandini de Canusio et combussit eam et fecit Ps.136,7. eam dirui *usque ad fundamentum in ea.* Et cum hec fierent, confortabat armatos suos dicens: 'Venite ad me secure et nolite timere[8], quia ego fatatus sum et ledi *f.483b. non possum'. Hoc autem ideo dicebat, ut provocaret *suos et faceret eos audaces[h]. Et interfectus fuit ibi quidam popularis homo, qui erat pulcher et bonus et amicus meus et omnium fratrum Minorum, et erat ex parte domni Rolandini et domum eius die illo custodiebat. Hic artem habebat tonsorandi pannos in civitate Regina Apr.9. et dicebatur Ugolinus de Canossa. Hec autem facta sunt quarta feria infra octavam pasche, qua die ad missam cantavimus *Venite, benedicti.* Et ego habitabam in loco fratrum Minorum de Monte-falconis, et illa die ivi Regium et intravi civitatem et vidi hec omnia oculis meis, quia tota die circuivi per civitatem

a) Bnuenuti *c.* b) precem *Vulg.* c) *penna mutata.* d) .M°. *c.* e) *sic hoc loco c.* f) isti *multo post linea perducta deletum.* g) moachus *c.* h) *sequitur* ℂ *minio scriptum.*

1) *Dan.* 4, 14: donec cognoscant viventes, quoniam dominatur excelsus. 2) *Haec verba bis iam supra f.* 253[c]. 334[d], *p.* 111. 298. *laudata sunt, de quibus vide p.* 298, *n.* 4. 3) *P.* 629, *l.* 8—10. 4) *Cf. supra f.* 466[b.c], *p.* 614 *sq.* 5) *Minacius de Cortesiis.* 6) *Rufinus Rizardi.* 7) *Ad haec et sequentia vide Libri de temp. Cont. Reginam, SS. XXXI, p.* 573 *sq., et quae ibid. p.* 573, *n.* 12. *adnotari.* 8) Nolite timere *saepe legitur in evangeliis; cf. supra p.* 398, *n.* 5.

*F.* 483d. Quod Monachus de Bibianello extraxit omnes incarceratos de carcere communis in prima die seditionis civitatis Regii.
De probitatibus domni Iacobini de Panceriis et filii sui.

---

illam, dum hec omnia fierent. Et conversi sunt ludi, quos Regini in quadragesima[a] [1287.] fecerunt, in plantum[b] et in lamentum, quia male portendebant, dum tali tempore fierent. Nam *tempus belli et tempus pacis, tempus ludendi*[c] *et tempus flendi,* quia *omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub sole*[d], ut habetur Eccle. III*, [*c. 8. 4. 1.] et Eccle. VIII.* dicitur, quod *omni negotio tempus est et oportunitas.* [*c. 6.] Et archipresbiter maioris ecclesie, qui dicitur Hencius Ubertus, et quidam heremita predicabant in pleno populo, quod illi ludi, qui fiebant a Reginis in quadragesima[a] in civitate Regina, bene et bona significabant. Frater vero Benevenutus[e] ex ordine fratrum Minorum contrarium dicebat in predicationibus suis, scilicet quia male portendebant, sicut postea probavit et demonstravit eventus[1]. Iste frater Benevenutus[e] de territorio Mutinensi fuit et lector in theologia, bonus et sollemnis et gratiosus tam clero quam populo predicator; Grecum novit et Latinum. In *textu [*f. 483c.] Biblie sutilissimus[f] et valde peritus fuit. Corrector ad mensam et, ubicumque male legitur textus, melior quam hodie aliquis repperiatur in mundo; Parisius fuit corrector ad mensam. Cum pluribus stetit, qui postea Romani pontifices estiterunt[g], scilicet cum papa Adriano et cum papa Gregorio decimo, qui de Placentia extitit oriundus. Et tamen potius voluit *humiliari cum mitibus quam* [Prov. 16, 19.] morari in curiis magnatorum, et sic reversus est ad ordinem suum, in quo interdum secundum ordinis consuetudinem lavat scutellas, quando dies sibi occurrerit oportuna. Homo magni studii, magni ingenii et capacissimi et magne memorie, et qui multos et optimos habet libros, quos cum suo labore acquisivit et scribi fecit, dum Parisius esset in studio. Item in ecclesiastico offitio multum delectatur et optime scit[h] cantare. Humilis homo et familiaris, benignus et honestus et sancte vite et bone conversationis ab omnibus reputatur. Hic igitur, quantum ad[i] adaptationem et presentem materiam, que ad Reginos pertinet, in Michea videtur michi prefiguratus, qui regi Ahab dedit consilium, ne in Ramoth Galaad ad prelium contra Syros ascenderet. Porro Sedechias filius Chanáám, qui *fecit sibi cornua ferrea* et [3. Reg. 22, 11.] dixit regi: *His ventilabis Syriam, donec deleas eam,* prefiguravit illos qui laudabant Reginos, quando in maiori quadragesima[a] stultiçabant, iuxta illud: *Laudatur pec-* [Ps. 9a (10), 3.] *cator in desiderio*[k] *anime sue, et iniquus*[l] *benedicitur.* Historiam supradictam require III. Reg. XXII. Igitur ea die, qua ista fiebant, que de Reginis dicta sunt, [Apr. 9.] inveni archipresbiterum maioris ecclesie civitatis Regii apud ecclesiam sancti Petri, ubi canonicus erat, et erat valde tristis et totus attonitus, et accepit me per manum, quasi notitiam *et familiaritatem ostendens. [*f. 483d.] Siquidem sex annis habitaveram in civitate Regina. Et interrogavi ipsum, qualiter sibi esset. Et respondit michi, quod sicut in molendino fracto. Tunc, quia iste fuerat unus ex laudatoribus Reginorum, quando in quadragesima[a] stultiçabant, volui sibi dicere, quod Micheas cuidam dixit in historia supra tacta: *Videbis,* id est scies et cognosces, *quando* [3. Reg. 22, 25.] *absconderis in cubiculo, quod est intra cubiculum*[2]. Voluit dicere propheta, quod ille

a) .XL. (a) *c.* b) *sic c.* c) ridendi *Vulg.* d) coelo *Vulg.* e) bnuenutus *c.* f) *sic c.,* suti *e corr.* g) *sic c. h. l. ut supra p.* 570, *l.* 33. h) sit *c.* i) ad *in marg. a Sal. suppl.* k) desideriis *Vulg.* l) iniq⁹ *c.*

1) *Gen.* 41, 13: quidquid postea rei probavit eventus. 2) *Vulgata habet:* Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum, intra cubiculum ut abscondaris.

*F.* CCCC84[a]. Quod domus aliquorum qui de Regio recesserant spoliate fuerunt, et res asportate.

Quod quidam ribaldi voluerunt de domo fratrum Minorum asportare deposita.

---

*Is.* 28, 19. cui loquebatur melius cognosceret veritatem, quando *vexatio daret auditui intellectum.*
1287. *Apr.* 9. Cum autem hoc vellem sibi dicere, pepercit sibi cor meum et lingua mea, quia
recordatus sum illius scripture, que dicit: *Non irrideas hominem in amaritudine*
*v.* 12. *anime, est enim qui humiliat et exaltat circumspector*[a] *Deus,* Eccli. 7 [b]. Item
eadem die, qua ista inchoata fuerunt, que de Reginis dicta sunt, ivit personaliter
Monachus de Canusio sive de Bibianello ad carcerem communis et fregit et ape-
*Ps.* 106, 10. ruit carcerem cum armatis suis et eduxit omnes *vinctos* de *mendicitate et ferro*
et de *tenebris et umbra mortis,* et vincula eorum dirupit et libere abire permisit.
Et erant ibi aliqui eorum in perpetuo banno communis, et aliqui eorum ibi diu
*Esth.* 8, 16. et longo tempore steterant, quibus *nova lux oriri visa est.* et *gaudium et tripudium*
maximum habuerunt. Et regratiati sunt Monacho et promiserunt, quod semper
essent parati ad diligendum et serviendum sibi usque in sempiternam [1]. Illa
die in civitate Regina domnus Iacobinus de Panceriis et filius suus Thomasinus
viriliter fecerunt insultum contra adversam partem sicut leones consurgentes ad
**f.* CCCC84[a]. 2. *Mach.* 11, 9. predam [2], *parati* etiam *murum ferreum*[c] *penetrare.* *Et[d] interfectus fuit equus[e]
Thomasini, cum aggressus esset hostes usque ad trivium Robertorum. Domnus
vero Iacobinus cum ivisset ad portam Sancti Naçarii, non causa egrediendi nec
recedendi, sed volens precipere, quod porta dimitteretur aperta, cum reverteretur
versus domum suam, invenit multitudinem armatorum, quibus cum non posset re-
sistere, oportuit ipsum civitatem exire. Nam Lupicini subtraxerunt se a parte
domni Rolandini occasione cuiusdam parentele, quam noviter cum domno Mattheo
de Foliano fecerant. Domnus enim Garxendonius filiam domni Matthei pro Ugo-
lino filio suo acceperat [3], et alii de parte domni Rolandini de Canossa et domni
Iacobini de Panceriis parati ad bellandum non erant. Aliqui vero civitatem exiverant
et morabantur in castris. Tunc spoliate fuerunt domus aliquorum, et res aspor-
tate, ut frumentum et vinum et omnia utensilia; et sequentibus diebus fuerunt
dirute usque ad solum, scilicet domus domni Iacobini et Bartholomei et Bonacursi
de Panceriis et Albertini de Indusiatis et domni Ugonis de Conrado et domni
Rolandini de Canusio et domni Manfredini de Guercio. Item illa die, qua
facta est ista commotio, post nonam venerunt multi malefactores et ribaldi ad
domum fratrum Minorum currendo, volentes intrare et deposita asportare. Quod
cum fratres viderent, pulsaverunt campanam maiorem, et statim affuit domnus
Guido de Tripolis armatus in dextrario suo, ut vidi oculis meis, et percussit eos
cum clava et omnes fugavit. Et respexit me et dixit michi: 'É fratres, quare
non habetis bonos baculos ad percutiendum istos ribaldos, ne spolient vos?' [f]

a) c9spector *c.* b) 7. *in spatio vacuo relicto alio atramento a Sal. suppl.* c) muros ferreos *Vulg.* d) *penna cum novo folio mutata.* e) eq9 *c.* f) *sequitur* ℂ *minio scriptum.*

1) usque in sempiternum *saepissime legitur in Biblia.* 2) *Cf. Ps.* 16, 12: sicut leo paratus ad praedam. 3) *Cf. supra f.* 430[a], *p.* 529, *infra f.* 486[a]. *A.* 1286. *Nov.* 27. *(vel* 26*) pax facta est inter Lupicinos et gentes quasdam Superioris partis; Sagacius de Gazata col.* 12; *cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 574; *supra f.* 481[b], *p.* 625.

---

*Tunc respondi sibi, quod nobis non licebat percutere quemquam, quia Dominus [*f. 484b.] dicit Mat. . .[b]: *Si quis te percusserit in unam[c] maxillam, prebe ei[d] et alteram.* Quod [*5, 39.] ad litteram faciendum non esse Dominus demonstravit, cum percutienti sibi maxillam rationabiliter respondit dicens Io. XIX*: *Si male locutus sum, te[stimonium]* [*18, 23.] *perhibe de malo. Si autem bene, cur[e] me cedis?* Et tamen de ipso predixerat Ieremias Tren. 3*[f]: *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Verumtamen [*v. 30.] quidam sanctus pater ad litteram hoc implevit. Cuius[1] cum quidam demoniacus percussisset maxillam, aliam obtulit percutiendam. Et statim ex illa humilitate diabolus confusus ex illo corpore est egressus et amplius illum hominem non vexavit. Inde apostolus dicit ad Ro. XII*[g]: *Noli vinci a malo, sed vince in bono* [*v. 21.] *malum.* Et iterum Dominus Mat. V*[h]: *Si quis aufert[i] tibi tunicam tuam, dimitte ei* [*v. 40.] *et pallium.* Tunc cognovi, quod verum dixerat Ys. IX*: *quia omnis violenta predatio* [*v. 5.] *cum tumultu.* Porro illis diebus domnus Rolandinus de Canossa et domnus Franciscus de Foliano et frater suus prepositus Carpineti[2] et domnus Iacobinus de Panceriis et filius suus Thomasinus et alii cum eis plures ex parte sua iverunt Parmam et fecerunt fieri vexilla et pennellos et arma bellica, ut venirent ad castra sua, que habent in episcopatu Regino, ad dimicandum contra adversarios suos Reginos interiores, qui in civitate morantur. Et irruerunt quadam die illi de Gipso et abstulerunt boves et vaccas de pascuis illorum de Runculo. Quod videntes illi de Runculo asportaverunt res suas ad episcopatum Parmensem et dimiserunt villam suam vacuam et domos desertas. Illi vero de Castellis[3] portaverunt domos suas *et edificaverunt eas circa montem Bibianelli in cacumine [*f. 484c.] eius. Idem fecerunt illi de Cauresana et de Farneto et de Corniano et de Plaçola circum circa montem Lucium in supremo cacumine eius. Sic et illi de Oliveto[k]. Sed et illi de Bibiano munierunt se timentes guerram futuram. Illi vero de Cavilliano circa plebem[4] edificaverunt domos suas et fecerunt fossata et impleverunt aqua, ut tuti esse possent *a facie vastatoris.* Talia sunt hodie; finis ignoratur [*Is.* 16, 4.] istorum, quia *varius est eventus belli, et nunc istum[l], nunc illum consumit gladius.* [2. *Reg.* 11, 25.]

Mutinenses vero audientes hec omnia mala, que Reginis acciderant, timuerunt [(*Apr.*)] valde et voluerunt expellere concives suos, qui venerant de Saxolo, cum quibus ante parvum tempus iam fecerant pacem[5]. Illi vero dixerunt eis, quod parati erant secundum voluntatem eorum ire ad confinium et stare mandatis suis et

a) *supple:* diabolus, *cf. l.* 14. b) *spatium numero inserendo vacat.* c) in dexteram max. tuam *Vulg.* d) illi *Vulg.* e) quid *Vulg.* f) 3. *alio atramento in marg. a Sal. suppl.* g) XIII. *radendo corr.* XII; *cf. supra p.* 625, *n.* c. h) V. *alio atramento in marg. a Sal. suppl.* i) qui vult . . . tunicam tuam tollere *Matth.* 5, 40. *Vulg., sed Luc.* 6, 29: qui aufert tibi vestimentum. *Patet fratrem Sal. hunc versum, cuius capitis numerum postea suppleverit, e memoria attulisse.* k) *sequitur* ℭ *minio pictum.* l) *cf. supra p.* 212, *n.* b *et p.* 397, *l.* 20. *et p.* 581, *l.* 14.

1) *Sequentia Sal. legit in Vitis patrum V,* 15, 14, *Migne, Patrol. Lat. LXXIII, col.* 956 *sq. Quae iam supra f.* 449[b], *p.* 574. *narravit.* 2) *Bernardus de Foliano.* 3) *Scil. de Quatuor castellis.* 4) *Cf. supra p.* 588, *n.* 3. 5) *A.* 1286. *Aug.* 4; *Libri de temp. Cont. Regina p.* 573; *Ann. Veron. de Romano p.* 431; *'Cronache Modenesi' p.* 81; *Ann. Parm. mai. p.* 701. *In foliis excisis* 468 — 472. *vel* 475 — 479. *Sal. de hac pace retulisse videtur.*

*F.* 484[d]. Quod Regini tam de civitate quam de Gypso egressi castrametati sunt iuxta Camporam, ut mutuo dimicarent, sed reversi sunt sine bello.

*F.* CCCC85[a]. Quod Regini de Gipso obsederunt plebem Cavilliani et villam conbusserunt.

---

1287. (Apr.) facere quicquid vellent. Et hac humilitate victi Mutinenses pepercerunt concivibus suis, qui venerant de Saxolo, et non miserunt eos quoquam, sed confirmaverunt pacem et amiciciam pristinam multo fortius, quam fuerat prius; et fecerunt mutuo convivia et connubia et affinitate coniuncti sunt et colligati sunt simul [1]. Item millesimo[a] supraposito quidam magister Pisanus, qui erat Parme pro faciendis campanis, fecit campanam communis Parme magnam, pulchram et bonam [2]. Et debet facere aliam pro matrice ecclesia, cuius expensas assignavit domnus cardi-
1285. nalis [3] qui est de Gainaco. Et precedenti millesimo [4] aliam fecerat [5] pro communi, sed propter defectum metalli, cum funderetur, aures habere non potuit, et ideo
*f. 484d. *fracta fuit, quia nullius valoris erat. Quidam etiam alius magister Pisanus aliam prius fecerat, sed non audiebatur procul, quia sonora non erat. Hec cum esset super ligneum edifitium aliquantulum elevata a terra, iuxta palatium imperatoris, quod Parme est in Arena, cecidit de bettifredo in terram et neminem lesit, excepto quod pedem cuiusdam iuvenis precidit, cum quo patrem suum percusserat non impune, ut huiusmodi[b] infortunium et Dei iuditium demonstravit. Nam peius est percutere patrem vel matrem quam solum maledicere. Et tamen Dominus
*v. 4. precepit, quod, *qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur*, Mat.[c] XV*.

Ex quo autem de operibus Parmensium fecimus mentionem, ideo de eis aliqua describamus ad memoriam retinendam. Et ut hoc melius faciamus, oportet nos aliquantulum ad superiora reverti [6]. De operibus Parmensium require supra carta CCCC[a]26 [7], item[d] carta CCCC[a]LIII, item[d] carta CCCC[a]LIIII[a] [8].

1287. Maii 28. Item millesimo supraposito feria IIII[ta] infra octavam pentecostes[e], id est quarto die exeunte Maio, egressi sunt Regini de civitate armati, milites et pedites, ut pugnarent cum illis de Gypso[f], et castrametati sunt iuxta Camporam. Est autem Campora quidam torrens, qui egreditur de Canossa et finaliter in Crustinium[f] derivatur. Tunc illi de Gipso[f] egressi sunt contra illos cum intentione pugnandi et a Reginis intrinsecis prelium requirebant. Stabat autem uterque exercitus separatus ab alio per dimidium miliare, et missos, quos appellamus spias et exploratores, sibi vicissim mittebant ad cognoscendum multitudinem armatorum et debili-
*f. CCCC85a. tatem exercitus utriusque. *Et ita fecerunt tota die illa, quousque affecti tedio
Maii 31. eadem die reversi sunt sine bello. Sequenti vero sabbato[g] temporum, id est ultimo die Maii, scilicet in festo sancte Petronille, iverunt illi de Gipsso[f] in magna multitudine ad pugnandum contra plebem Cavilliani, ubi erant homines

a) .M. *c.* b) h̄ *c.* c) .M. XV. *a Sal. alio atramento in loco vacuo relicto suppl.* d) Item *cum littera maiuscula* I *c.* e) pent̄. *c.* f) *sic h. l. c.* g) *supple* quatuor.

1) *Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 701 *sq., ubi melius relata sunt ea quae Mutinae Apr.* 10—19. *gesta sunt.* 2) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 702. 3) *Gerardus Albus; cf. supra f.* 458[d]. 459[a], *p.* 597. 4) *Potius a.* 1285; *cf. supra f.* 453[a.b], *p.* 584, *ubi de campanis fusis quaedam alio modo narrata sunt.* 5) *Scil. magister Pisanus.* 6) *Eadem fere verba supra f.* 453[c], *p.* 585. *leguntur, quae hoc loco superflua sunt, cum nihil de operibus Parmensium sequatur.* 7) *Potius f.* 425[c.d]. 426[a], *p.* 518 *sq.* 8) *P.* 585 *sq.*

*F.* 485[b]. Quod illi de Bibiano dederunt C libras illis de Gipso et fecerunt cum eis treuguam.

Quod domnus Egidiolus de Monticulo intromisit se de pace istorum Reginorum.

---

cum mulieribus congregati in fortitudine castri. Et erat locus ille valde munitus 1287. propter turrim et ecclesiam et fossata, que erant in circuitu [1], et propter homines et lapides et balistas et alia instrumenta diversa. Tunc accessit domnus Guido de Albareto, qui erat unus ex ducibus belli ex parte illorum de Gipso, et allocutus est illos de turri dicens: 'Provideat[a] unusquisque vestrum anime sue [2], et tradite vos nobis, et ite liberi et in pace sine aliquo detrimento. Quod si nolueritis, notum sit vobis, quod, si violenter capti fueritis, sine misericordia omnes ducemini ad suspendium'[b]. Tunc propter sermones eius indignatus unus de campanili proiecit lapidem de cacumine turris et percussit super caput equi domni Guidonis, ita ut equus[c] fere caderet cum circumvolutione[d] horribili[b]. Tunc pugnare ceperunt simul illi de castro cum exterioribus. Et non erant die illo in munitione plebis nisi homines XL[a], et vulneraverunt de adversariis XV, ex quibus recedendo tres fuerunt mortui et sepulti. Videntes autem exteriores, quod munitionem plebis capere non possent, diffuderunt se per villam Cavilliani et ceperunt anseres et gallinas, capones et gallos, porcellos et agnellos et omnia que voluerunt inde tulére predantes. Erat enim villa *nemorosa et plena omnibus bonis. Et habitabant *f. 485[b]. quasi *iuxta Sydoniorum consuetudinem* ab aliis separati [3]. Nec fuit aliquis qui *Iudic.* 18, resisteret inimicis *et aperiret os et ganiret*[e]. Et combusserunt nocte illa L et tres *Is.* 10, 14. domos de villa Cavilliani [4], bonis et debilibus computatis. Et omnes equaliter conbussissent, nisi precibus et rogatu fratrum Minorum dimisissent, qui se malefactoribus opponebant. Quod videntes illi de Bibiano dederunt centum libras imperialium illis de Gipso et fecerunt cum eis treuguam usque ad unum annum, ut secure possent laborare et colligere fruges suas. Hec autem treugua facta[a] est mediante domina Beatrice, vidua condam domni Aimerici de Palude [5], que est soror domni Guillielmi[f] de Rangonibus de Parma. Tunc cepit se intromittere domnus Egidiolus de Monticulo, ut faceret treuguam inter illos de villa Cavilliani et illos de Gipso. Et erat conveniens mediator, quia uxor eius ex illis de Canossa[g] nata erat, quia soror erat matris abbatis [6]; et Monachus de Bibianello uxoris domni Egidioli similiter nepos erat, utpote ex eius consanguineo natus. Iste domnus Egidiolus erat homo suavis et pacificus et dulcis alloquio, et toto tempore istius guerre, que fuit inter Reginos et illos de Gipso, multis discursibus laboravit, modo eundo ad Gipsum, modo redeundo hinc ad nostrates, et multas hinc inde sustinuit calumnias et rumores.

a) *penna mutata.* b) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* c) eq9 *c.* d) c9uolutione *c.* e) *sic c.* f) Guill'i *c.* g) canosa *corr.* canossa *c.*

1) *Cf. supra f.* 484[c], *p.* 633. 2) *Ios.* 9, 24: providimus animabus nostris. 3) *Iudic.* 18, 7: venerunt Lais videruntque populum habitantem in ea absque ullo timore iuxta consuetudinem Sidoniorum securum et quietum, nullo ei penitus resistente, . . . . . et procul a Sidone atque a cunctis hominibus separatum. 4) *Cf. infra f.* 487[d]. 5) *Qui a.* 1279. *Mart. obierat: Alberti Milioli Liber de temp. c.* 294, *p.* 553; *cf. supra f.* 418[b], *p.* 500. 6) *Rolandi de Albareto; cf. supra f.* 430[a]. 466[c]. 467[b], *p.* 529. 615 *sq.*, *infra f.* 485[d]. 486[a], *p.* 637.

*F.* 485[c]. Quod[a] potestas Mutinensium curialiter licentiavit eos qui de Saxolo venerant, ut de civitate exirent.

Quod his diebus multa mala apud Regium dicebantur de Parma.

*F.* 485[d]. De curialitate et iustitia domni Rolandini de Canossa, et de[b] principalibus viris qui fuerunt ex parte illorum de Gipso.

---

1287. His diebus potestas Mutinensium erat domnus Rolandus de Adegheriis de
*f. 485c. Parma[1], qui vocavit illos qui venerant de Saxolo, cum quibus *pacem fecerant intrinseci Mutinenses[2], et curialiter licentiavit eos, ut de civitate recederent, ne forte aliquod infortunium sustinerent, presertim cum bene cognosceret Mutinensium civium voluntatem et succursum, quem a Reginis civibus in proximo expectabant. Qui in omnibus obedientes fuerunt, faciendo de civitate recessum[c]. Postea venerunt a Regio stipendiarii milites bene ducenti, qui omnes Mutinam intraverunt, et civitas est ab eis sine aliqua contradictione possessa.

His[d] diebus frequenter apud Regium insonuerunt rumores, quod Parmenses erant in magna discordia, et quod omnes erant sub armis, et sperabatur, quod civitas Parma a Parmensibus destrueretur. Et sicut volebant, quod esset, ita dicebant. Et multi de destructione Parme videbantur gaudere, iuxta verbum
*r. 21. quod scriptum est Tren. I': *[Omnes[e] inimici mei audierunt malum meum. Letati sunt, quoniam tu fecisti]. Adduces[f] diem consolationis, et fient similes mei.* Nam solatium est miseris socios habere penarum[3]. Sed beata virgo curam illius civitatis et custodiam precipuam habere videtur, quia a Parmensibus honoratur in ea. Et erat tempore illo capitaneus in Parma ex una parte domnus Opiço de Sancto Vitale Parmensis episcopus, ex alia vero domnus Guido de Corigia[4].

Illi vero qui de Regio expulsi fuerant dicebantur illi de Gipso, quia in castro habitabant quod illo nomine dicebatur[5]; quorum maximus capitaneus fuit domnus Rolandinus de Canossa, homo pulcher et nobilis, curialis et liberalis, et qui multas potestarias diebus suis habuit in Italia. Mater eius fuit de Pede-montis, nobilis domina et sanctissima. Porro domnus Rolandinus, de quo dicimus, fecit quandam magnam curialitatem, que est digna memoria et relatu. Cum enim illi de Gipso haberent treuguam cum illis de Albinéa, que est
*f. 485d. terra Regini episcopi, *ivit quidam homo de Albinea et conquestus est domno Rolandino, quod quidam homo de Gipso abstulerat sibi boves. Et confestim fecit sibi boves restitui dicens: 'Vis plus?' Et respondit homo ille: 'Vellem, quod ille homo, qui stat e regione, redderet michi vestitum meum, quem habet'. Cum autem[g] rogaret domnus Rolandinus hominem illum, ut vestitum redderet isti, et ille nullatenus acquiescere vellet, exuit se domnus Rolandinus opitogium sive guarnaçam[6] suam et dedit eam homini, cui fuerat vestitus ablatus, et dixit:

a) *inscriptiones columnae* 485[c]. *post locum l.* 18. 19. *in marg. superiore suppletum a Sal. scriptae sunt.* b) de *a Sal. superscr. c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *hoc loco solum* ℭ *minio pictum praecedit, non versus novus coeptus.* e) *uncis inclusa a Sal. in marg. super. suppleta.* f) Adduxisti *Vulg.* g) ā (autem) *a Sal. in marg. suppl.*

1) *A.* 1287. *Ian.—Iun.; cf. Cron. Ioh. de Bazzano et Bonif. Morani, 'Cronache Modenesi' p.* 81. 2) *Cf. supra f.* 484[c], *p.* 633, *n.* 5. 3) *Non prius occurrit hoc dictum, quod sciam, quam in litteris editis 'N. Archiv' XXIV, p.* 524: Solamen est miserum socios habere penarum. *In epistola diaboli edita a W. Wattenbach 'SB. d. Berliner Akad. d. Wiss., Phil.-hist. Cl.'* 1892. *p.* 118. *legitur:* Gaudium namque est miserorum in penis habere consortium. 4) *Cf. supra f.* 430[a], *p.* 529. 5) *Gipso Crustunei scilicet; cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 574. 6) *Nunc Italice* guarnacca, guarnaccia.

*F.* CCCC86[a]. Quod Lupicini deseruerunt partem suam, quando sui recesserunt de Regio.
De obsidione Besmantue, et de domno Guidone de Albareto, de quo quidam futura predixit, que postea evenerunt.

---

'Credo, quod bene satisfactum sit tibi pro tuo vestitu, iam vade in pace!' Quod cum vidisset ille rusticus, qui vestitum abstulerat, erubuit et venit ad pedes domni Rolandini et dixit culpam suam restituitque vestitum homini spoliato. Et nota, quod[a] isti fuerunt sollemnes in exercitu illorum de Gipso, scilicet domnus Rolandinus de Canossa, domnus[b] Guido de Albareto cum filiis suis, scilicet Açolino et abbate de Canossa, qui domnus Rolandus dicitur. Item Guilielminus Scarabellus et Bonifatius[1] frater abbatis[2] Sancti Prosperi de Regio ex matre tantum. Item prepositus Carpineti[3] et frater suus domnus Franciscus de Foliano cum filiis suis[4]. Item domnus Iacobinus de Panceriis cum Thomasino filio suo, qui ambo viriliter pugnaverunt in expulsione partis sue de Regio[5]. Item Bartholomeus de Panceriis cum Çacharia filio suo. Item domnus[c] Ugo de Conrado cum Conradino filio suo. Item domnus Manfredinus de Guertio cum filiis suis[6]. Et domnus Henricus de Gherro, quidam bonus campsor. Et bastardus quidam, pulcher homo et valens, qui aliquando fuit potestas illorum de Gipso — et domnus Henricus similiter fuit eorum potestas, et domnus Ro.[d]; *postmodum de Cremona[7] ceperunt eligere pote- *f. CCCC86a.
statem. Porro omnes alii de exercitu illorum de Gipso erant vel milites stipendiarii vel beruarii vel ribaldi. Et nota, quod Conradinus filius domni Ugonis de Conrado factus fuit a ribaldis ribaldorum capitaneus et potestas. Nota etiam, quod Lupicini deseruerunt partem suam in expulsione et egressu civitatis, et steterunt in civitate et adheserunt domno Mattheo de Foliano[e] et facti sunt ex parte sua; cuius filiam domnus Garxendonius accepit pro Ugolino filio suo[f·8]. Et nota, quod in illa tempestate ab illis de Dallo[9] in servitio et favore domni Matthei de Foliano multis diebus obsessa fuit Besmantua, eo quod domnus Guido de Albareto cum quibusdam aliis ascenderant petram illam, ut a facie inimicorum[10] liberarentur illesi. Post hec affecti tedio obsidentes ab obsidione cessarunt, et illi de Besmantua descenderunt deorsum et recesserunt inde. Porro[g] de domno Guidone de Albareto sciendum est, sicut dixit michi abbas de Canossa[11], filius suus, cum familiariter loqueretur mecum iuxta portam castri de Gipso, quod ante per quinque annos, quam eveniret sibi illud infortunium, quo tormentatus fuit occasione mortis domni Guidonis de Bibianello, interrogavit quendam indivinum, qui predicebat futura et ea que homini isti vel illi evenire debebant narrabat[h], quod diceret sibi de patre suo, quales eventus habere deberet. Et ostendit

a) ꝗ (quod) isti *in marg. a Sal. suppl.* b) Dns *cum littera maiuscula* D *c.* c) dns *a Sal. in marg. suppl.* d) Rolandinus (de Canossa *scil.*) *legendum videtur esse.* e) folio *corr.* foliano *c.* f) suo *a Sal. superscr. — Sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* g) *penna mutata.* h) n *in loco raso.*

1) *de Canossa; cf. infra f.* 488[b]. 2) *Guilielmi de Lupicinis.* 3) *Bernardus de Foliano.* 4) *Simone et Bucelino; cf. Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 12. 5) *Cf. supra f.* 483[d]. 484[a], *p.* 632. 6) *Vide supra f.* 430[a], *p.* 529. *principales partis Inferioris Reginae recensitos.* 7) *Gilocham de Marianis a.* 1288; *Libri de temp. Cont. Regina p.* 576. 8) *Cf. supra f.* 430[a], *p.* 529. *et f.* 484[a], *p.* 632; *Libri de temp. Cont. Regina p.* 574. 9) qui amici erant intrinsecorum *(Superioris partis), Libri de temp. Cont. Regina p.* 576. 10) *Ps.* 43, 17: a facie inimici. 11) *Vide supra l.* 10.

*F.* 486[b]. De interfectione Pinotti de Gente et de tribus iuditiis ex morte eius ostensis.

Quod diversimode predicuntur futura. Require similiter infra D26.

*F.* 486[c]. Quod firmatum est consilium Parmense, ut complerent castrum Navonis, quod est in strata Domus-dei.

Quod illi de Gipso iverunt contra illos de Querçola, cum quibus erant federati, et male cessit eis.

---

sibi in quodam libro sic de eo scriptum: 'In manus iudicis cadet'. Revera ita fuit,
sicut in superioribus iam descripsimus: Require carta CCCC[a]LXVII[a] [1]. Per quod
*f. 486b. patet, quod non solum per prophetas predicuntur futura, verum *etiam et quandoque per demones et per homines peccatores, sed et melius per iustos, sicut in
4. Reg. 4, 16. sequenti millesimo[a] poterimus demonstrare [2], *si fuerit vita comes.*
1287. Maii 17. Item millesimo suprapósito XV[o] die exeunte Maio, id est XVI[o] Kal. Iunii,
die sabbati in prandio interfectus fuit Pinottus filius domni Ghiberti de Gente in villa Campiginis a nepotibus suis, qui erant filii domni Lombardini de Gente [3], quorum unus dicebatur Ghibertinus, alter vero Guilielminus [4]. Fuit autem interfectus ab eis occasione cuiusdam molendini, pro quo mutuo contendebant, immo, quod peius est, pro pinça, id est lingula, modice terre, que erat post molendinum. Sed et prius multis diebus et annis multa verba discordie et litigii habuerant ad invicem[b] et cum domno Lombardino, patre istorum. Quapropter venerunt cum quibusdam malefactoribus et assasinis et irruerunt super eum [5] cum armis et
*v. 13. fustibus et interfecerunt eum, sicut scriptura dicit Ys. XXX*[c]: *Subito, dum non speratur, veniet contritio eius.* Et nota hic tria Dei iuditia. Primum, quia omnes qui fuerunt consentientes[d] et conscii mortis uxoris Pinotti, scilicet domine Beatricis de Apulia [6], infra breve tempus interfecti fuerunt et ipsi; quorum primus fuit Pinottus, secundus domnus Guido de Bibianello [7], qui dedit occasionem Pinotto, ut eam interfici faceret, quia voluit cum ea dormire, sed illa penitus adulterium recusavit, non solum propter facinus evitandum, verum etiam quia Pinottus et Guido germani consanguinei erant. Tertius fuit quidam Martinellus, qui eam in villa Corigie quadam nocte cum plumatio suffocavit [8]. Secundum iuditium est, quia[e] idem Martinellus fuit ad interficiendum Pinottum, qui uxorem eius iussu
*f. 486c. 1288. (Iun.) Pinotti interfecerat prius. Qui Martinellus, cum esset vulneratus *in obsidione
Montis-Calvuli [9], rediens domum, quia nescivit sibi ab uxore cavére, ultimum diem clausit. Tertium mirabile et Dei iuditium est, quia, si extranei interfecissent Pinottum eo tempore, quo fuit a nepotibus interfectus, nepotes sui vindicassent eum propter honorem domus sue et propter consuetudinem et vanam gloriam

a) .$\overset{o}{M}$. *c.* b) iuicem *c.* c) XXX. *alio atramento in spatio vacuo relicto a Sal. post. suppl.* d) ꝯsetietes *c.* e) q (que) *corr.* $\overset{a}{q}$ (quia) *c.*

1) *F.* 466[d]. 467[a. b], *p.* 615 *sq.* 2) *Demonstravit, ut in inscriptione columnae dixit, in f.* 526. *deperdito.* 3) *Fratris Pinotti; cf. supra f.* 463[b], *p.* 607 *sq.* 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 702, *qui eodem die Maii* 17. *Pinottum interfectum esse tradunt.* 5) *Ios.* 11, 7: et irruerunt super eos, *etc.; Matth.* 27, 47. 55: cum gladiis et fustibus. 6) *Vide supra f.* 462[d], *p.* 606 *sq.* 7) *De cuius nece* († 1286. *Apr.* 5) *relatum est supra f.* 466[b. c], *p.* 614 *sq.* 8) *Ut et supra f.* 462[d], *p.* 607. *dictum est.* 9) *Quod castrum a Reginis civitatem tenentibus obsessum est a.* 1288. *Iun. Die Iun.* 15. *exercitus obsidens ab illis de Gipso victus est; Libri de temp. Cont. Regina p.* 576; *Sagacius de Gazata col.* 12.

*F.* 486[d]. De luminaribus ostensis pro gaudio de obtenta victoria.
Quod Monachus misit armatos ad conburendum Canossam.
Quod Regini obsederunt Moçadhellum et destruxerunt domos circa castrum et preciderunt vineas.
*F.* CCCC87[a]. Quod illi de Saxolo reversi sunt in civitatem suam.
Quod mortuus est episcopus Mutine, et frater Philippus de Boskettis factus est episcopus.
Quod multi religiosi promoti sunt ad prelationes episcopales magis[a] ob gratiam[b] parentele quam ordinis sui.

---

mundi. Item precedenti sexta feria firmatum est consilium Parmense, ut com- [1287. *Maii* 16.] plerent castrum Navonis, quod est prope Regium in publica strata, iuxta burgum Domus-dei.

Item millesimo supraposito XV[0] die exeunte Iunio iverunt illi de Gipso [*Iun.* 16.] contra illos de Querçóla, cum quibus erant federati et fecerant treuguam, volentes ex eis ducere predam atque captivos; et precedentibus diebus plures ex eis occiderant et animalia eorum ceperant et homines captivos abduxerant. Cum autem iam facta treugua cum eis iterum contra eos essent reversi animo depredandi XV[0] die exeunte Iunio, ut superius dictum est, venerunt milites Regini de civitate duce Pocapenna de Canossa et interposuerunt se inter Gipsum et Querçolam, et non habuerunt nisi dorsum inimicorum iuxta verbum quod scriptum est: *Et inimicos meos dedisti michi dorsum et odientes me disperdidisti.* Nam Regini pugna- [*Ps.* 17, 41.] bant contra eos ex una parte et illi de Querçola ex alia, et ceperunt ex eis centum et tres. Et pro maiori parte Regium ducti fuerunt cum uno fune ligati et in compedibus positi et in carcere communis detenti et custoditi. Aliquos vero retinuerunt illi de Querçola pro restauratione damnorum suorum, que intulerant eis illi de Gipso. Est autem Querçola quedam villa domni *Matthei de Foliano. Porro [**f.* 486d.] in hac captione non fuerunt nisi homines conductitii[c] et extranei. Maiores vero de Gipso domi sedebant et tuebantur in castro. Qui audita strage suorum ululaverunt dicentes: *Ve nobis! Non enim fuit tanta exultatio heri et nudiustertius. Ve* [1. *Reg.* 4, 8.] *nobis! Quis liberabit*[d] *nos de manu deorum sublimium istorum?* Sequenti sero osten- [*Iun.* 17.] derunt illi de Regio ardentem faculam in cacumine turris communis in signum gaudii et letitie ad letificandum corda amicorum suorum, qui erant in Bibianello et in adiacentibus castris. Et fecerunt et ipsi similiter statim ostendendo faculas accensas, sicut faciunt rustici in carnis privio, quando domunculas suas conburunt atque tuguria. Idem fecerunt illi de plebe Cavilliani de cacumine campanilis ardentem faculam ostendendo. Sequenti[e] die misit Monachus de Bibianello [*Iun.* 18.] homines armatos, et combusserunt domos que erant circa Canossam in ultionem conbustionis ville de Cavilliano, quam conbusserant[f] illi de Gipso. Porro tertia die post, id est in festo sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii, venerunt Re- [*Iun.* 19.] gini ad castrum quod dicitur Moçadellum et destruxerunt domos et preciderunt vineas, que erant circa castrum. Et fuerunt illi de Bibianello et de Castellis[1] et de Bibiano et de Cavilliano cum eis. Et facta fuit vinearum destructio magna. Veruntamen illi de castro vulneraverunt de exterioribus quam plures cum arcubus et sagittis. Et eadem *die Regini ad propria sunt reversi integro numero sine [**f.* CCCC87a.]

a) *huius versus in summa columna* 487[b]. *scripti signa compendii abscisa sunt, ut nunc legatur* st ad platoes epales mag *pro* st ad platoes epales mag. b) ob gratiam *abscisa, ut solum remanserit inferior pars litterarum* ob g; *vide infra p.* 640, *l.* 17. c) conduc|tii *c.* d) nos salvabit *Vulg.* e) *penna mutata.* f) *sic h. l. perscriptum in c., l.* 34. ꝯburunt, *l.* 37. cobusserunt, *l.* 38. ꝯbustionis *c.*

1) *De Quatuor castellis scilicet, quorum Bibianellum unum est; cf. supra f.* 457[c.d], *p.* 594.

*F.* $487^{b}$. Quod abbas Ioachim de duobus ordinibus plura bona dicit.
De quibusdam qui fugerunt de carcere communis Regii, ob quam causam tormentatus fuit Scalfinus de Indusiatis.

---

1287. aliqua lesione. De Castellis igitur fuerunt illi qui vulneribus sunt plagati et de aliis villis.

*Iun.* 30. Item eodem anno, ultimo die Iunii reversi sunt illi de Saxolo in civitatem suam, quos illi de Mutina licentiaverant et posuerant in confinibus[1]. Reversi sunt *(Iul. Aug.)* autem pacifice cum voluntate illorum de civitate. Et mortuus est episcopus *Gen.* 35, 29. Mutine[2], qui erat de Mediolano[3] et dicebatur domnus Ardetion, homo *senex et plenus dierum*. Et turbatio erat in Mutina de episcopo eligendo, et fuerunt in *(Aug.)* electione multis diebus. Tandem elegerunt fratrem Philippum de Boskettis de Mutina, qui frater Minor erat. Electus fuit similiter cum eo ex altera parte domnus Guido de Guidonibus, archipresbiter Citanove[4], qui in iure canonico erat peritus, sed parum videbat, et erat germanus fratris Bonifacii de Guidonibus, qui est frater Minor. Tandem obtinuit frater Philippus et consecratus est episcopus Mutine[a, 5]. Et[b] nota, quod diebus meis multi fratres Minores et Predicatores ascenderunt ad prelationes episcopales, magis ob gratiam parentele et carnalium propinquorum quam ob gratiam ordinis sui. Non enim multum curant canonici cathedrales et matricis ecclesie civitatis cuiusquam religiosos super caput suum habere prelatos, quamvis constet eis, quod vita fulgeant et doctrina. Timent enim reprehendi ab eis, dum in carnalitatibus et lasciviis volunt vivere, iuxta verbum quod **f.* $487^{b}$. *†v.* 12. scriptum *est Prover. XV[†c]: *Non amat pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes graditur*[d]. Et de fratribus Minoribus et Predicatoribus in expositione Ieremie dicit abbas Ioachym[6]: *Isti duo ordines simpliciter et humiliter nascentur ecclesie, sed processu temporis acriter increpabunt et arguent fornicariam Babilonis.* Unde scriptum **v.* 25. est Prover. 24[*e]: *Qui arguunt laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.* Nota, quod pro fornicaria Babilonis potest intelligi omnis anima mortaliter peccans[f]. Iterum de istis duobus ordinibus abbas Ioachim dixit[7]: *Videtur michi, quod unus, scilicet ordo, indifferenter colligat botros terre, clericos et laicos incorporando ecclesie, alter*[g] *vero solummodo primitias eligat clericorum.* Sed de hac materia satis sit

a) Mut *c.* b) *penna mutata.* c) XV. *in spatio vacuo relicto alio atramento a Sal. post suppl.* d) *sequitur* ℭ *atramento nigro scriptum.* e) 24. *in spatio vacuo relicto alio atramento a Sal. post suppl.* f) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* g) Alter *cum littera maiuscula* A *c.*

1) *Cf. supra f.* $485^{b.c}$, *p.* 636. 2) mense Iulii vel Augusti *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 432. 3) *De gente Comitum.* 4) *De hac electione vide Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 432 *sq.* 5) *Die Dec.* 6. *confirmatus esse videtur, quia Ioh. de Bazzano et Bonif. Moranus, 'Cronache Modenesi' p.* 81 *sq., dicunt eum festo sancti Nicolai sedem episcopalem suscepisse, et Alex. Tassonus l. l. p.* 82. *eum hoc die episcopum factum esse scribit. Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 433 *sq. testantur eum a.* 1287. *Aug. cum Guidone electum esse, demum a.* 1288. *Iun.* 6. *consecratum Mutinam venisse.* 6) *Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam c.* 13, *(Coloniae* 1577*) p.* 174: Ipsi (Isti *cod. Bruxell.*) duo ordines simpliciter et humiliter nascentur ecclesiae, sed quae (quantum *cod. Bruxell.*) in fine permanserint (premant eam *cod. Bruxell.*), ipsa cognoscet, quia celare non poterunt clericorum malitiam et abscondere ignominiam laicorum. 7) *Idem locus, verbis paulo differentibus, iam supra f.* $248^{d}$, *p.* 101. *citatus est. Idem fere legitur in Interpret. in Ieremiam c.* 9. 13, *(Coloniae* 1577*) p.* 136. 166; *vide supra p.* 101, *n.* 1.

*F.* 487[c]. Quod quidam cogitaverunt invadere castrum[a] Raçoli in damnum communis Regii, ob quam causam Canini de Palude forbanniti fuerunt.
Quod Conradus Canînus duos fecit interfici.

*F.* 487[d]. Quod in principio guerre illi de Gipso valde audaces fuerunt, sed postea ceperunt deficere.
Quod in hoc millesimo fuit maxima culicum multitudo.

---

dictum. Iam stilus redeat ad Reginorum opera describenda, circa que specialiter nostra versatur intentio, quantum ad presentem guerram, que in millesimo supraposito et in sequenti multum concussit et turbavit et afflixit Reginos.

His[b] diebus et millesimo[c] suprapositο, scilicet anno Domini M°CC°LXXXVII°, [1287.] in mense Iulii [*Iul.*] fugerunt de carcere communis Regii XX et VIII homines; quorum occasione captus fuit Scalfinus filius domni Guidonis de Indusiatis et graviter tormentatus, eo quod credebant Regini, quod incarceratis limam dedisset ad evadendum de carcere. Et post alia tormenta posuerunt testum cum prunis vivacibus sub plantis[d] pedum eius. Et cum sufflatorio insufflabant, ut prune ardentiores et vivatiores fierent ad tormentum. Et dum sic sedéret, fecerunt venire *patrem [*f. 487c.] eius, ut videret filium sic torqueri. Et condemnaverunt eum trecentis libris monete Bononie, quibus solutis eum libere permiserunt abire. Item his diebus cogitaverunt aliqui facere proditionem de castro Raçoli in damnum civitatis Regii et in adiutorium illorum de Gipso. Et fuit cognitum a Reginis Deo faciente, *qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.* [*Iob* 5, 12.] Et fugerunt decem homines de custodibus Raçoli, qui proditores esse debebant. Verumtamen captus fuit[e] a Reginis nepos Conradi Canini de Palude, scilicet filius sororis eius, qui dicebatur Conradinus de Bondeno, et fuit graviter tormentatus *non semel neque bis.* [4. *Reg.* 6, 10.] Postea fuit appensus per brachia ad palatium communis, postmodum fuit decapitatus, postea tractus ad caudam equi in signum derisionis et verecundie[f] et opprobrii sempiterni et tandem fuit conbustus. [*cf. Ps.* 77, 66.] Et postea omnes Canini, qui sunt de Palude, fuerunt positi in banno communis Regii cum omnibus heredibus suis usque in sempiternum. Et nota, quod illi de Gipso sperabant, si haberent Raçolum, quod Veronenses et Mantuani venirent cum illis de Sesso[1] et caperent civitatem Reginam et expellerent aliam partem, que eam modo tenet; et Conradus Caninus debebat per triennium esse eorum potestas; sed *mentita est iniquitas sibi,* [*Ps.* 26, 12.] ut dignum fuit, quia ante hec omnia per duos menses fecerat interfici archipresbiterum de Faxolis de Furnovo de Parma et quendam nepotem suum, filium domine Alexante[g], sororis domni Rolandini de Canossa[h], qui dicebatur Carottus, et erat frater Bonifacii Trauli, id est qui habet impeditam linguam. Et cum fecisset hec omnia supradicta mala, Re*gini, [*f. 487d.] quibus fuit ingratus, permittebant eum in Regio habitare in ecclesia sancti Nicholai, que est monasterii de Fontanellis de Parma[2], quamvis Guillielmus[i] de Foliano Reginus episcopus et postmodum Gaudentes[3] vellent sibi eam in posterum usurpare. Dicebatur etiam, quod episcopus Parmensis[4] dabat ducentas libras, ut illi de Gipso possent Raçolum habere. Et[e]

a) *primi versus huius columnae signa compendii abscisa, ut nunc legatur* Qd qda cogitauert iuadc cast *pro* Qd' q̔da cogitauert ıuad'e cast[m]. b) *littera maior initialis* H *minio picta. — Penna mutata.* c) .M. *c.* d) pantis *corr.* plantis *c.* e) *penna mutata.* f) ue9dic *c.* g) *sic c.* h) canosa *corr.* canossa *c.* i) Guill's *c.*

1) *Gibellinis ex civitate Regina expulsis.* 2) *Cf. Alb. Mil. Lib. de temp. c.* 188. *et Cron. imp. c.* 163, *SS. XXXI, p.* 450. 644. 3) *Fratres milites S. Mariae.* 4) *Opizo de Sancto Vitali.*

*F.* CCCC88[a]. Quod in hoc millesimo multum retardate sunt segetes ad maturandum.

Quod filius Petri regis Aragonie devicit Gallicos.

Quod multi ambaxatores congregati sunt in Parma ad tractandum de pace civitatum Lombardie.

Quod in hoc millesimo[a] apud Montem-Pesulanum[b] celebratum[c] est generale capitulum fratrum Minorum, et in Romagnola magna erat discordia partium occasione.

---

1284. quod, quando illi de Saxolo fuerunt emissi de Mutina[1], misit ducentos homines
equites et pedestres in adiutorium eorum[2], sed quia Regini cito Mutinensibus dederunt succursum, non potuerunt facere quod volebant, et ideo reversi sunt per
Gipsum, quia timebant reverti per Regium, ne impedimentum haberent. Cum
1287. quibus postea illi de Gipso villam Cavilliani conbusserunt, sicut superius iam descripsimus[3]. Et nota, quod in principio guerre illi de Gipso fuerunt valde
audaces, conburendo et destruendo et capiendo homines qui ex adversa parte erant;
*1. Mach.* 1, 22. sed postea ceperunt deficere, quia Regini qualibet die *ascend*ebant ad eos *in multitudine gravi* et asportabant segetes et conburebant domos et precidebant vineas
domni Rolandini, que faciebant vinum de Vernaça[4]. Et vineam domni Guidonis
de Albareto preciderunt et domum eius conbusserunt. Hec[d] domus multa habebat
diverticula et mansiones. Nam in ea erat porticus et sala palatii et multe camere
ad dormiendum et coquine et stabula et cellaria et furnus et pastoforia[5] et pistrina
et diversa latibula, que omnia vorax flamma consumpsit. Et nota, quod in
hoc millesimo[a] fuit maxima culicum multitudo tam in montibus quam in paludibus
*Iul.* 1—22. et planicie a principio Iulii usque ad festum Magdalene, ita quod tediosum erat homi-
**f.* CCCC88[a]. nibus vivere *propter importunitatem et lesionem eorum. Nota etiam, quod in hoc
millesimo multum retardate sunt segetes ad maturandum, ita quod non potuerunt
*Iul.* 22. se expedire agricole et messores usque ad festum Marie Magdalene; et quod dicitur
*Levit.* 26, 5. de Iudeis in benedictionem, scilicet: *apprehendet messium tritura vindemiam, et vindemia*[e] *occupabit sementem.* Christiani credebant sibi accidisse in penam. Item
millesimo[a] supradicto filius[6] Petri regis Aragonie, qui fuit filius filie[7] principis
Manfredi, filii Frederici imperatoris condam, devicit Gallicos[8], qui sub rege Karolo
militaverant in Apulia et Sicilia, et obtinuit totum regnum. Item millesimo[a]
supraposito magna et pulcherrima campana communis Parme rupta est ex imperitia
pulsatoris[9]. Item in hoc millesimo[a] supraposito congregati sunt in Parma ambaxatores de Bononia, de Mutina et de Regio et de Placentia et de Brixia et de Cremona ad tractandum et ordinandum de pace et concordia civitatum Lombardie[10],
ut quietam et tranquillam vitam quilibet possit habere, et ne propter discordiam

a) .M̊. *c.* b) *primi versus huius in summa columna* 488[b]. *scripti signa compendii abscisa, ut nunc legatur* mote pesulanu *pro* motē pesulanu. c) celebr. — capitulum *abscisum, ut tantum remanserit inferior pars litterarum* celebtu ÷ (est) g. d) *penna mutata.* e) uidemiā *c.*

1) *A.* 1284. *Iul.* 30; *cf. supra f.* 429[a.b], *p.* 527. 2) *De Opizone illis de Saxolo favente vide supra f.* 455[c], *p.* 589. 3) *F.* 485[a.b], *p.* 634 *sq.* 4) *Cf. supra f.* 448[c], *p.* 572. *Nunc Italice* vernaccia *dicitur quoddam vinum album dulce.* 5) *Vide Gloss. mediae et inf. Lat. s. v.* pastophorium. 6) *Iacobus.* 7) *Constantiae.* 8) *Proelio navali die Iun.* 23. *in littore Surrentino commisso maxime. Cf. infra f.* 491[c], *p.* 651. 9) *Post Iul.* 1. *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 703. 10) *Post Iul.* 1. *Cf. ibidem.*

*F.* 488[b]. Quod quidam ribaldi voluerunt invadere locum fratrum Minorum de Monte-falconis.

Quod[a] Bononienses populares gravia statuta ordinaverunt contra milites suos.

---

ab hostibus involvantur. Nam, sicut dicit beatus Gregorius[1], *minus iacula feriunt que previdentur* et cet. Item in hoc millesimo apud Montem-Pesulanum cele- 1287. (*Maii* 25). bratum est generale capitulum fratrum Minorum, et factus fuit generalis minister frater Matheus de Aqua-sparta, de Tuscia de valle Spoletana. Et in isto generali capitulo secundum voluntatem Italorum et secundum[b] consuetudinem aliorum generalium capitulorum non bene fuit ministratum[2]. Vicarius fuit ibi frater Petrus de Falengaria[3], qui postea missus fuit[c] ad legendum in curia[4], cum esset cathedratus magister. Item his diebus in Romagnola magna erat discordia occasione partium.

*Item his diebus, millesimo[d] supraposito, XVIII[to] ribaldi ex his qui erant in **f.* 488[b]. Gipso ordinaverunt, ut venirent ad spoliandum fratres Minores qui habitabant in loco Montis-falconis[5]. Quod cum cognovissent domnus Iacobinus de Panceriis et Bonifacius de Canossa, frater abbatis Sancti Prosperi[6] de Regio, comminati sunt eis et terruerunt eos, ne venirent. Et ita cessaverunt a stultitia sua[7].

Item his diebus, millesimo[d] supraposito, Bononienses populares gravia statuta ordinaverunt contra milites suos et contra omnes nobiles civitatis sue, videlicet ut quicumque de militibus sive nobilibus lederet aliquem de aliqua societate hominum popularium, ita deleretur tam in villis quam in civitate, in domibus, agris et arboribus, ut non remaneret ex omnibus bonis eius nec lapillus quidem ex eo. Et in hanc maledictionem primo impegerunt filii domni Nicholai de Baçaleriis, qui totaliter a populo sunt deleti[e, 8]. Et inde factum est, quod milites Bononienses propter impetum furentis populi in civitate habitare iam timent et more Gallicorum[9] in villis habitant, in possessionibus suis. Et ideo populares, qui in civitate habitant, more Gallicorum decetero bene possunt appellari burgenses[e]. Sed timendum est popularibus, ne ira Dei veniat super eos, quia faciunt contra scripturam que dicit Levitici XIX*: *Iuste iudica proximo tuo. Non queras* **v.* 15. 18. *ultionem nec memor eris iniurie civium tuorum.* Item populares et rustici sunt, per

a) Quod — suos *in infer. marg. a Sal. scriptum.* b) *sic* (*f*) *c., non* contra, *ut ed. Parm. habet. Sal. vult quidem dicere in aliis capitulis bene ministratum esse. Interpretare, quasi scripsisset:* ut fratres Itali voluerunt et in aliis generalibus capitulis actum est. c) fuit *in marg. a Sal. suppl.* d) .M°. *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Hom. in Evang. I,* 12. *Qui locus iam supra f.* 310[a]. 365[b]. 474[c. d], *p.* 240. 374. 622. *allatus est.* 2) *Fratres quidam voluerunt, ut singuli custodes singulas voces in eligendo ministro generali haberent. Cf. Catal. ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 703 *(et infra); Fr. Ehrle in 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 59 *sqq.* 3) *Cf. Catal. ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 703, *ubi* Guilielmus de Falgario *vocatur. Cf. supra f.* 451[a], *p.* 578, *n.* 6. 4) *Cf. Chron. XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 407: Hic generalis *(Matheus de Aqua-sparta)* fuerat lector sacri palatii, cui frater Guilielmus de Falgario Tolosanus et magister in lectura successit, qui postea *(a.* 1296. *Iul.* 9*)* factus est Vivariensis episcopus. 5) *Ubi ipse Salimbene tunc erat.* 6) *Guilielmi. Cf. supra f.* 485[d], *p.* 637. 7) 2. *Mach.* 4, 6: cessare a stultitia sua. 8) *Cf. 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 294; *Matheus de Griffonibus edd. L. Frati et A. Sorbelli (Muratori, SS. ed. nova XVIII, 2) p.* 25. *ad a.* 1286. 9) *Cf. supra f.* 302[b], *p.* 222.

*F.* 488[c]. Quod hi qui faciunt mala quandoque puniuntur ex eis[a].
Quod Regini XV diebus obsederunt illos de Gipso in Roketta, in qua se incluserant necessitate compulsi.
Exemplum dignum memoria et relatu.
*F.* 488[d]. Quod Parmenses[b] et Bononienses removerunt obsidionem a Roketta sub pretextu faciende pacis, et tamen illi de Gipso fecerunt deteriora prioribus.
De crudelitatibus beruariorum de Liguria qui habitabant in Gipso.

---

quos destruitur mundus, et per milites et nobiles conservatur. Nam Pateclus[c] in libro Tediorum dixit:

*Et quando de sola fi tomera.*

*f. 488c. Vult dicere, quod tediosum quid est, *quando illud, quod debet esse inferius, ascendit superius. Quod etiam fieri propter peccatum Dominus comminatur Deu-
*v. 43. 44. tero. 28 *[d]: *Advena, qui tecum versatur*[e] *in terra, ascendet super*[f] *te eritque sublimior, tu autem descendes et eris inferior. Ipse erit in caput, et tu eris in caudam.* Sed postmodum timendum, ne fiat e converso, quia

*in die fortune mutantur cornua lune*[1].

Exemplum. Reduc ad memoriam exemplum becariorum[c] de Cremona, quorum unus habebat unum magnum canem, qui multa incomoda[g] a parvo cane alterius beccarii[c] sustinuit patienter, sed quia ab iniuria usitata cessare nolebat, ideo postea submersit et suffocavit eum in Pado nimis provocatus ab eo. Et ita multi sunt in hoc mundo, qui, si viverent in pace, non lederentur ab aliquo. Sed quia de indu-
*v. 1. 3. stria vadunt querendo brigam, ideo inveniunt eam. Hinc Ecclesiasticus dicit 7 *: *Noli facere mala, et non te apprehendent. Non semines mala in sulcis iniustitie, et non metes ea in septuplum.* Sed de hac materia satis sit dictum, ut ad Reginos iterum revertamur.

1287. Item[h] his diebus et millesimo[i] supraposito, scilicet anno Domini M°CC°LXXXVII°, illi de Gipso necessitate compulsi, quia persequebantur ab hostibus, incluserunt se
Aug. 1. in Rokettam; et statim venerunt Regini cum amicis suis et obsederunt eos quasi diebus XV[2]. Et tunc venerunt ambaxatores de Bononia et de Parma, ut facerent pacem inter illos Reginos de civitate, qui obsidebant eos, et illos de Gipso, qui in Roketta obsidebantur ab eis. Et ita sub pretextu fiende pacis remota est obsidio,
Aug. 13. *f. 488d. et egressi sunt inde, nec tamen pax *facta est[3]; sed fecerunt illi de Gipso deteriora prioribus depredando et destruendo villas episcopatus Regini et capiendo homines et diversis et excogitatis tormentis et inusitatis tormentando eos, ut se redimerent soluta pecunia[k]. Et erant Bergamenses et Mediolanenses et alii beruarii de Liguria, quos illi de Gypso[c] mercede conduxerant, qui talia faciebant.

a) *huius primi versus columnae signa compendii abscisa, ut nunc legatur* Qd . . q faciut . . . qnq3 puniut *pro* Qd' . . q̇ faciut . . . q^n^q3 puniut˜. b) Qd pamses *signis compendii abscisis c. pro* Qd' pāmses. c) *sic h. l. c.* d) 28. *in spatio vacuo relicto a Sal. alio atramento post suppl.* e) vers. in terra *in loco raso.* f) super — inferior *in loco raso et in marg. scripta. Apparet fratrem Sal. antea hunc versum e memoria non recte citavisse, post ascita Biblia correxisse.* g) *sic c.* h) *sub* Item — illi *linea rubra ducta. — Penna mutata.* i) .M̊. *c.* k) *sequitur* ℭ *minio scriptum.*

1) *Cf. f.* 462[b], *p.* 605, *n.* 7. 2) *Potius diebus tredecim, ut ipse Sal. infra f.* 489[b], *p.* 646. *dicit. Cf. SS. XXXI, p.* 574, *n.* 3. 3) *De obsidione Tinibergae rochettae cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 574 *sq.; Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 12. *Infra f.* 490[a]. *vide plura de pace facienda.*

*F.* 489[b]. Qua die et quota illi de Gipso ingressi sunt Rokettam[a], et qua de causa Roketta dicta est Tiniberga, et quod tria milia hominum fuerunt in obsidione ipsius.

---

De quibus recte dici potest illud Iere. VI.* et L†: *Crudeles sunt et inmisericordes.* *v. 23. †v. 42. Nam cum quadam vice cepissent quendam hominem pauperculum, qui nunquam leserat eos, immo servisset, si habuisset unde, ligaverunt eum et duxerunt ad Gipsum et dixerunt ei: 'Pone tibi taliam'. Quod erat dicere: Manifesta, quantum dare potes nobis. Cum autem[b] ille diceret, quod nichil habebat ad dandum, statim percusserunt os eius cum durissimo lapide, et ceciderunt ex illa percussione semel facta de ore eius dentes sex, et septimus movebatur ad casum. Et id ipsum fecerunt aliis pluribus. Aliquibus vero ligaverunt capita cum strictorio fortiter perstringendo, quousque egressi sunt oculi de sedibus suis et morabantur in genis; aliquos[c] vero ligabant solummodo per pollicem manus dextre sive sinistre et totaliter totum corpus hominis suspendebant a terra. Et aliquos etiam ligando testiculos suspendebant. Aliquibus ligabant minimum digitum unius tantummodo pedis, cum quo totum suspendebatur corpus. Aliquibus ligabant manus post tergum et eum[d] sedere faciebant et sub plantis eius *ponebant testum prunarum, *f. ccccLXXXIXa. quas ardentiores cum sufflatorio faciebant[e, 1]. Aliquibus ligabant pollicem pedis dextri cum cordula ad dentem et cum stimulo dorsum eorum pungebant, ut ipsi sibi ipsis dentes extraherent[e]. Aliquibus ligabant manus cum tybiis circa calcaneum, sicut fit agnis[f] qui portantur[g] ad victimam seu[h] ad macellum, ut occidantur, et sic tota die sine cibo et potu suspensi morabantur in pertica[e]. Aliquibus cum uno ligno durissimo tamdiu radebant sive fricabant tybiarum skinas[2], quousque os apparebat. Et erat hoc videre miseria et compassio magna[e]. Cum autem maiores de Gipso reprehenderent eos, ex eo quod talia horribilia videbantur in Christianis hominibus exerceri, turbabantur berruarii[i] et dicebant, quod ab eis[k] recederent, nisi talia sustinerent. Et ideo necessitate compulsi, vellent nollent, talia permittebant[e]. Multa etiam alia excogitaverunt et fecerunt tormenta, que non descripsi brevitatis causa. Hec autem scripta sunt, ut cognoscatur, quod aliqui homines crudeliores bestiis sunt. Et ideo vere dignum et iustum est, ut cognoscatur, quod aliqui homines crudeliores bestiis sunt. Et ideo vere dignum et iustum est, ut tales, qui eiusmodi sunt, in inferno cum demonibus tormententur, sicut Isaias descripsit dicens V*: *Dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum* *v. 14. *absque ullo termino, et descendent fortes eius et sublimes eius gloriosique eius ad eum.* Et iterum Dominus dicit Mat. XXV*: *Discedite*[l] *a me, maledicti, in ignem eternum, qui* *v. 41. *paratus est diabolo et angelis eius,* pro eo quod non solum opera misericordie non fecistis, immo similia demonibus exercuistis tormenta. Hinc Iob dixit XXIIII*: *v. 12. *De civitatibus fecerunt viros *gemere, et anima vulneratorum clamabit*[m], *et Deus inultum* *f. 489b. *abire non patitur.* Unde Dominus Iere. IX*[n]: *Numquid super gentem huiuscemodi*[o] *v. 9.

a) ingr. sunt rok. *ex parte abscisa, ut tantum remanserit* igssi *(pro* ig*ssi*) et inferior pars litterarum* st roke. b) ā (autem) *in marg. a Sal. suppl.* c) *penna mutata.* d) *sic c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) ags *c.* g) portatur *c.* h) seu *c.* i) *sic* (ber‖ruarii) *h. l. c.* k) eis *in marg. a Sal. suppl.* l) Disc. *in marg. a Sal. suppl.,* a me *in loco raso.* m) *sic etiam supra p.* 533, *l.* 8. *et p.* 574, *l.* 8 *(cf. supra p.* 187, *l.* 30*)*; clamavit *Vulg.* n) IX. *in loco raso.* o) h⁹scemodi *c.*; in gente huiusmodi *Vulg., ubi praecedit:* super his non visitabo?

1) *Eadem fere verba supra f.* 487[b], *p.* 641. 2) *Est vox Germanica ahd.* skina, *nunc* schiene, *vox inde ducta Italica* schiena *nunc aliam vim habet, sed vis eius vera adhuc servata est in voce Italica* schiniera.

*F.* 489^c. Quod Bononienses multos de militibus suis[a] in confinibus posuerunt.
Quod quarumdam personarum dominium in scriptura divina pessimum reputatur.
De Bernardo diacono ecclesie sancti Antonini, qui ab assasinis Monachi de Bibianello interfectus fuit, et precedenti millesimo interfectus fuit similiter domnus Peregrinus presbiter plebis Cavilliani a malefactoribus supradictis.

---

*Ps.* 93, 1. *non ulciscetur anima mea?* Certe ulciscetur, quia *Deus ultionum Dominus*[b] est. Ideo
*r. 8, 9. sic habetur in Iob IIII*: *Vidi eos qui operantur iniquitatem, qui*[c] *seminant dolores et metunt eos, flante Deo perisse et spiritu ire eius esse consumptos.*
1287. Ingressi sunt autem in Rokettam supradicti homines de Gipso in Kalendis
*Aug.* 1. Augusti, id est in vinculis sancti Petri, et fuerunt ibi inclusi usque ad festum
*Aug.* 13. sanctorum martyrum Ypoliti et Cassiani, qua die egressi sunt inde. Et dixit michi quidam iuvenis, qui semper cum eis fuit, quod intus erant trecenti homines et ducenti XL equi. Foris vero in obsidione fuerunt tria milia, computatis Reginis cum amicis suis, qui per diversa contubernia et diversos exercitus hinc inde per montes ordinati circa Rokettam et dispositi erant. Et si cepissent eos Regini — quia capi poterant, nisi Parmenses et Bononienses, qui se de pace intromittebant[1], impedimento fuissent —, procul dubio guerra eorum terminata fuisset, eo quod omnes capitales eorum inimici in Roketta erant inclusi; et habebant exterius manganos et trabuccos, quorum ictus illi de Roketta sustinere non potuissent. Est autem Roketta distans per unum miliarium a Saxolo[2] et per X a civitate Regina. Hec est vallis montibus circumclusa[d], in cuius vallis meditullio est monticulus quidam, super quem edificata est hec Roketta, que etiam alio nomine dicta est Tiniberga,
*f. 489c. hac scilicet de causa[e]: Quidam homines de Bergamo de maioribus *civitatis sue propter homicidium, quod fecerunt, fuerunt de civitate sua forbanniti et positi in confinibus sempiternis sine spe ulterius redeundi[e]. Cum ergo Regium devenissent, petierunt a communi Regino locum, in quo possent habitare securi. Regini vero hanc eis gratiam[f] concesserunt, ut circuirent totum episcopatum eorum, et ubi invenirent locum non ab aliis occupatum et idoneum sibi, ibi suam munitionem construerent et habitarent. Et sic fecerunt Rokettam, que ab eis dicta est Tiniberga. Hec modo erat domni Bernardi de Gipso[3]. Item his diebus et millesimo supraposito Bononienses multos de militibus suis in confinibus posuerunt et ad diversas civitates miserunt, ut habitarent ibi. Et populares quidem hoc fecerunt, qui super milites dominium acceperunt. Et nota, quod quarumdam personarum dominium in scriptura divina pessimum reputatur, scilicet mulierum, puerorum, servorum et stultorum, inimicorum et vilium personarum. De quibus dicitur[4]:

*Asperius nichil est humili, cum surgit in altum.*

a) *primi versus huius columnae signa compendii abscisa, ut nunc legatur* Qd bononieses mltos . . . ss *pro* Qd' bononiēses ml'tos . . . s̄s̄. b) dn̄s *in marg. a Sal. suppl.* c) *sic et supra p.* 629, *l.* 11; et *Vulg.* d) ċ9clusa *c.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) grā3 *in marg. a Sal. suppl.*

1) *De pace facienda Parmae tractata, ut videtur, iam ante hoc pactum de Tiniberga, de quo referunt Libri de temp. Cont. Regina et Sagacius, vide Ann. Parm. mai. p.* 703. 2) *Libri de temp. Cont. Regina p.* 575: apud Saxolum, quod distat ab illo loco *(Tiniberga)* per duo miliaria. 3) *Sagacius l. l.*: Et Bernardus de Gipso de Malapressis dedit eis *(de Gipso)* arcem Tinibarcham. 4) *Claudian. in Eutrop. I,* 181. *Hic versus cum sequentibus iam bis laudatus est supra f.* 235^b. 251^b, *p.* 66. 106.

*F.* CCCC90[a]. Quod Deus cito fecit vindictam de suis clericis interfectis, quia *Deus inultum abire non patitur,* Iob 24*. *v. 12.

Quod Bononienses duxerunt secum obsides quos[a] extraxerunt de Rochetta[b].

---

Et Patteclus[b] in libro Tediorum dixit:

*Et*[c] *cativo homo*[d] *podhesta de terra*[1].

De omnibus istis dominiis require supra, carta CC[a]XXXV[a][2]. Item his diebus 1287.
captus fuit a Monacho de Bibianello, qui et de Canossa, Bernardus Guilielmi dia-
conus ecclesie sancti Antonini de Castellis[3], et confessus est de plano et volun-
tarie sine tormento, ut dicebant hi qui ceperant eum, quod volebat tradere Bibianellum
et dare illis de Gipso. Et statim secuerunt cannas gule eius et circumduxerunt[e]
eum per castrum defunctum[f] nudatum, postmodum precipitaverunt eum de castro
tamquam vile cadaver. *Et sic fuit sepultus cum sola camisia ad sancti Antonini *f. 489d.
ecclesiam[g]. In festo sancti Iohannis Baptiste, cum cantarem missam in Bibianello, *Iun.* 24.
cantavit ad illam missam evangelium homo iste, et eodem anno sequenti die post
festum decollationis sancti Iohannis[h] Baptiste, in die sabbati fuit[i] iste decollatus. *Aug.* 30.
Sorori vero eius Berte nomine linguam preciderunt et expulerunt[k] de Castellis, ut
in perpetuum non rediret. Imponebant enim ei aliquam culpam sicut et concu-
bine eius sive amasie seu focarie, scilicet quod esset annuntiatrix malorum secre-
torum inter illos de Gipso et aliquos de Castellis pessimos proditores. Senex erat
diaconus iste, focariam habebat, et finaliter nescivit vel noluit confiteri. Martinellus[l]
dicebatur ille qui interfecit eum, quidam assasinus et famosus malefactor, quem Mona-
chus de Bibianello secum tenebat in castro. Item precedenti millesimo inter- 1286.
fectus fuit domnus Peregrinus presbiter plebis Cavilliani ab assasinis Monachi de
Bibianello, cui similiter maculam imponebant[4], scilicet quod non bene ex parte
Monachi vellet existere, et multa alia, que non sunt digna memoria et relatu. Et
IIII[or] fuerunt qui interfecerunt eum, scilicet Raimundellus, Iacobellus, Acortus
et Ferarellus. Hi IIII[or] familiariter cum eo cenáverant quodam sero, et cum de
nocte in camera sua et in lecto suo dormiret, gladiis interfecerunt eum et ita de-
formiter tractaverunt eum et derisionem fecerunt de eo, ut monstrum horribile
videretur. Sed Deus cito de interfectoribus istius presbiteri exercuit ultionem.
Nam, ante quam preteriret annus, Raimundellus fuit interfectus ab illis *de Gipso, *f. CCCC90a.
et Iacobellus similiter incidit in manus illorum de Gipso, qui excusserunt ei duos[m]
dentes, et vix evasit. Acortum vero et Ferarellum occidit Deus in lectis suis.

Item millesimo supraposito, quando potestas Bononie[5] et cives Bononienses 1287. *Aug.* 13.
extraxerunt de conclusione illos de Roketta[6], duxerunt secum Bononiam domnum
Rolandinum de Canossa et posuerunt eum in compedibus et in custodia propter

a) *sequitur* de *expunctum, post lineis perductis deletum c.* b) *sic h. l. c.* c) Et *om. supra f.* 247[c]. d) hom *supra f.* 247[c]. e) c9duxerunt *c.* f) *sequitur locus rasus duarum fere litterarum.* g) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* h) Io. *c.* i) *penna mutata.* k) epulerunt *corr.* expulerunt *c.; supple* eam. l) Mart *in loco raso.* m) duo *corr.* duos *c.*

1) *Idem versus iam supra f.* 247[c], *p.* 98. *cum sequentibus versibus allatus est.* 2) *P.* 65 *sq.* 3) *De Quatuor-castellis scilicet, quorum unum est Bibianellum; cf. supra f.* 457[c.d], *p.* 594. 4) *Eccli.* 11, 33: in electis imponet maculam, *quod dictum Sal. innumeris locis usurpavit.* 5) *Gerardus de Iossano Cremonensis; cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 575. *et quae ibi n.* 1. *adnotavi.* 6) *Vide supra f.* 488[c.d]. 489[b], *p.* 644. 646.

*F.* 490[b]. Quod omnes de antiqua imperatoris parte congregati sunt simul volentes capere Mutinam, quorum capitaneus erat Thomasinus de Saxolo, *Ps. 26, 12.* sed *mentita est iniquitas sibi.*

---

1287. securitatem fiende pacis, et diu detinuerunt eum. Et idem fecerunt de domno Bartholomeo de Panceriis, quodam iudice, cive Regino, et de preposito Carpineti[1], qui erat filius domni Alberti de Foliano et germanus domni F[rancisci][a].

Item millesimo[b] supraposito omnes illi de antiqua parte imperatoris Friderici, qui diu de civitatibus suis expulsi fuerant et vagipalantes exulaverant, cogitaverunt aliquam capere civitatem, in qua sine opprobrio et tedio decetero habitarent et de inimicis suis vindictam facerent, nisi cum eis pacifice vivere vellent. Induxit autem eos ad hoc opus faciendum necessitas valde ardua, quia scilicet illi qui erant ex parte ecclesie nullo modo volebant eis sinum misericordie aperire, ut eos ad pacem reciperent in civitates eorum introducendo. Quapropter ea, que supra diximus, facere cogitaverunt; et domnus Rolandinus de Canossa cum illis de Gipso iuraverat illis de Sesso, quod non intraret Regium usque in perpetuum, nisi intraret cum eis pacifice, ut decebat[c]. Congregati sunt ergo simul omnes[2] qui erant ex antiqua imperatoris parte, scilicet de Cremona, de Parma, de Regio, de Mutina et de Bononia[3], et **f. 490b.* coniunxerunt se cum illis de Gipso et de Saxolo, et habebant in adiu*torium suum *Sept. 6.* de Verona et de Mantua quingentos milites et ducentos Theotonicos; et sexta die intrante Septembri, in die sabbati circa horam matutinalem Thomasinus de Saxolo cum aliquibus intravit civitatem Mutinam per alveum fluminis et per portam Baçoariam et cepit discurrere huc atque illuc clamando et dicendo, quod sua erat civitas militumque suorum. Et cepit porte[d] propugnacula, que iuxta foveam erant, *Ps. 26, 12. Iob 5, 12.* et posuit ibi vexilla et insignia sua. Sed *mentita est iniquitas sibi,* eo faciente, *qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.* Ceperant enim iam interficere puerulos in cunabulis decubantes, quorum innocentiam dupliciter tam cito ultus est Deus, primo parvulos recipiendo ad regnum, ut, dum ab aliis mortem, ab eo vitam susciperent sempiternam; secundo non permittendo istos capere civitatem, que absque dubio capta fuisset, si porta fuisset aperta, que subito aperiri non poterat, eo quod grandi vecte ferreo superius erat clausa. Non fuit ergo sagacitas ex parte domni Thomasini de Saxolo, ex eo quod prius clamavit: 'Nostra est civitas', quam porta esset aperta. Similiter ducenti milites Theotonici nondum pervenerant in adiutorium suum, qui postea supervenerunt; porro quingenti, qui venerant de Mantua et de Verona, cum alia multitudine forinsecus expectabant, volentes civitatem intrare, cum ingressuris liber pateret introitus. Sed quia intrare non poterant, ignem apposuerunt ad portam, ut sic

a) F. *tantum c.* b) .M°. *c.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) e *membrana perforata deletum.*

1) *Bernardo de Foliano. Cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 575. 2) *Iudic.* 6, 33: populi congregati sunt simul; *ib.* 9, 6: Congregati sunt autem omnes viri; 3. *Reg.* 8, 1: Tunc congregati sunt omnes, *etc.* 3) *Sane hoc, quod dicit omnes partis imperialis dictarum civitatum adfuisse, in maius elatum est. Adfuerunt illi partis imperialis Mutinensium (Grasulfi) et Reginorum (illi de Sesso) et multi Bononiensium (Lambertatiorum). Ad sequentia cf. Libri de temp. Cont. Regina p.* 575. *et reliquos libros, quos ibi n.* 4. *attuli, praeterea 'Cronache Modenesi' p.* 81 *sq.*

---

porta conbusta ingredi possent. Sed et tunc duo habuerunt impedimenta: Primum, 1287.
quia ventus erat validus et contrarius eis, in tantum *quod erumpens flamma versus *f. 490c.
eos eos ab ingressu arcebat. Aliud impedimentum fuit multitudo prunarum, que remanserunt post porte conbustionem, que eos intrare penitus non permisit[c]. Cumque aliqui clamarent: 'Ad focum, ad focum!' evigilaverunt cives et exterriti arripuerunt arma et pugnando viriliter expugnaverunt hostes et expulerunt et *in ore* Iudith 15, 6.
*gladii* fugaverunt *et persecuti sunt eos* usque ad Saxolum et ultra, nec in Saxolum permiserunt eos intrare[1]. Erat[d] Saxolum castrum opulentum et vitualibus[e] plenum, scilicet frumento, vino et armis et bestiarum copia, quia forinseci, qui ad capiendum civitatem venerant, omnia sua bona ibidem dimiserant, exceptis necessariis armis[f] ad dimicandum. Mutinenses vero castrum conbusserunt cum omnibus bonis, que intus habebat, nec passi sunt, quod aliquis inde aliquid asportaret, ut sic essent [dicta[g]] omnia [consumpta[h]]. Et sic Mutinenses reversi ad civitatem suam proditores diligenter ceperunt inquirere. Et ceperunt domnum Garxonum de Garxonibus[2] et usque adeo tormentaverunt, quod in tormento defecit et mortuus est[3]. Et post[i] mortem eius[k] suspenderunt eum ad portam Baçoariam. Et suspensi fuerunt his[l] diebus occasione supradicta XXXIIII[m. 4] homines, ex quibus, ut dicebatur, aliqui inculpabiles erant. Potestas Mutine tunc temporis erat domnus Bernardinus de Ravenna, filius domni Guidonis de Polenta et domine nobilis de Fontana, que fuerat filia domni Bernardini *de Fontana et domine Samaritane de *f. 490d.
Faventia de Alberghettis.

Ea[n] tempestate domnus Mattheus de Corigia ivit Mutinam et in palatio communis in pleno consilio acriter reprehendit potestatem dicens: 'Certe, domne potestas, magnam obligationem induxistis super vos[o] et super civitatem istam, ex qua oportebit vos[o] timere toto tempore vite vestre[o] propter precipitem vindictam et iustitiam, quam fecistis. Nam *et plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut*

a) *primus versus abscisus est, inferior pars litterarum vocis* saxolum *tantum remansit.* b) Qd dns *c., signis compendii abscisis.* c) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* d) *sequentia — l.* 20 (civitatem suam) *valde detrita medicina superlita difficillime leguntur, ideo in ed. Parm. omissa sunt. Ob eandem causam etiam alia columnarum* 490c. d. *in eadem editione omissa sunt.* e) *sic c.* f) armis *non certo certius legi.* g) *haec vox legi nequit; fere* d̲ (a) *mihi legere visus sum.* h) *conieci, quae vox legi nequit.* i) Et post *non certo legi potest.* k) eius *non certo legi potest.* l) his *certo legi nequit.* m) *hic numerus satis certo legi nequit, constat vero ex inscriptione columnae.* n) *penna mutata.* o) *non quidem ultra omnem dubitationem constat in codice scriptum esse* uos *(bis) et* ure (vestre), *pro quibus ed. Parm. habet* nos *et* nostrae, *sed sic scribendum esse patet, cum Mattheus de Corrigia Parmensis huius facinoris nec particeps nec conscius fuerit.*

1) *In Libri de temp. Cont. Regina p.* 575. *relatum est eos Saxolo discessisse, quia falso nuntiatum eis erat contra ipsos militiam Bononiensem, Parmensem, Cremonensem advenire. Saxolum ab ipsis extrinsecis combustum esse falso procul dubio referunt Ann. Parm. mai. p.* 703. 2) *Qui cum esset ex parte illorum de Saxolo, qui civitatem aggressi sunt, in ipso impetu eorum, non postea in civitate captus est; cf. Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 339; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 433. 3) *De tormento eius nihil tradunt auctores duo modo laudati, qui eum suspensum esse dicunt.* 4) numero XXXII *Ann. Parm. mai. p.* 703; bene XXXV *Ann. Veron. de Romano l. l. cum Sal. convenientes.*

*F.* CCCC91[a]. De provinciali capitulo Ferarie celebrato[a].
De morte marchionisse Hestensis.
De morte domni Salvini de Turre.
*F.* 491[b]. De operibus Parmensium[b] et de discordia[c] que erat in Parma inter episcopum et domnum Guidonem de Corigia.

---

1287. *vita hominum corrigatur'*[1]. Tunc respondit potestas et dixit: 'Audivi ab his qui
*v. 18. predicant, quod Deus in lege precipit Exo. XXII*: *Maleficos non patieris vivere.*
Et Paulus sanctus apostolus dicit, quod potestas *non sine causa gladium portat,*
*v. 4. Ro. XIII*'. Hic dictis unusquisque ad propria est reversus.
Sept. 8. Item millesimo supraposito octavo die Septembris, in festo nativitatis[d] beate
virginis circa vespertinalem horam illi de Gipso, cum haberent treuguam cum illis
de Bibianello et de Castellis, ab eis iam soluta pecunia, verterunt se et non servaverunt pactum[2], sed irruerunt super eos, ut vidi oculis meis, et abstulerunt
boves de pascuis et duxerunt ex eis predam, scilicet decem paria boum et unam
mançam[3], et IIII[or] pueros secum duxerunt et unum hominem interfecerunt. Illi
vero de Castellis sive de Bibianello ceperunt unum ribaldum Cremonensem, quem
Monacho tradiderunt. Quo leviter tormentato, factus est ex parte sua et habitavit
cum eo. His diebus celebratum est provinciale capitulum ministrationis Bononie
*f. CCCC91a. apud Fera*riam. Et generalis minister frater Mattheus de Aqua-sparta interfuit
illi capitulo. Et frater Bartholomeus de Bononia, magnus et cathedratus magister,
tunc temporis erat provincialis minister administrationis Bononie. Et marchio
Hestensis[4] fecit magnas expensas pro illo capitulo honorifice celebrando et ibi
(Sept.) comedit. Et marchionissa uxor sua[5], que erat infirma, ultimum diem clausit[6]. Et
sicut ipsa multum desideraverat, a fratribus illius capituli in loco fratrum honorifice fuit sepulta. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace, quia tam
in vita quam in morte multa bona contulit ordini fratrum Minorum.

Item millesimo[e] supraposito in mense Septembri, infra octavam nativitatis[d]
Sept. 10. beate virginis, X[a] die mensis, feria IIII[a], apud Parmam obiit domnus Salvinus[f]
de Mediolano de Turre et sepultus fuit in loco fratrum Minorum de Parma et in
loco ubi fratres Minores sepeliuntur; sine aliqua sollemnitate sepulture voluit sepeliri et fuit sepultus. Gener fuit comitis Sancti Bonifacii[7] de Verona, quia filiam[8]
eius habebat uxorem. Ditissimus valde fuit. Optime et devote cum fratribus
Minoribus fuit confessus. Testamentum magnum et bonum fecit, et multa pro
anima sua dimisit pauperibus Christi et specialiter fratribus Minoribus et Predicatoribus et aliis religiosis tam de Mediolano quam de aliis partibus. Sed testamentum suum postea destruxit et abrasit et mutavit domnus Guido de Corigia;
cuius animam Deus deleat de libro vite, nisi restituat ea que fraudulenter et mali-
*f. 491b. tiose abstulit *pauperibus Christi, quia defraudavit animam[9] boni viri, qui optime

a) ꝑuiciali caplo (*pro* ꝑuiciali capl'o) *signis compendii abscisis, et superior pars verborum* ferarie celebrato *abscisa.* b) pamsiu (*pro* pāmsiu) *c., signis compendii abscisis.* c) *superior pars verborum* et de discordia *abscisa.* d) nat. *c.* e) .M̊. *c.* f) *sic h. l. c.; qui supra f.* 423[b], *p.* 513. Savinus *dicitur.*

1) *Haec verba Augustini, Epist. CLIII,* § 19, *Opera ed. Maur.* (*Venet.* 1732) *II, col.* 531, *bis iam supra f.* 269[b]. *et* 424[c], *p.* 144. 516. *allata sunt. Vide quae in Libri de temp. Cont. Regina de hac re dictum est.* 2) *Deut.* 33, 9: pactum tuum servaverunt. 3) *Italice* manza *est nobis 'Färse, junge Kuh'.* 4) *Opizo II.* 5) *Iacobina vel Iacomina de Flisco.* 6) *Cf. Chron. Estense l. l. col.* 339. 7) *Lodoici. Cf. supra f.* 423[b.c], *p.* 513. 8) *Mabiliam.* 9) *Eccle.* 4, 8: fraudo animam meam bonis.

*F.* 491[c]. Quod illi de exercitu regis Aragonie fortiter[a] iverunt contra Gallicos et submerserunt naves eorum.
Quod Gallici superbissimi homines sunt et multum stultiçant.

---

et salubriter suum ordinaverat testamentum. Et iste Guido de Corigia, civis Parmensis, nichil attinebat predicto viro, sed erat extraneus ab eo quantum ad parentelam et sibi malignus[b]. Et quia Dominus dicit, quod *qui se humiliat exaltabitur,* quia iste domnus Salvinus se *humilia*vit[c] *cum mitibus* eligendo sepulturam[d], modo iuxta por[tam[e] fratrum Min]orum in atrio positum est c[orpus[e] eius] in optimo et pulcherrimo mausoléo; cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace! 1287. *Luc.* 18, 14. *Prov.* 16, 19.

*Sept.* Item millesimo[f] supraposito in mense Septembri Parmenses ceperunt murare pontem lapideum qui dicitur de Salariis super flumen Parme usque ad viam que vadit ad Sanctam Ceciliam. Et portam burgi Sancti Egidii, per quam ad Sanctum Laçarum itur, que est in strata publica, ceperunt murare similiter[1]. Et portam Prati Sancti Herculiani[2], per quam itur ad burgum qui dicitur de Bononia. Et ad clausuram fovéé murum fecerunt in capite iuxta navigium et molendinum, ut aquam fovéé melius retinerent. Et istis diebus erat maxima discordia in Parma inter episcopum domnum Opiçonem de Sancto Vitale et domnum Guidonem de Corigia[3]. Isti duo erant capitanei partium civitatis illius tempore illo, non tamen a Parmensibus facti seu electi, sed a se ipsis sibi dominium sumpserant; et quilibet se credebat pro civitatis custodia rationabiliter facere. Et homines tunc temporis, sicut diligebant, ita laudabant et vilificabant [atque[g]] loquebantur. Sed dicit beatus Augustinus[4], quod de iuditiis hominum parum cu*randum est[h], et assignat rationem, quia nec damnare potest iniuria, nec coronare laus falsa. **f.* 491[c].

*Iun.* 23. Item millesimo[f] supraposito in vigilia sancti Iohannis[i] Baptiste submerse sunt multe naves Gallicorum in mare ultra Neapolim ab illis de exercitu Petri condam regis Aragonie; et multi exoculati[k] sunt, qui residui erant de exercitu regis Karoli, plebei [sive populares[l]], milites, nobiles et ba[rones . . . . . .[m]]. Quod dignum et iustum fuit . . . . . . . . .[m]. Superbissimi enim sunt [Gallici[n] et stul]tissimi et homines [pessimi[o] et] maledicti, et qui omnes nationes [de mundo[l]] contemnunt, et specialiter Ang[licos[p] et Lombardos], et inter Lombardos includunt omnes Italicos et cismontanos, et ipsi revera contemnendi sunt et ab omnibus contemnuntur. Quibus convenire potest quod de trutanno trutannice dicitur:

*Dum trutannus in ir*[q] *pateram tenet et sedet ad pir*[5],
*Regem Capadocum*[6] *credit habere cocum.*

a) *certo hoc verbum valde attritum legi nequit, compendii signo absciso.* b) *sequitur* ℂ *minio scriptum.* c) umiliav *membrana perforata deletum.* d) sepultura *membrana perforata deletum.* e) *uncis inclusa membrana perforata deleta.* f) .M̂. *c.* g) *haec vox membrana perforata deleta.* h) *extrema pagina codicis nimis detrita est, ut multa legi non potuerint.* i) Io. *c.* k) *sic ed. Parm., quam vocem certo certius legere nequivi.* l) *sic ed. Parm.; uncis inclusa certo legere nequivi.* m) *duo fere verba membrana perforata deleta.* n) *haec, quae coniciendo scripsi (*et stul *etiam ed. Parm.), membrana perforata deleta.* o) *uncis inclusa membrana perforata deleta et detrita, quae coniciendo supplevi;* pene *habet ed. Parm. post* homines; *forte* pestiferi *legendum.* p) *sic ed. Parm., uncis inclusa legere nequivi; tamen* Lombardos *non dubium est propter sequentia.* q) *sic* (ir.) *c. recte, cum consonet cum* pir, *quod censeo esse χείρ pro* hir.

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 703. 2) *Ubi fratres Minores conventum suum habebant; cf. supra f.* 425[c], *p.* 518. 3) *Cf. supra f.* 430[a]. 485[c], *p.* 529. 636. 4) *Quem locum Augustini frustra quaesivi in operibus eius et in Pseudo-Augustinianis.* 5) *Est* πῦρ. 6) *Horat. Epist. I,* 6, 39: Mancipiis locuples egit aeris Cappadocum rex. *Quem versum ad hunc locum attulit G. G. Coulton, 'From St. Francis to Dante' (London* 1906*) p.* 238.

*F.* 491[d]. De morte regis Saracenorum de Tunitio, post quem elegerunt filium Petri regis Aragonie in odium regis Karoli.

---

Postquam enim Gallici bene biberint, totum mundum uno ictu se credunt posse
3. *Reg.* 20, 10—15. devincere et involvere. Sed decipiuntur, quia dictum fuit Benadab regi Damascenorum ab Achab rege Israel, qui gloriabatur, quod pulvis Samarie non posset suficere pugillis populi . . . . . . . . . . . .[a] dicendo . . . . . . . . . . . .[a] accing. . . . . . . . . . . . .[a] factum . . . . . . . . . . . .[a] sti h . . . . . . . . . . . .[a] rex inst . . . . . . . . . . . .[a] ducentis [XXX[b] duobu]s principum provinciarum[1]. Igitur Gallici superbissimi sunt, et affligebant Regnicolas et Tuscos et Lombardos, qui in regno Apulie habitabant, et auferebant eis victualia gratis, id est absque pretio,
*f. 491d. . . . . . . . .[c] frumentum, vinum et lactem[d], pisces *et carnes, capones, anseres et gallinas et omnia que ad victum pertinere noscuntur. Et non solum non suficiebat
*Luc.* 10, 30. eis non dare eis pretium pro rebus ab eis emptis, verum etiam et *plagis impositis* graviter vulnerabant. Patuit hoc in exemplo quod subsequenter dicetur[e]. Quidam Parmensis speciosissimam ibidem habuit uxorem, que cum a quodam Gallico pretium peteret pro anseribus, quas sibi vendiderat, non solum pretium pro [eis[f]] denegavit,
1. *Reg.* 26, 8. verum etiam et graviter vulneravit et ita percussit eam uno ictu, quod *secundo opus non* fuit, et tamen quesivit ab ea, si iterum percuti vellet ab eo. Audivit hoc vir suus et fremuit valde, nec mirum, quia, cum prius erecta[d] et speciosissima esset, post ictus[g] toto tempore vite sue ex illa percussione semper incessit [incurvata[h]]. Igitur Gallicorum dominium superbissimum et crudelissimum semper fuit. Et ideo dignum est, quod ad nichilum deveniat, et defecit [totaliter[h]]. De tali dominio
*v. 5. Dominus dicit[d] Ys. LII*[i]: *Dominatores eius inique agunt, dicit*[k] *Dominus, et iugiter*
1287. *tota die nomen meum blasfematur* ab eis. Item millesimo[l] supraposito mortuus est rex Saracenorum de Tunicio, et in odium regis Karoli elegerunt filium[m] Petri regis condam Aragonie in[n] regem sibi. Qui non recusavit, sed[o] suscepit principatum eorum. Fuit[p] autem iste rex Aragonie filius filie[2] Manfredi principis Apulie, filii condam Friderici imperatoris depositi. Item millesimo supraposito illi de antiqua parte imperatoris Friderici videntes, quod nec Raçolum castrum Reginorum[3] nec Mutinam civitatem[4] [valerent[q]] obtinere nec capere viol[enter[r], studue]runt ibi occupare . . . . . . . . .[s] . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

a) *verba* $^2/_3$—$^3/_4$ *partis versuum deleta sunt sigillo bibliothecae Vaticanae impresso.* b) *haec uncis inclusa suppleri ex* 3. *Reg.* 20, 15, *non legi.* c) *duo circiter verba legi nequeunt, coniecerim* scilicet panem et. d) *hanc vocem non satis certo legi.* e) *sequitur* ℭ *minio scriptum.* f) eis *legi nequit.* g) ict *legi nequit.* h) *haec vox legi nequit.* i) *numerus legi nequit.* k) dicit dns *iam certo legi nequit.* l) .M̊. *c.* m) *haec vox legi nequit, sed constat ex inscriptione columnae.* n) in *legi nequit.* o) sed sus *non certo legi potest.* p) Fuit autem *legi nequit.* q) valerent *legi nequit.* r) *uncis inclusa legi nequeunt.* s) *sequuntur duo fere verba, in quibus f.* 491[d]. *desinit; reliqua folia deperdita sunt.*

1) *Non multum dolebis, quod haec deleta sint. Reddebant enim quae dicta sunt* 3. *Reg.* 20, 10—15. 2) *Constantiae.* 3) *Cf. supra f.* 487[c], *p.* 641. 4) *Cf. supra f.* 491[a.b], *p.* 648.

# APPENDICES.

## I. CATALOGUS GENERALIUM MINISTRORUM ORDINIS FRATRUM MINORUM.

### ED. O. HOLDER-EGGER.

*Inter libros de historia fratrum Minorum saeculi XIII. conscriptos summi pretii est libellus qui inscribitur Catalogus generalium ministrorum, quatuordecim, a Iohanne Parente scilicet, qui post obitum b. Francisci ordinem rexit, ad Gunsalvum a.* 1304, *quem ad narrationes fratris Salimbene supra saepissime attulimus.*

*In Chronica XXIV generalium ministrorum*[1], *in qua maxima pars Catalogi permultis locis disiunctis descripta est, legitur:* Usque ad istum generalem *(Bonagratiam a.* 1279—1283*)* frater Bernardus de Bessa provincie Aquitanie Cronicam generalium ministrorum protraxit. Qui etiam edidit alios devotionis libellos, quorum unus fuit . . . . . Alius fuit . . . . . Alius, in quo tria principaliter continentur: primo Vita b. Francisci cum miraculis multis[2], secundo Cronica prefata generalium ministrorum, tertio aliqua miracula . . . . ., *unde apparet auctorem dicti libri tria volumina habuisse operum Bernardi de Bessa, in quorum tertio Cronica generalium ministrorum media inter duo alia opuscula scripta fuerit. Facile ergo conici posset, quod et coniectatum est, partem Catalogi nostri, a b. Francisco videlicet ad ministrum generalem Bonagratiam usque, a Bernardo de Bessa conscriptam esse. At futilis est haec coniectura atque inanis, cum pateat et illam partem post a.* 1297. *compositam esse, cum in Chronica XXIV generalium ministrorum allatus sit locus Cronicae Bernardi de Bessa*[3], *qui in Catalogo minime legitur, cum appareat auctorem Chronicae et Cronicam Bernardi de Bessa et Catalogum, auctum etiam Continuatione III. infra edita codicum nostrorum* 3$^{a.b}$. 4, *exscripsisse, non igitur hunc Bernardo addixisse. Quae ratio intercedat inter Cronicam Bernardi de Bessa deperditam et Catalogum hoc loco editum mox in annalibus nostris ('Neues Archiv') docebo, demonstraturus multa sane ex Bernardi Cronica in Catalogo nostro exscripta esse. Catalogum ab uno auctore uno ductu ab initio usque ad Gunsalvum generalem ministrum compositum esse nemo non facile cognoscit.*

*Cuius hi nobis usui fuere libri manu scripti:*

1) *Codex Florentinus bibliothecae Laurentianae S. Crucis Sin. Plut. XXVII, cod.* 9[4], *membr. fol., longe praestantissimus omnium,* 204 *foliorum, cuius folia* 197 *Isidori*

1) *Analecta Francisc. I, p.* 377. 2) *Est liber de laude b. Francisci, editus in Analectis Francisc. III, p.* 666 *sqq. Bernardus composuit etiam Vitam fratris Christofori, Analecta Francisc. III, p.* 161 *sqq., quae legitur in codice Parisino Lat. nr.* 12707. *infra dicto f.* 57'. 3) *Analecta Francisc. III, p.* 287 *sq.* 4) *Cf. Bandini, Catal. cod. Lat. bibl. Med. Laurent. IV, col.* 203 — 206.

*Etymologias manu saec. XII. scriptas continent. Folia* 198—202. *olim vacua relicta erant, in quibus in binas columnas divisis quatuor manibus saec. XIV. scripta sunt haec: F.* $198^{a}$—$198^{d}$. Catalogus apostolorum et discipulorum Christi[1], *f.* $198^{d}$. *de b. Francisco et ordine fratrum Minorum quae infra ante Catalogum edidimus, f.* $199^{a}$—$201^{a}$. *Catalogus infra editus, duabus manibus scriptus, quarum altera a folio* $200^{a}$. *incipiens longe minus accurate priore scripsit. Sequitur f.* $201^{b}$—$202^{c}$. *alia manu saec. XIV. scripta epistola fratris Philippi de Perusio infra (app. III) edita, tunc alia manu saec. XIV. f.* $202^{c.d}$. *quaedam de septem mirabilibus mundi. f.* $203^{a}$—$204^{b}$. *tabula librorum et capitulorum Etymologiarum, f.* $204^{v}$. *quaedam de principibus electoribus imperii*[2]. *F.* $202^{c}$. *post epistolam fratris Philippi scripta sunt haec:* Iste liber est ad usum fratris Thedaldi ser Ottaviani de Mucello, quem emit a quodam seculari pro pretio sex florenorum Anno Domini MCCCLXXI. circa finem mensis Novembris, *in folio* 1. *verso manu saec. XV. haec:* Liber Conventus sancte Crucis de Florentia ordinis Minorum[3]. Ysidorus Ethimologiarum. No. 705.

*Catalogus noster in omnibus codicibus post inscriptionem incipit his verbis:* Fuerunt igitur post transitum sancti patris hii eius successores, *quibus praecessisse apparet quaedam de b. Francisco et de transitu eius, atque talia praecedunt Catalogo in solo codice Laurentiano f.* $198^{d}$. *Conicio igitur haec esse ingressum sive exordium libelli sequentis, quae ideo ei praemisi. Facile explanari potest, quomodo factum sit, ut haec in omnibus reliquis codicibus omissa sint, cum omnes hi ex eodem exemplari libelli profecti sint, cum in codice quidem Laurentiano cognosci nequeat hoc sequentis libelli esse principium, cum haec omnibus fratribus Minoribus notissima fuerint.*

2) *Codex bibliothecae Universitatis* T a u r i n e n s i s *I. VI* 33 *(olim K. III* 12, *Pasini nr.* 1028*), membr.,* $4^{0}$ *min.,* 124[4] *foliorum in binas columnas divisorum, quorum folia* 1—$94^{d}$. *una, f.* $95^{a}$—$124^{v}$. *altera manu saec. XIV. scripta sunt. F.* 1—$87^{b}$. *continent Vitam b. Francisci auct. Bonaventura, f.* $87^{b}$—$94^{d}$. *Vitam S. Clarae editam a B. Mombritio. Sanctuarium I, f.* 165—168, *f.* $95^{a}$—$118^{a}$. *Bernardi de Bessa librum de laude b. Francisci, editum ex hoc libro Analecta Francisc. III, p.* 666—692, *ubi p.* 665, *n.* 1. *vide de hoc codice. Sequitur f.* $118^{a}$—$124^{v}$. *Catalogus noster satis eleganter quidem scriptus, sed duobus locis omissis mutilus, textus multis locis temere immutatus atque depravatus est*[5]. *Ex hoc potissimum codice, cuius apographum mendosissimum habuit,*

1) *Incipit:* Symon Petrus in Galilea. *Desinit:* Hec ter beatus Dorotheus in Roma existens per Romanicam linguam in monumentis dereliquid. Ex quibus et nos sumentes et ad Grecam linguam transinterpretantes manifesta omnibus facimus. 2) *Est fragmentum libelli qui inscribitur Determinatio compendiosa de iure imperii.* 3) *Huic conventui fratrum Minorum frater Thedaldus supradictus librum reliquisse videtur, qui sane in conventu quodam fratrum Minorum scriptus erat.* 4) *Sequitur folium vacuum.* 5) *Omnino erravit H. Denifle, qui 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' I, p.* 146. *scripsit: 'Sie (codices manu scripti) repräsentieren zwei Recensionen, die eine vertritt der Turiner Codex, die andere liegt in den übrigen Hss. und dem Speculum vor', et: 'Die Grundform scheint mir immer die Turiner Hs. zu bilden'. Qui enim sola extrema verba Catalogi ad Gunsalvum ministrum generalem legit facile intellegit codicem Taurinensem habere verba post addita, quae cod. Laurent.* (1) *nondum praebet, illum igitur ut codices* $3^{a.b}$. 4 *et Speculum profectum esse ex exemplari his verbis aucto, in hoc igitur immutatam esse lectionem quae a codicibus* 1. $3^{a.b}$. 4. *discedit, solum codicem Laurentianum vere praebere formam primariam libelli, duos locos in Taurinensi temere omissos esse, quod librario minoris pretii esse aut aliquid continere viderentur, quod ipsi displiceret. Atque nemo non perspicit lectionem codicis* 2 *a* 1. $3^{a.b}$. 4 *differentem saepe omnino reiciendam esse, unde efficere cogitur, ut eam etiam illis locis a librariis immutatam esse censeat, quibus ab auctore scripta esse posset.*

*V. Rev. Franciscus Ehrle primus nostro tempore Catalogum a.* 1883. *edidit in* 'Zeitschrift für katholische Theologie' *VII, p.* 321—352 [1], *ratione quidem aliquantulum habita codicum Laurentiani* (1) *et Parisini* (4) *et Speculi vitae b. Francisci.*

*Omnes codices ad a.* 1304, *ad initia Gunsalvi ministri generalis, eundem textum praebent, in codicibus* 1 *et* 2 *sequuntur continuationes breves a reliquis codicibus alienae, in codice* 1 *a.* 1304—1316, *quam Continuationem II. inscripsi, in codice* 2 *de electione et coronatione Clementis V. papae a.* 1305, *quam Continuationem I. dixi. Sequentes codices tres* $3^{a.\,b}$. 4 *profecti sunt ex eodem exemplari aucto Continuatione III. a.* 1304—1329, *cuius Continuationis formam primariam praebet sequens*

$3^{a}$) *Codex bibliothecae regiae Berolinensis Theol. Lat.* $4^{0}$ *nr.* 196, *membr., olim conventus* fratrum Minorum in Thorun *(Thorn ad Vistulam fl. in Prussia), postea archivii regii Regiomontani, a.* 1875. *in bibliothecam regiam Berolinensem translatus, de quo vide M. Perlbach in* 'N. Archiv' *VI, p.* 606—612. *Continet* 150 *folia, quorum f.* 1—$139^{r}$. *una manu saec. XIV, fere inter annos* 1350. *et* 1400, *non constat ubi, scripta sunt* [2]. *Inest corpus quod inscribitur Speculum vitae S. Francisci et sociorum eius, libellis quibusdam amplior quam in libro edito, ut exposuit M. Perlbach loco laudato, cuius pars est Catalogus noster f.* $114^{r}$—$119^{r}$. *Qui cum mendosissime scriptus esset, multis vitiis iam ex codice parente librorum* $3^{a.\,b}$ *transsumptis, posterior manus* (2) *studuit, ut menda tolleret et corrigeret, quae nonnunquam veram lectionem adscripsit, quam ex libro exscripto nacta esse videtur, multa e coniectura falso mutavit. Huic libro proximus est*

$3^{b}$) *Codex monasterii S. Floriani canonicorum regularium in Austria superiore XI,* 148, *membr.* $8^{0}$, 170 *foliorum in binas columnas divisorum, quae paucis exceptis una manu saec. XIV. medii vel exeuntis scripta sunt. Liber iam saec. XV. ex. vel XVI. huius monasterii fuit* [3], *procul dubio vero in conventu quodam fratrum Minorum scriptus est, qui contineat corpus libellorum in laudem b. Francisci et sociorum eius conscriptorum aliaque ad illum ordinem spectantia. Catalogus ministrorum generalium legitur f.* $133^{c}$—$138^{b}$. *perperam insertus libro de expositione regulae fratrum Minorum inter c.* 8. *et* 9. *huius libri. Quamquam Catalogus huius libri proximus sit codici Berolinensi, tamen continuatione brevi (IV.) a.* 1329—1343. *auctus est, inter cuius particulas spatia vacua relicta sunt, ut plura adderentur. Sane non primo in hoc libro, sed in codice eius parente hanc continuationem additam esse apud me constat. Librum hunc a V. Rev. Francisco Asenstorfer, bibliothecae S. Floriani praefecto, in usum nostrum Berolinum missum esse grato animo gratulamur.*


4) *Codex Parisinus bibliothecae publicae Lat. nr.* 12707, *chart. fol.,* 179 *foliorum, sane etiam in conventu quodam fratrum Minorum scriptus est* [4]. *Hic etiam continet corpus Vitarum b. Francisci et sociorum eius* [5]. *Quatuor manibus scriptus est hic*

1) *Quae editio cum praefatione editoris in linguam Italicam versa repetita est* 'Miscellanea Francescana' *I, disp. I (Foligno* 1886*).* 2) *Cf. Val. Rose,* 'Verzeichniss der lat. Handschriften der Königl. Bibliothek zu Berlin' *II, p.* 786—789. *Folia non in binas columnas divisa, sed textus in longis lineis, ut dicimus, scriptus est.* 3) *Manu enim huius temporis in superiore margine folii* 2. *et f.* 170. *ad finem libri scriptum est:* Iste liber est monasterii Sancti Floriani Pat[aviensis] dyocesis. 4) *Primae paginae schedula typis impressa agglutinata est, in qua legitur:* Ex bibl. mss. Coisliniana, olim Segueriana, quam ill. Henricus de Cambout, dux de Coislin, par Franciae, episcopus Metensis etc., monasterio S. Germani a Pratis legavit. An. M.DCC.XXXII. 5) *F.* 1. *scriptum est minio:* In nomine domini nostri Iesu Christi. Incipiunt cronice de vita beati Francisci et sociorum eius et aliorum quorumdam fratrum devotorum et quedam pulchra et devota exempla memoratione digna. *Sequitur primum caput libri Bernardi de Bessa de laude b. Francisci* (Quasi sol oriens mundo

*liber saec. XVI. ineunte, cuius folia* 153—179. *quarta manus a.* 1508. *scripsit. Huic parti f.* 153. *praescriptum est:* Hic ponuntur quedam verba et mira opera gloriosissimi patris nostri Francisci et sociorum eius, que in legenda maiori per dominum s. Bonaventuram composita in toto vel in parte non ponuntur, quia non omnia ad eum pervenire potuerunt. *Quasi extremum capitulum huius partis est Catalogus f.* $175^b$—$179^a$. *scriptus, cui subscriptum est:* Explicit liber cronicarum ordinis fratrum Minorum anno Domini millesimo quingentesimo octavo, XVIII. die mensis Augusti. Deo gratias. Benedictio creatoris detur anime scriptoris. Amen. Iacobi. *Catalogus desinit sicut Continuatio III. codicis* $3^a$, *sed in extremis verbis quaedam addita, extrema* (qui et nunc ordini preest) *omissa sunt. Textus Catalogi in hoc codice temere audacterque mutatus atque interpolatus est*[1], *non tamen omni pretio caret, cum profectus sit quidem ex archetypo Continuationem III. continente per exemplar a* $3^{a.b}$ *alienum*[2].

*Sp.) signavi Speculum vitae b. Francisci editum Venetiis* 1504. *et postea compluries recusum, in quo f.* 207—215. *Catalogus exstat cum Continuatione III.* (—1329) *et ad a.* 1500. *usque continuatus. Proximus est codicibus nostris* $3^{a.b}$, *quamvis etiam nonnullis locis cum lectione libri* 4 *conveniat*[3], *scatet mendis et locis corruptis. Continuatio a.* 1329—1500. *non demum post hunc annum composita est, sed continet partem circa a.* 1370. *subiunctam. Hanc (Continuationem V.) iterum edidi, reliquam partem omisi.*

*Raro facilius intellegitur, ut iam apparet ex iis quae supra dicta sunt, quomodo inter se cohaereant libri manu scripti, et ideo, quomodo editio instituenda sit. Cum enim codices* 2. $3^{a.b}$. 4. *Sp. iisdem verbis in clausula libri aucti sint, patet hos ex eodem exemplari profectos esse, codicem* 1 *solum praebere purum et genuinum textum libri ex optimo exemplari descriptum, eadem continuatione in* $3^{a.b}$. 4. *Sp. addita apparet hos codices ex libro post a.* 1329. *scripto profectos esse. Habes igitur hoc stemma librorum manu scriptorum:*




b. Franciscus), *tum Vitae fratrum Egidii (etiam* verba fratris Egidii de gratia et virtutibus, viciis et peccatis*), Iuniperi, Massei de Marignano, Leonis, Bernardi de Quinta-valle, Ruffini, Symonis de Assisio, Christofori auctore Bernardo de Bessa, quae omnes in Chronica XXIV generalium ministrorum descriptae sunt, tum multa capitula de b. Francisco et aliis fratribus Minoribus.* 1) *Multis ministris anni regiminis adscripti sunt, omnes fere falsissimi.* 2) *In hoc codice praecedit Catalogo adnotatio de XII primis fratribus Minoribus, quam quidem non ab auctore Catalogo praemissam esse constat, eam tamen in nota asterisco signata exhibui.* 3) *Nonnunquam etiam lectionem habet codicis* 1, *unde quaedam ex libro alius originis illata esse videntur.*

*Iam perspicis veram lectionem dissonantibus libris esse, quam 1 cum 2 aut cum reliquis codicibus vel cum maiore vel meliore eorum parte praebet, si neglegis casus fortuitos, quos evenire posse ubique nemo non nescit, liberam autem electionem tibi remissam esse ubi 1 a reliquis codicibus differt. Omnes libros ipse exscripsi et codicis 1 omnem lectionem variam, etiam quae a librariis correcta, erasa, post suppleta sint, adnotavi, integram fere lectionem codicis 2, omissis levissimis mendis librarii et quibusdam orthographicis. Codicum* $3^{a.b}$ *menda singularia fere omnia, nonnulla etiam eorum communia, praesertim ea quae in* $3^{a}$ *posteriore manu correcta vel corrupta sunt*[1]*, orthographica omnia omisi. Codicis 4 lectio immutata vere nullius pretii est, attamen eam adnotavi, ut lector discat, quomodo libellus in hoc codice transformatus sit, omissis mendis librarii et orthographicis. Speculi vitae b. Francisci menda innumera et lectionem immutatam suppressi, attuli tantum ea quae cum codicibus* $3^{a.b}$*. 4 vel aliquo modo conveniunt.*

*Patres collegii S. Bonaventurae ad Claras-aquas prope Florentiam Catalogum ediderunt in Analectis Francisc. III. p. 693—707. (Quaracchi 1897) usi codicibus 1. 2.* $3^{a}$ *et Speculo vitae b. Francisci, sed codicem Taurinensem (2) adulteratum ac mutilum, fortasse patris H. Denifle auctoritate gravissima commoti*[2]*, potissimum secuti sunt, non satis scite nec satis accurate editorum munere difficili functi*[3].

*Catalogum non paucis in codicibus nobis servatum non solum in Chronica XXIV ministrorum; sed etiam in aliis libris fratrum Minorum posteriorum exscriptum esse ut dicamus, iam non oportet, ut a Bartholomeo Pisano et in cap. 7. maxime Catalogi sanctorum fratrum Minorum*[4] *et in Speculo vitae b. Francisci.*

*Berolini pridie Id. Ianuar. anni* 1908. *O. HOLDER-EGGER.*

Anno[a] Domini $M^oCC^oVI^o$ incepit ordo fratrum Minorum a beato Francisco incoatus. Cuius regulam primo approbavit Innocentius $3^{us}$, postea confirmavit Honorius $4^{us}$ [b]. Anno Domini $M^oCC^oXX^oVI^o$ beatus Franciscus transivit ex hoc mundo ad patrem, $M^oCC^oXX^oVIII^o$ canoniçatus a Gregorio 9. et ab eodem translatus $M^oCC^oXXX^o$. Anno Domini $M^oCC^oXII^o$ incepit ordo beate Clare aput Assisium a beato F[rancisco] incoatus. Et anno Domini $M^oCC^oXXI^o$ incepit ordo $3^{us}$ fratrum de penitentia a beato F[rancisco] incoatus. Anno Domini $M^oCC^oXVIII^o$ acceptus fuit locus sacri montis Alverne in nativitate virginis gloriose*.

*) *Codex 4 haec praemittit Catalogo:*

Tempus mortis beati Francisci.

Anno Domini millesimo $CC^oXXVI^o$ beatus Franciscus migravit ad Dominum. Et

a) *haec* (Anno — gloriose *l.* 30) *solus codex* 1 *f.* $198^d$. *praemittit Catalogo.* b) *sic c. pro* $3^{us}$.

1) *Nam nullius momenti mihi videbatur adnotasse ex. gr.* $3^{a.b}$ *habere p.* 658, *l.* 13. in quo inuice (invicem) *pro* in quo nunce est, *hoc in* $3^{a}$ *posteriore manu mutatum esse in* nunc quiescit, *(ubi quidem Sp. habet:* nunc iacet), *super mendum codicum* $3^{a.b}$ *p.* 658, *n.* y) et totum impleverunt *posteriore manu in* $3^{a}$ *scriptum esse* eventum *etc. In editione Analectorum Franciscanorum saepe lectio posteriore manu mutata adnotata est pro vera lectione codicis* $3^{a}$. 2) *Cf. supra p.* 654, *n.* 5. 3) *Atque suo more orthographiam saeculi XIV, quam libri manu scripti optimi praebent, in usitatam nostro tempore vel arbitrariam converterunt, nec parcentes nominibus propriis. Non facere possum, quin addam de lectione codicum manu scriptorum in apparatu critico huius editionis permulta falsa adnotata, permulta omissa esse, etiam in textum verba recepta quae in codicibus non inveniuntur, alia omissa esse, quae in editione a Fr. Ehrle parata suo loco leguntur. Ne quis miretur ergo, si viderit variam lectionem in illa editione relatam aut non aut alio modo in nostra esse adnotatam.* 4) *Speculum vitae b. Francisci (Venetiis* 1504*) f.* 203; *ed. Leon. Lemmens (Romae* 1903*) p.* 27.

## INCIPIT[a] CATALOGUS GENERALIUM MINISTRORUM [ORDINIS FRATRUM MINORUM[b]].

1226. I.[c] Fuerunt igitur post transitum sancti[d] patris hii eius successores in
1227. ministerio generali, videlicet frater Iohannes cognominatus Parens, vir sanctus et
iustus, spiritualis[e] parentis officio vere pollens[f]. Hic inter alia cum apud Soriam
regni Castelle[g] totius Hyspanie[h], cui preerat[i], capitulum ageret[1], eumque[k] nimia
siccitate periclitans[l] populus cum instantia et confidentia vehementi adirent[m],
optatam mox gratiam pluvie[n] habundantis orans cum fratribus impetrasse refer-
tur[o]. Romanis[p] quoque, ipso[q] pro pace agente, summo reconciliari pontifici[2]
eumque ad Urbem[r] revocare nolentibus[s], quo ad hoc cogerentur[t], periculum dicitur
1229. (Febr. 2). fidentissime[u] predixisse. Unde fluvio[3] subito inundante[v] ac[w] Romam terribiliter
atque insolite occupante[4], timore conpulsi viri Dei de pace[x] et prophetiam et
1230. (Maii 25). votum[y] impleverunt. Hic corpus beati Francisci ad locum, in quo nunc est,
cum magna gloria[z] transtulit[5]. Ipse[a] capitulo[b] presidens generali[6] corpus Domini

---

isti sunt primi fratres, qui associati fuerunt beato Francisco[7]. Nam primus fuit beatus Franciscus, 2[us] frater Bernardus de Quinta-valle, 3[us] fuit frater Petrus Cathanii, 4[us] frater Egidius, 5[us] frater Sabatinus, 6[us] frater Mauricius[8], 7. frater Iohannes de Capella. Et iste sicut Iudas malus fuit, quia desperavit et apostatavit et laqueo se suspendit[9], et sic male finivit. 8[us] fuit Philippus Longus, 9[us] frater Iohannes de Sancto Constantino, 10[us] frater Barbarus, 11[us] frater Bernardus de Malerse[10], 12[us] frater Angelus[11], et iste electus est a beato Francisco in suum socium et confessorem et capellanum, et cum eo mansit, donec migravit ad celos. Dictus frater Egidius et iste frater Angelus iacent in loco fratrum de Perusio. Frater vero Philippus Longus iacet etiam in Perusio apud monasterium dominarum sancte Clare.

a) Inc. *om.* 1; *inscriptio deest* 4. — cathologus 2; cathalagus 3a. b. b) *uncis inclusa solus codex* 2 *habet; pro quibus Sp.:* et operatio virtutum eorum. c) *numerus* I *deest hoc loco in omnibus codd.* d) beati patris Fr[ancisci] 3b. e) et spirit. 2. f) pens 4. g) cestelle 1. h) yspanie 2. 3a; hispanie 3b. *Sp.* i) preherat 2. k) eumque *om.* 2. l) pop. pericl. 3a. b. *Sp.* m) adiret 4. n) mox pluuiam habere habundanter 4. o) fertur 4. p) Romanus 4. — Primus *h. l. minio in marg.* 3a; Ius *minio in marg.* 3b. q) ipso *om.* 3a. *Sp.* r) eam 4. s) uolentibus 3a. b. 4. *Sp.* t) ut cogētur 4. u) fidelissime 4. v) inudate 1. w) atque 2. x) de pace viri Dei pace (*delet.* 3a; pace *Sp.*) 3a. *Sp.* — et *om.* 4. y) totum 3a. b; proph. in totum *Sp.* — suppleuerunt 4. z) deuotione 4. a) Item in 4. b) pres. gen. cap. 2.

1) *Scilicet provinciale, cum Iohannes minister Hispaniae esset (cf. Thomas de Eccleston, Coll. XIII (12), Analecta Francisc. I, p.* 241*), nondum minister generalis electus.* 2) *Gregorio IX.* 3) *Tiberi.* 4) *Cf. Ed. Winkelmann, 'Jahrb., K. Friedrich II.' II, p.* 177, *n.* 3, *qui hunc locum neglexit.* 5) *Ab ecclesia S. Georgii extra muros Assisinates ita in ecclesiam S. Francisci Assisinatem.* 6) *Assisii celebrato, cum corpus S. Francisci transferretur; Bonaventurae Vita S. Francisci c. XV,* 7; *Iordanus de Giano c.* 57, *Analecta Francisc. I, p.* 17; *Thomas de Eccleston, Coll. XIII (*12*), ibid. p.* 241 *sq., dicit fratres ad capitulum tertia die (Maii* 27*) post translationem ad capitulum convenisse; Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengeschichte' VI, p.* 15 *sq.* 7) *Similis catalogus XII fratrum editus est Analecta Francisc. III, p.* 640 *sq., et iidem recensentur in Legenda trium sociorum ed. M. da Civezza et T. Domenichelli c.* 12, *p.* 78. *et in Chron. XXIV gener. ministr., Analecta Francisc. III, p.* 3 *sq.* 8) Moricus *dictus tribus locis laudatis.* 9) *Cf. Actus b. Francisci et sociorum*

summa[a] cum reverentia in argentea vel eburnea pixide infra bene seratam capsellam[b] teneri mandavit, cum nichil esset in celo vel in terra simili veneratione colendum. Nunc super altare suspendunt[c]. Unde presente aliquando populo vel haberi non potest, fune[c*], quo suspenditur, inpedito[d], vel eo rupto aut[e] dissoluto cum[f] scandalo et periculo cadit. Hic statuit nullum fratrem magistrum vel dominum, sed omnes communiter fratres[g] vocari; et apostatam non resumi, si de fide suspectus vel[h] in fornicationem lapsus[i] publicam, si litigiosus[k] vel statutorum ordinis[l] contumax violator fuisset nec se[m] sufficienter toleratus[n] ac monitus[o] correxisset. Ipse[p] precepit, ut nullus novitius secularium vel religiosorum confessiones audiret, sed nec professus absque licentia sui provincialis ministri*.

$II^{us}$.[q] Isti successit frater Helyas[r], qui et[s] ante ipsum aliquanto tempore[1] 1232.
ministri[t] locum tenuerat, vir adeo in[u] sapientia etiam[v] humana famosus, ut[w] raros in ea pares Ytalia[x] putaretur[y] habere. Hic missis visitatoribus suis[z] fecit sub artitudine magna provincias visitari[a] tam in capite quam in menbris[2]. Tunc quidem[b] generalis minister instituebat[c] passim et destituebat[d] provinciales ministros non expectato capitulo generali[3]. Sic minister provincialis custodem[e], et custos[f] ministrum loci[g], prout[h] congruere videbat[i], absolvens de[k] alio providebat[l]. Ipse collectas pecunie indixit[m] provinciis occasione[n] basilice beati Francisci, quam opere sumptuosissimo[e] construi faciebat[4]. Et vocato Rome[p] capitulo 1239. (Maii 15).
generali fuit a ministerio absolutus. Cui capitulo sancte[q] memorie domnus Gregorius papa nonus prefuit, ministri cessionem admisit et successorem in sua electum[r] presentia confirmavit[5]. Hic orta discordia inter summum pontificem et imperatorem Romanum, scilicet Fredericum[s], apud quos maximus habebatur, in[t] partem imperatoris[u] visus est declinare[6], iam tamen a ministerio absolutus. In quo tantum ordini scandalum suscitavit, ut quod sanctus[7] de proxima tribulatione

*) 4 *addit:* Hic ordinem rexit novem[8] annis.

a) sumitur $3^{a.b}$; dom. teneri *(quod infra l. 2. recurrit)* cum summa 4. b) casellam 2; casselam 4. c) suspenditur $3^{a.b}$. *Sp.;* suspende 4. c*) ſine (*manu* 2. *corr.* fune) $3^{a}$; ſn (sine) (*vel* ſn̄) $3^{b}$; sine eo *Sp.* d) inpedicto 2. e) uel (ł) $3^{a}$. *Sp.* f) et cum 4. g) fratres *om.* 2; uocari fr. $3^{b}$; fr. comm. 4. h) et 2. i) publ. lapsus 4. k) letigiorum 2. l) coloratus *add.* 4 *(ex* toleratus *infra omisso).* m) se *om.* 2. n) tolleratus $3^{a.b}$; tol. ac *om.* 4. o) admonitus 4. p) Item 4. q) *sic minio in marg.* 1. $3^{a.b}$ ($2^{us}$ $3^{a.b}$). r) helias 1. *Sp.* s) et *om.* 4. t) ministerii 4. u) in *om.* $3^{a.b}$. *Sp.;* omni 4. v) etiam *om.* 2. 4; et $3^{a}$. w) 7 (et) raro $3^{b}$. x) in ytalia 2. *Sp.* (it.). y) hab. put. 4. z) suis fecit *om.* 2. a) precepit *h. l. manu scribae in marg. suppl.* 2. b) quidam $3^{b}$. *Sp.* c) pstituebat 4. d) destruebat 2. — prouincias 4. e) custodes 2. 4. *Sp.* f) custodes 4. g) custos guardianum 2; *ad* ministr. loci *in marg. alia manu* gard̄ $3^{a}$. h) ut 2. i) prout congruebat 4. k) et de 2. l) prouidebant 4. m) induxit 1. $3^{a}$ (*puncto supposito corr.* indixit? $3^{a}$). n) ec̄c̄e $3^{a}$; eccıe (ecclesie) $3^{b}$; eccl'ie *Sp.* o) sumptuosimo 2. p) idem 2. q) prefuit s. m. d. Gr. nonus papa. qui ministri 4. r) el. in sua 4. s) fridericum $3^{a.b}$. t) ad $3^{a}$; n (non) $3^{b}$. *Sp.* u) absolutus (*pro* imp.), in partem *bis scripto,* 4.

*eius c.* 1, 3. *c.* 35, 10, *ed. P. Sabatier p.* 2. 120; *Bernardi di Bessa liber de laude b. Francisci, Analecta Francisc. III, p.* 668. 10) de Vida *dicitur in catalogo n.* 7. *laudato et in Legenda trium sociorum l. l.;* Vigilantis de Vida *in Chron. XXIV gener. ministr. p.* 4. 11) Tancredi de Reate; *vide locos n.* 10. *laudatos et Spec. perfect. c.* 67, *ed. P. Sabatier p.* 127.

1) *Iam vivente S. Francisco ab a.* 1221. *et post mortem eius ad a.* 1227. *Maii* 30. 2) *Cf. Sal. f.* $251^{b.c}$, *supra p.* 106 *sq.* 3) *Cf. Sal. f.* $250^{c.d}$. $276^{c}$, *supra p.* 104 *sq.* 158. 4) *Cf. supra p.* 107, *n.* 3. 5) *Cf. Sal. f.* $253^{b}$. $276^{c.d}$, *p.* 111. 158 *sq.* 6) *Cf. supra p.* 159, *n.* 6. 7) *Franciscus scilicet. Cf. Bonaventurae Vita S. Franc. c. XIV,* 5, *ubi Franciscus moriturus ait:* quoniam futura tentatio et tribulatio appropinquat. 8) *Quinque tantum.*

predixerat tunc videretur impletum[a]. Quod multis fertur[b] lacrimis, maxime[c]
1253. (Apr. 22). moriens, expiasse[1], ne sancti patris gratia in suo excideret successore*.

1239. III[us].[d] Huic successit frater Albertus de Pisis[e], vir electus et bonus, qui
1240. (Ian. 23). parum in offitio ministerii durans migravit ad Dominum. Tunc papa[f] prefatus domnus Gregorius nonus non patiens ordinem diu esse sine ministro vocavit coram
Nov. 1. se in festo[g] omnium sanctorum capitulum generale[h, 2, **].

IIII[us].[i] In hoc[k] capitulo eodem domno papa personaliter assistente et vota eligentium recipiente vir magne reverentie frater Aymo Anglicus, totius speculum honestatis magnusque theologus, in ministrum fuit generalem[l] electus et ab eodem summo pontifice confirmatus[3]. Hic[4] fecit divinum officium diligentius[m] corrigi et rubricas[n] suppleri de voluntate et beneplacito domni Innocentii[o] pape IIII[ti] privilegiis declarata[5]. Ipse ordinavit et voluit, ut tam sua quam ministrorum provincialium et custodum limitaretur[p] potestas per capitulum generale[6]. Ad ipsius mandatum precellentes in theologia magistri, scientia[q] et religione[r] clarissimi, frater Alexander[7] et frater Iohannes dictus[s] de Rupella, qui tunc[t] mundo tamquam[u] duo luminaria[v] magna lucebant, collatione[w] cum[8] pluribus discretis et eruditis fratribus habita, scriptum valde utile super regulam ediderunt[9]. Sub huius mini-

*) 4 *addit:* Rexit ordinem tribus[10] annis.

**) 4 *addit:* Hic rexit ordinem tribus annis[11].

a) adimpletum 4. b) lacr. fertur 4. c) max. mor. *om.* 2; max. *om.* *Sp.* d) *sic minio in marg.* 1; 3[us] *minio in marg.* 3[a, b]. e) pis 3[a, b] (*alia manu superscr.* pisis 3[a]); pinis *Sp.* f) pref. d. Greg. papa 2; pref. dom. *om.* 4; dom. *om.* *Sp.* g) festu 3[b]. h) generalem, m *erasum* 1. i) *sic minio in marg.* 1; 4[us] *minio in marg.* 3[a, b]. k) hoc eodem cap. 4. l) fuit el. gen. 2; gen. fuit el. 3[b]. 4. m) diligenter 4. n) rubricis 3[a, b]; lubrici *Sp.* o) īnocii 2. p) limitarentur potestates 4. q) scie 3[a]. r) religioene 2. s) dictus *om.* 3[b]. 4. t) toti 4. u) quasi 4. v) magna lum. 2. w) Et collat. 2.

1) *Cf. supra p.* 162, *n.* 6. 2) *Romae celebratum.* 3) *Chronica XXIV ministr. gener., Analecta Francisc. III, p.* 246, *addit:* Et ibidem fuit facta divisio provinciarum ordinis et numerus limitatus, ipso domino papa presente et volente. 4) *Huic loco praemittit Chron. XXIV ministr. gener. p.* 247: Hic etiam in alio capitulo generali diffinitorum, quod tenuit Bononie, fecit illam rubricam de agendis in missa que incipit: 'Indutus planeta sacerdos', *sequente* et fecit — declarata *fere ut hoc loco. Nota vero teste Thoma de Eccleston Coll. XIII* (12), *l. l. p.* 243. *unum solum capitulum diffinitorum, de quo infra hoc loco relatum est, factum esse.* 5) *Cf. Innocentii IV. litteras datas a.* 1244. *Iun.* 20, *Sbaralea, Bull. Francisc. I, p.* 344, *nr.* 50; *Potthast nr.* 11420. *Eadem fere iam dixerat Gregorius IX. papa in litteris datis* 1241. *Iun.* 7, *Sbaralea, Bull. Francisc. I, p.* 296, *nr.* 342; *Potthast nr.* 11028. 6) *Chron. XXIV ministr. gener. p.* 246. *addit huic loco exscripto:* Et tunc custodes perdiderunt potestatem instituendi et destituendi locorum guardianos. — *Cf. expositionem super regulam quatuor magistrorum c.* 8, *Firmamentum trium ordinum S. Francisci (Parisiis* 1512*), pars IV, f.* 20′: Hic movent questionem, utrum illud, quod per fratres et ministrum generalem et ministros alios fuerit ordinatum in capitulo generali de coarctatione potestatis generalis ministri et ordinatione forme capitulorum et electione *etc.* 7) de Alis *addit recte Chron. XXIV ministr. gener. p.* 247. *huic loco exscripto.* 8) *Eadem Chron. addit hoc loco:* fratribus Gaufrido custode Parisiensi, Roberto de Bastia, Rigaldo et aliis. 9) *Eadem Chron. addit p.* 248: quod dicto generali et aliis diffinitoribus ad generale capitulum transmiserunt. *Et quae Catalogus de hac re habet et quae in Chron. XXIV ministr. addita sunt (n.* 7. 8. 9*) ex prologo exposi-*

sterio factum est apud Montem-Pessulanum[a] diffinitorum capitulum generale. 1241. Aliter postmodum de generalibus[b] fuit capitulis ordinatum[1]. Huius[2] memoria in ecclesia fratrum Anagnie hiis versibus illustratur:

*Hic iacet Anglorum*[c] *decus et decor*[d] *Aymo*[e], *Minorum*
*Vivendo frater hosque regendo pater,*
*Eximius lector*[f], *generalis*[g] *in ordine rector*[h] et cet.[i]

V[us].[k] Post hunc fuit venerabilis senex frater Crescentius, homo[l] iustus, in 1244. *(Oct. 4).* officiis ordinis et discipline[m] çelo probatus. Hic multa beati Francisci miracula requiri et recolligi[n] fecit nec non et de vitis fratrum[o] opusculum quoddam in modum dyalogi editum[p, 3]. Quorum quedam habentur[q], alia per incuriam[r] perierunt. Sed hic non nisi triennio rexit ordinem. Absolutus autem electus fuit in episcopum[s] Assisinatem. Sed domnus Innocentius papa IIII[us] dedit illum[t] episcopatum fratri Nicolao[u, 4] eiusdem ordinis, qui erat confessor et familiaris suus, et frater Crescentius in sua humilitate quievit[5, *].

*) 4 *addit:* Hic rexit ordinem uno anno[6].

a) pesulanum 2; pessolanau (?) 3[b]. b) fuit de gener. 3[a, b]. *Sp.* c) agl'oq 1. d) doctor 4. *Sp.* e) Aymo 1; aninio 2. f) lectorum 4. g) generale ordine 2. h) rectorum 4. i) et cet. *om.* 3[b]. 4. *Sp.* k) *sic minio in marg.* 1; 5[us] *minio in marg.* 3[a, b]. l) homo iustus *om.* 3[a, b]. *Sp.* m) distinctione 3[a]? 3[b], *manu* 2. *corr.* discretione 3[a]; discretionis *Sp.* n) colligi 2; collegi 3[b]. o) suu 3[a, b]; de miris factum op. 4. p) fecit 2. q) hnt (habent) 3[a, b], *manu* 2. *corr.* hnt² (habentur) 3[a]; quedam *add.* 3[a, b]. r) incarnacionem 3[a, b], *manu* 2. *corr.* incuriam 3[a]. s) episc. *om.* 3[a, b]; assis. episc. *Sp.* — assisinnatem 1. t) illum *om.* 4; ipsum 3[b]. u) Nicholao 2; nycolao 4.

*tionis super regulam quatuor magistrorum assumpta sunt, Firmamentum trium ordinum S. Francisci (Parisiis* 1512*), pars IV, f.* 18′, *cuius prologus incipit:* Reverendo in Christo patri N. ordinis Minorum fratrum ministro generali ceterisque diffinitoribus in capitulo congregatis frater Gaufridus custos Parisiensis, frater Alexander de Ales, frater Iohannes de Rupella, frater Robertus de Bastia et frater Ricardus *(de Cornubia, pro quo supra n.* 8. *Rigaldus dicitur). Cf. de his omnibus Fr. Ehrle in 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengeschichte' VI, p.* 20 *sqq.* 10) *Septem potius, cum iterum ab a.* 1232. *ordinem rexisset.* 11) *Octo mensibus tantum.*

1) *Scilicet, ut non capitula diffinitorum habeantur, quae ut convocarentur, in capitulo generali a.* 1239. *Maio celebrato statutum est; cf. Thomas de Eccleston, Coll. XIII (12), l. l. p.* 243 *sq.* 2) *Qui obiit Anagniae a.* 1244. *(mense Iunio, ut videtur); cf. supra p.* 176, *n.* 5. 3) *Chron. XXIV gener. ministr. l. l. p.* 263. *addit huic loco exscripto:* quod incipit: 'Venerabilium gesta patrum', *et libellus his verbis incipiens exstabat olim in bibliotheca conventus S. Francisci Assisinatis; cf. 'Archiv f. Litteratur- u. Kirchengesch.' I, p.* 493. 4) *De Carbio, qui Gesta Innocentii IV. papae scripsit; cf. Innocentii IV. epistolas, Potthast nr.* 12799—12801; *Reg. Imp. V, nr.* 8890; *supra p.* 446, *n.* 5. *Chron. XXIV gener. ministr. l. l. p.* 269. *habet:* Hic generalis, ut dicit frater Peregrinus de Bononia in Cronica sua, inutilis in officio inventus solum per triennium in officio mansit, id est usque ad capitulum generale primum *(celebratum Lugduni a.* 1247. *Aug.; cf. supra p.* 178, *n.* 7*)* a sua electione. In quo capitulo noluit interesse, sed nec ad concilium generale *(a.* 1245*)* fuit ausus venire, quamvis a papa vocatus *(cf. supra p.* 176, *f.* 283[d]*)*, immo constituit pro utroque vicarium loco sui fratrem Bonaventuram de Yseo, virum discretum. Et in eodem capitulo propter insufficientias suas tam in eloquentia quam in aliis fuit a ministerio simpliciter absolutus. *Et ibidem p.* 263: papa Innocentius IIII. in festo s. Iohannis Baptiste celebravit generale concilium in Lugduno, ad quod dictus frater Crescentius

1247. (Aug.). VI^us.[a] Isti[b] successit frater Iohannes Parmensis[c], vir scientia et religiositate[d] preclarus, maximus paupertatis et humilitatis amicus. Qui de studio Pari- 1249. (Maii 23). siensi, ubi Sententias legerat, ad ministerium est assumptus[1]. Hic prohibuit[2] in choro cantari[e] vel legi[f] quicquid in ordinario sancte Romane ecclesie, quod habemus ex regula[3], non esset contentum vel per generale capitulum approbatum, exceptis quibusdam antiphonis[g] beate virginis[h] post conpletorium[i] decantandis[4]. In[k] missa quoque iuxta ritum ipsius Romane ecclesie[l] a sinistris sacerdotis mandavit hostiam collocari et pallam divisam a corporalibus calici superponi[m]. Non nulli etiam[n] fratres sub quadam devotionis ymagine singulares secularium vel aliorum[o] regularium nunc litteram[p], nunc sonos et modos sectantes periculose[q] necessarium ex voto regule officium secundum ordinem sancte Romane ecclesie[r] negligebant et[s] variando ac[t] lacerando fedabant. Plus[u] Deum et sanctos servando regulam quam contra indictum[v] officium hymno[w] angelico aut[x] sinbolo veneramur[y]. Contra regulam nemo devotus, nec supererogare[z], sed derogare[a] potius est dicendus. Non parvum est vitium legum turbare[b] communium disciplinam. Ipse recepit litteras a Manuele[c] dicto patriarcha Constantinopolitano et a Iohanne[5] dicto imperatore Grecorum de ecclesia adunanda. Sed legatis solempnibus, ut audivimus, ministro agente[6] a Grecis cum apparatu magno ad sedem apostolicam destinatis spoliatis et impeditis in via ideoque redire compulsis, quamvis aliis alio tempore rursum missis, peccato impediente negotium non processit. Sub[d] huius 1255. ministerio[e] Parisius Guilielmus[f] de Sancta Marta[g. 7], doctor theologus, sed ad sobrietatem non sapiens[8], contra religiosorum pauperum statum, et[h] quod de com-

a) *sic minio in marg.* 1; 6^us *minio in marg.* $3^{a.b}$. b) Ioh. isti succ. frater parm. $3^{a}$. c) palmensis *minio* 2; pmasis 4. d) reliositate 2. e) canta|tari, ta *expunct.* 1; cant. in choro 4. f) vel legi *om.* 4. g) anphonis 1. h) marie 4. i) ꝯplectorium 2. k) In — disciplinam (*l.* 15) *om.* 2. l) curie $3^{b}$; eccl. rom. 4. m) supponi $3^{a}$ (*manu* 2. *corr.* supponi). 4. *Sp.;* aponi (*post corr.* suponi) $3^{b}$. n) 7 (et) $3^{a.b}$, *post corr.* 7̄ (etiam) $3^{a}$; Nam nonnulli fr. 4. o) .f. (scilicet) *add.* $3^{b}$; religiosorum seu *add.* 4. p) sequencias 4. q) periculosos 4. r) offm̄ (officium) *iterum add.* $3^{a.b}$, *expunct.* $3^{a}$. s) et *om.* 4. t) et 4. u) Nos itaque plus 4. v) dictum 4. w) ymo $3^{a}$; ẏno $3^{b}$; īmo *Sp.* x) vel 4. — symbolo $3^{a}$; simbolo $3^{b}$. 4. y) verantur 4. z) super rogare $3^{b}$. 4, *post corr.* supererogare $3^{b}$. a) erogare $3^{a.b}$. 4 (pot. erog.). b) truncare $3^{a.b}$. *Sp.;* l. com. retractare disc. 4. c) ma|, nuelle *in marg. suppl.* 2. d) *in marg. h. l.* 7^us $3^{b}$. e) ministeriis $3^{a.b}$, *manu* 2. *corr.* ministerio $3^{a}$. f) Guills *omnes codices h. l. et infra p.* 663, *l.* 8. g) *sic* 1. $3^{a}$; martha 2. *Sp.;* maria $3^{b}$; *manu* 2. *post corr.* sancto amore $3^{a}$ *et sic* 4. h) et *om.* 4.

generalis fuit per dominum papam vocatus, sed ipse propter suas insufficientias tam in eloquentia quam in aliis non fuit ausus illuc accedere, sed misit illuc vicarium loco sui fratrem Bonaventuram de Yseo, virum discretione et prudentia decoratum. 5) *Attamen episcopatum brevi tempore tenuisse videtur, cum Thomas de Eccleston, Coll. XIII (12), Analecta Francisc. I, p.* 244, *dicat:* factus est episcopus civitatis de qua oriundus erat *(neque tamen Assisii natus est); cf. infra p.* 676. 6) *Tribus annis non plenis.*

1) *Cf. etiam Sal. f.* 339ª. 341ᵇ. 439ᵈ, *supra p.* 309. 315. 552. 2) in capitulo generali Metis celebrato *(a.* 1249. *Maii* 23*?) addit huic loco exscripto Chron. XXIV gener. ministr. l. l. p.* 275. *Cf. ibid. p.* 279. 3) *Reg. secunda fratrum Minorum c.* 3: Clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctae Romanae ecclesiae. 4) *Cf. Sal. f.* 336ª, *supra p.* 301. *et ibidem n.* 6. 5) *III. Vattacio.* 6) *Qui scilicet ipse a.* 1249. *ab Innocentio IV. papa in Graeciam missus est, quod hoc loco non dictum est; cf. Sal. f.* 337ᵃ·ᵇ. 343ᶜ·ᵈ, *supra p.* 304 *sq.* 321 *sq. In Chron. XXIV ministr. gener. p.* 277. *hic locus istius Catalogi cum alio loco de Iohanne in Graeciam misso coniunctus est.* 7) *Falsum esse videtur hoc cognomen:* de Sancto Amore *(oppido sito in dép. Jura, arr. Lons-le-Saunier) natus erat, ut ab omnibus aliis nominatur.* 8) *Rom.* 12, 3: non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

missione summi pontificis vel ordinariorum non possent fidelium confessiones 1255.
audire sine licentia[a] parochialium sacerdotum, libellum diffamatorium promulgavit[1]. Sed postea fratribus pro veritatis defensione instantibus libellus[b] quidem
primo coram domno Alexandro papa IIII$^{o}$, qui eum[c] de fratrum suorum consilio[d] 1256.
sub anathematis ultione[e] in eos qui tenerent[f] et non delerent dampnaverat, deinde Parisius coram[g] piissimo tunc rege Francorum, nunc sanctorum[h] aggregato[i] et ascripto[k] cathalogo, sancto[l] Lodovico[m, 2], multitudine convocata* solempniter est conbustus. Dictus vero[n] Guilielmus de toto Francie[o] regno expulsus[p] est. Multam iste[q] ordini persecutionem ingessit[3]. Cum enim callide[r] clerum Pari-
siensem et prelatos ecclesie, quorum se defensorem dicebat[s], contra ordinem con- 1254.
citasset, multa fratres obprobria et dampna passi sunt. Sed, sicut ostensum est, sue finem[t] malicie et astutie confusionem accepit. Hic minister convocato
Rome capitulo generali[4] in presentia domni Alexandri pape IIII$^{ti}$ — qui regimen 1257. (Febr. 2).
ordinis, quod[u] episcopus Hostiensis[v] existens prius habuerat[w], noluit alteri committere, sed sibi retinere[5] — cum omnimode importunitatis instantia, impotentia[x] allegata, a ministerio se absolvi obtinuit[6]. Istud capitulum domnus papa predictus non solum sua honoravit[y] presentia, sed etiam[z, 7] multimoda benedictionum[a] dulcedine cumulavit, dum presentes et absentes fratres omnes absolvit a peccatis[8]; et si qui forte ad non concessa in absolutionibus manus[b] extendissent[c] improvide, ratificavit et confirmavit[9] ex plenitudine potestatis[d, 10]. Hic[e] frater Iohannes,

*) *Sp. addit:* et congregata episcoporum et aliquorum[f] notabilium personarum.

a) speciali *add.* 2. — proch. 1. b) libellu $3^{a \cdot b}$. *Sp.* c) cum 2. d) conscilio 2. e) interminatione lata in 4. f) qui irreuerentes et sicut non deberent fuerunt (locuti *delet.*) loquuti dampnauit. Demum par. 4. g) coram *om.* 4. h) consorcio *add.* 4; consortio et collegio *add. Sp.* i) congregato $3^{a \cdot b}$. 4; connumerato *Sp.* k) scripto 4. — cathalago $3^{a}$; cathologo $3^{b}$. l) dcō (dicto) 2; sanctorum 4. *Sp.* m) ludewico *corr.* lodewico $3^{a}$; ludwico $3^{b}$; ludouico 4. n) vero *om.* 4. o) regno francie $3^{a \cdot b}$. 4. *Sp.* p) est exp. $3^{a \cdot b}$. *Sp.* q) $G^{9}$ *add.* 2; isti $3^{a}$. *Sp.*; enim nostro 4. r) callidum 4. s) pretendebat 4. t) sentencie 4. u) quod *om.* $3^{a \cdot b}$. *Sp.*; ide 4. v) ostiensis 2. w) hab. *om.* $3^{a \cdot b}$. x) impot. *om.* 2; ı pn̄tia (in presentia) 4. y) horauit 4. z) etiam *om.* 4; sua *add.* 2. a) multimodo bonorum dulc. 4. b) manum 4. c) extendisset 2. d) potētis 1. e) $8^{us}$ *h. l. minio in marg.* $3^{b}$. f) *sic Sp.*

1) *Cf. Sal. f.* $229^{a}$, *supra p.* 53, *n.* 2. 2) *Qui a.* 1297. *Aug.* 11. *a Bonifatio VIII. papa canonizatus est.* 3) *Cf. Sal. f.* $335^{a-d}$. $399^{b \cdot c}$, *supra p.* 297 *sq.* 454 *sq.* 4) *Chron. XXIV gener. ministr. p.* 286. *addit*: anno ab incarnatione Domini . . . MCCLVI, secundum illos vero qui a nativitate computant MCCLVII, in festo purificationis b. Marie. 5) *Cf. Philippi de Perusio epist. de protectoribus ordinis Minorum, Analecta Francisc. III, p.* 710. *et infra p.* 681. 6) *Cf. Sal. f.* $339^{a}$, *supra p.* 309 *sq. Chron. XXIV gener. ministr. p.* 287. *huic loco exscripto addit:* Et de resumendo ipsum officium nec capitulo generali vehementer instanti nec ullis vel summi pontificis vel aliquorum cardinalium suasionibus acquiescere voluit. Unde capitulum ex hoc quasi biduo vacans compulsum est procedere ad alterius electionem ministri. Ipse quidem non contemptui, sed impotentie ad officium exequendum causam designans humillime cessit fuitque ad tractatus capituli reverenter admissus. 7) *Chron. XXIV gener. ministr. p.* 287. *huic loco exscripto addit, ex Bernardi de Bessa Cronica ministrorum generalium, ut videtur:* fratribus predicavit et. 8) *Chron. XXIV gener. ministr. l. l.:* absolvit et eis dedit plenam indulgentiam suorum peccatorum. 9) *Chron. XXIV gener. ministr. p.* 287 *sq. addit:* Ministros insuper ad cameram suam in Laterano vocavit eosque familiarissime allocutus intimam, quam habebat

postquam absolutus fuit, per doctrinam abbatis[a] Ioachim deceptus in designatione[b] ultimorum temporum coram domno Iohanne Gaietano[c], qui[d] habebat curam[e] ordinis, Sancti Nicolai[f] in Carcere Tulliano dyacono cardinali, et fratre Bonaventura, qui ei[g] successit in officio ministerii, que astruxerat dedixit[1]. Hic tempore domni Nicolai[h] pape IIII[u] a[i] domno fratre Matheo de Aquasparta[k] iam cardinali[2], sed adhuc de mandato pape generalis ministerii[l] curam gerenti[m], cum ipsius domni pape consensu licenciam obtinuit, ut iret[n] ad infidelium partes, cupiens apud illos[o] semen spargere Christiane fidei et evangelice veritatis. Cum-
1289. que proficisceretur cum sotiis et pervenisset Camerinum[p], que est[q] civitas marchie
(Mart. 19 20). Anconitane[r], infirmatus ibidem diem clausit extremum[3]. Ubi multa miraculorum[s] signa per eum ostendi[t] publica et frequens fama divulgat*.

1257. (Febr. 1). [VII[u]]. Septimus a beato Francisco successit preclarissimus pater frater Bonaventura de Balneo-regio[v]. Qui cum iuvenis intrasset ordinem, tanta bone indolis honestate pollebat, ut magnus ille magister frater[w] Alexander[1] diceret aliquando de ipso, quod in eo videbatur Adam non peccasse. Hic sicut in luminibus[x] scientiarum et maxime in scripturis sacris videbatur miranda capacitate proficere, ita et[y] in devotionis gratia continuum sumebat augmentum. Siquidem omnem veritatem, quam percipiebat[z] intellectu[a], ad formam orationis et laudationis divine
1245? reducens continuo ruminabat[b] affectu. Hinc factum est, ut in septimo[c] anno post
1248? ingressum ordinis[d] Sententias Parisius[e] legeret et[f] in decimo reciperet[g] cathedram
1257. magistralem, et in XII[0] vel XIII[0] ad regimen ordinis est assumptus. Decem et
1274. (Iul. 15). octo annis rexit ordinem, et in Lugduno tempore generalis concilii[h] obiit cardinalis anno etatis sue LIII, episcopus scilicet Albanensis. Intellectus ipsius perspicaciam et affectionis fervorem omnia sua[i] opuscula redolent hiis, qui in ipsis[k] divinam scientiam exquirentes hanc libentius quam vanitatem[l] Aristotilicam[m] venerantur. Hic antequam esset minister, dum teneret Parisius cathedram[5], veritatem

*) 4 *addit:* Hic rexit ordinem XVIII annis[6].

a) alb˜tis iocaim 2. b) designationem 2. c) garetano 4; carecano *Sp.* d) tunc *add.* 4. e) cora 1. f) nich'i 2; nycolai 3ª; nycholai 3ᵇ. g) succ. ei 4. h) nicol' 1; nicholay 2 Nycholay 3ª; nicolay 3ᵇ; nycolai 4. i) a *om.* 2. k) aquaspartha 2; aquaspto 4. l) ministri 4. *Sp.* m) gerens 3ᵇ; gereret *Sp.* n) iret *om.* 4. o) eos 4. p) casuuinum 4; carmenium *Sp.* q) est *om.* 3ᵇ. r) anchonitane 4. *Sp.* s) miracula (signa *om.*) 3ª·ᵇ. *Sp.* t) ostensa 4. u) *numerus in codd.* 1. 2. 3ª. 4 *omissus;* 9ᵘˢ *minio in marg.* 3ᵇ. v) regio *om.* 4. w) fr. *om.* 2. 4. x) liminibus 2. y) ita et *om.* 3ᵇ; (sic *manu* 2. *in marg.*) et 3ª; sic et *Sp.;* ita sic 4. z) pciebat 2. a) perc. inter sciencias omnes 4. b) ruminabat²(ur) 4. c) alio 4. d) ord. *om.* 3ª·ᵇ; ad ordinem *Sp.* e) leg. Par. 2; Par. sent. leg. 3ª·ᵇ. *Sp.* f) et *om.* 4. g) recepit 4. h) consilii 4 *semper pro* concil. i) opusc. sua 2. k) ipsius 1. 2. l) nouitatem 3ª; noitë³ 3ᵇ. m) a♃ˡⁱˢ 4.

ad ordinem, affectionem ostendit. Reverendi etiam domini cardinales magnam familiaritatis gratiam ostenderunt. Hec narrat in Cronica sua frater Bernardus de Bessa, qui eidem capitulo asserit se presentem fuisse. *Cf. supra p.* 653. 10) *De hac re litterae Alexandri IV. papae non exstant. Qui eodem die, quo capitulum generale celebratum est, Febr.* 2. *alias litteras dedit pro fratribus Minoribus, Potthast nr.* 16710.

1) *Sed cf. Sal. f.* 336ª⁻ᶜ, *supra p.* 301 *sqq.* 2) *Qui a.* 1288. *Maii* 22. *a Nicolao IV. cardinalis creatus est; Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 433. 3) *Cf. Ubertini de Casale Arbor vitae cruc. Iesu V, c.* 3, *Venetiis* 1485, *f. CIIII.* 4) de Alis, *ut Chron. XXIV gener. ministr. p.* 324. *huic loco recte addit.* 5) *A.* 1248. *fere ad a.* 1255. 6) *Immo non plenis decem annis; cf. l.* 21. 22.

evangelicam clarissimis disputationibus et determinationibus[a] defensavit. Libellum
quoque quendam pernitiosissimum[b], qui creditur fuisse magistri Geroldi[c] de Abbatis[d]-
villa, per Apologiam[1] existens generalis minister tam eloquenter quam subtiliter con-
futavit. Verumtamen ipse Geroldus[e] maledicus[f] tanta, ut fertur, divina ultione
percussus[g] est, ut et[h] paralisi dissolutus et lepra respersus[i] interiret, exemplum 1271/2?
relinquens[k] omnibus, ut discant Iesum suorum esse pauperum defensorem. Sed
et[l] nonnumquam[m] ad persequentes suam[n] extendit revocando[o] clementiam. Quen-
dam enim abbatem fratres[p] in quibus[q] poterat persequentem[r] per visionem at-
tractum[s] et conversum audivimus isto[t] modo: Vidit[u] bonos et malos ad iudicium
evocari[v], se autem[w] et quendam episcopum, fratrem suum, ac[x] duos ex suis[y] clientes
ad partem sinistram cum reprobis[z] assignari. Tunc duo fratres Minores de parte
dextera[a] venientes ipsum secum ad partem dexteram[b] quasi violenter trahebant.
Mane[c] facto territus[d] abbas confugit[e] ad fratres et mirantibus omnibus factus est
frater Minor. Duo[f] clientes, dum[g] eadem die quedam[h] de rebus abbatis sibi
dividerent, dissidentes[i] mutuis se vulneribus occiderunt. Episcopus[k] per fratrem
de visione[l] suasus respondit se[m] de eius sompniis[n] non curare[2]. Hic in[o] primo
capitulo, quod tenuit Narbone, constitutionibus[3] ordinem et formam[p] dedit. Hic 1260.
postmodum Vitam beati Francisci conscripsit. Huic ministro, scilicet fratri Bona-
venture, Eboracensem episcopatum[q] pinguissimum domnus papa Clemens[r] IIII[tus] 1265. (Nov.
contulit[4], sed ipse ad presentiam pape de[s] Parisius, ubi tunc erat, se conferens
tam constanter et humiliter cessit, ut ipse dominus cessionem pie admittens[t]
eidem intulerit[u] illud verbum[v] Eccli.[w] II[*]: *Sta in testamento tuo et in illo colloquere* *11, 21.
*et in opere mandatorum tuorum veterasce.* Huius tempore frater Ieronimus, qui
ei in regimine[x] successit, legatus ad Grecos missus est[5] et cum solempnibus Gre-
corum nuntiis rediit tempore congregati concilii in Lugduno, in quo domno[y] papa 1274.
Gregorio X[0] celebrante[z] missam ipsi Greci interfuerunt, symbolum[a] cum confes-
sione articuli de processione spiritus sancti a patre et filio cantaverunt et pacem
cum ceteris fidelibus acceperunt, primatum[b] sancte Romane ecclesie recognoscentes[c]
et confitentes[d], licet postmodum procedente tempore sub domno Martino[e] papa

a) decl'aconibus 3ª. b) pnitiosisimum 2. c) geraldi 3ª·ᵇ; giraldi 4; gerhaldi *Sp.* d) albatis 2. (3ᵇ). e) giroldus *hoc loco* 2; geraldus 3ª. (3ᵇ). *Sp.;* gyraldus 4. f) *sic* 1. 3ᵇ; maledictus 2. 3ª. 4. *Sp.* g) perculsus 2. h) et *eadem manu superscr.* 2; *om.* 4; et ut 3ᵇ. i) reppersus 3ª·ᵇ (*post manu* 2. *corr.* respersus 3ª). — incurreret 4. k) reliquens 2. l) ex 3ª·ᵇ. m) ipse iesus *add.* 4. n) suam *om.* 1. o) reuocandi 2. p) minores *add.* 2. q) fr. iniquius quam pot. 4. r) ꝑsequentem 3ª·ᵇ. s) raptum 1; ad iudicium *add.* 2. t) tali 4. u) enim *add.* 2; namque *add.* 4. v) aduocari 4. w) autem *om.* 4. x) suo *add.* 4. y) cli. ex suis 2. z) repb⁹ 1. a) dextra 3ᵇ. 4. *Sp.* b) dextram *(Sp.)* viol. quam poterant extrahebant 4. c) autem *add.* 2. d) tātus 2. e) fugit 4. f) autem *add.* 2; Dicti vero 4. g) cum 4. h) quasdam 2. i) dissid. *om.* 1; diffidentes 3ª. *Sp.;* diuidentes 3ᵇ. k) vero *add.* 2. l) de vis. *om.* 2. m) se *om.* 4. n) sopniis 1: sopnis 3ª; sopīs 3ᵇ; somnio *Sp.* o) Hic .p̈p̈. (papa) quod tenuit 2. p) for *(spatio unius verbi vacuo relicto).* Hic 2. q) archiepiscopatum 2. 3ª·ᵇ. *Sp.;* eborassensem archiep̄m 4. r) Cl. *om.* 3ᵇ. s) du pisis ubi 4. t) admictens 1. u) intulit 2. *Sp.;* intullit 4. v) verbum *om.* 4. w) Eccli. II. *om.* 2; ecc̄⁹ 4, *ubi* II. *om.; pro* II *in archetypo* 11 *scriptum fuisse videtur.* x) ordinis *add.* 2. 3ª·ᵇ. *Sp.* y) dn̄s papa G⁹ X^us 1. z) missam cel. 4. a) Simbolum 2. b) sancte Rom. pr. eccl. 2. c) recōgnoscentes 1; recognentes 2. d) et conf. *om.* 4. e) marc 2.

1) *Apologiam pauperum, Bonav. Opera VIII (Quaracchi* 1898*), p.* 233—330. 2) *Plura de eadem re, quam hoc loco leguntur, narrata sunt in Chron. XXIV gener. ministr. p.* 326 *sq. ex eodem libello sane (Bernardi de Bessa), ex quo haec exscripta sunt.* 3) *Editis a Franc. Ehrle, 'Archiv für Litteratur- und Kirchengesch.' VI, p.* 87—138; *cf. ibidem p.* 33—35. 71 *sq.* 4) *Cf. Potthast nr.* 19466. 5) *Pluribus aliis verbis de hac re retulit Chron. XXIV gener. ministr. p.* 352.

. . . .[a] ipsum pacis negotium suadente pacis inimico extiterit[b] perturbatum. Hunc[c]
1273. domnus Gregorius X[us] cardinalatum episcopatus Albanensis coegit suscipere[d], cuius
1274. presentia et sapientia in illo concilio a Deo videtur[e] in defensione[f] religionum
contra multos et magnos adversarios[g] fuisse preparata[h].

[VIII[i]]. Hoc patre ad cardinalatum assumpto et tempore concilii generali[k]
capitulo Lugduni congregato 1274.[1] frater[m] Ieronimus predictus absens[n], quia[o]
nondum a legatione redierat, in generalem ministrum electus est[p], et[q] ipse cardi-
1. *Mach.* 2, 69. (*Iul.* 15). nalis nondum totaliter[r] finito concilio *ad* sanctos *patres appositus* trihumphantes[s]
suo, ut credimus, letificavit consortio, sed incredibili affecit mestitia militantes.
Greci enim et Latini, seculares et religiosi[t], layci et clerici[u], presidentes et sub-
diti[v] amaris prosequebantur[w] lacrimis sacrum funus in Lugdunensi fratrum Mino-
rum ecclesia recondendum, papa[x] cum cardinalibus sacras exequias celebrante[y]·*.
Hic[z] Ieronimus gradatim ad summi[a] pontificatus apicem provectus[b] est. Nam
primo lector non parve litterature[c] in ordine factus fuit minister[d] provincialis in
1278. Sclavonia, ex hoc legatus ecclesie Romane ad Grecos, exinde minister[e] generalis,
1281. postmodum tituli sancte Potentiane presbiter cardinalis, post hec episcopus Pe-
1288. (*Febr.* 15). nestrinus[f]·[1] et sic[g] tandem pontifex summus[h]. Huius ministri[i] generalis tem-
pore domnus Vicedominus Placentinus, qui erat cardinalis, episcopus scilicet Pene-
1276. strinus, cum se videret ad extrema deduci, habitum ordinis[k] beati Francisci
(*Sept.* 6). devotissime petiit et accepit et obiens[l] cum illo cardinalis episcopus et frater
Minor simul in ecclesia fratrum eorumdem Viterbii requiescit. Qui in[m] infirmitate
sua[n] magnum dedit humilitatis exemplum, monens confessorem suum[o], ut ipsum
requireret et examinaret sicut unum simplicem laycum de peccatis. 'Nos', inquit[p],
(*Aug.* 18). 'prelati sumus diligentius requirendi[q]'. In eodem etiam loco sepultus est domnus
Adrianus papa, qui ex maximo[r] dilectionis affectu cum fratribus habere[s] voluit
sepulturam**.

1278. (*Mart.* 12, 19). [VIIII[t]]. Isto igitur[u] a domno Nicholao[v] papa III[0] ad cardinalatum assumpto[w]·[2]
1279. (*Maii* 21). frater Bonagratia in generalem ministrum absens[x] electus fuit[y]. Quod[z] capitulum

*) 4 *addit (h. l.):* Rexit ordinem XVIII annis. Frater Iheronimus predictus absens, quia nondum a legatione v e n erat, in generalem ministrum f u i t electus. (Frater — electus *ex loco supra l.* 6. 7. *omisso huc transposita*).

**) 4 *addit:* Hic generalis rexit ordinem sex annis. *(Quod perperam additum est).*

a) *spatium (numero inserendo?) vacuum relictum* 1. 2. b) exiterit 1; extcterit 2; omnino *add.* 4. c) bonauenturam *add.* 4; s[cilicet] (fratrem 3[b]) bonauenturam predictum *add.* 3[a·b]. *Sp.;* dictus *add.* 2. 4 (*post* bonau.). d) suscipe||re 1. e) uideretur 4. f) defensionem 3[a·b]. 4 (deffens.). g) auersarios 2. h) prosperata 4. i) *numerus in omnibus codd. omissus.* k) generalis 2. 3[a] (s *e corr. manus* 2). 4. — cap. *om.* 4. l) *sic numeris Arabicis* 1. 2. 3[a·b]; anno domini *(Sp.)* millesimo ducentesimo LXXIIII[0] 4. m) frater — electus est *om. h. l.* 4. n) abscens 2. o) qȝ (que) 3[a·b]. p) est *om.* 1. q) et *om.* 4; et ipse – celebrante (*l.* 12) *om.* 2. r) tot. *om.* 4. s) *sic* 1. 3[a]; triumphantes 3[b]. 4. *Sp.* t) et *add.* 4. u) et cler. *om.* 4. — presides 3[a·b]. v) subiecti 3[a·b]. 4. w) ꝑsequebantur 3[a·b]. x) papa — celebrante *om.* 3[a·b]. *Sp.* y) celebrantes 4. z) s(cilicet) *add.* 3[a·b]; scilicet frater *add. Sp.* — Ieron. *om.* 4. a) sumi 1; summum 4. b) prouocatus 2; profectus 3[b]; euectus 4; peruentus *Sp.* c) lecture 1. d) min. — exinde *om.* 4. e) gen. min. 4. f) prenestinus 4. *Sp.* g) sicut (sic̄) 3[a·b], ut *expunct.* 3[a]. h) effectus est *add.* 4. i) ministerii 1. k) ord. *om.* 4. l) obe[es] 3[b]; obediens *Sp.;* (obediens cu *delet.*) obiit 4. m) in *om.* 3[a·b], *post manu* 2. *corr.* in inf. 3[a]. n) sua *om.* 3[a·b]. *Sp.* o) suum *om.* 2. p) inquid 2. q) quam ceteri *add.* 4. r) magno 4. s) uoluit hab. 4. t) *numerus in codd.* 1. 2. 3[a]. 4 *omissus;* 12[us] *minio in marg.* 3[b]. u) g̊ (ergo) 4. *Sp.* v) Nycholao 3[a]; nycolao 3[b]. 4. w) assuto 2. x) absēns 1; *om.* 2. y) est electus 2. z) in capitulo quod dictus 4.

1) *Cf. Sal. f.* 417[c], *p.* 498. *et ibid. n.* 9. 10. 2) *Cf. SS. XXXI, p.* 549, *n.* 5.

dictus[a] cardinalis tenuit, quousque frater Bonagratia supervenit, et hoc Assisii[b] fuit[c]. Superveniente igitur ipso[d] ministro et capitulo expedito sollicitatus generalis a sanctissimo patre[e] predicto domno Nicholao[f] papa III⁰ cum quibusdam provincialibus ministris et aliquibus aliis discretis fratribus de capitulo ad ipsius domini accessit[g] presentiam. Qui apud[h] Surianum[i] per[k] ipsam estatem residens, cunctis[1] aliis pretermissis negotiis[1], cum[m] eisdem generali[n] et fratribus, presentibus et coagentibus venerabilibus dominis et[o] patribus domno Ieronimo Penestrino[2] ac[p] fratre Bentivengna[q] Albanensi episcopis[r] super regula fratrum[s] Minorum deliberatissimam edidit per dies plurimos decretalem[3], que incipit: *Exiit qui seminat,* ac per[t] peritissimos viros, qui[u] et ipsi fuerunt[v] postmodum cardinales[w, 4], domnum[x] Petrum vicecancellarium[y], domnum Comitem, auditorem[z] palatii, Mediolanenses[a, 5], domnum Angelum, famosissimum[b] advocatum, et domnum Benedictum, notarium curie, qui postmodum fuit cardinalis[6] et demum[c] papa[7], exactissima diligentia[d] plurium dierum disceptationibus elimatam[e] primo coram cardinalibus, qui tunc erant Viterbii, deinde coram totius curie frequentia per dictum domnum Benedictum, qui eam dictaverat, fecit[f] solempniter promulgari. Quam et domnus[g] papa Bonifatius[h] incorporavit suo sexto Decretalium[8] et autenticam[i] reddidit toti mundo. Huius ministri[k] tempore dictus[l] papa Nicholaus[m] III[us] migravit ad Dominum[n]. De quo, cum esset puer et a patre suo[9], qui erat de tercio ordine[10], beato Francisco fuisset[o] oblatus, predixit[p] idem sanctus, quod non[q] frater[r] habitu, sed defensor futurus esset sui ordinis et dominus mundi. Hoc cum sciret idem[s] dominus, non nisi post factum voluit revelare[t], servans verbum tempore suo[u] secundum sententiam sapientis[v, 11, *].

1279. (*Aug. 14*). 1280. (*Aug. 22*).

*) 4 *addit:* Hic rexit ordinem uno anno

a) do⁹ (domnus) 3ᵇ. b) assisium 4; apud assisium (asissium 2) 2. 3ᵃ·ᵇ. *Sp.* c) fuit *om.* 2. 3ᵃ·ᵇ. *Sp.* d) ī (illo) 3ᵇ; *om. Sp.* e) papa 3ᵃ·ᵇ. *Sp.* f) Nycholao 3ᵃ; nycolao 3ᵇ. 4. g) adcessit 1. 3ᵇ (d *e corr.*). h) aput *h. l.* 1. i) simanum 3ᵃ (*post corr.* surianum). 3ᵇ. *Sp.*; suarianum 4. k) pp (propter) 1. l) cutis 1. m) ex 4. n) generalis 4. o) et *om.* 2; patr. et dom. 4. p) et 4. q) *sic* (betiuēgna) 1; beteuegna 2; beteuega 3ᵃ·ᵇ; beneteuenga *Sp.*; bñdega 4. r) epo (episcopo) 1. s) fratrum *om.* 3ᵃ·ᵇ. *Sp.* t) per *om.* 3ᵃ. 4. u) qui — cardinales *post* palatii *posita* 4, *post* Mediolanenses *Cron.* v) postm. fuer. 2. 4. w) s(cilicet) *add.* 3ᵃ·ᵇ. *Sp.* x) d. Petr. vicec. *in marg. eadem manu suppl.* 4, *ante* qui et ipsi *posita* 1. 2, *quae et in archetypo omnium codicum in marg. suppleta fuisse apparet, cum in nostris libris* 1. 2 *et* 3ᵃ·ᵇ *et* 4 *diversis locis scripta sint.* y) uice cançelarium 2. z) pal. aud. 3ᵃ. *Sp.* a) mediolanensem 1. *Sp.*; *om.* 4. b) famossiᵐ 1; famosum 4. c) deinde 4. d) deliberatione 4. — pl'iᵐ 1; plurimum 3ᵃ·ᵇ. 4. *Sp.* e) elimata 4. *Sp.* f) fr̄ (frater) 3ᵃ·ᵇ, *manu* 2. *in marg.* fecit 3ᵃ. g) dictus 2. h) bonifacius 2. 3ᵃ·ᵇ. 4; 8ᵘˢ *add.* 4. i) auctenticam 2. 3ᵃ·ᵇ. 4. *Sp.* k) generalis *add.* 3ᵃ·ᵇ. *Sp.* l) dus (domnus) 4. *Sp.* m) Niclolaus 1; nycolaus 3ᵃ·⁽ᵇ⁾; *om.* 4. — IIIᵘˢ *om.* 3ᵃ·ᵇ. *Sp.*; 3ᵘˢ 1. 4. n) migr. adñm 1. o) esset 2? p) p̊ dᵗ (primo dicit) 4. q) solum *add.* 3ᵃ·ᵇ. 4. *Sp.* r) fratrum habitum assumeret sed etiam def. 4. s) ipse 2. t) reuellare 2. u) suo *om.* 3ᵃ·ᵇ. *Sp.*; temp. suo *om.* 2; iu tempus suum 4. v) sapieꝫ 1.

1) *Cf. quae de hac re scribit Philippus de Perusio in epistola ad Gunsalvum ministrum generalem ordinis Minorum de protectoribus ordinis, Analecta Francisc. III, p.* 711 *sq. et infra p.* 683. 2) *Tunc nondum episcopo Praenestino, sed presbytero tit. S. Potentianae; cf. supra p.* 498, *n.* 9. 10. 3) *Datam a.* 1279. *Aug.* 14. *et* 15; *Potthast nr.* 21628. 4) *Petrus Grossus a Nicolao IV. papa a.* 1288. *Maii* 22. *cardinalis creatus est, Comes Clusianus iam a.* 1281. *Apr.* 12. *(Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 423 *sq.) a Martino IV. papa.* 5) *Et Petrus et Comes Mediolanenses fuere.* 6) *A.* 1281. *Apr.* 12. *a Martino IV. papa; v. supra n.* 4. 7) *Bonifacius VIII.* 8) *L. V, tit.* 12, *c.* 3. 9) *Matheo Rubeo de Ursinis.* 10) *Cf. epist. Philippi de Perusio infra p.* 681, *ex qua* qui — ordine *assumptum videtur esse.* 11) *Eccli.* 27, 13: In medio insensatorum serva verbum tempori.

1283. (Oct. 3). [X[a]]. Isto apud[b] Avinionem defuncto[c, 1] successit ei frater Arlottus[d] Pra-
1285. (Maii 13). tensis, electus Mediolani in capitulo generali[2]. In quo capitulo[e] suadente fratre
Guilielmo[f] de Falgario[g, 3], qui eidem capitulo preerat[h], statutum est et[i] data
forma, quod[k] fieret unus vicarius, qui regeret ordinem vacante ministerio[l] gene-
rali. Iste igitur frater Arlottus[d], qui erat magister in theologia, quasi per
1. Mach. 2, 69. 1286. annum in ministerio mansit[m] et *appositus est ad* sanctos *patres* alios[n] et Parisius[o]
requiescit. Post cuius[p] obitum secundum formam, ut predictum est, in Medio-
lanensi capitulo[q] traditam frater Guilielmus[r] predictus institutus est vicarius
ordinis generalis. Qui ad electionem bachelarii[s] presentandi pro licentia[t] in theo-
logia, volens ipsam electionem alteri[u] preripere, cui[v] secundum ordinem[w] temporis
competebat, et ad[x] alterum devolvere[y] sibi gratum, fecit offitiales laycos conventus
1288. Parisiensis admitti[z]. Sane per curiam Romanam determinatum fuit postea, scilicet
tempore fratris Mathei, qui huic successit[a] in officio ministerii[b] generalis, quod
generale[c] capitulum non poterat ullam iurisdictionem dare vicario. Et ideo[d] per
(Maii 14). summum pontificem dominum Nicholaum[e] IIII[m] decretum est privilegio spetiali[4]
vicarium generalem in ordine nec esse debere nec posse. Per eundem etiam
(Maii 13). papam[f] privilegio declaratum est[5] omnium custodum unius provincie voces, qui
unum pro se ad capitulum[g] generale pro generalis electione dirigunt, pro una
1287. (Maii 25). tantum voce reputari. Cuius contrarium voluerunt aliqui in capitulo Montis-Pesu-
lani[h] introducere[6], quamvis illud omni tempore preterito consuetudo tenuerit,
quod[i] omnium custodum unius provincie voces pro una sola haberentur[k, *].

1287. (Maii 25). [XI[l]]. Huic successit[m] frater Matheus de Aquasparta[n, **], electus in capitulo
Montis-Pesulani[o]. Hic libellum quendam super[p] declarationem regule[q] contra
fas[r] per fratrem Nicholaum[s], qui fuerat[t] minister Francie[u], editum deprehendit[v].
Qui et ipsi[w] cum[x] aliis eidem libello faventibus contentam[y] in declaratione penam

*) 4 *addit:* Hic rexit ordinem duobus annis.

**) 3[a. b]. 4. *Sp. addunt:* magister in theologia.

a) 11[mus] *minio in marg.* 1; 13[us] *minio in marg.* 3[b]. b) aput *h. l.* 1. c) defunto succesit 1. d) allotus 2; aliotus 3[a. b]; aliocus *Sp.;* allodus 4. e) cap. *om.* 4. — suadento 2. f) *sic* 1; guiłłmo (Guill'o, Guilło) 2. 3[a. b]. 4. g) fulgario 1; falcario 3[a. b]. *Sp.* h) preherat 2. — statum, *in marg. eadem manu corr.* statutum 2. i) ut 4. *Sp.* k) quod *om.* 4. *Sp.* l) ministro 1. 4. m) uixit in minist. 2. 3[a. b]. 4. *Sp.* n) elyos (et *om.*) 4. o) pusius 3[a. b]; perusii 4. p) eius 3[a. b]. *Sp.* q) cap. *om.* 2. r) *sic* 1; guiłłs 2. 4; Guiłło 3[a. b]. s) *sic* 2; bacelarii 1; bathati 3[a]; bacl''ii 3[b]; bachalarii 4. *Sp.* t) *sic* 1. 3[a. b]. *Sp.;* lectura 2. 4. u) alt. prer. *om.* 4. v) et cui 3[a. b]. *Sp.* w) ord. *in marg. suppl.* 2. — teporis 2. x) ad *in marg. suppl.* 2. y) reuoluere 1; deuolare 3[b]; *om.* 4. z) admicti 1. 2; ad nutu 4. a) succesit 1. b) ministri 2. 4. *Sp.* c) cap. gen. 2. d) inde 4. e) nycolaum 3[a. b]. 4. f) papam *om.* 3[a. b]. *Sp.* g) omnium 3[a. b], *manu* 2. *corr.* cap[m] 3[a]. h) montispesuli 2; montis pessulani 3[a]. 4. *Sp.;* in monte pessolanoi 3[b]. i) per 4. k) *sic* 3[a. b]. *Sp.;* haberetur 1; habetur 2; habeatur 4. l) 12[mus] *minio in marg.* 1; 14[us] *minio in marg.* 3[b]. m) succesit 1; Huic fratri alloto (alioto 3[a. b]; alloco *Sp.*) fr. math. de aq. succ. 2. 3[a. b]. 4. *Sp.* (3[a. b]. 4. *Sp.* succ. *post* theol. *n.* **). n) aquasparsa 4. o) montis pessulani 3[a]. 4. *Sp.;* in monte pessol' 3[b]. p) ꝯ (contra) 1. *Cron.* — declaratione 3[a. b]. q) prefatam 4. r) editum *add.* 3[a. b]. *Sp. (quod etiam infra habent).* s) nycolaum *h. l.* 4 *solus.* t) fuerit 3[b]. u) fran 2; prouincie 4. v) reprehendit 4. w) *sic* 4; ipse 1. 2. 3[a. b]. *Sp. Cron.* x) cum *om.* 3[a. b]; et 4. y) penam contactam in dicta decl. intulit 4.

1) *Cf. Sal. f.* 334[d]. 426[a], *p.* 298. 520. 2) *Cf. Sal. f.* 426[a]. 450[d]. 451[a], *p.* 520. 578 *sq.* 3) *Cf. supra p.* 643, *n.* 3. 4) *A.* 1288. *Maii* 14; *Potthast nr.* 22708. 5) *A.* 1288. *Maii* 13; *Potthast nr.* 22705. 6) *Quod re vera factum esse videtur in hoc capitulo, si verba fratris Sal. f.* 488[a], *supra p.* 643. *recte interpretor.*

intulit[a]. Hic generalis a domno Nicholao[b] papa IIII° assumptus[c] factus est 1288. (Maii 22).
tituli sancti Laurentii in Damaso[d] presbiter cardinalis[1], nichilominus[e] tamen
rexit[f] de mandato[g] pape ordinem sicut et[h] ceteri ministri[i] generales sic assumpti
usque ad electionem successoris. Postmodum autem factus est[k] episcopus Por- 1291.
tuensis*.

[XII[l]]. Huic successit frater Raymundus[m] Gaufredi, electus in capitulo Rea- 1289. (Maii 29).
tino, presente predicto[n] domno Nicholao[o] papa IIII° cum cardinalibus ordinis anno
Domini M°CCLXXXIX. et recipiente ac audiente personaliter eligentium vota. In
ipso capitulo Karolus[p] heres regni Sicilie[q] una cum consorte sua[2] ab ipso papa
in loco fratrum coronati sunt. Hic frater Raymundus, dum[r] teneret Parisius[s] 1292. (Maii 25).
generale capitulum, anno Domini M°CCXCII°[t], ad preces regis Francie[3] assecutus[u]
est[v] cathedram magistralem in theologica facultate. Huic domnus Bonifatius
papa VIII[us] anno Domini M°CCXCV° episcopatum Paduanum contulit et ab offitio 1295.
ministerii generalis[w] absolvit. Sed ipse episcopatui non consentiens remansit a
ministerio absolutus**.

[XIII[x]]. Huic successit[y] frater Iohannes de Murro[z], magister Parisiensis, 1296. Maii 13.
electus Anagnie in presentia domni pape[a] Bonifatii[b] anno Domini[c] M°CC°XC°VI°.
Et M°CCC. frater Gentilis, cum esset magister in curia, factus est cardinalis[4]. 1300. (Mart. 2?).
Hic minister ab eodem papa anno Domini M°CCCII° factus est[d] cardinalis[e] epi- 1302. (Dec. 15?).
scopus Portuensis[5], ***.

[XIIII[f]]. Huic successit in offitio ministerii[g] frater Gunsalvus[h] de provincia 1304.
Sancti Iacobi,

*Codex* 1.

magister in theologia, electus in capitulo generali Assisinate[i] anno Domini M°CCCIIII°.

*Codices* 2. $3^{a \cdot b}$. 4. *Sp.*

magister in theologia Parisiensis, electus, cum esset minister Castelle, in capitulo celebrato Assisii anno Domini M°CCCIIII°[k].

---

*) 4 *addit:* Hic frater Matheus rexit ordinem sex annis.

**) 4 *addit:* Hic rexit ordinem septem annis.

***) 4 *addit:* Hic rexit ordinem novem annis.

a) tulit $3^{a \cdot b}$. *Cron.* b) Nycholao $3^a$; nycolao $3^b$. 4; papa Nich. 1; nyc. 3° papa 4. c) assuptus 1. d) damase $3^a$; damasae (?) *corr.* damasce $3^b$ *et sic Sp.;* damasco 4. e) nicholaus, *post corr.* nicho⁹ $3^a$; nicolaus $3^b$; Dictus autem frater nycolaus 4. f) rexit *om.* 4. g) ord. de mand. dni pape 4. — p̃p 1. h) et *om.* 1. i) gen. min. 4. k) est *om.* 2. l) 13[mus] *minio in marg.* 1; 15[us] *minio in marg.* $3^b$. m) R/⁹ $3^{a \cdot b}$. — gaufridi *h. l.* $3^{a \cdot b}$; gauffredi 4. n) predicto *om.* 1. 4. o) nicolao $3^b$; nycolao 4. p) Kar. *om.* 4. q) cecilie 2; Scicilie $3^a$; cicilie 4. r) cum 4. — tēnet 1. s) perusii 4. t) CC.XC.II° 1. u) assumptus 2. v) est *prima manu in marg. suppl.* 2. w) generali $3^a$? (*post corr.?* generalis). $3^b$; gen. *om.* 4. x) 14[mus] *minio in marg.* 1; 16[us] *minio in marg.* $3^b$. y) subcessit 1. — fr. *om.* 4. z) de Murro *om.* $3^{a \cdot b}$. *Sp.* a) pp 1. b) VIII. *add.* 4. c) Dom. *om.* 1. — 1305. 4. d) est *om.* 4. e) et *add.* 4. f) 15[mus] *minio in marg.* 1; 17[us] *minio in marg.* $3^b$. g) ministri 4. h) Gumsaluus $3^a$. i) assif 1. k) 1310. 4; MCCCV. *Sp.*

1) *A.* 1288. *Maii* 22; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 433; *Tolom. Luc., Hist. eccl. XXIV,* 20, *Muratori, SS. XI, col.* 1194 (*minus recte* in pentecoste = *Maii* 16). 2) *Maria.* 3) *Philippi IV.* 4) *Diaconus S. Martini in Monte (SS. Silvestri et Martini). Die Mart.* 5, *ut tradunt Ann. Veron. de Romano, l. l. p.* 458. 5) *Die Dec.* 22, *ut tradunt Ann. Veron. de Romano, l. l. p.* 466.

## *CONTINUATIO I.*

*Cod.* 2.

Istius ministri tempore, vacante sede apostolica post papam Bonifacium[a] et post papam Benedictum[b] de ordine Predicatorum[c], qui non multo tempore super- 1305. (Iun. 5). vixit, creatus fuit papa Clemens V[us], qui erat prius archiepiscopus Burdegalensis. Qui pro sua coronatione vocavit Lugdunum cardinales, qui erant Perusii. Vocavit et regem Francie ac multos de eodem regno nec non et de regno Anglie principes (Nov. 14). et barones. Sed in ipsa die coronationis sue, que in Sancto Iusto supra Lugdunum, quia locus est ecclesie, celebrata est, gravis iudicii divini fuit ˹comminatione[d] admonitus, quia paries quidam antiquus[e] et magnus, qui claudebat locum canonicorum[f], ipso papa sub eo vel iuxta eum cum corona sue glorie transeunte, subito corruit et multos et magnos oppressit[g]. Ipsi etiam pape non illeso coronam excussit de capite, et carbunculus valde pretiosus, qui in cono corone ipsius erat collocatus, qui ipsam coronam pretiosam reddebat pariter et venustam, elapsus dicitur postmodum fuisse repertus[h].

## *CONTINUATIO II.*

*Cod.* 1.

f. 200d. Sub eo[1] facta est disceptatio magna et longa de statu ordinis in curia pape, surgentibus contra eum et ordinem graviter et inique coram papa et accusantibus quibusdam fratribus, quorum dux extitit frater Raymundus, antecessor istius supradictus. Verum Deo causam suam adiuvante idem frater Raymundus ante cause 1312. terminationem horribiliter expiravit, pluribus aliis de suis sequacibus etiam in via mortis eum commitantibus[i], et tandem per papam, domnum scilicet Clementem 1313. quintum, conclusa et terminata fuit causa pro ordine et cum magno totius ordinis *f. 201a. honore. Post que idem generalis minister anno IX⁰ ministerii sui, cum *ire disponeret ad celebrandum generale capitulum Barchinone, aput Parisius migravit ad Dominum.

Huic[k] successit[l] frater Alexander de provincia Ianuensi[m], magister egregius, electus in capitulo generali Barchinone anno MCCCXIII[n]. Post aput Romam 1314. Oct. 5. secundo anno ministerii sui migravit ad Christum in crastino beati Francisci[o].

1316. Huic[p] successit frater Michael de Cesena provincie Bononie[q], magister in Maii 30. theologia, electus anno Domini M⁰CCC⁰XVI⁰ in pentecosten[r] aput Neapolim in capitulo generali[s].

## *CONTINUATIO III.*

*Codd.* 3a. b. 4. *Sp.*

1305. Huius ministri[t, 2] tempore creatus est papa Clemens V, qui erat archiepiscopus (Sept. 1). Burdegalensis. Qui[u] mortuo domno Matheo Rubeo, qui habebat curam ordinis, ad petitionem[v] dicti ministri et aliorum provincialium dedit ordini protectorem

a) boifacium 2. b) budictum 2. c) pdicarum *corr.* pdicatorum 2. d) ꝯminat. 2. e) antiqꝰ 2. f) canicorum 2. g) oppsit 2. h) *reliqua pars folii* 124v. *et unum folium sequens vacant* 2. i) *sic* (cōmit.) 1. k) *hoc loco minio in marg.* 16mus 1. l) subcessit 1. m) iañ 1. n) CCC.XIII. 1. o) b. fra. 1. p) *hoc loco minio in marg.* 17mus 1. q) prouinc. bon 1. r) pent̄ 1. s) *reliqua pars columnae* 201a. *vacat* 1. t) ministerii 3a. b. u) Quo 3a. v) pet' 3a. b.

1) *Gunsalvo ministro generali.* 2) *Gunsalvi.*

domnum fratrem[a] Iohannem, predictum episcopum Portuensem[1]. Huius etiam 1306.
ministri tempore, anno[b] Domini M°CCC°X°[c] facta est in curia dicti[d] domni pape 1310.
Avinione[e] disceptatio[f] de observatione[g] regule, fratre Ubertino de Casali[h] proponente contrarium cum aliquorum[i] aliorum favore; inter quos fuit frater Raymundus[k] Gaufredi, qui fuerat generalis minister. Ipso anno, in mense Aprilis[l] in con- *Apr.*
sistorio pape frater Ubertinus criminavit[m] et infamavit ordinem, et frater Alexander[2] defendit. Dataque est[n] a domno[o] papa ipsi fratri Ubertino et complicibus[p] emunitas[q], ut non possent[r] gravari ab ordine propter preteritos excessus et propter recursum ad papam. Unde occasionaliter multa et gravia scandala et discidia[s] in ordine fuerunt suborta[t]. Dictus autem frater[u] Raymundus[k] eodem anno[v] divina permissione[w], cum pro recreatione declinasset ad quendam locum extra fratres[3],
ibi infirmatus infra V[x] dies exspiravit. 1312.

Anno vero[y] Domini M°CCC°XII. in crastino ascensionis conclusum est[z] in *Maii 5.*
causa in secreto consistorio et sequenti die sollempniter et sententialiter promul- *Maii 6.*
gatum in publica sessione[a] concilii, quod modus vivendi fratrum, qui accusabatur[b] quo ad congregationem vini et bladi, quo ad vilitatem vestimentorum et huiusmodi, fuerat et erat licitus, nova super regula[c] declaratione adiecta[4], in qua iudicium super[d] hiis relinquitur[e] prelatis ordinis et non aliis fratribus quibuscumque. Qua declaratione edita[f] et in Viennensi concilio approbata, fratres illi, quibus dicta[g] emunitas data erat, iubente predicto[h] summo pontifice ad unitatem et obedientiam ordinis redierunt[i]. Prefatus tamen Ubertinus sibi timens redire noluit, sed ordinem monachorum intravit[5]. Plures quoque de suis conplicibus, qui ei de diversis partibus ordinis adherentes proprium ovile reliquerant[k] et sub pallio talis çeli[l] multa scandala intulerant[m] ordini, per dictum[n] summum pontificem moniti et
constricti[o] etiam sub excommunicationis censura *induraverunt cervices*[p] *suas* et *2. Esdr. 9, 16. 17.*
noluerunt reverti, sed in sua pertinacia et apostasia ut rebelles et scismatici remanserunt. Dictus autem minister expedito generali concilio, cum perrexisset
Parisius, ibidem infirmatus migravit ad Dominum anno Domini MCCCXIII[q]. Et 1313.
eodem anno mortuus est[r] Avinione in curia protector ordinis, scilicet domnus[s] frater Iohannes, episcopus Portuensis*.

*) 4 *addit:* Hic rexit ordinem uno anno.

a) fr. *om.* 4. b) a. D. *om.* $3^{a \cdot b}$. c) millesimo . . . . . *spatio vacuo relicto* 4. d) dicti *om. Sp.* e) in Avin. 4. f) detesta° 4. g) obseruancia 4. *Cron. XXIV ministr.* h) castili 4. i) aliorum aliquorum $3^{b}$. k) R̷⁹ $3^{a \cdot b}$. l) aprili 4. m) terminauit $3^{a}$. *Sp.* n) est *om. Sp.* o) dicto 4. p) suis *add. Sp.* q) *sic* $3^{a \cdot b}$; miat̃ 4; enormitas *Sp.* r) posset $3^{a \cdot b}$, *manu* 2. *corr.* possʒ $3^{a}$. — agrauari $3^{b}$. s) *sic* $3^{a}$; discordia $3^{b}$. 4; desidia *Sp.* t) subsecuta *Sp.:* sunt secuta *Cron.* u) fr. *om.* 4. *Sp.* v) anno *multo post in marg. suppl.* $3^{b}$. w) promissione *Sp.* x) duos 4. y) vero *om.* 4, *post in marg. suppl.* $3^{b}$. z) est *om.* 4. a) *sic Cron.;* cessione $3^{a \cdot b}$. *Sp.;* confessione consilii 4. b) accusabantur *Sp.* c) regulā *Sp.* d) suo $3^{a \cdot b}$, *manu* 2. *corr.* sup $3^{a}$. e) reliquitur 4; relinquatur *Sp.* f) edicta in generali consilio Viennen appr. 4. g) (data est immunitas *delet.*) est munitas data iub. 4. — immunitas *Sp.* h) dicto 4. i) redirent $3^{b}$. *Sp.* k) reliquerunt 4. — et *om.* 4. l) celi $3^{a \cdot b}$; zeli 4. m) contulerunt 4. n) predictum $3^{b}$. o) custoditi, *multo post in marg. add.* constricti $3^{b}$. — et 4. *Sp.* p) suas facies 4. q) MCCCXII. $3^{a \cdot b}$, *multo post corr.* MCCCXIII. $3^{b}$. r) est *om. Sp.* — in Avin. 4. s) dom. *om. Sp.* — fr. *om.* 4.

1) *Antea ministrum generalem ordinis Minorum.* 2) de Alexandria magister *(qui post fuit minister generalis) addit Chron. XXIV gener. ministr. p.* 458. 3) *Ibidem:* ad quoddam castrum parentum suorum. 4) *Recepta in Decret. Clement. V, tit.* 11, *c.* 1 5) *Monasterium Gemblacum ordinis S. Benedicti, ut videtur. Cf. E. Knoth, 'Ubertino von Casale' (Marburg 1903), p.* 134 *sq.* 140.

1313. Huic[a] fratri[b] Gunsalvo successit frater Alexander de Alexandria Lombardie[c],
magister in theologia Parisiensis, electus, cum esset minister Ianuensis, in capitulo
celebrato Barchinone. Hic de loco capituli ad presentiam summi pontificis cum
aliis[d] ministris provincialibus ad hoc electis accedens[e] petivit domnum Arnaldum[f]
de Pelagrua[g] et obtinuit in[h] sui ordinis protectorem. Huius ministri tempore
1314. (Apr. 20). dictus domnus papa Clemens ex hac vita migravit[i]. Ipse quoque generalis mini-
1. Mach. 2, 69. (Oct. 5). ster[k] per annum cum[l] dimidio vixit in ministerio et[m] *ad patres suos appositus* Rome
requiescit in Ara-celi[1], *.

Isti[n] successit frater Michael[o] de Cesena[p], magister in theologia Parisiensis,
1316. (Maii 31). electus in capitulo celebrato Neapoli anno Domini MCCCXVI[q]. Et eodem anno
creatus fuit papa[r] Iohannes XXII.

Isti[s] successit frater Geraldus** de provincia Aquitanie[t], magister in theo-
1329. (Iun. 11). logia Parisiensis, electus[u] in generali capitulo Parisius[v] anno Domini M°CCC°XXVIII[w],
qui[x] et nunc ordini preest.

---

## *CONTINUATIO IV.*

*Cod.* 3b.

*f. 138a. Sub hoc generali orta est sevissima tribulatio ordini *pro defensione voluntarie
paupertatis et omnimode abdicationis omnium temporalium tam in proprio quam
in communi quo ad statum Christi ac[y] apostolorum eius et pauperum ewangelico-
rum, in tantum ut idem venerabilis minister generalis cum pluribus magistris sacre
theologie et aliis zelatoribus ewangelice paupertatis[z], quorum Deus tetigit corda[2],
1328. exilium petere cogeretur Monacum, videlicet inferioris Wawarie, ibique pene
1342. XVI annis in sancta confessione persistens migravit ad Dominum[a].

Cont. III. *f. 138b. *Isti[b] successit frater Geraldus de provintia Aquitanie[c], magister in theologia[d] Parisiensis, electus
1329. pro generali capitulo Parisius[e] anno Domini M°CCC°XXVIII°. Hic magnus[f] in scripturis super
Sententias et plura alia scripsit, verumtamen, quo nescio spiritu ductus, opinioni
domni Iohannis pape XXII. de visione beatifica nimis favens determinationem,
quam ipse[g] determinavit, Parisius per regem Francie[3] conpulsus est publice revo-
care. Que revocacio sub generalis ministri sigillo in biblioteca regis non sine nota
1342. ordinis reservatur. Tandem ipso[h] ad patriarchatum Antiocenum assumpto[i] fratrem

*) 4 *addit:* Hic rexit ordinem duobus annis.

**) Odonis *addit* 4.

a) 18us *minio in marg.* 3b. b) fr. Guns. *om. Sp.* c) lābardie 3b; lūbardie 4. d) aliis — Arnaldum *om. Sp.* e) adte 3a·b, *manu* 2. *corr.* adiens 3a. f) arnoldum 3a; eluadum 4. g) pelagna 4; pellagrua *Sp.* h) in *om. Sp.* — suis 3a·b, *alterum* s *expunct.* 3a. i) ad dominum *add. Sp.* k) quasi *add.* 4. l) et dimidium 4. m) et *om.* 4. n) 19us *minio in marg.* 3b. o) michahel 3b. p) sesena 4. q) M°CCC°XIII. 3a. *Sp.;* 1315° 4. r) Ioh. papa 4. s) Huic 4; *haec extrema* 3b *et Sp. in Cont. IV. et V. habent.* t) prouint9 aquit9 3a. u) electo in cap. gen. 4. v) celebrato *add.* 4. w) 1324° 4. x) qui — preest *solus habet* 3a, *ubi* et — preest *post delet., pro quibus habet* 4: Non plus reperi in exemplari. *Reliqua quae sequuntur vide in praefatione p.* 656. y) ad *post corr.* ac 3b. z) pautis 3b. a) *post haec reliqua, plus dimidia, pars columnae* 138a. *aliis addendis vacua relicta* 3b. b) 22us *minio in marg.* 3b. c) prouint9 aquit9 3b *ut supra n.* t 3a. d) tħol'o 3b. e) pai sius 3b *saepius.* f) mag9 3b. g) det'macōm q̇ ipam (qui ipsam) 3b. h) ipm̄ (ipsum) 3b. i) assumptu *eadem manu corr.* assumpto 3b.

1) *Ubi erat conventus fratrum Minorum.* 2) *Ierem.* 4, 18: tetigit cor tuum. 3) *Philippum VI.*

Fortonerium de provincia Aquitanie, magistrum[a] in theologia, in capitulo Marsilie celebrato electum anno Domini MCCCXL. accepit successorem[b]. 1343.

---

## CONTINUATIO V.

*Speculi vitae b. Francisci.*

Quo tempore orta fuit questio dura de paupertate inter ipsum papam et generalem ministrum et divisio magna in ordine et scisma periculosum inter summum pontificem et domnum Ludovicum de Bavaria, electum imperatorem, in tantum quod ad petitionem ipsius Ludovici Bavari Rome fuit institutus quidam antipapa[1], ob quam occasionem et alias impius[c] Bavarus privatus fuit imperio per ipsum papam et excommunicatus. Et ipse frater Michael privatus officio mortuus et sepultus in conventu de Monacho[d] provincie Bavarie in ecclesia. *f. 213v.* 1328. 1342.

Isti successit frater Geraldus[e] de provincia Aquitanie, magister in theologia Parisiensis, in generali capitulo electus Parisius anno Domini MCCCXXIX. Hic ordinis fratres per multas mundi partes misit, in Corsicam, Bosnam et ad multas alias nationes, vicariis patribus et fratribus approbatis munitis[f] ad Pauli et Manichei impiorum hereses evellendas. Sub huius tempore orta fuit çiçania sub predecessore suo incepta cum uniforma[g] opinione Iohannis pape XXII. de paupertate deiformi cum fratre Michaele generali; de qua paupertate tractatus multi compilati sunt, sententie[h] verborum domni Nicolai tertii in dictis fratres concordantes. Hic quasi XIII annis regit ordinem. Deinde per domnum Clementem papam sextum factus est patriarcha Antiochenus et archiepiscopus Sancte Agathe[2]; et ibidem in Christi pace requiescit. *Cont. III.* 1329. 1342.

*Isti successit frater Forthanerius[i] Vasalli de provincia Aquitanie, magister in theologia Parisiensis, electus in capitulo celebrato in Chaturco[k, 3] anno Domini MCCCXLIII. Hic rexit ordinem quasi annis sex. Deinde a domno[l] papa Clemente sexto assumptus est ad patriarchatum Gradensem et factus fuit administrator ecclesie Ravennatis. Postmodum per dominum papam Innocentium sextum factus est cardinalis et sepultus Padue in ecclesia fratrum Minorum[4]. **f. 214r.* 1343. 1351. *(Maii 20).* 1347. *(Oct. 24).* 1361.

Isti successit frater Guillielmus[m] Farinerii de provincia Aquitanie, magister in theologia, electus, cum esset minister eiusdem provincie, in capitulo celebrato in Verona anno Domini MCCCXLVIII. Hic rexit ordinem quasi annis undecim. Postmodum factus est cardinalis[5] per domnum Innocentium papam sextum. Et existens cardinalis rexit ordinem usque ad capitulum de proximo celebrandum. 1348. 1356. *(Dec. 23).*

Isti successit frater Iohannes de Buco de provincia Aquitanie, magister in theologia, electus in capitulo celebrato Barchinone anno Domini MCCCLVII. Hic in officio ministerii quasi per annum vixit. Nam, dum visitaret provinciam[n] Burgundie, migravit ad Dominum. 1357. 1358. *(Maii 28).*

a) mḡr (magister) 3[b]. b) *reliquum spatium columnae* 138[b]. *et columna* 138[c]. *vacant, ut plura addi possint,* 3[b]. c) et al's ipsius *Sp.* d) monatho *Sp.* e) gelardus *Sp.* f) *hoc verbum corruptum esse videtur.* g) *sic Sp.* h) sna} *Sp.* i) forchanerius *Sp.* k) chacurto *Sp.* l) ad dnm papam Clementem sextum *Sp.* m) guillhermus *Sp.* n) prov. *om. Sp.*

1) *Petrus de Corvaria.* 2) *I. e. ecclesiae Cataniensis, a.* 1342. *Nov.* 27. 3) *Massiliae potius; v. supra l.* 1. *Fortonerius fuit Caturcensis natu.* 4) *Obiit mense Oct. a.* 1361, *postquam die Sept.* 17. *eiusdem anni cardinalis factus est.* 5) *Presbyter tituli SS. Marcellini et Petri.*

1359. Isti successit Marchus[a], magister in theologia Parisiensis et minister provincie Romane, electus in capitulo Ianue celebrato anno Domini MCCCLIX. Hic in ministerii officio fuit quasi annis septem, et per domnum Urbanum papam
1366. (Sept. 18). sextum[1] assumptus est ad cardinalatum[2], cum esset legatus in Italia.
1367. Isti successit frater Thomas, minister Bononie et magister in theologia, electus in capitulo celebrato in sacro conventu de Assisio anno Domini MCCCLXVI.
1368. Hic[3] fuit diffamatus in Romana curia per episcopum Narnie[b, 4], fratrem Minorem
*f. 214v. et ministrum provincie sancti Francisci, et quosdam alios, et *suspensus fuit ab officio quasi per annum cum dimidio per domnum Urbanum papam sextum[1], tunc
1369 70. Rome residentem, postea purgatus in ecclesia sancti Petri a tribus cardinalibus coram multitudine[c], prefatis religiosis et aliis clericis ac laicis notabilibus iurantibus pro testimonio sue innocentie ultra centum[d] de predictis, restitutus fuit officio cum honore de consilio omnium cardinalium[e].

a) mag. marchus *Sp.* b) naruie *Sp.* c) *sic B;* multis *Sp.* d) *sic B;* censum *Sp.* e) *quae sequitur continuatio brevis usque ad a.* 1500. *demum a.* 1503, *quo Speculum typis datum est, composita est.*

1) *Quintum potius.* 2) *Presbyter tituli S. Praxedis.* 3) *Sequentia (— l.* 13*) addita sunt in codice B (Halensi) Chronicae XXIV generalium ministrorum, Analecta Francisc. III, p.* 574. 4) *Guilielmum.*

# II. SERIES GENERALIUM MINISTRORUM ORDINIS FRATRUM MINORUM FLORENTINA.

*Ministrorum generalium ordinis fratrum Minorum series antiquissima iam edita est in Scriptorum t. XIII, p.* 392, *alias posteriores ediderunt patres collegii S. Bonaventurae, Analecta Francisc. I, p.* 261—263. 273 *sq. Sequentem seriem hoc loco addere placuit, cum eam a.* 1906. *Florentiae descripserim.*

*Haec exstat in extremo folio* 67. *codicis bibliothecae Florentinae Laurentianae S. Crucis Dext. IX,* 11 *ad Marcum de Viterbio ministrum usque manu saec. XIV. scripta, aliis quatuor manibus sex ministris paulatim additis. In quarta columna folii huic libro praefixi legitur:* Iste liber fuit ad usum fratris Thedaldi de Casa, quem vivens assignavit armario Florentini conventus fratrum Minorum 1406. *Manus bibliothecarii saec. XVI—XVII, quam in pluribus codicibus S. Crucis reperi, subscripsit:*

In hoc libro continetur abbas Ioachim [1] super Ieremiam prophetam *(f.* $1^{a}$—$54^{c}$*).*

De ultimis tribulationibus *(f.* $54^{d}$—$58^{d}$*).*

De articulis fidei ad fratrem Iohannem *(f.* $58^{d}$—$66^{d}$*).*

N⁰. LXXXXII [2].

*Haec series a.* 1764. *in exemplar male transscripta est in codice conventus fratrum Minorum Tridentini G. XIV.* 21, *prologo et postremis quatuor ministris omissis, ex quo eam ediderunt patres collegii S. Bonaventurae in Analectis Francisc. III, p. XXI sq. Ex eodem codice ibidem p. XXIII sq. editae sunt duae aliae series generalium ministrorum descriptae ex alio codice* [3] *conventus S. Crucis Florentini fratrum Minorum, quarum altera desinens in Michaele de Cesena ministro (a.* 1329*) seriei hoc loco editae propinqua est.*

*O. H.-E.*

*Anno[a] Domini M⁰CCVI⁰, pontificatus domni Innocentii tertii anno VIIII⁰, *f. 67ª.
gloriosus Christi confessor beatus Franciscus, ipsius domini nostri Yesu Christi sacris stigmatibus insignitus, tum dux in triplici Christi futurus militia, scilicet Minorum, sororum et continentium, sigillo[b] summi pontificis Christi et bulla regis altissimi autenticus ac armis celestibus premunitus et decoratus, ut ipsum qui ex Egypto exeunt sequerentur secure, incepit ordinem fratrum Minorum, quem annis XX iuxta oracula sibi facta divinitus provide primus generalis minister rexit et gubernavit, ut suo tempore numerus fratrum V^C milia excresceret, et vitam

a) *littera initialis* A *minio pingenda deest c.* b) sigilli *c.*

1) *Est liber pseudoioachiticus. Cf. 'N. Archiv' XXXIII, p.* 101 *sq.* 2) *In margine superiore huius columnae scriptum est* In VIII. bancho, *et manu dicti bibliothecarii subscriptum:* aperte ecclesie. 3) *Sane hic codex etiamnunc in bibliotheca Laurentiana exstat.*

pauperis et humilis crucifixi sectando in omni sanctitate proficeret[a]. Post beatum Franciscum generales ministri fuerunt hii. Vacat ministerium propter dilationem capitulorum.

Frater Helyas de Assisio et rexit novem annis[1].

Frater Iohannes Parens de Carestro[2] provincie[b] Romane et rexit VI annis.

Frater Albertus Pisanus et rexit tribus annis.

Frater Aymo Anglicus et rexit V annis.

Frater Crescentius de Essio, qui fuit episcopus Assisii[3], et rexit I anno.

Frater Iohannes de Parma, qui fuit magister in theologia, rexit VIII annis.

Frater Bonaventura de Balneo-regio, qui fuit magister in theologia, postea cardinalis, et rexit XVIII[c] annis.

Frater Ieronimus de Esculo. Iste fuit cardinalis, postea papa, et rexit VI annis.

Frater Bonagratia de Bononia et rexit V[e] annis.

Frater Arlotus de Plato[d], qui fuit magister in theologia, et rexit uno anno.

Frater Matheus de Aquasparta, fuit magister in theologia, postea cardinalis. et rexit duobus annis.

Frater Raymundus de provincia Provincie[e], fuit magister in theologia, et rexit VI annis.

Frater Iohannes de Muro, fuit magister in theologia, postea cardinalis, et rexit VII annis.

Frater Gunsalvus de Yspania, fuit magister in theologia, et rexit novem annis.

Frater Alexander de Alexandria, fuit magister in theologia, et rexit uno anno.

Frater Michael de Cessenna, fuit magister in theologia, et rexit XII annis.

Frater Geraldus de Equitania, fuit magister in theologia, postea patriarcha, et rexit XIIII annis.

Frater Fortunerius de Equitania, fuit magister in theologia, archiepiscopus, postea patriarcha, postea cardinalis, et rexit V annis.

Frater Guillielmus[f] de Equitania, fuit magister in theologia, et cardinalis, [et[g] rexit IX annis].

Frater Iohannes de Equitania, fuit magister in theologia, et rexit uno anno.

Frater Marchus de Viterbio, magister in theologia et cardinalis, [et[h] rexit VIII[i] annis[4]].

a) *hoc loco in marg.* 1 *et ad sequentes numeri ordinis Arabici* (2—27) *manu unius continuatorum adscripti sunt.* b) prouincr *c.* c) VIII *corr.* XVIII. *et postea alio atram. adscriptum* XVIII° *c.* d) *sic c. pro* Prato. e) puic; puic; *c.* f) Guills *c.* g) *uncis inclusa non multo post alio subfusco atramento add. c.* h) *uncis inclusa post add. c.* i) VII *alio atram. corr.* VIII *c.*

1) *Hic post obitum b. Francisci brevi tempore a.* 1226/7. *ordinem rexit, tum post Iohannem Parentem a.* 1232—1239. 2) *Hoc nomen loci (quod in apographo Tridentino huius seriei foede corruptum est in* de Civitate Castellana*) traditur etiam in serie Florentina S. Crucis, Analecta Francisc. III, p. XXIII. Civem Romanum fuisse Iohannem Parentem dicit Iordanus de Giano c.* 51, *Analecta Francisc. I, p.* 16, *sed* de Florentia *eum fuisse scribunt Thomas de Eccleston, Coll. XIII* (12), *ib. I, p.* 241, *et alii, ut nominatur etiam in Vitis Francisci auct. Thoma de Celano, priore c. XVIII,* 48, *secunda c. CXXXVIII,* 182, *ed. Ed. Alencon. p.* 51. 305. *Sane non fuit natus de Florentia, sed ibi moratus esse videtur.* 3) *Electus quidem est episcopus huius civitatis, sed cf. supra p.* 661/2, *n.* 5. 4) *A.* 1359—1366.

*Frater[a] Thomas de Fregnano [provincie Bononie[b]], magister in theologia, rexit [V annis[c]]. *f. 67b.

Frater[d] Leonardus de Geffons, [in theologia[e]], provincie Terre Laboris, [cardinalis[f]], annis circa quinque.

Frater Ludovicus de Venetiis[g], [magister[e] in theologia], annis duobus parum plus, post cardinalis.

Frater Petrus de Cansano, [magister[e] in theologia], provincie Pennensis, 2 annis.

Frater[h] Martinus de Sancto Georgio provintie Ianuensis[i], sacre theologie magister, [II annis[k]].

Frater[l] Homericus de Ast*.

*) *Sequuntur in cod. haec manu saec. XIV. scripta*[1]:

Anno Domini M$^{0}$CCVI. gloriosus pater Franciscus incepit ordinem suum.
Anno Domini M$^{0}$CCXII. Incepit ordinem sancte Clare.
Anno Domini M$^{0}$CCXXI. Incepit ordinem fratrum de penitentia.
Anno Domini M$^{0}$CCXXVI. 4$^{0}$ Nonas Novembr. sanctus Franciscus migravit.
Anno Domini M$^{0}$CCXXVIII. Beatus Franciscus fuit canoniçatus presente papa.
Anno Domini M$^{0}$CCXXX. Translatum fuit ipsius sacrum corpus VIII. Kalendas Iunii.
Anno Domini M$^{0}$CCXXXI. beatus Antonius migravit ad Dominum Ydus Iunii.
Anno Domini M$^{0}$CC$^{0}$XXXII. Canoniçatus fuit Spoleti in pentecosten[m].
Anno Domini M$^{0}$CCLIII. beata Clara migravit ad Dominum II. Idus Augusti.
Anno Domini M$^{0}$CCLV. fuit canoniçata apud Agnaniam civitatem.

a) *altera manus pergit in c.* b) prouinc̄ Boñ *alia manu superscr. c.* c) V a. *post add. c.* d) *tertia manus pergit in c.* e) *uncis inclusa eadem manu superscr.* f) card. *in marg. eadem manu suppl.* g) Veñ *c.* h) *quarta manus pergit.* i) prouintᵉ Ian *c.* k) II a. *alio subfusco atram. post add.* l) *quinta manus haec addidit.* m) pent *c.*

1) *Ad haec cf. prologum Catalogi gener. ministr., supra p.* 657.

# III. PHILIPPI DE PERUSIO EPISTOLA DE CARDINALIBUS PROTECTORIBUS ORDINIS FRATRUM MINORUM.

*Cum Salimbene multa de cardinalibus protectoribus ordinis fratrum Minorum dixerit, iuvat epistolam subdere, quam Philippus de Perusio frater Minor iubente Gunsalvo ministro generali (a. 1304—1313) de protectoribus ordinis Minorum composuit*[1]. *Sane, ut hoc faceret, Gunsalvus ei praecepit mortuo Matheo Rubeo cardinali protectore ordinis a. 1305. Sept. 4, cum tunc oporteret, ut fratres a papa alium protectorem peterent, qui eis dedit Iohannem de Murro cardinalem episcopum Portuensem, qui et ipse a. 1296—1302. fuerat generalis minister fratrum Minorum.*

*In edenda hac epistola usi sumus tribus codicibus iam supra p. 653 sqq. in praefatione Catalogi generalium ministrorum dictis, scilicet*

1) *bibliothecae* Laurentianae Florentinae *S. Crucis Sin. plut. XXVII. cod. 9, in quo epistola f. 201*[b]*—202*[c]*. tertia manu saec. XIV. post Catalogum ministrorum scripta est*[2].

2[a]) *bibliothecae regiae* Berolinensis *Theol. Lat. Quart. nr. 196. Epistola f. 112*[r] *— 114*[r]*. ante Catalogum ministrorum manu eiusdem scribae saec. XIV. vergentis scripta exstat*[3].

2[b]) *S.* Floriani *XI. 148. ubi post Catalogum ministrorum multis aliis interiectis f. 163*[a]*—164*[d]*. epistola manu saec. XIV. scripta est post expositionem quandam regulae fratrum Minorum. Ubi cum in expositione capituli XII. de protectoribus ordinis et de Ugolino cardinali episcopo Ostiensi a b. Francisco postulato protectore dictum esset, ante epistolam haec scripta sunt:* Quanta autem devotione cardinales hoc officium gratanter susceperunt, ex epistola subscripta clarescit. *Et post epistolam demum nullo spatio intermisso f. 165*[a]*. sequitur finis expositionis regulae.*

*Primus edidit epistolam L. Waddingus, Annales Minorum fratrum ad a. 1217. ed. 1. I, p. 174—177. ed. 2. I, p. 264—267. 'ex vetusto codice msc. e coenobio b. Ioannis Bapt. Pisauriensis' ad eum delato, qui periisse videtur. Cuius lectionem littera W signari.*

1) *Idem Philippus a. 1282. conscripsit libellum de stigmatibus b. Francisci editum in Analectis Francisc. III, p. 641—645, quo narravit Franciscum cuidam fratri Minori a. 1282. apparentem revelasse, quomodo stigmata acceperit.* 2) *Post epistolam Thedaldus, qui librum possedit, scripsit supra p. 654. edita.* 3) *Etiam in epistola ut in Catalogo multa alia manu partim bene, partim male mutata sunt, quaedam recte in margine suppleta, quae etiam in sequente codice 2*[b] *desunt. Haec aut in margine exemplaris, ex quo epistola in utroque libro profecta est, suppleta fuisse conicere potes, aut ex alio alius originis libro assumpta esse.*

*Sp.) Fragmentum epistolae exstat in Speculo vitae b. Francisci (Venetiis* 1504) *f.* 216ᵛ.[1] *immutatum et nimis vitiatum, quod sicut Catalogus generalium ministrorum eiusdem Speculi, ut varia lectio probat, ex codice libris* $2^{a.b}$ *propinquo profectum est. Variam lectionem eius praeter eam, quae cum* $2^{a.b}$ *convenit, neglexi.*

*In libris* $2^{a.b}$ *epistola ut Catalogus ministrorum — quod iam praesumendum erat — ex eodem exemplari profecta est, in quo quaedam omissa, multa vitiata, multa temere mutata erant. Waddingus quidem multa mendosa ac depravata, quorum sane multa ab editore corrupta sunt, habet, etiam menda quaedam cum codice parente librorum* $2^{a.b}$ *communia, sed etiam non paucis locis veram lectionem cum codice* 1 *concordantem. Apparet igitur hunc librum profectum esse ex exemplari parenti librorum* $2^{a.b}$ *propinquo. Alius vero et purae originis codex Laurentianus* (1) *reliquis longe praestat, quamvis epistola non tam accurate scripta sit ut prior pars Catalogi ministrorum priore manu exarata*[2].

*Habes igitur veram lectionem, quam* 1 *cum* $2^{a.b}$ *vel cum codice Pisauriensi praebet, ubi vero* $2^{a.b}$ *cum Pisauriensi ab* 1 *differunt, non patet, quae lectio praeferenda sit, eligere ergo potes eam, quae magis tibi placuerit*[3].

*A.* 1897. *patres collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas hanc epistolam ediderunt in Analectis Francisc. III, p.* 708—712, *usi, ut dixerunt, codicibus* 1 *et* $2^{a}$ *et editione Waddingi, sed lectione optimi codicis Laurentiani plerumque neglecta neque adnotata potissimum secuti sunt — ut quidem sibi videbatur — codicem Berolinensem depravatum*[4].

*Magna pars huius epistolae ex codice bono exscripta est in Chronica XXIV generalium ministrorum, Analecta Francisc. III, p.* 227 *sq.* 278. 280. 329 *sq.* 367—369[5], *quae collata etiam facit ad veram lectionem cognoscendam. Laudavit epistolam Bartholomeus Pisanus, Analecta Francisc. IV, p.* 343.

*O. H.-E.*

## CATHALOGUS PROTECTORUM[a].

Venerabili in Christo patri fratri Gunsalvo[b], fratrum Minorum generali ministro, frater Philippus de Perusio senectutis eius qualescumque reliquias cum affectu reverentie filialis. Reverendus in Christo frater[c] Alexius, minister provincie Bononiensis, michi notificare[d] curavit, quod voluntatis vestre erat, inmo[e] quod michi per ipsum paternitas vestra mandabat[f], ut[g] de modo petendi cardinalem a domno papa, iuxta quod ministris in regula[6] precipitur, vobis scriberem, si quid nossem[h], quid[i] videlicet antiquorum patrum consuetudo hactenus[k] habuisset. Libenter igitur acquievi, ob id maxime, quia mens michi[l] aliqua[m] representavit,

a) *sic* 1 *minio;* Incipit Cathalagus cardinalium qui fuerunt ordinis protectores $2^{a.b}$. b) Gonsaluo *W.* — ordinis *add.* $2^{a.b}$. *W.* c) pater *W;* pater frater $2^{a.b}$. d) significare $2^{a.b}$. e) ÿ $2^{a.b}$. f) mandauit $2^{b}$. g) ut — cardinalem *om.* $2^{b}$, *in marg. post suppl.* $2^{a}$, ut *in sequente versu textus expuncto.* h) noscerem *W;* noscere $2^{b}$. i) ꝗ (quod) $2^{b}$. k) actenus $2^{a.b}$. l) michi *om. W.* m) repres. aliqua $2^{a.b}$. *W.*

1) *Paulo igitur post Catalogum gener. ministrorum f.* 215. *desinentem. In Sp. fragmento praescriptum est:* Quomodo papa Iohannes (!) recommendavit ordinem cardinali dño Mattheo ad petitionem ordinis. 2) *Duobus locis foeda vitia habet* 1, *infra p.* 682, *n.* e. p. 3) *Codicum* $2^{a.b}$ *singulorum menda non pauca omisi, orthographica eorum pauca adnotavi, Waddingi variam lectionem omnem, praetermissis orthographicis, attuli.* 4) *Melius accidisset editori, si hunc librum non nactus fuisset, non modo enim eo seductus est, ut falsam eius lectionem reciperet, sed etiam quam in codice difficiliore legere sibi perperam videbatur, atque non pauca falsa de lectione eius adnotavit.* 5) *Plerumque haec ex epistola descripta coniuncta sunt cum relationibus Catalogi ministrorum.* 6) *Cap.* 12. *Cf. infra p.* 680, *n.* 4.

que, etsi[a] forsitan non videantur[b] ad vestrum valere propositum, reputo tamen digna esse memoria et que facere possunt ad alicuius informationis et devotionis augmentum[c]. Dico igitur inprimis[d], quod ratio, que movit beatum[e] Franciscum ad hoc[f], quod preciperet, ut a domno papa peteretur cardinalis, fuit triplex. Primam accepi[g] ab antiquis patribus, videlicet quia, si quando propter aliquam causam oporteret fratres ad apostolicam sedem recurrere[1], cum fratrum et status ipsorum exiguitas prohiberet[h], ne facilis [eis[i]] ad papam daretur ingressus, voluit, ut unus cardinalis daretur ordini, ad quem quasi vice domini pape possent fratres habere in opportunitate[k] recursum. Alia ratio est, quam[l] audivi a domno Iohanne Gaietani[m], ante quam esset papa[2], quando habebat ordinis curam, hoc modo: Loquebamur[n] invicem de ordinis paupertate, que fratres ab omni dominio et iure rerum temporalium reddit[o] penitus alienos. Tunc dixit: 'Prudentissime[p] fecit beatus Franciscus, qui voluit[q], quod ordo haberet unum caput extra se[r], quod esset temporalium rerum capax[s], quo quasi[t] mediante usus rerum ordini conveniret'. Et hec ratio confirmatur per illud[u] capitulum declarationis regule[3]: *Quia vero dominium librorum* et cet., ubi dicitur de procuratore instituendo per cardinalem. Tertia[v] ratio est, que[w] in regula[4] ponitur: *ut semper subditi et subiecti* et cet. Habuit ergo ordo usque ad tempora domni[x] Clementis pape quinti[y] IIII[or] tantummodo cardinales. Quorum primus fuit domnus Ugolinus[z] episcopus Ostiensis[a], qui postea[b] fuit papa Gregorius nonus[c]. De isto quomodo datus vel petitus fuerit[d], nescio. Hoc tantum[e] audivi ab antiquis fratribus[f], quod ipse cum beato Francisco[g] patre nostro[h] ordinaverunt[i] et scripserunt regulam sororum ordinis sancti Damiani, qui nunc[k] vocatur ordo sancte Clare, ad instar regule fratrum Minorum. Propter cuius regule artitudinem partim[l] devotione, partim conpassione
1227. cardinalis ipse perfundebatur multis lacrimis in scribendo. Hic postmodum factus papa tanta dilectione[m] ac devotione istum ordinem prosecutus[n] est, ut, sicut audivi ab uno fratrum, qui fuerat[o] de sua familia, qui vocatus fuit frater Benedictus Florentinus, mandatum[5], quod summi pontifices consueverunt facere pauperibus de

a) si 2[b]. b) videntur *W.* c) aumentum 1. d) inpr. quod *om.* 2[a.b]. e) sanctum 2[a.b]. f) h̄ (hec) 2[b]. g) Prima accipitur *W.* h) ꝑhiberet 2[a.b]. *post corr.* ꝑhiberet 2[a]; prohibetur *W.* i) eis *om.* 1. k) oport. 2[a.b]. l) quod *W.* m) Gaytan 2[a.b]; Gaietano *W.* n) loquebatur, *alia manu corr.* loquebamur 2[a]. o) reddidit *W.* p) puidentissime 2[a]; ꝑuidentissime 2[b]. q) voluit *om.* 2[b]. r) *W. addit:* Ratio haec videtur confirmari per id quod Gregorius IX. scripsit in declaratione c. 4. s) per hoc caput *add. W.* t) qn̄ (quando) 2[a.b]. u) illut 1. — caput *W.* v) Item tertia *W.* w) quod *W.* x) dǒ dni *(bis scriptum)* 1. y) quinti *om.* 2[a.b]. z) Hugol. *W.* a) hostiensis 2[a.b]. b) postmodum 2[a.b]. *W.* c) XX. 2[a.b], *radendo corr.* IX. 2[a], *et sic W.* d) fuit *W.* e) tn (tamen) 2[a.b]. f) patribus 2[a.b]. *W.* g) Franc. *om.* 2[a.b]. h) nostro *om.* 2[a]. i) scrips. et ordin. 2[a]. k) n (non) 2[b]; modo *W.* l) ꝑtinꝫ (pertinet) 2[a.b], *post corr.* ꝑtim 2[a]; partim devot. *om. W.* m) devot. ac dilect. 2[a.b]. *W.* n) ꝑsecutus 2[a.b]. o) fuerunt 2[a.b].

1) *B. Franciscus noluit, ut fratres a papa privilegia peterent.* 2) *Nicolaus III. a.* 1277. 3) *Dicit procul dubio declarationem Nicolai III. papae (Sexti Decret. l. V, tit.* 12, *c.* 3*), ubi:* Quia vero libros et alia mobilia . . . . ., quorum dominium . . . . . ad praefatam ecclesiam *(Romanam)* specialiter spectare dignoscitur, *ubi sequitur de pecunia pro libris vel aliis rebus venum datis dispensanda* per procuratorem a praefata sede vel a cardinali gubernationem . . . . . gerenti ipsius ordinis deputandum. 4) *Cap.* 12, *ubi praecedit*: iniungo ministris, ut petant a domino papa unum de s. Romanae ecclesiae cardinalibus, qui sit gubernator, protector et corrector huius fraternitatis. 5) *'Mandatum est ablutio pedum, quae fit in coena Domini', Ducange-Henschel, Gloss. s. v.* mandatum 9. *Cf. supra p.* 309, *l.* 10.

lotione pedum, in habitu fratrum faceret. Et quia[a] fratres ipsum[b] coadiuvare solebant, aliqui pauperes, qui talia erant soliti recipere obsequia, ipsius pape, sibi tamen incogniti[c], recusabant servitium[d] et fratrem alium advocabant[e], dicentes pape: 'Vade, frater, quia tu nescis bene facere, permitte[f] istum[g] facere, qui facit melius[h] quam tu'. Hic etiam[i] papa, ut audivi, interdum aliqua pia loca in habitu fratrum et sotiatus[k] a fratribus infra Urbem[l], ut incognitus esset, vadens et rediens visitabat. Iste itaque ad[m] papatum, ut dictum est, assumptus dedit ordini
domnum Raynaldum, qui et[m*] ipse factus erat post ipsum[n] episcopus Hostiensis. De 1254.
quo nescio an nominatim[o] vel aliter fuerit postulatus. Hic postmodum factus papa fuit nominatus Alexander[p] papa quartus. Hic, quamvis requisitus, nullum cardinalem dare[q] voluit ordini, dicens, quod nolebat, quod fratres ipso vivente haberent alium cardinalem. Sed ordinem retinere[r] voluit sibi ipsi, et ipse volebat eius inmediatus esse[s] protector[1]. Quod qualiter ipse[t] fecerit, res in manifesto est. Nam detrahentes miraculo sacrorum stigmatum[u] sancti patris nostri, que supradictus papa Gregorius per universum orbem suarum litterarum[v, 2] tenore tamquam visa certitudinaliter et cognita promulgarat[w], hic Alexander per suas litteras[x, 3] in
partibus Lonbardie[y] sententia et pena gravi conpescuit. Hic Guilielmum[z] de 1255.
Sancto Amore dampnantem statum pauperum cum sua doctrina dampnavit[a] et 1256.
libellum[4], quem idem Guilielmus[b] contra pauperes ediderat, in virgulto domni regis Francie Parisius[c] ipso rege presente, scilicet sancto Lodoyco[d], publice[e] tradi fecit
incendio. Hoc itaque defuncto[f], a successore eius domno Urbano papa IIII⁰, 1261.
natione Trecensi, celebrato capitulo generali Pisis[f*] a fratre Bonaventura, tunc 1263.
generali ministro, et a ministris ceteris anno Domini M⁰CC⁰LXIII⁰ domnus Iohannes Gaietanus[g], Sancti Nicholai[h] in Carcere Tulliano[i] dyaconus cardinalis, petitus et obtentus est, quamvis, ut intellexi, idem papa nepotem suum domnum Ancerum[k] dare ordini voluisset. Sed non acceptantibus fratribus domnum Iohannem Gaietanum[l] petitum contulit tamquam patrem ordini precipua devotione coniunctum[m]. Nam pater ipsius cardinalis, domnus scilicet[n] Matheus Rubeus, de tertio[o] ordine extitit. De quo audivi aliquando ipsum domnum Iohannem, etiam[p] cum esset papa, publica confabulatione gloriari. Isto[q] igitur[r] ad protectionem ordinis deputato, accidit, quod fratres ex certis dominarum dicti[s] ordinis sancti Damiani teme-

a) quia *om. W.* b) ipsum *om.* 2ᵇ. — coaiuuare 1; coadunare *post corr.* coadivuare 2ᵃ. c) in-9gnit. 1. 2ᵇ *h. l., infra l.* 6. 1. 2ᵃ·ᵇ. d) obsequium 2ᵃ·ᵇ. e) adducebant *W.* f) permicte 1. g) alium *add.* 2ᵃ·ᵇ. h) meliu⁹ 1. i) 7 (et) 2ᵃ·ᵇ, *post corr.* 7 (etiam) 2ᵃ. k) fr. consociatus *W.* l) ĩ (infra), *post corr.* i (in), urbe 2ᵃ. m) ut dictum est ad pap. 2ᵃ·ᵇ. *W.* m*) et *om.* 2ᵇ. n) illum 2ᵃ·ᵇ; episc. Ost. post illum *W.* o) nominati 2ᵇ; nominatus *W.* p) allexander 2ᵃ *h. l. et infra,* 2ᵇ *h. l.* q) dare *om.* 2ᵇ, *post* nullus *corr.* nullū *post in marg. suppl.* 2ᵃ. r) voluit retin. *W.* s) et *add.* 2ᵇ. t) ipse *om.* 2ᵃ·ᵇ. u) stimatum 1. v) licterarum 1. w) promulgerat 2ᵃ·ᵇ. x) licteras 1. y) lombardie 2ᵃ. *W;* labardie 2ᵇ. z) guilm 2ᵃ·ᵇ; Guillelm. *W h. l. et infra.* a) dāpnāuit 1. b) guills 2ᵃ·ᵇ. c) pigius 2ᵇ; p ignis, *alia manu in marg.* parisius 2ᵃ; Parisiis *W (ab editore corruptum).* d) lodewico 2ᵃ; ludwico 2ᵇ; Ludovico *W.* e) publico 2ᵃ·ᵇ. *W.* f) defunto 1. f*) piis (?) *erasum* 2ᵃ, *superscr.* pisis; pıs 2ᵇ. g) gactanus *eadem manu corr.* gaictanus 2ᵇ. h) nycolai 2ᵃ; nycolay 2ᵇ; Nicol. *W semper.* i) tul'i 2ᵃ·ᵇ. k) Ancherum *W.* l) gaytanum 2ᵃ·ᵇ, y *e corr.* 2ᵃ. m) coniuntum 1. n) scil. domn. 2ᵃ·ᵇ; videlicet *W.* o) tertio — quo *om.* 2ᵃ·ᵇ, *alia manu in marg.* deficit 2ᵃ. — ord. *om. W.* p) etiam — papa *om.* 2ᵃ·ᵇ. q) Iste 2ᵃ·ᵇ. r) .n. (enim) 2ᵇ. s) supradicti 2ᵃ·ᵇ; superinductis dom. ord. *W.*

1) *Cf. supra p.* 663. 2) *Datarum a.* 1237. *Mart.* 31, *Potthast nr.* 10307. 3) *Datas a.* 1255. *Oct.* 29, *Potthast nr.* 16077. *et a.* 1256, *Sbaralea, Bull. Francisc. II, p.* 169, *nr.* 250. 4) *Cf. Sal. f.* 229ᵃ, *supra p.* 53, *n.* 2. *Quem libellum papa damnavit a.* 1256. *Oct.* 5, *Potthast nr.* 16565.

1263. ritatibus, quibus sibi ius ministrorum[a] ab ordine vendicabant, fratribus petentibus[b] et cardinale[c] ipso assistente fratres ipsi sive ordo ab earum obsequiis absoluti sunt per domnum Urbanum predictum, adiecta declaratione, quod ordo nullo eis debito tenebatur. Unde papa ipse[d] alium[e] eis cardinalem prefecit, scilicet[f] domnum Stephanum episcopum Penestrinum[g]. Sed quia [hic[h]] volebat quasi ex auctoritate[i] fratres ad ipsarum[k] obsequia revocare[l], factum[m] est, quod uni tantum, scilicet domno Iohanni prefato[n], uterque quemadmodum et aliis precedentibus fuit ordo commissus. Qui eis ordinavit regulam, quam nunc habent, sub bulla domni Urbani

1279. (Maii 21). predicti[1]. Iste itaque ad papatum ut priores assumptus[o] in primo generali capitulo, quod post ipsius creationem extitit celebratum, in quo frater Bonagratia[p] electus fuit in generalem ministrum apud Assisium, monuit ipsum ministrum cum toto generali capitulo, ut providerent ac[q] deliberarent, si quid videretur[r] eis pro statu ordinis a sede apostolica postulandum. Propter quod idem generalis minister[s] cum ministris et[t] discretis aliquibus ad hoc[u] assumptis ad eius se presentiam conferentes, inter quos ego fui unus, qui, licet indignus, eram fratrum Tuscie[v] tunc temporis servitio deputatus[2], ministri ipsi, qui presentes erant, ex parte ministrorum omnium[w] cardinalem secundum regulam petiverunt[x]. At idem pater summus pontifex, singulorum votis per privatum scrutinium disquisitis, ordinem domno Matheo commisit et commendavit tamquam ordinis precipuo dilectori. Cuius commissionis modum si ex parte tetigero, credo, quod ipsius domni pape magis ostendetur affectus. Constitutis igitur[y] in ipsius domini[z] presentia generali et provincialibus ministris, qui ad hoc venerant, ac ipso domno Matheo, Sancte Marie in Porticu[a] dyacono[b] cardinali, domnus[c] papa in cardinalem intendens sic exorsus est: 'Ad te noster[d] sermo dirigitur. Si beneficia, que tibi provenerunt[e] per nos, recensere vellemus, invenirentur magna et utilia et numerosa. Sed in nullo sic e vicino[f] dedimus tibi arram vite eterne, sicut in isto, quod modo prestamus. Damus enim[g] tibi quod introducat te in[h] paradisum, scilicet suffragia et merita[i] omnium sanctorum fratrum istius ordinis. Damus tibi melius[k] quod habemus. Damus tibi cordis nostri desiderium[3], pupillam oculorum nostrorum'. Tunc tanta cum hiis[l] verbis eliquata est amoris dulcedo a corde pontificis, tanta ab oculis lacrimarum habundantia profluit[m], tantus singultuum impetus prosilivit a pectore, me teste qui[n] narro, ut quasi intercluso anelitu[o] non solum loqui non posset, sed nec tanti viri maturitas ab eiulatu vocem potuerit refrenare. Unde factum[p] est, ut omnes qui

a) ministeriorum $2^{a \cdot b}$. *W.* b) potentibus $2^{a \cdot b}$, *corr.* petentibus $2^{a}$. c) cardinali *W.* d) ipse *om.* $2^{a}$. e) aliquando 1; eis alium $2^{a \cdot b}$. f) si $2^{b}$. g) Praenestinum *W.* h) hic *om.* 1. i) autorit. 1. k) monialium *add.* $2^{a \cdot b}$. l) reuocat' $2^{a \cdot b}$. m) st'm, *alia manu in marg.* visum $2^{a}$. n) pref. *om.* $2^{a}$. o) asumptus 1. p) bonauentura 1. q) et 1. r) viderent *W.* s) min. *om.* $2^{a \cdot b}$. *W.* t) et *om.* *W.* u) ħ (hec) $2^{a \cdot b}$. — assu|tis 1. v) thuscie 1. w) om. *om.* *W.* x) petierunt $2^{a}$. *W*, *eadem manu corr.* petiuerunt $2^{a}$. y) ig. *om.* *W.* z) dom. *om.* $2^{a \cdot b}$. a) portia $2^{a}$; M. de pciuncula $2^{b}$. b) dyac. *om.* 1; dyacō $2^{a \cdot b}$. c) *incipit fragmentum Sp.* d) sermo noster $2^{b}$. e) proueniunt $2^{a \cdot b}$. *Sp. Chron.* f) nullo sicut existimo *W.* g) eā $2^{a \cdot b}$, *post corr.* eı (enim) $2^{a}$: tibi eam *Sp.* h) ad $2^{b}$. i) et mer. *om.* *W.* k) meliu9 1. l) iis *W.* m) *sic* 1. *W. Sp. Chron.*; profuit $2^{a \cdot b}$, *in marg. alia manu* fluxit $2^{a}$. n) q (que) $2^{b}$; quae *W.* o) anhelitu 2. *W*, he *alio atram. in loco raso* $2^{a}$; hanelitu $2^{b}$. p) statutum $2^{a \cdot b}$, *post expuncto* stat *et deleto corr.* fcm (factum) $2^{a}$.

1) *A.* 1263. *Oct.* 18, *Potthast nr.* 18680; *cf. Wadding, Annales Minorum ed.* 2. *IV, p.* 219. 230—232. 2) *Scilicet minister provincialis Tusciae tunc fuit, ut etiam a.* 1282; *cf. libellum eius, Analecta Francisc. III, p.* 641. 3) *Ps.* 20, 3: desiderium cordis eius, *etc.*

aderant laxatis lacrimarum rivulis cum flente flerent[1], eiularent cum eiulante et 1279. non parva mora temporis cum tacente tacerent. Tandem utcumque spiritibus quietatis, resumpta voce pontifex ait: 'Non possumus nos in hac materia dilatare, quia natura non patitur'. Et[a] extenta manu proprium anulum cardinali cum osculo manus recipienti porrexit dicens: 'Committimus[b] tibi ordinem fratrum Minorum'. Et convertit se ad illa vocabula declaranda, que ponuntur in regula[2], scilicet ut *sit gubernator*[c], *protector et corrector*[d] *istius fraternitatis*. Et dixit: 'Tua gubernatione ordo non indiget, quia in[e] tot sapientibus et prudentibus personis habundat, quod ad se gubernandum bene sufficit sibi ipsi. Correctioni[f] te non oportet insistere, quia inter fratres sunt taliter prelature[g] disposite, quod in hac parte non videtur esse[h] posse defectus. Habent enim guardianos[i]; qui[k] si deficerent, possunt[l] recurrere ad custodes et a custodibus ad ministros, supra[m] quos est minister generalis et adhuc capitulum generale, ita quod[n] non est verisimile apud[o] eos ea que correctione[p] indigent preteriri. Unum autem[q] est, in quo tuo patrocinio opus habent. Sunt[r] enim inbecilles et pauperes et multos habent frequenter, qui eos indebite inquietant, quibus per se repugnare non possunt, et ideo indigent brachio[s] et fortitudine protectoris[t]. Hoc est potissimum, in quo ipsis tua cura debet assistere'. In hiis et similibus, paucis tamen, ut credo, amplius[u], sua verba conclusit. Ab illa die in antea[v] papa intendit[w] declarationi regule[3], ita quod fere per duos menses omnia alia negotia non sine admiratione totius curie pretermisit. *(Iun. Iul.)* Cum omnino, quid[x] ageretur[y], extra eos cum quibus hec agebantur, omnibus esset incognitum[z]. De domno Matheo meo testimonio non egetis[a]. Omnium enim[b] IIIIor ego habui notitiam aliqualem. Nam domnum Gregorium recolo me vidisse Perusii[4], non quidem cardinalem, sed papam, cum adhuc infantulus essem[c]. Et 1234/5. post mortem ipsius pater meus carnalis[d] voluit me ipsius interesse exequiis[e] Perusii 1241. celebratis, licet[f] non ibi defuncti[g, 5]. Domnum Alexandrum etiam[h] cardinalem vidi, de cuius mandato et gratia, cum esset papa, Parisiense studium[i] me quadriennio aluit. Domnus etiam[k] Iohannes Gaietanus[l], qui Nicholaus[m] papa tertius fuit, ut supradictum est, cum haberet curam ordinis, me in suum assumpsit familiarem et ad sua obsequia me coegit; per cuius[n] occasionem domnus quoque

a) Et *om.* 2a. b. b) Commictimus 1. c) et *add.* 2b; prot. gub. 2a. d) rector 2a. e) in *om. W.* f) Correptioni 2a; quoque *add.* 2a. b. *W. Chron.* g) prel. *om. W, ubi* fr. res sunt tal. h) posse esse 2a. b. *Sp.* i) gardianos 2a. b. k) quod *W.* l) fratres *add.* 2a. b. m) super *W.* n) Itaque *W.* o) aput 1. p) correptione 2a. q) est autem 1. r) dnt 2a. b, *post corr.* Snt 2a. s) brā|cio, c *eadem manu superscr.* 1. t) *hoc fere loco desinit Sp., extremis verbis prorsus mutatis.* u) amp9 2a. b. v) anima *W (foedum vitium editoris).* w) *post alia manu corr.* intendebat 2a. x) quidē 2a. b, *post superscr.* quid 2a; quod *W.* y) ageret 2a; ageretꝰ 2b. z) in-9gnitum 1. 2a. b. a) non indigetis test. *W.* b) bonorum 2a. b (bōq), bo *expuncto alio atram. post corr.* horum 2a. c) esset 2b. d) cardinal' 2a. *W,* di *expunct.* 2a; gardinal' 2b. e) obsequiis 2a. b. f) ſʒ (sed) 2b. g) defunti 1. h) 7 iam, *post corr.* 7 iam 2a. i) Parisiensem studiosum *W.* k) et 2a; e9 *delet. et in marg.* 7 (etiam) 2b. l) garetanus 2a; gayetanus 2b. m) nycolaus 2a. b. n) eius 2a. b.

1) *Rom.* 12, 15: flere cum flentibus. 2) *Cap.* 12; *cf. supra p.* 680, *n.* 4. 3) *Editae a.* 1279. *Aug.* 14, *quae incipit:* Exiit qui seminat; *Potthast nr.* 21628; *cf. supra p.* 667. 4) *Gregorius IX. a.* 1228. *Iun.* — 1230. *Febr. et a.* 1234. *Sept.* — 1235. *Sept. Perusii moratus est. A.* 1234/5. *quin Philippus papam ibi viderit, nemo dubitabit.* 5) *Gregorius IX. obiit Romae et ibidem sepultus est.*

Matheus multa me etiam[a] familiari gratia prosecutus est semper. In hiis forsitan aliqua, ut predixi, posita sunt, que possunt videri esse[b] preter propositum. Sed pro tanto michi dicenda fuisse videntur, ut appareat[c], quod et[d] petentes et dantes ordini cardinalem ad illum semper habuerunt singulariter oculum, qui ordinem ipsum amplexaretur carius et dulciori prosequeretur affectu. Et hoc non videtur ab aliquibus posse tam vere percipi quam ab eis, quos contigit[e] tales affectus[f] per evidentiam[g] effectuum experiri. Hec omnia previa conscientia quantum[h] michi subministravit memoria scripta sunt. Ad quorum firmitatem rogavi custodem et guardianum[i] meos, ut presentes[k] sigillorum suorum munimine consignarent. Paternitatem vestram conservet incolumem clementia salvatoris[l]! Amen[m].

a) etiam *om.* *W.* b) esse *om.* $2^{a \cdot b}$. c) ut app. *om.* *W.* d) et *om.* 1. e) contingit $2^{a \cdot b}$. *W.* f) effectus $2^{a \cdot b}$ (*prius* e *e corr.* $2^{b}$). *W.* g) per evid. *om.* $2^{a \cdot b}$. — affectuum *W;* effect. *post corr.* affect. $2^{a}$. h) quam 1. i) gardianum $2^{a \cdot b}$; guardinum *W.* k) litteras *add.* *W.* l) nostri *add.* $2^{a}$. m) Amen *om.* $2^{b}$. *W.*

# DE EXALTATIONE
# CORPORIS MARIAE MAGDALENAE.

*In pagina versa folii* 2. *codici* *V a t i c a n o* *bibl. apostolicae Lat. nr.* 3822.[1] *praefixi manu saec. XIII—XIV. scripta est sequens notitia de exaltatione corporis Mariae Magdalenae, quam hoc loco edidi, cum Salimbene supra f.* $426^{a.\,b}$, *p.* 520. *de inventione huius corporis quaedam narraverit. Quomodo evenerit, ut Salimbene a.* 1283. *corpus inventum et elevatum esse dicat, quod reliqui scriptores (supra p.* 520, *n.* 6 *allati) a.* 1279. *inventum et a.* 1280. *exaltatum esse tradunt, non facile explicabis*[2]. *De hac fraude a clericis avaris nequiter concepta vide L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' I, p.* 330 — 341. *O. H.-E.*

Et[3] post anno nativitatis dominice millesimo ducentesimo LXXX⁰, III⁰ Nonas Maii fuit exaltatum corpus eiusdem Marie Magdalene per prelatos Provintie de voluntate et mandato domni Karoli principis et primogeniti excellentissimi Karoli regis Sicilie, qui Karolus princeps fuit presens in exaltatione et translatione sacratissimi corporis dicte venerabilis et sacratissime beate Marie Magdalene, et multi barones et nobiles Provincie cum innumerabili populo tam religiosorum et clericorum quam etiam multitudine nimia laicorum. 1280. *Maii 5.*

1) *De quo vide 'N. Archiv' XXXIII, p.* 97—103. 2) *Conicere quidem potes fratrem Sal. legisse notitiam similem infra editae et in hac perperam* MCCLXXXIII. Nonas Maii *pro* MCCLXXX. III. Nonas. 3) *Quaedam de inventione a.* 1279. *facta praecedentia omissa esse videntur.*

# TABULA COMPARATIVA
# EDITIONUM CRONICAE FRATRIS SALIMBENE.

*Ut loci innumeri editionis prioris Parmensis in innumeris libris laudati in editione nostra facilius reperiri possent, hanc tabulam subdidi, quae difficile aptius institui potuit, cum fere media pars Cronicae in editione Parmensi omissa esset. Moneo ibi omnes inscriptiones columnarum praetermissas esse praeter paucissimas, quae textui male insertae sunt omissis magnis partibus textus, ad quas illae inscriptiones spectabant. Non curavi pauca verba, praesertim breves locos sacrae scripturae, in illa editione omissa neque alia ab editore textui male inculcata. Sciat lector editionem Parmensem continere partem Cronicae Salimbenianae annorum* 1215—1287, *huic subdita esse excerpta brevissima prioris partis, scilicet a.* 1198. *et a.* 1210. 1211. *et Libri de praelato.*

*O. H.-E.*

| Nostrae ed. pag. | Ed. Parm. pag. |
|---|---|
| 1—21 | desunt |
| 22 l. 1—l. 27 | 413 414 |
| 22 l. 28—27 l. 4 | desunt |
| 27 l. 5—28 l. 7 | 414 |
| 28 l. 8—29 l. 9 | desunt |
| 29 l. 10—l. 33 | 1 2 |
| 30 | 2 3 |
| 31 | multis omissis 3 4 |
| 32 l. 1—l. 34 | desunt |
| 32 l. 34—33 (omissis l. 19—l. 27) | 4 5 |
| 34 | 5 6 |
| 35 | 7 8 |
| 36 | 8 9 |
| 37 | 9 10 |
| 38 | 10 11 |
| 39 | 11 12 |
| 40 | 12 13 |
| 41 | 13 14 |
| 42 | 14 15 |
| 43 | 15—17 |
| 44 | 17 18 |
| 45 | 18 19 |
| 46 l. 1—l. 15 | 19 |
| 46 l. 15—53 l. 6 | desunt |
| 53 l. 7—l. 33 | 19 20 |
| 54 | 20 21 |
| 55 | 21 22 |
| 56—57 l. 10 | multis omissis 22—24 |
| 57 l. 10—59 l. 22 | desunt |
| 59 l. 23—l. 29 | 24 |
| 59 l. 29—60 l. 5 | desunt |
| 60 l. 5—l. 31 | 24 25 |
| 61 | 25 26 |
| 62—64 l. 3 | multis omissis 26—28 |
| 64 l. 3—65 l. 6 | desunt |
| 65 l. 6—l. 20 | 28 |
| 65 l. 20—66 | desunt |
| 67 | 28 29 |
| 68 | multis omissis 29 30 |
| 69 | 30 31 |
| 70 | nonnullis omissis 31 32 |
| 71 | 32 33 |
| 72 | (omissis l. 30—33) 33—34 |
| 73 | 34 35 |
| 74 | 35 36 |
| 75 | 36 37 |
| 76 | multis omissis 37 38 |
| 77 | 38 |
| 78 | multis omissis 38 39 |
| 79 l. 1—l. 37 | 39 40 |
| 79 l. 37—83 l. 5 desunt praeter pauca verba excerpta | 40 |
| 83 l. 5—l. 30 | 40 41 |
| 84 | 41 42 |
| 85 | 42 43 |
| 86 | 43 44 |
| 87 | 44 45 |
| 88—89 l. 11 | 45 46 |
| 89 l. 11—l. 33 | desunt |
| 89 l. 33—90 l. 10 | 46 |
| 90 l. 10—91 l. 6 | desunt |

| Nostrae ed. pag. | Ed. Parm. pag. |
|---|---|
| 91 l. 7—l. 17 | 46 47 |
| 91 l. 17—92 l. 33 | desunt |
| 92 l. 34—93 | 47 48 |
| 94 | multis omissis 48 49 |
| 95 | 49 50 |
| 96 | 401 402 |
| 97—98 l. 11 | desunt praeter pauca verba 402 |
| 98 l. 11—99 | permultis omissis 402 403 |
| 100—102 l. 6 | excerpta 403 404 |
| 102 l. 7—104 | permultis omissis 404 405 |
| 105 | permultis omissis 405 406 |
| 106 | permultis omissis 406 |
| 107—108 l. 9 | permultis omissis 406 407 |
| 108 l. 9—110 l. 37 | desunt |
| 110 l. 38—112 | excerpta brevia 407 |
| 113 | excerpta 407 408 |
| 114—116 l. 18 | desunt |
| 116 l. 18—l. 25 | 408 |
| 116 l. 25—120 l. 30 | desunt |
| 120 l. 30—l. 35 | 408 |
| 120 l. 35—132 l. 16 | desunt |
| 132 l. 16—134 l. 11 | excerpta brevia 408 |
| 134 l. 11—137 l. 9 | desunt |
| 137 l. 9—l. 17 | 408 409 |
| 137 l. 18—141 l. 9 | desunt |
| 141 l. 9—l. 17 | 409 |
| 141 l. 17—146 l. 32 | desunt |
| 146 l. 32—l. 37 | 409 |
| 146 l. 37—150 l. 15 | desunt |
| 150 l. 15—l. 25 | 409 |
| 150 l. 25—156 l. 33 | desunt |
| 156 l. 33—l. 37 | 409 |
| 156 l. 38—157 l. 9 | desunt |
| 157 l. 10—l. 31 | 409 410 |
| 158 | nonnullis omissis 410 |
| 159 | multis omissis 410 411 |
| 160 l. 1—l. 37 | multis omissis 411 412 |
| 160 l. 37—161 l. 26 | desunt |
| 161 l. 26—162 | multis omissis 412 |
| 163 | permultis omissis 412 413 |
| 164 | 50 51 |
| 165 | 51 52 |
| 166 | 52 |
| 167 | 52 53 |
| 168 | 53 54 |
| 169 | 54 |
| 170 | multis omissis 55 |
| 171 | nonnullis omissis 55 |
| 172 | 55—57 |
| 173 | nonnullis omissis 57 |
| 174 | 57 58 |
| 175 | 58—60 |
| 176 | 60 |
| 177 | 60—62 |
| 178 | 62 63 |
| 179 | multis omissis 63 |
| 180 l. 1—l. 24 | permultis omissis 63 64 |
| 180 l. 25—181 l. 32 | desunt |
| 181 l 33—182 | 64 65 |
| 183 | 65 66 |
| 184 | 66 67 |
| 185 l. 1—l. 34 | permultis omissis 67 68 |
| 185 l. 34—187 l. 9 | desunt |
| 187 l. 9—l. 36 | multis omissis 68 |
| 188 | multis omissis 68 69 |
| 189 | 69 70 |
| 190 | 70 71 |
| 191 | 71 72 |
| 192 | desunt praeter pauca verba 72 |
| 193 | 72 73 |
| 194 | 73 74 |
| 195 | nonnullis omissis 74 75 |
| 196 | multis omissis 75 76 |
| 197 | nonnullis omissis 76 77 |
| 198 | 77 78 |
| 199 | multis omissis 78 79 |
| 200 | nonnullis omissis 79 |
| 201 | permultis omissis 79 80 |
| 202 | excerpta brevia 80 |
| 203 | nonnullis omissis 80 81 |
| 204 | multis omissis 81 82 |
| 205 | permultis omissis 82 |
| 206 | 82 83 |
| 207 | 83 84 |
| 208 | 84 85 |
| 209 | multis omissis 85 |
| 210 | 85 86 |
| 211 | multis omissis 87 |
| 212 | permultis omissis 87 88 |
| 213 | 88 89 |
| 214 l. 1—l. 18 | 89 |
| 214 l. 18—216 | desunt praeter excerpta brevia 89 90 |
| 217 | plurimis omissis 90 |
| 218 | 90 91 |
| 219 | multis omissis 91 92 |
| 220 | plurimis omissis 92 93 |
| 221 | nonnullis omissis 93 |
| 222 | 93 94 |
| 223 | 94 95 |
| 224 | plurimis omissis 95 96 |
| 225 | 96 97 |
| 226 l. 1—l. 14 | 97 |
| 226 l. 14—228 l. 3 | desunt praeter pauca verba 97 |
| 228 l. 3—l. 7 | 97 98 |
| 228 l. 7—232 l. 36 | desunt |
| 232 l. 37—233 | 98 99 |
| 234 | 99 100 |
| 235 | permultis omissis 100 101 |
| 236 | 101 102 |
| 237 | 102 103 |
| 238 | multis omissis 103 |
| 239 | nonnullis omissis 103 104 |
| 240 | permultis omissis 104 105 |
| 241 | permultis omissis 105 106 |

| Nostrae ed. pag. | Ed. Parm. pag. |
|---|---|
| 242 | plurimis omissis 106 |
| 243 | 106 107 |
| 244 | excerpta 107 |
| 245—247 l. 21 | desunt |
| 247 l. 21—l. 31 | multis omissis 107 108 |
| 247 l. 31—249 l. 17 | desunt |
| 249 l. 17—l. 20 | 108 |
| 249 l. 21—252 l. 11 | desunt |
| 252 l. 11—l. 41 | plurimis omissis 108 |
| 253 | multis omissis 108 109 |
| 254 | 109 110 |
| 255 | 110 111 |
| 256 | nonnullis omissis 111 112 |
| 257 | permultis omissis 112 113 |
| 258 | permultis omissis 113 |
| 259 | plurimis omissis 114 |
| 260 | excerpta 114 |
| 261 | permultis omissis 114 115 |
| 262 | multis omissis 115 116 |
| 263 l. 1—l. 32 | desunt |
| 263 l. 32—l. 35 | 116 |
| 263 l. 35—264 l. 17 | desunt |
| 264 l. 18—l. 30 | 116 117 |
| 264 l. 30—l. 39 | desunt |
| 265 | nonnullis omissis 117 |
| 266 | nonnullis omissis 117 118 |
| 267 | permultis omissis 118 119 |
| 268 | permultis omissis 119 120 |
| 269—270 l. 16 | desunt |
| 270 l. 16—l. 19 | 120 |
| 270 l. 19—277 l. 24 | desunt praeter excerpta brevissima 120 |
| 277 l. 25—278 l. 21 | permultis omissis 120 121 |
| 278 l. 21—285 l. 20 | desunt praeter excerpta brevia 121 |
| 285 l. 20—289 l. 25 | desunt praeter excerpta brevia 122 |
| 289 l. 25—290 l. 10 | 122 123 |
| 290 l. 10—292 l. 8 | desunt |
| 292 l. 8—l. 15 | 123 |
| 292 l. 16—l. 32 | desunt |
| 292 l. 33—l. 36 | 123 |
| 293 | permultis omissis 123 124 |
| 294 | multis omissis 124 125 |
| 295 | 125 126 |
| 296 | 126 127 |
| 297 | 127 128 |
| 298 | 128 129 |
| 299 | permultis omissis 129 130 |
| 300 | plurimis omissis 130 |
| 301 | permultis omissis 130 131 |
| 302 | multis omissis 131 |
| 303 | multis omissis 131 132 |
| 304 | nonnullis omissis 132 133 |
| 305 | 133 134 |
| 306 | multis omissis 134 135 |
| 307 | permultis omissis 135 136 |
| 308 | 136 |
| 309 | 136 137 |
| 310 | 137 138 |
| 311 | 138 139 |
| 312 | 139 140 |
| 313 | 140 141 |
| 314 | 141—143 |
| 315 | 143 144 |
| 316 | 144 145 |
| 317 | nonnullis omissis 145 146 |
| 318 | multis omissis 146 |
| 319 | 146 147 |
| 320 | nonnullis omissis 147 148 |
| 321 | 148 149 |
| 322 | 149 150 |
| 323 | 150 151 |
| 324 | 151 152 |
| 325 | nonnullis omissis 152 153 |
| 326 | permultis omissis 153 |
| 327 | multis omissis 154 |
| 328 | plurimis omissis 155 |
| 329 | 155 156 |
| 330 | 156 157 |
| 331 | nonnullis omissis 157 158 |
| 332 | nonnullis omissis 158 159 |
| 333 | 159 160 |
| 334 | 160 161 |
| 335 | permultis omissis 161 162 |
| 336 | desunt praeter excerpta brevissima 162 |
| 337 338 l. 1—l. 40 | desunt |
| 338 l. 40 339 l. 1—l. 30 | multis omissis 162 163 |
| 339 l. 30—341 l. 25 | desunt praeter excerpta brevissima 163 |
| 341 l. 25—l. 39 | 163 |
| 342 | permultis omissis 163 164 |
| 343 | excerpta 164 |
| 344 | nonnullis omissis 164 165 |
| 345 | multis omissis 165 |
| 346 | excerpta 165 166 |
| 347 | permultis omissis 166 |
| 348 | excerpta 166 |
| 349 | nonnullis omissis 166 167 |
| 350 | nonnullis omissis 167 168 |
| 351 | multis omissis 168 169 |
| 352 | excerpta brevia 169 |
| 353 l. 1—l. 24 | desunt |
| 353 l. 25—l. 44 | 169 170 |
| 354 | nonnullis omissis 170 171 |
| 355 | 171 172 |
| 356 | 172 173 |
| 357 | permultis omissis 173 174 |
| 358 | permultis omissis 174 |
| 359 | nonnullis omissis 174 175 |
| 360 | 175 176 |
| 361 | 176 177 |
| 362 | 177 178 |
| 363 | 178 179 |
| 364 | 179 180 |
| 365 | nonnullis omissis 180 181 |

| Nostrae ed. pag. | Ed. Parm. pag. |
|---|---|
| 366 | multis omissis 181 |
| 367 | paucis omissis 181 182 |
| 368 | nonnullis omissis 182 183 |
| 369 | 183 184 |
| 370 | 184 185 |
| 371 | multis omissis 185 186 |
| 372 | nonnullis omissis 186 |
| 373 | 186 187 |
| 374 | multis omissis 187 188 |
| 375 | 188 189 |
| 376 | 189 190 |
| 377 | 190 191 |
| 378 | nonnullis omissis 191 192 |
| 379 | nonnullis omissis 192 193 |
| 380 | permultis omissis 193 194 |
| 381 l. 2 — l. 5 | 194 |
| 381 l. 5—383 l. 10 | desunt |
| 383 l. 11 — l. 28 | 194 |
| 384 | nonnullis omissis 194 195 |
| 385 | multis omissis 195 196 |
| 386 l. 1 — l. 26 | desunt |
| 386 l. 26 — l. 41 | nonnullis omissis 196 |
| 387 l. 2 — l. 13 | 196 197 |
| 387 l. 13 — l. 39 | desunt |
| 387 l. 40 41—388 l. 10 | 197 |
| 388 l. 10—389 l. 25 | excerpta 197 |
| 389 l. 25—390 | permultis omissis 197 198 |
| 391 | multis omissis 198 199 |
| 392 l. 1 — l. 39 | desunt |
| 392 l. 40—393 | 199 200 |
| 394 | 200 201 |
| 395 | multis omissis 201 202 |
| 396 | multis omissis 202 |
| 397 | nonnullis omissis 202 203 |
| 398 | 203 204 |
| 399 | 204 205 |
| 400 | 205 206 |
| 401 | nonnullis omissis 206 207 |
| 402 | 208 |
| 403 l. 6 — l. 30 | 208 209 |
| 403 l. 30—404 l. 5 | desunt |
| 404 l. 5 — l. 41 | nonnullis omissis 209 210 |
| 405 l. 6 — l. 22 | 210 211 |
| 405 l. 22—406 l. 31 | desunt |
| 406 l. 31—407 l. 9 | multis omissis 211 |
| 407 l. 9—409 l. 13 | desunt |
| 409 l. 13 — l. 18 | 211 |
| 409 l. 18—411 l. 10 | desunt |
| 411 l. 10 — l. 40 | excerpta 211 212 |
| 412 l. 1 — l. 14 | nonnullis omissis 212 |
| 412 l. 14—418 l. 13 | desunt |
| 418 l. 13 — l. 33 | multis omissis 212 |
| 418 l. 33—419 l. 23 | desunt |
| 419 l. 23—420 | permultis omissis 212 213 |
| 421 | multis omissis 213 214 |
| 422 | excerpta 214 |
| 423—424 l. 1 | desunt |

| Nostrae ed. pag. | Ed. Parm. pag. |
|---|---|
| 424 l. 1 — l. 38 | excerpta 215 |
| 425 | plurimis omissis 215 |
| 426 | excerpta 215 216 |
| 427 | multis omissis 216 217 |
| 428 | plurimis omissis 217 |
| 429 | 217 218 |
| 430 l. 1 — l. 29 | multis omissis 218 |
| 430 l. 30—432 | desunt |
| 433 | 218 219 |
| 434 | 219—221 |
| 435 | plurimis omissis 221 |
| 436 | 221 222 |
| 437 | permultis omissis 222 223 |
| 438 | permultis omissis 223 224 |
| 439 l. 1 — l. 33 | multis omissis 224 |
| 439 l. 33—442 l. 22 | excerpta brevissima 224 |
| 442 l. 23—444 l. 13 | desunt |
| 444 l. 14 — l. 36 | 225 |
| 445 | 225—227 |
| 446 | 227 228 |
| 447 | 228 |
| 448 | plurimis omissis 228 229 |
| 449 | excerpta brevissima 229 |
| 450 | excerpta brevissima 229 230 |
| 451 | plurimis omissis 230 |
| 452 | multis omissis 230 231 |
| 453 | 231 232 |
| 454 | 232 233 |
| 455 | excerpta 233 |
| 456 | paucis omissis 233 234 |
| 457 | paucis omissis 234 235 |
| 458 l. 3 — l. 19 | 235 236 |
| 458 l. 19—462 l. 16 | desunt |
| 462 l. 16 — l. 19 | 236 |
| 462 l. 19 — l. 37 | desunt |
| 463 | 236 237 |
| 464 | 237 238 |
| 465 | 238 239 |
| 466 | 239 240 |
| 467 | 240 241 |
| 468 | plurimis omissis 241 242 |
| 469 | nonnullis omissis 242 243 |
| 470 | 243 244 |
| 471 | 244 245 |
| 472 | 245 246 |
| 473 | multis omissis 246 247 |
| 474 | nonnullis omissis 247 |
| 475 | 247 248 |
| 476 | 248 249 |
| 477 | 249—251 |
| 478 | permultis omissis 251 |
| 479 | permultis omissis 251 |
| 480 | 251 252 |
| 481 | 252 253 |
| 482 | 253 254 |
| 483 | 254—256 |
| 484 | 256 257 |

| Nostrae ed. pag. | | Ed. Parm. pag. |
|---|---|---|
| 485 | | 257 258 |
| 486 | paucis omissis | 258 259 |
| 487 | | 259 260 |
| 488 | | 260—262 |
| 489 | nonnullis omissis | 262 263 |
| 490 | | 263 264 |
| 491 | | 264 265 |
| 492 | | 265 266 |
| 493 | multis omissis | 266 267 |
| 494 | multis omissis | 267 268 |
| 495 | plurimis omissis | 268 |
| 496 | | 268—270 |
| 497 | | 270 271 |
| 498 | | 271 272 |
| 499 | paucis omissis | 272 273 |
| 500 | | 273 274 |
| 501 | | 274 275 |
| 502 | paucis omissis | 275 276 |
| 503 | multis omissis | 276 |
| 504 | | 276 277 |
| 505 | | 277 278 |
| 506 | | 279 |
| 507 | | 279 280 |
| 508 | | 281 |
| 509 | | 281 282 |
| 510 | paucis omissis | 282 283 |
| 511 | paucis omissis | 283 284 |
| 512 | | 284 |
| 513 | | 285 286 |
| 514 | nonnullis omissis | 286 |
| 515 | | 287 |
| 516 | paucis omissis | 288 |
| 517 | | 288 289 |
| 518 | nonnullis omissis | 289 290 |
| 519 | | 290 291 |
| 520 | | 291 292 |
| 521 | | 292 293 |
| 522 | | 293 294 |
| 523 | | 294 295 |
| 524 | | 295 296 |
| 525 | | 296 297 |
| 526 | paucis omissis | 297 298 |
| 527 | | 298 299 |
| 528 | | 299 300 |
| 529 | | 300 301 |
| 530 | | 301 302 |
| 531 | multis omissis | 302 303 |
| 532 | | 303 304 |
| 533 | paucis omissis | 304 305 |
| 534 | nonnullis omissis | 305 306 |
| 535 | multis omissis | 306 307 |
| 536 | permultis omissis | 307 |
| 537 | | 307 308 |
| 538 | nonnullis omissis | 308 309 |
| 539 | nonnullis omissis | 309 310 |
| 540 | | 310 311 |
| 541 | | 311 312 |

| Nostrae ed. pag. | | Ed. Parm. pag. |
|---|---|---|
| 542 | nonnullis omissis | 312 |
| 543 | paucis omissis | 312—314 |
| 544 l. 3 — l. 28 | multis omissis | 314 |
| 544 l. 31—547 l. 10 | | desunt |
| 547 l. 11 — l. 39 | multis omissis | 314 315 |
| 548 | nonnullis omissis | 315 316 |
| 549 | permultis omissis | 316 317 |
| 550 | plurimis omissis | 317 |
| 551 | multis omissis | 317 318 |
| 552 | | 318 319 |
| 553 | | 319 |
| 554 | | 320 |
| 555 | multis omissis | 320 321 |
| 556 | | 321 322 |
| 557 | multis omissis | 322 323 |
| 558 | | 323 324 |
| 559 | | 324 325 |
| 560 | | 325 326 |
| 561 | | 326 327 |
| 562 | | 327—329 |
| 563 | multis omissis | 329 330 |
| 564 | | 330 331 |
| 565 | multis omissis | 331 |
| 566 | multis omissis | 331 332 |
| 567 l. 4 — l. 31 | plurimis omissis | 332 |
| 567 l. 32—569 l. 35 | | desunt |
| 569 l. 35 — l. 38 | | 333 |
| 569 l. 38—570 l. 10 | | desunt |
| 570 l. 11 — l. 16 | | 333 |
| 570 l. 16—571 l. 38 | desunt praeter pauca verba | 333 |
| 571 l. 38—573 l. 6 | | 333 334 |
| 573 l. 7—576 l. 22 | desunt praeter excerpta brevissima | 334 |
| 576 l. 23 — l. 34 | | 335 336 |
| 577 | paucis omissis | 335 336 |
| 578 | multis omissis | 336 337 |
| 579 | multis omissis | 337 338 |
| 580 | multis omissis | 338 |
| 581 | multis omissis | 338 339 |
| 582 | | 339 340 |
| 583 | paucis omissis | 340 341 |
| 584 | | 341 342 |
| 585 | | 342 343 |
| 586 | | 343 344 |
| 587 | | 344 345 |
| 588 | | 345 346 |
| 589 | | 346 347 |
| 590 l. 5 — l. 25 | paucis omissis | 347 348 |
| 590 l. 25—591 l. 31 | | desunt |
| 591 l. 31—592 | paucis omissis | 348 349 |
| 593 | permultis omissis | 349 350 |
| 594 | | 350 351 |
| 595 | | 351 352 |
| 596 | nonnullis omissis | 352 353 |
| 597 | | 353 354 |
| 598 | | 354 355 |
| 599 | | 355 356 |

| Nostrae ed. pag. | Ed. Parm. pag. |
|---|---|
| 600 l. 4—14 | 356 357 |
| 600 l. 14—l. 25 | desunt |
| 600 l. 25—l. 30 | 357 |
| 600 l. 27 31—603 l. 20 | desunt |
| 603 l. 21—l. 34 | paucis omissis 357 |
| 604 | nonnullis omissis 357 358 |
| 605 | nonnullis omissis 358 359 |
| 606 | paucis omissis 359 360 |
| 607 | 360 361 |
| 608 | 361 362 |
| 609 | nonnullis omissis 362 363 |
| 610 | nonnullis omissis 363 364 |
| 611 | 364 365 |
| 612 | nonnullis omissis 365 366 |
| 613 | permultis omissis 366 |
| 614 | paucis omissis 366 367 |
| 615 | paucis omissis 367 368 |
| 616 | 368 369 |
| 617 | multis omissis 369 370 |
| 618 | permultis omissis 370 371 |
| 619 | plurimis omissis 371 |
| 620 | permultis omissis 371 372 |
| 621 | paucis omissis 372 373 |
| 622 | paucis omissis 373 374 |
| 623 | permultis omissis 374 375 |
| 624 | paucis omissis 375 376 |
| 625 | 376 |
| 626 | permultis omissis 376 377 |
| 627 | permultis omissis 377 |
| 628 | plurimis omissis 377 378 |
| 629 | multis omissis 378 379 |
| 630 | multis omissis 379 |
| 631 | nonnullis omissis 379—381 |
| 632 | 381 382 |
| 633 | multis omissis 382 |
| 634 | paucis omissis 382 383 |
| 635 | 383 384 |
| 636 | 384 385 |
| 637 | 385 386 |
| 638 | 386 387 |
| 639 | 387 388 |
| 640 | paucis omissis 388 389 |
| 641 | 389 390 |
| 642 | 390 391 |
| 643 | 391 392 |
| 644 | paucis omissis 392 |
| 645 | multis omissis 392 393 |
| 646 | paucis omissis 393 394 |
| 647 | 394 395 |
| 648 | 395 396 |
| 649 | multis omissis 396 397 |
| 650 | nonnullis omissis 397 398 |
| 651 | 398 399 |
| 652 | permultis omissis 399 |
| | 401—414 |
| | vide supra p. 686 687 |

# ADDENDA ET CORRIGENDA.

*Ad p.* 2, *l.* 30. *adnota versum Ps.* 74, 8: Hunc humiliat et hunc exaltat.

*P.* 6, *l.* 19. *lege* marchio (*non* Marchio).

*P.* 8, *l.* 8. *Bene V. Cl. Alex. Cartellieri conicit* exuacte *corrigendum esse in* exnacce = esnacce, esnecce, *cuius vocis diversas formas habet auctor Itinerarii Ricardi I. regis. Vide 'Chronicles and Memorials of the reign of Richard I.' Ed. W. Stubbs I, p.* 454. *Idem V. Cl. monet ad p.* 8, *l.* 7. *in marg. aut* Aug. (28). *aut* Aug. (29). *scribendum esse.*

*P.* 14, *l.* 31. *in marg. lege* (Iun. 1). *pro* (Iul. 1).

*P.* 17, *l.* 11. *ad* fratre *adde notam: Potius nepote Constantiae Guillielmo II. rege defuncto, fratre eius Guillielmo I. iam multo ante mortuo.*

*P.* 20, *l.* 13. *ad* in Petro et Iohanne euntibus in monumentum *adde notam: Cf. Pseudo-Ioachim, Interpret. in Ieremiam praef. (Coloniae* 1577*) f.* 5: Isti sunt Petrus et Iohannes una currentes et ascendentes in templum sepulchri, sed iunior et ultimus ordo designatur in eo, qui paulo minus minoratus ab eis, scilicet angelis praedicatoribus, praecucurrit, sed non ingressus est evangelii veritatem. — *P.* 20, *l.* 30. ex illa — in sua[m] *melius litteris inclinatis exprimenda erant, adscripto in margine* Ioh. 19, 27.

*P.* 24, *l.* 14. *ad* Constantinum *adde notam: Nicolaum Canabum, sed (Constantinum) Radinum tunc imperatorem electum esse tradit Chron. Novogrod., Hopf, 'Chroniques gréco-romanes' p.* 94. *et ibid. n.* 3; *cf. Nicetas Choniata ed. Imm. Bekker p.* 672.

*P.* 27, *l.* 8. non semel neque bis *litteris inclinatis exprimendum et in margine adscribendum* 4. Reg. 6, 10.

*P.* 31, *n.* 3. *lege: In Interpret. in Ieremiam pseudoioachitica (Coloniae* 1577*) p.* 289: pravus filius tuus, o princeps. *In libro pseudoioachitico de oneribus prophetarum, 'N. Archiv' XXXIII, p.* 173, *legitur:* Ha Deus! turbabit terram; *et ibidem p.* 165: sanctos altissimi conculcabit.

*P.* 36, *l.* 13. 14. *V. Cl. A. Dove optime monuit in textu Libri de temporibus ex Cronica Iohannis de Deo exscripto pro* providit suscitavit *emendandum esse* provincie Luscitanie (Lusitanie), *quod quidem hoc loco fratris Salimbene emendare non licet.*

*P.* 38, *l.* 22. 23. *lege:* Quo nomine v o c a t u s fui.

*P.* 43, *n.* 1, *l.* 42. *adde: Cf. infra f.* 358[d], *p.* 359.

*P.* 44, *n.* 1, *l.* 40. *post* Francisci *adde: ib. III, p.* 680 *sq.*

*P.* 45, *l.* 29. *lege* erubescibilis (*non* erusbescibilis).

*Ad p.* 51, *n.* 1. *adde: cf. quae infra ad f.* 303[b], *p.* 224, *n.* 1. *adnotavi.* — *P.* 51. *dele n.* 2. *et ad l.* 43. *adscribe in margine:* Ioh. 16, 15, *ubi* et *ante* omnia *litteris quae dicuntur antiquae exprimendum est. Ioh.* 16, 15. *habet:* Omnia quaecumque habet pater mea sunt.

*P.* 54, *n.* 3, *l.* 41. *lege: f.* 233[a. b].

*P.* 66, *l.* 33. *lege* dominio, quod *commate interposito.*

*Ut Rev. P. Mich. Bihl scribit, locus Bernardi Clarevall. p.* 68, *l.* 16. *citatus et p.* 140, *l.* 15. 16. *repetitus* (Quotiens — contendo) *et locus p.* 140, *l.* 14. 15. (Deus — auctori) *leguntur in Bernardi hom. I. de laudibus virg. Mariae (super 'Missus est'), §* 8, *Mabillon, Bern. Opera (Paris.* 1719*) I, col.* 742.

*P. 68, l.* 30. si fuerit vita comes *litteris inclinatis exprimendum est et in margine adscribendum:* 4. Reg. 4, 16.

*P. 69, n.* c, *l.* 34. *lege:* ada.

*Ad p. 70, l.* 8. *adnotare potes: Dan.* 7, 9: antiquus dierum.

*P. 71, n.* a, *l.* 32. *lege:* d̉ *pro* domini.

*P. 72, l.* 17. *ad* cantatur *adde notam: In hymno saepe edito, qui incipit:* In celesti hierarchia; *Chevalier, Repert. hymnolog. nr.* 8547 *(I, p.* 512*).*

*P. 75, ad l.* 33—35. *adde notam: Hoc exemplum legit Sal. in Vitis patrum V,* 2, 16, *Migne Patrol. Lat. LXXIII, col.* 860.

*P. 80, n.* 5, *l.* 48. *adde: Etiam, ut B. Schmeidler socius noster mecum communicavit, in Vita Karoli comitis Flandrensis c.* 53, *SS. XII, p.* 561, *legitur:* Unde et ego, si omnino siluissem, sapiens quidem putari potuissem, sed non eo amplius sapiens fuissem. *Et Chron. Gozec. I,* 29, *SS. X, p.* 151: quidam sapientum ait: 'Si tacuisses, philosophus esses'.

*P. 84, n.* 2. *ad versus l.* 21—24. *editos scribe: Hos versus nuper ex multis libris, in quibus traditi sunt, edidit W. Meyer in 'Nachrichten der Kgl. Gesellschaft d. Wiss. zu Göttingen. Philol.-hist. Kl.'* 1907. *p.* 149—152.

*P. 88, l.* 10. *ad* sermonum *adde notam: De libris manu scriptis sermones dominicales fratris Lucae continentibus vide B. Hauréau in 'Notices et Extraits des mss. de la bibl. nationale' V, p.* 61—65; *A. Schönbach in 'SB. der Wiener Akad. der Wiss., Philos.-hist. Kl.' CLII* (1906), 7, *p.* 17 *sqq., qui ibidem p.* 102—110. *prologum sermonum Lucae edidit.*

*Ad p.* 93, *n.* 2. *adde: Cf. quae K. Hadank, 'Die Schlacht bei Cortenuova' (Diss. Berolin.* 1905*) p.* 58—63. *exposuit.*

*P.* 95. *in inscriptione columnae lege:* A. 1237. 1238.

*P. 96, n.* 5, *l.* 46. *lege: f.* 239ᵃ, *p.* 75.

*P. 99, l.* 17. *lege:*

'Cur pi pi faris? non te tenet ungula talis'.

*Sed in codice post* faris *non signum interrogationis, sed* . *scriptum est.*

*P. 111, l.* 47, *n.* 3. *adde: Cf. infra p.* 298, *n.* 4.

*P. 113, n.* 3, *l.* 45. *lege:* Je bui (*non* buis).

*P. 116. ad versus l.* 3—5. *adde notam: Ut Rev. P. Michael Bihl adnotavit, haec stropha legitur in hymno qui incipit:* Eructetur dulce melos, *edito inter Cantus varios in usu apud nostrates (fratres Minores) etc. (Romae, Tornaci, Parisiis* 1902*) p.* 243, *quae stropha incipit:* Alius David patriarcha *(i. e. Franciscus).*

*P. 122, n.* 3 *adde: Karl Wenck, 'Philipp der Schöne von Frankreich, seine Persönlichkeit und das Urteil der Zeitgenossen' (Progr. Marburg* 1905*) p.* 42, *n.* 4. *dixit eadem verba* (Rex illiteratus est quasi asinus coronatus) *Helinandum habere. Quod dictum legitur in excerptis Vincentii Bellovac., Spec. hist. XXIX,* 122, *ex libello deperdito Helinandi de regimine principum. Locus laudatus Dialogi creaturarum ex hoc libello Helinandi descriptus videtur esse. Et Helinandus hoc dictum exscripsisse videtur ex Gestis consulum Andegavensium (auctis per Brittonem canonicum S. Florentini Ambaziensis; cf. L. Halphen, 'Étude sur les Chroniques des comtes d'Anjou' [Paris* 1906*] p.* 35*), in quibus legitur, 'Chroniques des comtes d'Anjou publiées par É. Mabille' (Paris* 1856—71*) p.* 71: Regi Francorum comes Andegavorum: 'Noveritis, domine, quia illitteratus rex est asinus coronatus'.

*P. 132, n.* 2. *adde: In narratione de Udone edita ab Ant. Schönbach, 'SB. der Wiener Akad. d. Wiss., Philos.-hist. Kl.' CXLIV,* 2, *p.* 3. *legitur:* honores mutant mores.

*P. 133, n.* 1, *l.* 33. *post col.* 123. *adde: et Jak. Werner, 'Beiträge zur lateinischen Literatur des Mittelalters' ed.* 2. *(Aarau* 1905*) p.* 139, *nr.* 358 g.

*P. 137, l.* 12. *et p.* 182, *l.* 6. *scribendum est:* cuius est sermonum memoria, *ut scripsi p.* 88, *l.* 10, *et interpretandum:* cuius sermonum (adhuc) memoria est.

*P. 139, l.* 33. 34. *ad* quia — flagellabuntur *in margine adscribendum:* Ps. 72, 5.

*P.* 140, *l.* 18. *verba* minas — quesivit *litteris inclinatis exprimenda sunt, ad quae adde notam: Haec Sal. assumpsit ex Responsorio lectionis octavae tertii nocturni officii quod inscribitur 'Commune unius martyris', ubi haec:* Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit. Qui minas iudicum non timuit nec terrenae dignitatis gloriam quaesivit, sed ad coelestia regna pervenit. *Quem locum, ex parte repetitum infra p.* 302, *l.* 14. 15, *invenis in editionibus Breviarii Romani et Romano-Franciscani. Quod monuit Rev. P. Michael Bihl.*

*P.* 143. *pro n.* 1. *lege: Ut V. Cl. G. G. Coulton mecum communicavit, haec narratio de Galfredo Tornacensi invenitur in Petri Blesensis epist.* 102, *Migne, Patrol. Lat. CCVII, col.* 325, *ubi dicitur* Gaufridus Perronensis, Clarevallis prior; *in Caesarii Heisterbacensis Dialogo miraculorum II,* 28, *ed. I. Strange I, p.* 99 *sq., ubi de monacho Clarevallensi non nominato dicitur; Étienne de Bourbon ed. Lecoy de la Marche p.* 249. 421.

*Ad p.* 145, *l.* 17. *adde notam: Helinandus in epistola ad Galterum cler., Migne, Patrol. Lat. CCXII, col.* 749: Facilius est, ait Aristoteles, destruere quam astruere.

*P.* 152, *l.* 43, *n.* a *lege:* ꝯspiciens.

*Ad p.* 157, *n.* 10. *adde: Cf. infra p.* 307, *n.* 3.

*P.* 159, *l.* 28. *adde notam: Carmen* Plange, turba paupercula *editum est a P. Hilarino Felder, 'Die liturgischen Reimofficien auf die heil. Franciscus und Antonius . . . durch Fr. Julian von Speier' (Freiburg* 1901*) p.* 125, *ut Rev. P. Mich. Bihl adnotavit.*

*P.* 165, *l.* 27. 28: *Verba* Celum — hominum *litteris inclinatis exprimenda sunt et in margine adscribendum* Ps. 113, 16, *dele ibid. n.* 10.

*P.* 166, *l.* 15. *ad* omnino defecit *adde notam: Ad hunc locum afferre potes Dante Alighieri, 'Purgatorio' XIV, v.* 107. 108:

La casa Traversara e gli Anastagi,
E l'una gente e l'altra è diretata.

*P.* 175, *l.* 16. 17. *ad verba* canonicus Parmensis ecclesie *adde notam: Canonicus Parmensis hic dicitur in tabula data Vulterris a.* 1227. *Mart.* 5, *F. Schneider, Regestum Volaterranum (Roma* 1907*) p.* 152, *nr.* 431.

*P.* 176, *l.* 26. *ad* Iohannem de Parma *adde notam* 11: *Chron. XXIV gener. ministr., Analecta Francisc. III, p.* 269, *ex Cronica fratris Peregrini de Bononia et alio loco ibidem p.* 263. *tradit non Iohannem de Parma, sed Bonaventuram de Ysco a Crescentio vicarium ad concilium generale missum esse. Cf. infra p.* 661, *n.* 4.

*P.* 178, *l.* 43, *n.* 3. *lege: f.* 353$^{a}$.

*P.* 185. *in inscriptione paginae scribe* 1247 (*pro* 1347).

*P.* 199, *l.* 46. *scribe notae numerum* 9 *pro* 6. *Et ad p.* 199, *l.* 30. cómpater fuit imperatoris *adde notam: Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 480.

*P.* 205, *l.* 43, *n.* 3. *lege: Infra f.* 406$^{c}$. 407$^{a}$. — *P.* 205, *l.* 45, *n.* 6. *adde: Cf. quae infra ad f.* 406$^{c}$, *p.* 471, *n.* 7. *adnotavi.*

*P.* 206, *n.* 2, *l.* 40. *lege: ad Ararim fluvium (non ad Rhodanum fl.).*

*P.* 228, *l.* 46, *n.* 5. *adde: Quem locum nunc vide editum 'N. Archiv' XXXIII, p.* 143.

*P.* 233, *l.* 25. *lege* libri (*non* Libri).

*P.* 240. *in inscriptione columnae lege:* A. 1248 (*pro* 1284). — *P.* 240, *l.* 33. 34. *ad* Exemplum — fluvium *adde notam: Hoc exemplum infra f.* 449$^{c}$. *iterum relatum est; adnotavi p.* 575, *n.* 1, *ubi Sal. hoc legerit.*

*P.* 241, *l.* 33. *post* Siciliam *adde notam: Quae interpretationes reperiuntur in libris pseudoioachiticis, scilicet in libro de oneribus prophetarum, 'N. Archiv' XXXIII, p.* 146. 151 *sq.* 172. 183 *sq., et in Interpret. in Ieremiam passim et in Expositione Sibyllae Eritheae et Merlini maiore inedita.*

*P.* 242, *l.* 16. *lege* adaptationis (*pro* adaptionis).

*P.* 243, *l.* 15. *lege* numerum (*pro* numtrum).

*P.* 254, *l.* 18. *post* mendicantem *adde notam: Eadem fere vide iam supra f.* 216$^{a}$, *p.* 22.

*P.* 256, *l.* 10. *et p.* 259, *l.* 38. Tota die ociosi *litteris inclinatis exprimenda et in margine adscribendum* Matth. 20, 6.

*P.* 270, *l.* 33. 34. *verba* Exurge *et* in adiutorium — ego sum *assumpta sunt ex Ps.* 34, 2. 3. — *P.* 270, *l.* 39, *n.* h *adde post* Vulg.: *et supra p.* 152, *l.* 32.

*P.* 292, *ad versus l.* 20—23. *editos adde notam: Altera stropha cum hac ad litteram conveniens legitur in ludo paschali Vindobonensi ('Berichte und Mittheilungen des Alterthums-Vereins zu Wien' X,* 1869, *p.* 337*); cf. W. Meyer, 'Festschrift der Königl. Ges. der Wiss. zu Göttingen'* 1901. *p.* 97.

*Ad p.* 302, *l.* 14. 15. *vide supra p.* 694. *ad p.* 140.

*P.* 304, *n.* 3, *l.* 37. *lege: Episcopus Tusculanus a.* 1273 *(pro Episc. Ostiensis).*

*P.* 304, *l.* 45, *n.* 5. *post* discipulis *adde: Cf. litteras Innocentii IV. papae datas a.* 1250. *Aug.* 8. *legatis Graecorum, editas a P. Sabatier in 'Revue historique' LXXXIX (*1905*), p.* 315: audito, quod prudens Grecia, novo superni sideris irradiata fulgore, gratanter accepit humilem pacis angelum dilectum filium fratrem Iohannem, generalem ordinis Minorum ministrum.

*P.* 307, *l.* 8. *lege a typographo, postquam postremo has plagulas vidi, corrupta:* Volebat enim frater.

*P.* 316, *l.* 44, *n.* 3. *adde: Ann. Placent. Gib. p.* 480; *'Cronache Modenesi' p.* 40.

*P.* 322, *l.* 46, *n.* 9. *lege: Secundum tabulam archivi capituli Reatini, quam affert G. Mazzatinti, 'Gli archivi della storia d'Italia' IV, p.* 255, *a.* 1249. *fuit Rainerius episcopus Reatinus.*

*P.* 324, *l.* 39. *post* minister *adde notam: Cf. supra f.* 341[b], *p.* 315.

*P.* 343, *n.* 2. *lege: Hoc dictum Gregorii legitur in eius Homil. in Evang. I,* 11, *§* 1, *Opera ed. Maur. (Paris.* 1705*) I, col.* 1472.

*P.* 344, *l.* 15. *ad* monoculus *adde notam: Cf. quae infra p.* 478, *n.* 3. *adnotari.* — *P.* 344, *l.* 23. *post* Friderici *adde notam: Cf. supra f.* 295[b], *p.* 204.

*P.* 351, *l.* 26. *lege* Messana (*pro* Messina). — *P.* 351, *n.* 1, *l.* 45. *post* exhibuerunt *adde: Et secundum recensionem posteriorem Pomerii multo breviora relata sunt in Riccobaldi Cronica male inscripta Compilatione chronologica, Muratori, SS. IX, col.* 248.

*P.* 353, *l.* 29. *ad* celebrasset *adde notam: Similia narrat Jans Enikel v.* 28105—28198, *'Deutsche Chroniken' III, p.* 559 *sq.*

*P.* 359 *sq. Ad* Dicta Merlini *vide quae exposui de textu codicis Vaticani* 3822. *in 'N. Archiv' XXXIII, p.* 100 *sq.*

*P.* 360, *n.* 2, *l.* 31—33. *et p.* 377, *n.* 8. *pro iis quae de libro pseudoioachitico de oneribus Isaiae ibi dicta sunt lege: Quem libellum nuper edidi 'N. Archiv' XXXIII, p.* 139—187.

*P.* 361, *n.* 2, *l.* 46. *post* Hic versus *adde: infra f.* 430[b], *p.* 530. *allatus est, qui.*

*P.* 369, *n.* 10, *l.* 44. *post* Arimino *adde: Et Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 141, *ex Annalibus Ravennatibus deperditis:* Anno Christi MCCLXXV. . . . Eo anno Ravenne seditio. Guido minor de Polenta presidio sibi delato Arimino adversarios cives prevenit et eius urbis potitus est.

*P.* 389, *n.* 2, *l.* 45. *pro* inedito *lege: 'N. Archiv' XXXIII, p.* 164.

*P.* 392, *l.* 26. *lege* populus', *unco orationis conclusae addito.*

*P.* 397, *l.* 9. *pone colon* : *post* Assuero.

*P.* 404, *l.* 16. *ad* alter frater *adde notam: Guido; cf. infra f.* 487[a], *p.* 640.

*P.* 404, *l.* 43. *lege n.* e) gaiani.

*P.* 425, *l.* 16. *lege* ad conficiendum (*non* conficiendam).

*P.* 428, *n.* 1, *l.* 42. *lege: f.* 410[b. c] (*pro* 410[a. b]).

*P.* 436, *n.* 4, *l.* 44. *lege: SS. XXXI (pro XXX).*

*P.* 440, *n.* 1, *l.* 47. *pro* inedito *lege: 'N. Archiv' XXXIII, p.* 159 *sqq. et quae ibidem adnotari et ibidem p.* 98 *sq.*

*P.* 453, *l.* 31. *dele notam* g.

*P.* 464, *l.* 4. *lege:* anno M°CC°LIX° (*pro* M°CC°LX°).

*P.* 467, *l.* 31. *post* noni *adde notam: Militiae Iesu Christi ordinem et regulam confirmavit Gregorius IX. papa a.* 1234. *Maii* 24; *Potthast nr.* 9922; *cf. ibid. nr.* 9921.

*P.* 480, *n.* 5, *l.* 43. *post* columnae *adde:* 410[b].

*P.* 482, *l.* 39. *lege n.:* d) *sic c.*

*P.* 492, *n.* 1, *l.* 39. *adde: Huius carminis pars magna exstat etiam in codice Lugdunensi Batav. Lat. Voss.* 31, *aliis versibus transpositis, aliis omissis, aliis additis, aliis retractatis et corruptis, ex quo codice hos* 27 *versus edidit L. Delisle, 'Notices et Extraits des manuscrits' XXXVIII* (1906), *p.* 739 *sq. Versibus ibi praecedunt haec:* Versus missi cardinalibus aput Viterbium ante creacionem Gregorii X. Placentini. Amicus amicis salutem. Quia nos honoris (!) Dei audire (vos honores Dei libenter audire?) exstimamus, versus quosdam mittimus a remotis partibus missos ad dominos cardinales, quos veritate plenos (venerate plenes *c.*) plurimi arbitrantur (arbitramur *c.*). *Et versibus subscriptum est:* Datum Viterbii ante festum Petri ad vincula (*Aug.* 1) anno Domini millesimo septuagesimo primo ante creationem Gregorii pape decimi Placentini.

*P.* 499. *ad l.* 17—21. *adde notam: Eadem vide supra f.* 392[c], *p.* 437, *l.* 20—24.

*P.* 506, *l.* 45, *n.* 6. *adde ante* litteras Martini: *arbitrium datum a.* 1280, ind. octava, die Mercurii, *editum a Tacoli, 'Dirimazioni . . . dei Tacoli' I, p.* 388—391. *Quae tabula iam afferri debuisset ad SS. XXXI, p.* 557.

*P.* 512, *n.* 5, *l.* 37. *post* columnae *adde: et infra f.* 424[a], *p.* 514 *sq.*

*P.* 519, *l.* 24. *post* macellum beccariorum *adde notam: Eadem supra f.* 366[a], *p.* 376.

*P.* 527, *l.* 32. *dele in margine* (Sept. 29). *Bonif. Moranus quidem scribit Bernaborem de Palastrellis ad diem Sept.* 29. *potestatem Mutinensem fuisse, sed obstat quod Sal. p.* 531, *l.* 8. *dicit se f.* 430[c]. *die Sept.* 15. *scripsisse.*

*P.* 532. *ad l.* 11. 12. *adde notam: In Sibylla Erithea, 'N. Archiv' XV, p.* 169, *legitur:* Et erunt ei (*sponse = ecclesiae Romanae*) tres adulteri unusque legittimus, *et in eiusdem libelli recensione posteriore, 'N. Archiv' XXX, p.* 334: Eruntque sponse simul tres adulteri unusque legitimus.

*P.* 536, *n.* 1, *l.* 43. *adde: Haec* (Congregate — ne pereamus) *infra f.* 448[d], *p.* 573. *ut verba I. libri Machabeorum c.* 3. *allata sunt, ubi non leguntur.*

*P.* 538, *l.* 14. *post* Christianis *adde notam: i. e. cum iis qui Christianis inimicantur.*

*P.* 544, *l.* 31—545, *l.* 13. *Prophetiam hoc loco priore parte carentem edidi ex codice bibl. regiae Hagensis in 'N. Archiv' XXXIII, p.* 113—117.

*P.* 569, *n.* a, *l.* 39. *adde: cf. supra p.* 58, *l.* 12.

*P.* 595, *l.* 42. *pone notae numerum* 2) *ante* De quo vide.

*P.* 605, *l.* 19. *lege:* recessissent, quia *interposito commate.*

*P.* 612, *l.* 10. *post* inchoavit *adde notam: Cf. supra f.* 283[c], *p.* 176.

*P.* 634, *l.* 39, *n.* a *lege:* .M̃. (*non* .M.).

*P.* 718, *col.* 1. *lege:* Iohannes XXI. papa . . . . card. episc. Tusculanus (*non* Ostiensis).

# INDEX

## NOMINUM PROPRIORUM ET RERUM.

*Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.*

## C. K.

**Guillielmus, Guilielmus.**

## N.

**W.**



**Y *v.* I.**



**Z. Ç.**

# INDEX BIBLICUS.

*Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.*

# GLOSSARIUM.

*Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.*

**a**biutus 8, 25.

ablactare 554, 20.

absortus = *absorptus* 100, 35. 554, 15.

accessorium 408, 25.

acephali 5, 15. 579, 10: id est sine capite 272, 10.

acetosus 425, 15.

acia = bipennis (securis) 15, 1.

acolitus 339, 25.

actor = auctor 5, 10.

adaptatio 242 (*ad* 242, 15 *cf.* 694).

adhereticius pediculus 89, 35.

administratio *(fratrum Minorum)* = *provincia* 650, 20.

admirandus, *Admiral* 526, 35; = magister militiae 7. 11, 10; *cf.* amiragius.

admirative 47, 15.

admiratus, *qui classi praeest* 7, 10; = magister militiae 11, 15; *cf.* admirandus.

advocare, *advocati iudiciarii rem facere* 595, 25.

advocatus, *Rechtsanwalt* 476, 25. 667, 10; = iudex (assessor) potestatis 55, 5. 95, 10. 164, 20.

affidhamentum 473, 15.

affidhatus, *Ital. affidato* 470, 15. 485, 25.

aforis 409, 25.

agrestis ignis 6, 30. 9, 5. 14, 30. 15, 10. 16, 5.

alienator 62, 15.

alleviare, *erleichtern* 108, 25.

alterus, *Ital. altéro* 607, 35.

amactare (*leg.* ambasciare?) 15, 20.

amasia 28, 1. 331, 25. 391, 35. 406, 35. 427. 647, 15.

ambaxator, *Ital. ambasciatore* 188, 35. 353, 40. 475, 20. 487, 20. 523, 20. 525, 15. 528. 529, 30. 530. 538, 1. 539, 1. 581, 25. 608. 609, 1. 642. 644, 30.

amiragius, *Admiral* 535, 25; *cf.* admirandus, admiratus.

anagogicus intellectus 242, 35.

ancianaria, *munus, officium anciani* 496, 40.

ancianus, *Ital. anziano* 452. 463, 20. 587, 5; perpetuus 496, 40.

animata corda 102, 25.

aniversarium = *anniversarius dies* 393, 10.

anniversale 515.

annuatim 67, 15. 344, 30. 373, 10. 379, 10. 449, 35. 452, 20. 481, 25. 482, 20. 516, 15.

annuntiatrix 647, 15.

antipapa 357. 673, 5.

antiphona 137, 15. 309, 5. 430, 10. 556, 25. 662, 5.

apodiare se, *Ital. appogiarsi* 401, 40; apodiatus 264, 30.

apoplexia = infirmitas gutturis 609, 20.

apostatare 181, 10. 258, 1. 260, 10. 263. 325, 30. 418, 1. 427, 20. 462, 35. 658, 15; appostatare 165, 10.

apostolicus = *papa* 3, 10. 17, 5. 268, 5.

apotecarius 377, 35.

apparentia 127, 20. 201, 30. 293, 5. 316, 10. 557, 10.

appositio ciborum 218, 15. 282, 5. 434, 10. 445, 25.

arcarii = sagittarii 30, 20. 196, 35.

arcator 6, 20; archator 32, 35.

archicancellarius 2, 5.

archiepiscopalis ecclesia 267, 10. 402, 20. 549, 20; civitas 294, 20; archiepiscopale castrum 399, 10.

archipresbiter 62, 25. 69, 15. 640, 10.

archipresul 7, 20.

architriclinus 77, 25.

arengum, *contio publica* 487, 10.

arethos Graece = virtus 136, 1.

arguitio 250, 1.

aromatiçitas 565, 25.

artica, *ex voce Graeca νάρθηξ, ἄρθηξ* 167, 5.

artista, *Handwerker* 189, 30.

ascella = *axilla, Ital. ascella* 34, 30.

ascultare = *auscultare* 40, 20. 44, 30. 76, 35. 183, 20. 184, 20. 253, 25. 568, 25.

ascultatio 184, 20.

asoldare 16, 20.

assasinus 371, 1. 561. 638, 20. 646, 1. 647, 20; assaxinus 368, 10. 498, 5.

assessor 55, 5; potestatis 164, 20.

assides = *asseres* 364, 10.

assimilare 117, 10. 163, 15. 307, 15. 340, 25; assimilari 233, 25. 273, 30. 316, 10. 339—341, 5.

asub 74, 25.

attinere alicui, *propinquum vel affinem esse alicui* 55, 1. 166, 20. 305, 10. 324, 5. 369, 15. 421, 15. 427, 1. 446, 5. 472, 15. 508, 25. 617, 10. 651, 5.

auditor palatii (Rom.) 667, 10.

augustanenses (solidi) 200, 40.

aureola, *Heiligenschein* 297.

autenticatio 187, 5.

ad açardum ludere 627, 30.

**b**acellarius 299, 5. — bachelarius 668, 5.

baiula (infantum) 350.

baiulus imperii 44, 5.

baldakinus 502, 5.

balestarius 196, 35. 476, 15. 485, 20. 489, 40. 490, 20. 500, 20. — balesterius 177, 30; *cf.* balistarius.

balista 12, 20. 480, 5. 528, 15. 605, 15. 635, 5; balistae iactus 594, 25.

balistarius 93, 25. 605, 15; *cf.* balestarius.

balneare 350, 15; se 12, 30; balneari 222, 35.

balsamita vinea 314, 30.

bancus, *Sitzbank* 253, 15.

banderia 94, 10.

banditor = preco 466, 15.

bannire 178, 5; banniti 187, 1. 188. 318, 1. 319, 5. 331, 1. 332. 334, 10.

bannus 485, 25. 586, 25. 641, 25; perpetuus 629, 1. 632, 10.

bara, *Ital. bara* 490, 40.


baratare, *Ital. barattare* 62, 15.

---

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

a) f. 326


a. b.



ambene de Adam.
anus 7260.


b) f. 429

a. b.



a) f. 368


c. d.



alimbene de Adam.
canus 7260.

b) f. 369

a. b.


De legatis Romane curie missis in Lombardiam et Romagnolam, qui fuerunt XII.

CCCLXIX

Roma laudabilis, iam inaccessibilis, sepulchro tegitur.
Pulvis in pulverem, cinis in cinerem cito redigitur.
Opes Tyberii, gloria Iulii, Marchi facundia
Sunt audientibus et non videntibus veluti somnia.
Olim Virgilius vates egregius laudes promeruit.
Quam vanis laus hominum post vite terminum nil sibi profuit.
Nec Plato plurima scribens de anima morte detinuit
Per sapientiam, cuius notitiam veram non habuit.
Sed non gramatica, non dialetica, non flores Tullii,
Quos erudierant, a morte liberant huius exilii.
Omne potest gratia: quod diu vivitur opus perficere.
Quod Deo placeat, et hic non valeat mundus vincere.
Ut cum de omnibus seculi actibus nichil superit,
Nostra sint gaudia in illa gloria que numquam preterit. Amen.


Nunc de legatis Romane curie qui in Lombardia nostris diebus fuerunt, superest ut dicamus. Quorum primus fuit dominus Hugolinus, qui fuit cardinalis ordinis fratrum Minorum, id est gubernator et protector et corrector fraternitatis et regule beati Francisci, cuius iterum fuit amicus; et postea papa Gregorius nonus factus fuit. Multa bona fecit, que alibi plenius describuntur a nobis.
Secundus fuit dominus Rainaldus episcopus Hostiensis, qui similiter cardinalis fuit ordinis fratrum Minorum, ut ac supra dictum est in alia precedenti, qui postea fuit papa Alexander quartus. Tertius qui fuit legatus in Lombardia dominus Thomas cardinalis, qui fuit de Capua; erat socius in legatione predicta. Iste dominus papa Gregorius nonus, de quo supra diximus, ad honorem beati Francisci fecit hymnum "Proles de celo prodiit", et responsorium "De paupertatis horreo" cum prosa, "Caput draconis ultimum", et aliam prosam de passione Christi "Flete fideles anime". Et fecit cardinalem ad preces fratrum Minorum papam Alexandrum quartum. Qui Alexander papa canonizavit sanctam Claram et fecit hymnos et collectas.

et sufficit. Desidera simpliciter bonum, quod est omne bonum, et satis est. Hec Augustinus. O caro misera, illam vitam amplecti debuisti, ubi vita sine morte, ubi iuventus sine senectute, ubi lux sine tenebris, ubi gaudium sine tristitia, ubi pax sine discordia, ubi voluntas sine iniuria, ubi regnum sine commutatione. Hec septem consequi debuisti.

Dominus Thomas cardinalis, qui fuit de Capua, fuit pulcrior dictator de curia, et dictavit illam epistolam quam misit summus pontifex domno Frederico condam imperatori, reprehendendo ipsum de multis et variis excessibus, et excusando se et Romanam ecclesiam ab obiectis, et servitia et beneficia collata recolendo eidem. Fuit autem principium illius epistole huiusmodi: Miranda tuis sensibus nostra venit epistola, ut scripsisti; sed mirabilior tua nobis.
Item ad honorem beati Francisci fecit hymnum "In celesti collegio", et alium hymnum "Decus morum", et responsorium "Carnis spicam". Et sequentiam illam de beata virgine fecit similiter, scilicet "Virgo parens gaudeat", litteram tamen. Cantum vero rogatu illius fecit frater Henricus Pisanus, qui fuit custos meus et magister in cantu.
Alium cantum fecit frater Vita Lucensis ex ordine Minorum, qui similiter in cantu me docuit.
Post predictos missus fuit in Lombardia legatus dominus Octavianus diaconus cardinalis. Hic fuit pulcher homo et nobilis, scilicet de filiis Ubaldini de Mucello in episcopatu Florentino. [illegible]


a) f. 246

c. d.



b) f. 309

a. b.


Qd abbas joachy tn̄ hūit īpedimēta ut ꝯ̄dicat ⁊ de facili n̄ credat.

timo ordis. Et qr noluit resipiscē ⁊ culpā suā huiꝰ recognoscē. s; psevauit obstinatꝰ pcāit ī ptinacia ⁊ ꝯtumacia sua: posuerūt eū fres maiores ī ꝯpedibꝫ ⁊ ī carcē. et sustētauerunt eū pane tbl'a [illegible]

Qd abbas joachim n̄ ꝯ̄puit aliq certū tēminū de antix° n̄ de fine mūdi.


sat dicēs. Testio ē phibeo illis. q emlatiōē qdē hnt. s; n̄ ꝯ̄ sciam.

Scdm īpedimētū qd hūit abbas joachī ne crederet ei. fuit. qr pdixit tribl'atōes futās. Que fuit cā qr iudei īffecerūt pphās. sic [illegible]


Tertiū īpedimētū [illegible] abbas joachim [illegible]

Visū ē fuit abbati joachī ꝙ magr̄ petrꝰ [illegible] ī trinitate [illegible] et illa n̄ꝫ gn̄ans. n̄ genita. n̄ꝫ pcedēs. Vn̄ asserit. f. abbas joachī [illegible] tres psonas [illegible]
S; hāc materiā plenꝰ descpsi ī alia cronica breuiori. sic ī decretalibꝫ ꝯ̄tinet. [illegible] posui octo loca. ī qbꝫ magr̄ petrꝰ ī setētijs male dix. [illegible]
et exeplis. de sigs ⁊ figuris. et de misterijs uetis ⁊ noui testamēti.
[illegible]

a) f. 487b.




b) Index col. 5c.




Salimbene de Adam.
ticanus 7260.

c) f. 210[d].




d) f. 281[c].




Cronica fratris Salimbene de Adam.
Codex Vaticanus 7260.

a) f. 280[b].




b) f. 360


a. b.




c) f. 342[a].



a) f. 428[a.]



b) f. 308[a.]



c) f. 316

c. d.

